ra ser vituperabilia que de phariseis notantur. fo.cclxi. £
Xpo attribuuntur quattuor a phariseis q excessiue et super omnes homines ei conueniunt. fo.cccj. ¤
Xps in suscitatiõe puelle chananee septẽ obseruauit que nos habere debem⁹ si voluerimus ab ipso a morte peccati suscitari. fo.cccxvij. ¶
Xps pendens in cruce multum profecit. fo.cccxx. A
Xpi conuiuium in quinq; differebat a conuiuio regis Balthasar. fo.ccc. B
Xpi oculorum eleuatio in quinq; differebat ab eleuatione oculorum regis Balthasar. fo.cccj. C
Xpi excellentiam et perfectionem hieremias per quattuor predixit. fo.cccij. D
Utopici conditiones tres sunt que conueniunt luxurioso et auaro. fo.cclxij. E
ymaginem qua ad dei similitudinem facti sumus diligenter debemus attendere. et hoc propter quinq;. fo.cccij. ℞
Izania hereſis nascitur in populo ex ignorantia prelatorum et rectorum propter tria. fo.lxiij. F
zizania vitiorum in anima hominis ex tribus nascitur. fo.eodem. G
zizania vitiorum ne in anima nra regnet tria valent. fo.eodem. ℣

¶ Finis Tabule.

Incipiunt ser

mones dominicales super euangelia et epistolas per totum annum editi a Fratre Hugone de prato ordinis predicatorum.

¶ Prologus.

ECce dabit voci sue vocem virtutis. ps. lxvij. Quãuis a multis multipliciter sint conflati sermones: ac et hominum gratiã meruerint tanq; fideles agricole in vinea domini fideliter laborãtes tandẽ diurnũ denariũ fideliter ꝓcepturi: nichilomin⁹ ego nouissimus vigilaui: et visum est michi bonum in vinea dñi pariter desudare: vt gratiam et meritum consequar cũ eisdẽ dante deo felicitatis eterne denarium similiter recepturus. De illius ergo virtute cõfisus qui sermonis et scientie habet clauẽ qui claudit ⁊ nemo aperit/ aperit ⁊ nemo claudit/ qui aperit os mutorũ et linguas infantũ facit disertas: qui predicatoris voci sue vocẽ virtutis donat: sermones dñicales de euãgelijs et epistolis per totum annũ ad dei honorẽ: proximorũ salutẽ: et predicãtiũ cõmodum cõpilaui: ꝓut michi diuina gratia est largita de prato scripture ego oriundus de prato: de floruido ordine predicatorũ minimus/ flores colligens et inserens locis aptis vt dicti sermones amplius redolerent. Sed totũ euangeliũ et epistolam diuidẽs et exponẽs per membra singula moralia immiscui: ⁊ dicta sanctorum que pertinent ad salutem anime ꝓout materia fuit passa. Null⁹ ergo ꝓpter prolixitatẽ sermones dictos abhorreat vel deuitet quis si multũ habet predicare. inde accipiet vnum membrũ vel duo vel solius littere expositionẽ enarret: put melius iudicauerit dignum fieri. Quibus autẽ pluries predicare incumbit: diuersis vicibus poterunt membra singula predicare varijs cibis et pluribus reficientes animas diuersorum indeuitam eternam ⁊ fructum allaturi.

¶ Dominica prima aduentus domini de euangelio. Sermo primus.

Icite filie syon. Ecce rex tuus venit tibi mãsuetus. Mathei. xxi. Istud tẽpus vocatur aduẽtus dñi. Quia secũdũ quatuor dñicas quas continet: quatuor saluatoris nostri aduentus sancta mater ecclesia recolit: scz aduẽtũ xpi in mundum siue in carnẽ: et hoc in prima dñica ꝓpter quod dicit. A Ecce rex tu⁹ venit tibi mãsuet⁹. Aduẽtũ xpi ad iudicãdũ: et hoc fit in secũda dñica ꝓpter qõ dicit. Tunc videbitis filiũ hois venientẽ. Aduentũ filij dei quẽ facit ad hoies in morte: et hoc fit in tercia dñica in qua agitur de aduẽtu filij dei ad limbum: per quẽ aduẽtus eius in morte hois designat: ꝓpter qõ dicit. Tu es qui vẽturus es an aliũ expectam⁹. Aduentũ xpi ad mẽtes nostras: ⁊ hoc fit in quarta dñica ꝓpter qõ dicit. Dñs ꝓpe est. Tũc em maxime filius dei expectatur venturus in mẽtes omniũ fideliũ p gratiã spũssancti sicut corporaliter tũc venit ⁊ natus in mũdo fuit qz q̃ p humana salute perfecte ipsum credũt fuisse natũ: et tante solẽnitati digne se ꝓparãt et disponũt: nõ est dubiũ quin filius dei per gratiã in mẽtibus eorũ habitet ⁊ quiescat. Joh̃. xiiij. Ad eũ veniem⁹ et mãsionẽ apud eũ faciemus. B In ꝑsenti autẽ dñica aduẽtũ xpi in mũdũ siue in carnẽ: quãdo scz carnẽ sumere et nasci dignat⁹ est ex virgine gloriosa sctã mater ecclesia recolit humiliter et deuote. Qui quidẽ aduẽtus desideratur ab oibus creaturis. Nã desiderabat ab oibus superiorib⁹. s. ab angelis vt restaurarenk qz per incarnationẽ filij dei sedes demonũ cadentiũ sũt iplete. Desiderabatur etiã ab inferioribus scz sanctis de limbo vt inde extraherẽtur: qui ibi detinẽbãtur captiui qui p aduentũ filij dei liberati sunt. zacharie. ix. Tu autẽ in sanguine testamenti eduristi vinctos de lacu in quo non erat aqua. Desiderabak ab anterioribus scz patribus veteris testamẽti q̃ ꝓpter vehemens desiderij affligebãtur: et ideo ab ipsis patrib⁹ veteris testamẽti ꝓficerenk nõ amplius in vmbra legaliũ ambulãtes negz in spe venturi alaq affligeretur: qz spes q̃ differk affligit animã ꝓuer. xiij. Utinã disrũperes celos et descenderes. Isa. lxiij. Desiderabak a posterio-

ibus et modernis vt in eius fide et meri-
ro saluarentur: nō descēdētes amplius in
infernū: qz post eius aduētū ad celū ascen
dūt oēs qui credūt in ipsū: in vita gr̄e pmā
suri. Johā. iii. Sic deus dilexit mūdū vt filiū suū vnigenitū daret: vt oēs qui credūt
in eū nō pereāt: sed habeāt vitā eternam.
Hic qdē aduētus tanq̄ res magnifica val
de et etiā res admiratione plena et p mul
ta tēpora fuit ante p̄nūciatus p multorum
oracula prophetarū. Inter quos ppheta
quidā noie zacharias de numero. xii. pro
phetarū: predictū aduentū a spūsancto do
ctus: mirabiliter pnūciauit z bene et de
presēti tanq̄ de re certa locut⁹ est. d. Exul
ta satis filia syon: iubila filia hierusalem.
Ecce rex tuus venit tibi iustus et saluator
ipse paup et ascendēs sup asinā z sup pul
lum filiū asine. Matheus autē hāc prophe
tiā recitat: licet verba aliquantulum diffe
rant. Et quia euangelū hodiernū solum
propter hāc prophetiā hodie recitatur q̄
christi aduentū veraciter exprimit et deno
te ideo soli hāc ppheriā prout a matheo
sumitur prosequar ipsermone hoc eīm euā
gelium in dñica palmarū cantatur in qua
ea que in euangelio continentur ad litte
ram contigerunt: et ideo ibi hoc euāgeliū
sumitur iuxta et prosequar. ¶ In hac er
go ppheria prout a Matheo sumitur tria
principaliter continētur. Primo eīm annū
ciatio bona predicatoribus imperatur ibi
Dicite. Secundo cui bona annunciatio an
nuncietur subiungitur ibi: filie syon. Ter
cio ipse aduentus saluatoris mirabilis nū
ciatur ibi. Ecce rex tuus venit tibi mansue
tus. ¶ Primo ergo bona annunciatio pre
dicatoribus imperatur cū dicit. Dicite. scz
vos predicatores qui estis os dei p quos
deus ipse loquitur ad sautē. hiere. iii. Si
separaueris pretiosum a vili quasi os meū
eris. Mathei. xiii. Non enim vos estis lo
quentes sēd spūsanctus. Et ideo cōsuetu
do est ecclesie vt hodie oīnes prelati predi
cent. Et oēs fideles debent hodie ad pre
dicationē ire vt audiāt bonā annunciatio
nē quā deus homini promisit et veraciter
adimpleuit. Et ideo hoc bonū nuncium de
incarnatione filij dei: nec p̄dicatores de
bēt silere: nec fideles alij propter negligen
tiā non audire. i. ad Cor. ix. Ue michi si nō
euāgelizauero. i. si nō bonā annūciationē
direro. Euāgeliū eīm idē est qō bona annū
ciatio ab eu qō est bonū et angelus quod
est nūcius. iii. Re. vij. Hec dies boni nūcij
est. si tacuerimus et noluerim⁹ nūciare ste
leris arguemur. Dic hystoriā breuiter ve
re sicut tūc erat obsessa samaria et in for
tissima angustiis cōstituta. Nā caput asini
octoginta argenteis vendebatur et tabi
stercoris colūbe: id est vescia propter gra
na ibi latentia quinq̄ argenteis vēdebat:
et mulieres filios suos comederūt. vt. iii.
Re. vi. patet. Sic ante aduentū dei totius
mūdus multis et magnis premebat: et ci
bi animarū scz dona spūssancti et virtutes
et verbū veritatis nimis erant cari: et ho
mines filios occidētes ydolis immolabāt
quod erat iniqu⁹ q̄ ipsos comedere. Erāt
etiā hoies infirmi virtute nō valētes ma
lo resistere nec in bono proficere sub seruī
tute viciorū detēti. Erāt etiā ignorantes
et turpiter errantes: creaturas creatorem
credētes: et eis honores diuinos stultissi
me impēdentes: et ideo sub ptāte diabolē
tenebantur: propter que oia in morte ad
infernum descendebāt ibi eternaliter cru
ciandi. Et sic ab yssus humane miserie de
aduentu filij dei indigebat ab yssum diui
ne misericordie petens vt ab his omnib⁹
liberaretur ad vitā gratie transferenda.
Aduentus ergo filij dei dies boni nunciī
fuit quē nullo modo celare debemus sed
ipsum reuerenter: et deuote populis nun
ciare. Et hoc est quod deus hic mādat di
cens. Dicite id est annunciate et predicate
diē leticie et gratie et misericordie plenz
quia saluator noster iam venit. Ysaie. lxi.
Spiritus dñi sup me eo q̄ vnxerit me euā
gelisare pauperibus misit me vt mederer
cōtritos corde et predicarem captuis in
dulgentiā et clausis apertionē et predica
rem annū dñō placabilē et diem vltionis
deo nostro vt consolarer omnes lugentes
et ponerē consolationē lugentibus syon:
et darē eis coronā pro cinere: oleū gaudii
pro luctu pallium laudis pro spū meroris.
Nobis quippe leticia geminatur. Antiqs
dicebatur saluator noster aduenier: sed no
bis dicitur: saluator noster iā venit. Spes
autē que differtur affligit animā. Prouer.
xiii. Et ideo anti qui patres summe deside
rabant quod nos iam habemus. Bernar.
Ardorem desiderii patrum suspirantium
christi in carne presentiam frequentissime
cogitans confundor et cōpungor in meip
so: et nunc vix contineo lachrymas ita pu
det reporis torporisq̄ miserabilium tem
porum horum: qui nangz nostrum tantum
ingerit gaudiū hoc mun⁹ gratie exhibite
quantum accederat veteribus scīs deside
riis sola promissio. Et sic patet primum.

¶ Secundo cui hec bona annunciatio de
beat intimari subiungitur quia filie syon
Syon erat arx et turris Dauid in monte si
ta. z figurat ecclesiam triumphantem que
est arx dei. Filia syon erat ipsa ciuitas hie
rusalem in valle sita que protegebatur ab
arce syon sicut filia a matre. et signat eccle
siam militantem que protegitur et defen
ditur a triumphante sicut filia a matre.
Sic ergo illis qui sunt in hierusalem. i. in
ecclesia dei hec bona annunciatio predica
ri debet. non saracenis quia ipsi derident
et nolunt audire. Nec iudeis vel hereti
cis quia ipsi nō credunt: sed filij dei incar
nationem deprauant Mathei. vij. Nolite
sanctum dare canibus et margaritas non
mittatis ante porcos. Xpianis ergo qui
sunt in valle lachrymarum constituti et q̄
se sub manu dei humiliant et curant eius
voluntatem audire hanc bonam annuncia
tionem predicare debemus. Qui autez su
perbiunt de numero xpianoz et voluntā
tem dei non curant audire. sed potius in
plateis eligunt morari et fabulas audire
q̄ ad ecclesiam dei pergere pro salute alia
rū suaz verbū dei penitus nauseantes iu
deis et saracenis pciores in actibus vir
tuosis predicare non cogimur nec debe
mus. Qui enim benedictionem noluerit
elongabitur ab eo vt dicit Dauid. psalm.
cviij. et Mathei. ij. Confitebor tibi pater
celi et terre quia abscon. hec a sa. et pru.
et re. ea parvulis. i. humilibus. Tales au
tem qui verbum dei contemnunt forte iu
dicium sustinebunt Luc. x. Dico vobis q̄
sodomitis remissius erit in die illa q̄ ciui
tati illi. Et sic patet secundum. ¶ Tercio
aduentus filij dei mirabilis nunciat quia
ecce rex tuus. Ecce in scripturis frequen
ter magne admirationis est nota sicut di
citur Ysaie octauo. Ecce virgo concipi
et et pariet filium. Similiter est hic. Iste
rex qui venit mirabilis est sup omnes qui
fuerunt ac etiam sunt futuri et ideo cū ma
gna diligētia nosipsos preparare debem⁹
vt ipsi in natiuitate venienti secundum ec
clesie representationē reuerēter et digne
occurram⁹ vt decet cū oliuis et palmis.
vt turbe fecerūt. prout in hoc euāgelio cō
tinet. Debem⁹ ergo ei occurrere cū oliuis
et ꝛa pace pectoris ad deū z corpis ad pri
mū z cū op⁹ mie. Hec eīm duo oliua signi
ficat. s. pacē in foliis et miam ppter oleum
qō generat: p quod misericordia designat
Unde in signum pacis columba detulit
ad Noe in ore suo ramum olive virenti
bus foliis vt patet. Gen. viij. Item debe
mus occurrere cum palmis. i. cum victoria
victorum: et demonum. Nam palma victo
riam designat vt martires in signum victo
rie ad palmam depinguntur z antiqui pal
mam tribuebant marti qui est deus belli.
Occurramus ergo obuiaz saluatori nostro
ipsum recepturi tam humiliter q̄ deuote.
Amos. iiij. Preparate in occursum dei tui
israel facilis enim est via. Bern. Non opor
tet te homo maria transfretare non pene
trare nubes non transalpinare necesse est.
non grandis ostenditur tibi via vsq̄ ad te
metipsum. occurrere deo tuo vsq̄ ad cordis
compunctionem et oris confessionem ¶
Assignantur autem in prophetis predicta
quatuor rōnes quare eum suscipere debe
mus cum magna diligentia et reuerentia
corporis atq̄ mentis. Primo propter digni
tatem quia rex. Secundo propter proprie
tatem quia tuus. Tercio propter vtilita
tem quia venit. Quarto propter mansuetu
dinem quia mansuet⁹. ¶ Primo ergo de
bemus eum suscipere reuerenter ppter di
gnitatem quia rex. Et attende qualis rex.
certe non quales alii. ymo multum differt
ab alijs. ¶ Que ātē differentia in q̄n
q̄ maxime apparet primo in vniuersalita
te quia iste est rex vniuersalis scilicet celi
et terre et inferni et omnia ei obediunt et
reuerentur. Phil. v. Dedit ei nomen quod
est super omne nomen vt in nomine Jesu
omne genu flectatur celestium terrestrium
et infernoz. Sed alii sunt reges particu
lares quia solum terre. nec totius terre sz
alicuius partis. ¶ Secundo apparet diffe
rentia in perpetuitate quia rex est ppetu⁹.
Dan. vij. Ptās eius potestas eterna q̄ non
auferetur Apocal. xix. Habet in vestimen
to suo et in femore suo scriptum Rex regū
et dominus dominantium. In natiuitate
apparuit q̄ sit rex regum et dominus om
nium: quia natus est intacto sigillo virgi
nalis pudoris. Unde nat⁹ est rex Mathei
ii. Ubi est qui natus est rex iudeorum. Alii
autem fiunt reges: sed non nascuntur re
ges. vnde non sunt reges a natura: sed a
fortuna. non sunt perpetui reges: sed ad
modicum tempus vsq̄ ad mortem. ¶ Ter
cio in potentialitate z potestate: quia eius
potentia extenditur simpliciter ad omnia.
s. spūalia z corpalia z celestia z terrestria. z
ad alias z corp⁹ z ad oia bōa tā nāta q̄ fo
tūe z glorie z gr̄e et ad ea q̄ sūt z ad ea q̄ nō
sunt Mathei. xxviij. Data est michi omnis
potestas in celo z in terra. Sz potēta alio

rum dominorum extenditur: solum ad corpora. et ideo post occisionem corporum nõ possunt facere amplius. et ideo modicũ sunt timendi. Sed iste rex post occisionem corporis potest animam mittere in gehennã in perpetuo cruciãdã. et ideo solus ipse timẽdus est Lu. xii.. Nolite timere eos qui occidunt corpus. et post hoc non habent amplius quid faciant. timete eum q̃ postq̃ occi. hab. ptã. mit. i gehẽ. Quarto differt in perfectione: quia in omnibus simpliciter est perfect⁹. et in scientia et virtute et breuiter in omni re. Sed alij domini in nullo perfecti sunt. Et ita est perfectus iste rex q̃ in nullo deficere vel errare potest. ¶ Quinto in premiorum largitate: quia innumerabilia et inaudita stipẽdia suis militibus elargitur: quia cuilibz militi totuz regnum suum donat Lu. xii. Ego dispono vobis sicut disposuit michi pater meus regnum. Quod regnũ est ipse deus omne bonũ continens. Omnes autẽ alij reges dant premia misera et caduca. Ut etiam Alexander qui omnes alios in largirate excessit. qui diuisit regnũ suum duodecim pueris suis dum adhuc viueret vt patet. i. Machabe. i. et per consequens ptãtẽ et regna simul donauit. et quia hec simul omnia cum vita perdũtur. ideo modicũ dedit xps aũt perpetua largitur. ex quibus omnibus regis magnificentia demonstratur. ¶ Secundo debemus eũ reuerenter suscipere propter proprietatem quia tuus. Est enim noster. nõ est enim rex saracenorũ vel tartarorum: qz ipsum negauerunt dicentes. Regem non habemus nisi cesarem Jo. xix. Non enim terreat nos potentia caro enim et frater et pater noster est. Its accidit de xpo et nobis sicut de Joseph erga fratres suos qui ampleratus ẽ eos dicens. Nolite timere pro salute enĩz vestra misit me deus ante vos Geñ. xlv. Bernñ. Puto q̃ xps non poterit me despicere os ex ossibus meis caro de carne mea. Sed quidam maledicti xpiani dicũt sicut iudei. Non habemus regem nisi cesarem quia eligũt sibi regẽ scz dyabolum qui cedit eos fortitudine in anima et corpore. Cesar enim dicitur a cedendo Job. xxiij. Ipse est rex super omnes filios superbie. Xpm autem qui omnium pinguedine virtutum et spiritussancti gratijs vngit nos. nolunt super se regnare xps enim idem ẽ quod vnctus Lu. xix. Nolumus hunc regnare super nos. ℰ Nota ergo q̃ iste rex caro et frater noster est nobis missus a deo quantum ad tria. Primo ad exẽplum et in exemplum nostre actionis vt ipsum sequamur in operib⁹ virtuosis. Exo. xxv. Omnia fac sm exemplar quod tibi in monte monstratum est. i. in xpo Joh. xiij. Exemplum enim dedi vobis vt quẽadmodum ego feci ita et vos faciatis. In cuius figura in altũ leuatus est vt ab omnibus posset videri tanq̃ signum directum Isa. v. Leuabit signum in nationes. ¶ Secundo est missus in precium iuste redemptionis. Eramus enim debito insolubili obligati. sed per suum sanguinẽ nos redemit Apoca. v. Redemisti nos deo in sanguine Caros ergo nos habz quia care nos emit. ¶ Tercio in premiuz beate remunerationis quia ipse est tota merces Jo. xvij. hec est vita eterna vt cognoscant te solum deũ verum et quem misisti Jesum christum. Ubi nota de Joseph q̃ dedit Beniamin fratri suo vterino duplicem partem. Xps aũt est frater noster ex vtroq̃ parẽte quod nõ cõuenit angelis. Ad Hebre. ij. Nusq̃ enĩ angelos sed semen Abrahe apprehendit Et ideo duplicẽ partẽ nobis confert. angelis aũt solũ vnam quia in anima et in corpore nos glorificat Jo. x. Ego veni vt vitã habeant et abundantius habeant scilicet q̃ angeli: qz in corpore et in aia beati erimus Isa. vi. In terra sua duplicia possidebunt. ¶ Tercio debemus eũ reuerenter suscipere propter vtilitatem qz venit nobis ad nostram vtilitatem. tantus enim et talis rex dignatus est venire in carne et tot labores sustinere et tantam mortẽ solum propter nostrum cõmodũ. F Ubi nota q̃ rex iste venit nobis. xij. modis. ¶ Primo venit vt vita ad nos viuificandum qz omnes in peccatis eramus Joh. x. Ego veni vt vitã habeant. Item. ego sum panis viuus qui de celo descendi. si quis man. ex hoc pa. vi. in eternum Joh. vi. ¶ Secundo venit vt lux ad nos illuminãdum quia in tenebris habitamus. Isa. ix. Habitãtibus in regione umbre mortis lux orta est eis. paruulus enim natus est nobis. et filius datus est nobis. ¶ Tercio venit vt medicus ad sanandum qz magnus vbiq̃ iacebat egrotus. vnde medicinas salutares scz sacramẽta ecclesie instituit omnem morbum expellentia. ¶ Quarto venit tanq̃ gigas ad nos de ptãte dyaboli eripiẽdum: qz omnes ab eo detinebamur. Ad Col. i. c. Qui eripuit nos de potestate tenebrarum. i. demonũ. et transtulit in regnum dilectionis filij sui. Lu. xi. Cũ fortis

armatus custodit atrium suum in pace sũt omnia que possidet. ¶ Quinto venit tanq̃ iustus ad opera dyaboli destruenda et nos per gratiam iustificandum. quia omnes peccatores eramus diuina misericordia indigẽtes. vt dicit Roma. xxxi. et Jo. iij. In hoc apparuit filius dei vt dissoluat opera diaboli et ad Ro. vi. Uetus homo noster id est concupiscẽtia mali simul crucifixus est cum christo vt destruatur corpus peccati. i. conger i es peccatorũ. Unde in pmissa zacharie prophetia dicitur Ecce rex tuus venit tibi sanct⁹ et saluator. ¶ Sexto venit tanq̃ ignis ad corda nostra igne spiritussancti inflammandum. quia omnes propter inabundantem maliciam infrigidati eramus Mathei xxiiij. Quoniam abundabit malicia refrigescet charitas multorum. hoc frigus christus venit expellere. Luce decimosecũdo Ignem veni mittere in terram. Et ideo in specie ignis spiritumsanctuz super apostolos misit. ¶ Septimo venit tanq̃ redemptor ad precium pro nobis soluendum. et nos libertati restituendus. quia omnes vt obsides pro debito primorum parentum in carcere inferni detinebamur. Psal. lxviij. Que non rapui scilicet in cruce tunc exsoluebam. quia qui peccatum non fecit penã peccatorum sustinuit et exsoluit. et per consequens nos liberauit. Johannis decimo octauo. Si filius vos liberauit. vere liberi eritis ad Galathas. quarto. Itaq̃ iaz nõ sumus filij ancille sed libere. sup. matris ecclesie qua libertate christus nos liberauit. ¶ Octauo venit tãq̃ mediator ad nos patri reconciliandum et pacificandum. qz omnes inimici dei eram⁹ ad Roma. quito Commendat deus charitatem suam in nobis quoniam cum inimici essemus reconciliati sumus deo per mortem filii sui. Johannis decimo. Medius autem vestrum stetit scilicet coram deo ad nos reconciliandum Ipse tanq̃ mediator recepit vulnera que deus humano generi inferebat Isaie. liij. Uulnerat⁹ est propter iniquitates nostras attritus est propter scelera nostra. Unde in eius natiuitate angeli cecinerũt pacem sanctam dicentes In terra pax hominib⁹. Luce. ij. ¶ Nono venit tanq̃ thesaurus ad nos veris diuitijs preditandum et replendum quia omnes mendici eramus ad Gal. ij. Ipse est in quo sunt omnes thesauri sapientie et scientie dei absconditi. ad Roma nos octauo. Quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit Profecto qui non habet deum nichil omnino habz. et qui habet deum predites est. Augusti. Dñs aurum in arca dives non est: habẽs deum in conscientia dives est Joh. iij. Qui biberit ex hac aqua sitiet iterũ: qui autem biberit ex hac aqua quam ego dabo ei non sitiet in eternum. ¶ Decimo venit tanq̃ clamus ad nos in vna fide et cultura vnius dei et vna lege et vna ecclesia insimul vniẽdum: quia dimisi eramus in omnib⁹ suprà dictis: et alius sic et alius sic ibat. Joh. x. Alias oues habeo que nõ sunt ex hoc ouili: et illas oportet me adducere vocẽ meã audient et fiet vnum ouile et vnus pastor ¶ Undecimo venit tanq̃ deus ad humanam naturam exaltandũ: qz valde depressi eramus. Qui enim omnium omnũ constituti fueramus sub elementis mundi eramus seruientes: vt dicit Aplus ad Gal. iiij. Et vide quantum exaltauit eã quia deus factus est homo: et homo veraciter est de⁹ et ideo extunc angelus recusauit ab hoie adorari: vt patet Apoca. xxij. quando angelus dixit Johãni volenti se adorare. Ui de inquit ne feceris conseruus enim tuus sum et confratrum tuorum. ¶ Duodecimo venit tanq̃ dominus ad nos in cuitatem nostram celestem reducendum a quo omnes erulabamus et expulsi eramus Jo. xii Ego si exaltatus fuero omnia trahã ad me ipsum. i. hominem qui cum omnibus cõmunicat ad Ephes. quarto Ascendens christ⁹ in altum captiuam duxit captiuitatem dedit dona hominibus. ¶ Quarto debem⁹ eum suscipere reuerenter propter mansuetudinem: quia cum sit rex celi et terre venit tamen humilis et mansuetus similis nobis cum lege mansuetudinis z amoris.

S Et hoc quidem satis cõgrue ppter quatuor. Primo propter salutẽ quam venerat dandam: non eñ tunc venit ad mundũ iudicandũ sed saluandũ Jo. iij. Non enim misit deus filium suũ in mundũ vt mundũ iudicaret sed vt mundus saluaretur per ipsum. Quando eñ ad iudicandum venerit tunc cũ maiestate magna veniet et virtute Salus aũt in humilitate consistit Jo. xvij. Qui humiliatus fuerit erit in gloria. Ut ergo ostenderet salutẽ ale in humilitate cõsistere: ideo humiliter venit. Mathei. iij. Sic decet nos iplere omnẽ iusticiã. i. oẽm humilitatẽ. ¶ Secũdo propter exemplũ quo nos venerat informandũ et docendũ. Ipse eñ venit nos docere cõtẽnere mũdũ et mundana ergo vt nos veraciter doceret et informaret debuit ipse prospera mũdi despicere et humiliter ambulare Phil.

aiij

ad tria christus missus ẽ nobis

secundo. humiliauit semetipsum formam serui accipiens. Et ideo postq̄ lauerat pedes discipulorū dixit. Exēplū enī dedi vobis vt quēadmodū ego feci: ita et vos faciatis. Jo. xiij. ¶ Tercio propter diuinam virtutē monstrandā: qz si cū potentia vt reges mundi venisset: cōuersio fidelium attribueretur potētie armorū et non virtuti diuine: sicut patet de cultura deorū quam romani principes violenter per potentiaz armorū in totū mundū induxerunt. Propter hoc etiā elegit pteptibiles psonas ad sui comitatū vt totū dei virtuti ascribatur prime Corinth. i. Videte vocationē vestrā fratres quia non multi sapientes secundū carnem sed que stulta sunt mundi elegit deus. In quo apparet qz xps vere fuit deꝰ qui sic abiecte venit: et tamen totum mundum conuertit a ritu nocuo et vsitato ad fidem arduam intelligendum et fortē operandū. Ex quo soluitur questio de machometo qui multos ad suā fidem conuerit quia ritus ille facilis est ad intelligendum et operandum et ideo multos attrarit.

¶ Quarto propter congruum attractiuū ostendendum. Si enim cum potentia venisset: fuisset a nobis timore habitus potius q̄ amatus: timor autem non est cōueniens attractiuus ad deo seruiendum sed amor. Nam qui ex timore seruit non mercetur: sed qui ex amore immo perfecta charitas foras mittit timorē vt dicitur. i. Johā. quarto. Et ideo mansuetus et humilis venit vt a nobis potius ametur q̄ timeatur et nos ad se per amorem attrahat. Hiere. xxxi. In charitate perpetua dilexi te: ideo attraxi te miserans. Johā. vi. Nemo potest ad me venire nisi pa. qui mi. m. traxerit eum per amorem: sicut attrahitur ouis dum ramus viridis ei ostenditur vt dicit Augustinus. ¶ Sequitur tractatus.

℣ Circa aduētum filij dei siue incarnationem sex videnda. ¶ Primo an filius dei fuisset incarnatus si homo non peccasset. Et dicendum q̄ sic probabiliter. Nam si homo non peccasset fuisset incarnatus ad complementum beatitudinis humane vt homo esset beatus in anima et in corpore. Nam beatitudo hominis in cognitione humanitatis et diuinitatis christi consistit iuxta illud. Johā. xvij. Hec est vita eterna vt cognoscāt te solū verū deū et quē misisti Jesū xp̄m. Nō aūt fuisset icarnatus ad patiendū pro hoie sicut postea principaliter fuit. ℣ Secūdo videndum est quō deus dicitur venisse in mundū cū ipse sit vbiliber cuius ratio est: quia ipse est bonū infinitum: omnia bona in se continens et ipse in omnibus consistens: et ideo oportet q̄ vbiq̄ sit Augu. Deus est vbiq̄. Est enim intra omnia non inclusus: extra omnia non exclusus supra omnia non eleuatus. Et dicendum q̄ filius dei dicitur venisse in mūdū inquantū nouo modo cepit esse in mundo quo ante non fuerat. s. per carnis assumptionem. Et propterea vocatur aduētus filij dei in carnem. ¶ Tercio videndū est cū secundū Augu. indiuisa sunt opera trinitatis ad extra cuius ratio est: quia cum operatio procedit ab essentia vt dicit philosophus: et vna sit essentia in trinitate diuia oportet q̄ ea sit vna operatio. Quare ergo filius dicitur incarnatꝰ et non pater nec spiritussanctus. Et dicendum vt dicit Augu. q̄ tota trinitas operata est incarnationē et omnia humana opera christi dicitur fecisse. Sed quia in trinitate est relatio realis constituens siue distinguens realiter personas diuinas ideo persone diuine sunt distincte ab inuicem et vna non est alia: quia pater non est filius nec spiritussanctus: et aliquid competit vni quod competit alij. Sicut generatio competit patri et non filio nec spiritui sancto et processio competit spiritui sancto et nō patri vel filio: et gigni eternaliter et incarnari temporaliter filio et non patri vel spiritui sancto: et ad videndum pono duo exēpla. Unum pro laicis in predicatione: et aliud pro clericis in sermone. Exemplum pro laicis est scriptura alicuius carte. Scripturam enim alicuius carte operantis fit cor: imaginatio et manus quia cum omnis motus sit a corde: manus non potest scribere nisi moueatur a corde. Similiter si imaginatio non imaginaretur differētias colorum litterarum nunq̄ manus scriberet. De manu manifestum est. et tamen q̄uis hec tria operantis sunt scripturam: tamen sola manus dicitur scribere: sed non cor vel imaginatio. Sic est in proposito: q̄ q̄uis tota trinitas incarnationem sit operata: et alia opera humana christi: tamen solus filiꝰ dei fuit incarnatꝰ et mortuus et sepultꝰ resurrexit et ascēdit in celū: exēplum quātū ad clericos est in syllogismo dicat sic. Quis hō habet aiam petrus est hō: ergo petrus habet aiam manifestū est q̄ hanc cōclusionē scz petrus habet aiam fecit voluntas memoria et intellectꝰ siue rō: qz si voluntas noluisset syllogisare predicta conclusio non esset habita: et si memoria non

retinuisset premissas non assensisset cōclusioni et si ratio non syllogisasset non haberetur conclusio. et tamē q̄uis hec tria operentur conclusionem: tñ sola rō dicit syllogisare. Simile est in trinitate circa incarnationē filij dei quia incarnatio solo filio dei competit. ℣ Quarto videndum est quomodo filius dei factꝰ est homo. Et dicendum q̄ per assumptionē anime et corporis factus est homo ex quibus homo cōstat. Sed cauendum est hic quia ex vnione anime et corporis cōstituitur persona humana que dicitur homo: sed in xp̄o nō fuit sic: sed solum fuit ibi persona diuina et nō humana: quia vnio duarum naturarum facta est in vna diuina persona et non duabus personarum in vna natura. Sic ergo persona verbi dei ex eo q̄ assumpsit animam et carnē ex quibus constat homo facta est homo ꝓpter assumptionē nature humane q̄uis ipsa persona verbi semper est verus deus in natura diuina: et ideo quod erat permansit: et quod non erat assumpsit. Un filius dei scōm naturā humanā operatus est omnia humana et naturitatem et mortem: et secūdū diuinā operatus est oia opera que solus deus poterat facere. Nō aūt per contrarium accidit in morte: quia non dicitur filius dei mortuus fuisse ex eo q̄ dimisit animam et carnem quas nunq̄ dimisit: sicut dicitur factus homo: eo q̄ corpus et animam assumpsit. Sed dicitur mortuus fuisse ex eo q̄ separata fuit anima a carne: sicut alij homies ex eo q̄ separatur anima a carne mori dicuntur. ℣ Quinto videndum est quare solus filius dei dicitur incarnatus et non pater nec spiritussanctus. Et dicendum q̄ incarnatio competit filio et non patri nec spirituisancto. Per incarnationē enim filius dei factꝰ est filius virginis: sed de ratione filij est q̄ generetur et nascatur et habeat patrem et matrem: quod non competit pri. nec spirituisancto: sed solum filio. Et ideo filiꝰ dei eternaliter genitus a patre cepit in tempore habere matrem et ex ea nasci. Et quia omnia que ad rationem filiationis pertinent ei competūt et non patri vel spiritui sancto: ideo solus ipse debuit incarnari. Item filius dei est dei virtus et dei sapientia omnia ordinans et omnia perficiens: vt dicitur. i. Cor. i. Si ergo pater venisset in mundum ad docendum homines et patiendum pro eis: et filius remansisset in celo ad gaudendum: fuisset valde vituperosum filio. Et ideo decens fuit vt filius veniret in mūdū ad pficiendū ois et ad ordinandū tanq̄ dei virtus et dei sapientia vt sicut deus pr̄ per ipsum fecerat hoiem. ita per ipsum reficeret et genꝰ hūanū repararet. Spiritui sancto aūt nullo modo incarnari ꝓpetebat qz ipse hz a carnalibus ad celestia eleuare. Ezec. viij. Et eleuauit me spūs inter celum et terrā. Unde si ipse fuisset immixtus carni et carnalibus. recisset contra naturam spūs. et ideo non decebat ipsum incarnari. ℣ Sexto videndū est quare fuit necessarium filium dei incarnari. quia sicut solo verbo tecit mundum et hominem. ita solo verbo potuit eum reficere. Et dicendum ſm Augustinum. Deus nō respicit quid possit facere sed quid deceat ipsum facere et sit ꝓueniens rationi et nature rei. Et scōm hoc fuit cōueniēs filiū dei incarnari multiplici rōne. ¶ Primo ratione manifestationis misericordie diuine. Nā ante aduētū filij dei deus manifestauerat valde iusticiam suā et nō misericordiam: nam vsq̄ tunc in toto mundo iusticia regnabat. quod patz quātū ad omnē locū ad oēm populū. et ad oēm ꝑsonam. Quātum ad oēm locū ptz q̄ iusticia regnabat: qz in celo vñ electi sunt angeli. In aere vbi pjecti sūt demōes. In paradiso terrestri vñ electꝰ ē hō. In mūdo vbi factū ē diluuiū. In limbo vbi detinebant pfes ꝑ pctō primi parētis. In purgatorio vbi purgabant iusti. In inferno vbi tormētabant dānati. Et sic mia alicubi nō regnabat nisi in celo respectu remanentiū angelorū. Ps. xxxv. Dñe in celo mia tua. Idē ps quātum ad oēm populū. Nam in populo gētili magnas iusticias exercuit deꝰ. et multis pestilētijs ipsū tradidit vt pz in pharao et exercitu eius q̄ oēs submersi sūt in mari. vt patz Exo. xxiiij. Itē pz in exercitu. Sennacherib de quo angelꝰ dñi mille octogintaquinq̄ simul interfecit vt pz Isa. xxxvij. et que maior pestilētia q̄ esse sub ptāte demonū et ydolis immolare quod populus gentilis ante aduētū filij dei faciebat. In populo etiaz dei. s. iudaico magnas iusticias inter multa beneficia exercuit deus. Nam sexcentamilia que egressa sunt de egypto prostrata sunt in deserto. et a serpentibus et igne consumpta. et solum duo terram promissionis intrauerunt. Proinde tradite sunt plures pene vsq̄ ad consummationem in manus inimicorum. Idem patet quantum ad omnem personam. Nam nō valebat fides quia Abraam fidelis et omnes patriarche ad inferos descenderunt.

Non lex vel pphetia quia Moyses et omnes prophete illuc ibant. Non dignitas sacerdotalis vel regalis quia Aarõ et David ꝛ omnes sacerdotes illuc descenderũt Non sapientia vel fortitudo quia Salomon et Sanson et omnes sapientes et fortes ad inferos sunt detracti. Non sanctitas vel iusticia: quia Job Thobias ꝛ etiã Johannes baptista. et oẽs iusti illuc ibãt Job. iij. Ubi constituta est domus omni viuẽti. At vbi venit plenitudo temporis scilicet incarnationis filij dei misit deus filium suum in similitudinem carnis peccati cum sacco gratie et misericordie pleno quibus totam terram replent. psal. xxxi. Misericordia domini plena est terra. Que maxime in incarnatione filij dei demõstrata est. que apparet in celo quod ab hominibus possidetur. in terra que illuminata et sanctificata est presentia saluatoris. in inferno qui fuit euacuatus in omni populo et in omni persona: quia quicunq; volũt possunt saluari ꝛ celum intrare. i. Thi. ij. Qui vult oẽs homines saluos fieri. Misericordia ergo regnat super omnia opera dei. ps. cxliij. Miserationes ei⁹ super omnia opera eius. O Secundo ratione iuste satisfactionis. Nam peccatũ humane nature quod in omnes transit fuit quadrupliciter infinitum. Primo quia contra infinitum bonum commissum. Secũdo q infinitis bonis nos priuauit. scilicet iusticia originali et statu innocentie et gratia et gloria dei. Tercio quia infinitos infecit et inficit. ppter quod omnes nascimur filij ire Ephes. ij. Eramus natura filij ire. Quarto quia infinitis malis nos addixit. Job. xiij. Homo natus de muliere. ꝛc. repletur multis miseriis. Cum ergo deus sit iustissimus et nichil impunitum relinquat et peccatum non possit ad ordinem reduci iusticie nisi per satisfactionez condignã oportuit q aliquis satisfaceret cuius meritum esset infinitum et qui esset supra totam naturam sicut peccatum totam naturam corruperat. Nullus autem purus homo potest esse meriti infiniti nec supra totam naturam ymo omnes sunt meriti finiti et infra naturam. et ideo oportuit q talis esset deus. Deus autem non peccauit sed homo. Et ideo vt iusta fieret satisfactio. oportuit q esset deus et homo simul. deus qui posset. et homo qui deberet Et ideo oportuit filium dei incarnari vt in natura humana iuste pro homine satisfaceret. inq̃ apparuit maxima charitas dei, quia cum in tota natura nullus inueniret qui posset satisfacere voluit filiũ suũ assumere carnem vt pro homine satisfaceret. Ro. Propter nimiam charitatem qua dilexit nos deus filium suum, misit in mundũ.

¶ Tercio fuit cõueniens ratione summe communicationis. Bonum enim vt dicit Dyonisius est suypsius communicatiuũ. et quanto melius est tanto magis se communicat. vt patet in luce que omnia corporalia in bonitate excedit et ideo magis se communicat. Cum ergo deus sit summum bonum. summe se nobis debuit communicare. Summe autem communicatiõis modus fuit per incarnationis misterium.

¶ Quarto ratione desiderij naturalis. Naturale enim desiderium hominis est esse beatum. nec aliquid natura patitur esse frustra: quia demonstraret imperfectionẽ autoris nature. quod est impossibile homo autem naturaliter desiderat esse beatus. Beatitudo autem hominis consistit in cognitione deitatis et humanitatis xpi Jo. xvij. Hec est vita eterna. ꝛc. Ergo ad cõplemẽtũ et perfectionem beatitudinis in qua sola naturale desiderium hominis pficitur et quiescit. deus debuit incarnari etiam si homo non peccasset vt dictũ est supra. et ideo sancti naturaliter aduentum xpi desiderabant dicentes. Utinã disrumperes celos et descenderes Isa. lxvij.

¶ Quinto ratiõe compassionis. vt scilicet posset his qui tẽtantur et affliguntur cõpati vt dicit Apostolus ad Hebreo. ij. Nobis autem compati in natura diuina non poterat. et ideo naturã humanã decuit ipsum assumere in qua his qui tentantur compateretur et misericors fieret. Nõ esset pena et afflictio pene cognoscitur nisi per experientiam. et ideo assumpsit carnem vt penas nostras experiret. et per consequẽs nobis compateretur et misericors fieret ꝛ ab ipsis penis tandem nos liberaret. Debuit enim per omnia fratribus similari vt misericors fieret Hebre. ij. ¶ Sexto fuit cõueniẽs. rõne repletionis. sicut enim nec frustra aliquid ita nec vacuũ põt cõsistere in natura. Manifestum est autem q̃ demones de celo cadendo mansiones eoꝝ vacue remãserũt que per solum meritum filij dei fuerunt hominibus preparate Jo. xiiij. In domo patris m. man. mul. sunt scz vacue. si quo minus dixissem vobis quia vado parare vobis locum. Oportuit ergo filium dei incarnari vt in carne assumpta mereretur nobis illarum mansionum ade

ptionẽ. et sic replerentur. Et tõ dicit theologi q̃ tantum durabit mundus ad minus donec ille mãsiones ab hominib⁹ repleãtur. cuius rego. alter dicat scz q̃ tantus durabit mundus donec ibi sunt homines in equali numero angelor. ¶ Septimo rõne completionis vt scz omnis modus productionis hominis compleretur. Nam primus homo productus fuit sine patre ꝛ matre. s. Adam. secundus scilicet Eua. producta fuit ex patre et sine matre. oẽs alij ex patre et matre. Restabat aũt quartus modus vt ds produceretur ex matre sine patre. quod prodijt xps in eẽ. et in hac quarta generatione filij dei in terrã suam. s. in Jerusalem celestem per xpi meritum rediret. Sicut in figura deus dixit Abrahe Gen. xij. Generatione autem quarta reuertetur populus meus huc. ꝛc.

¶ De epistola. Sermo secundus.

Scientes quia hora est iam nos de somno surgere. Ro. mano. xiij. Consuetudo est quãdo aliquis magnus dñs venit ad aliquam terram: q̃ homines illius terre dirigunt nuncios ad exquirendum quãdo dominus iste fuerit prope terram vt tunc milites et pedites ornati pergant ei obuiã ipsum honorifice recepturi. Quia ergo sm representationem ecclesie rex noster christus filius dei rex celi ꝛ terre in proximo est vt descendat ad nos nobis maxima donaria largiturus. ideo Apostol⁹ in presenti epistola tanq̃ nuncius ꝛ speculator ecclesie affirmat dicens. Scientes quia hora est iam vt surgamus ꝛ nos preparemus in occursum obuiam saluatori nostro Amos. i. ij. c. Preparare in occursum dei tui israel. Quia et si secundum carnem non sit modo venturus ad nos tamen venuet in mentem si erimus preparati. Joh. xiiij. Ad eum veniemus et mansionem apud eum faciemus. ¶ Circa hanc preparationem Apostolus in presenti epistola quatuor facit. Primo ergo hortatur nos vt surgamus ꝛ preparemus nos ad occurrendum obuiã regi nostro. in principio epistole. Secundo duas causas assignat quare est surgendũ et regi nostro obuiandũ ibi. Nunc enim propior est nostra salus q̃ cum credimus. nox precessit. dies aũt appropinquabit. Tercio inducit volẽtes occurrere vt non indigna induant ad digne occurrẽdũ tãto regi ibi. Abijciamus ergo opera tenebrar ꝛ induamur arma lucis. Quarto ostendit q̃ sint indigna ornamenta in q̃bus ei occurrere nõ debem⁹. ꝛ q̃ digna: in q̃b⁹ ei hũiliter ẽ obuiãdũ ibi. Nõ in comessationibus et ebrietatib⁹. ꝛc. sz induimini dominum iesum christum. ¶ Primo ergo Apostolus hortatur nos vt surgamus et preparemus nos ad occurrendum obuiam regi christo di. Scientes quia tempus est hora est vt de somno torporis et negligentie surgamus vt occurramus obuiã saluatori nostro Prouerbi. decimoquarto Usqz quo piger dormis. Item sicut ostium vertitur in cardine suo. sic piger i lecto suo in eodem. xxvi. c. Maxime autem surgẽdũ est a somno culpe et peccati. Ephe. quinto. Surge qui dormis et exurge a mortuis et illuminabit te christ⁹. p Designatur aũt peccatum per somnum propter quinq̃. Primo quia sicut somnus reddit hominem insensibilem. sic peccatum Prouerbiorum vicesimotercio. Traxerunt me et ego non sensi. verberauerunt me et ego non dolui. Trahitur homo a demone cuius seruus factus est alias non auderet eum trahere. et nedum trahitur. sed et hoc non sentit. hoc figuratum fuit. iiij. Regum. sexto de militibus regis syrie quos Heliseus duxit i Samariam percutiens cecitate quos rex israel voluit occidere sed Heliseus non permisit. Ita demon postq̃ traxerit homines ad peccatum statim vellet occidere et ducere in infernum sed deus non permittit ex magna misericordia. Trenorum tercio. Misericordie domini multe: quia non sumus cõsumpti. Et non solum trahitur sed etiam verberatur et vulneratur letaliter ꝛ totus expoliatur. Luce decimo capitulo. Qui et dispoliauerunt eum et plagis impositis abierunt semiuiuo relicto. Et tamen nõ dolet ymo letatur quod peius est. Prouer. ij. Letantur cum male fecerint et exultant in rebus pessimis. ¶ Sedo designatur potiꝰ p somnuz quia sicut somnus est quedã imago mortis Ita et anima i pctõ manẽs mortua est. quia separata est a vita vera scilicz deo qui est beata vita animarum. Jo. decimo. Ego sum resurrectio et vita Vera mors quã homines nõ timẽt est. s. separatio anime a deo qui est btã vita animarũ. Et ideo dicitur in psalmista. Mors peccatorum pessima. Tercio q̃ sicut somnus reddit hominem similem bestijs pro tempore illo q̃ dicit philosophus in dimidio temporis scilicet. in quo dormim⁹ non differimus a bestijs ita peccatum. ps. xlviij. hõ cuz in honore esset nõ intellexit. comparatus est iumentis insipientib⁹ et similis factus est il-

lis Boe. Vnus ista conditio est vt si se nos se deserit infra bestias redigatur. Sicut ergo ligatur bestia ꝛ ducitur ad macellum ita ligatur peccator et ducitur ad infernū. Prouer. v. Funibus peccatorū suorū quisq; constringitur. Mathei. xxi. Ligatis manibus ꝛ pedibus mittite eum in tenebras exteriores. ¶ Quarto quia sicut somnus facit ea apparere que non sunt et videtur dormienti q̄ sit episcopus et q̄ habeat vestes preciosas. ꝛ similia fantasmata generat. sic peccatum facit apparere ea que nō sunt. Isa. xix. Sicut somniat esuriens ꝛ comedit cum autē fuerit expergefactus vacua est anima illius sic erit multitudo omnium gentiū. Facit enim peccatum apparere vmbras ac si appareret verba bona quando aūt pctōr fuerit excitatus per penam tunc cognoscet q̄ bona mundi sunt vmbra. Unde impij qui sunt in inferno dicunt illud. Sapientie. iiij. ca. Transierunt omnia illa tanq̄ vmbra. Facit enim peccatum malum apparere bonū. et ecōuerso. ꝛ hoc sic: quia corrumpitur palatū rationis aie. Augustinus. Palato nō sano pena est panis qui est suauis. et oculis egris odibilis est lux que puris est amabilis. Isa. v. Ue qui dicitis malum bonum ꝛ bonū malū ponētes tenebras lucē. ꝛ lucē tenebras ponentes amarū in dulce. et dulce in amarum. ¶ Quinto sicut somnus facit videri dormienti illa esse vera pericula que non sunt. et vera pericula facit eum non timere. vt si latro esset supra eum volens eum strangulare. sic peccatum facit peccatorem supra modum timere pericula mundi ꝛ diuersa rerum temporaliū que pericula nō sunt. et vera pericula scz virtutes facit perdere et separari a deo et mori. in anima nō timet paupertatem enim mundi et abiectionem nimis timet. et paupertatem ꝛ cōfusionem eternam non timet. ps. xxiij. Illic trepidauerunt timore vbi non erat timor. Talis enim somnus quo pctōres dormiunt est somnus confusionis et mortis.

Hiere. iij. c. Dormiemus in confusione nostra. Sic dormiuit Sanson in gremio Dalide et surrexit confusus et victus ab inimicis. Judicū. xvi. Et ideo talis somn⁹ est penitus deserendus. i. Thessalo. v. Non dormiamus sicut et ceteri sed vigilemus. et sobrij simus. Surgamus ergo charissimi et obuiam eamus saluatori nostro. Prouerbiū est. qui mane nō surgit diem suam postponit. Et sic patet primū. ¶ Secūdo apostolus duas causas assignat ḡre surgendū est ꝛ regi nostro obuiandum. Prima sumit a propinquitate glorie secunda a ppinquitate gratie ibi Nox precessit dies aūt appropinquabit. Dicit ergo sic. Dixi quia hora est a somno surgendi peccati et pigricie vt obuiemus regi nostro/quia nū c nostra salus scz deus qui est salus eterna et gloria beatorum propior nobis est q̄ esset sup. p̄mo cum credidimus quando scz fidē recipimus. Quanto enim plus viuimus: tāto proximiores morti sumus in qua christus nobis bene operantibus aduenit mercedē eternam redditurus. Apoca. xxij. Ecce venio cito ꝛ merces meas mecum est reddere vnicuiq; iuxta opera sua. Jac. Confirmate corda vestra quoniam aduētus domini appropinquabit. Et est opportuna rō: si nō essemus valde corrupti/ quia omnis motus vel naturalis vel volūtarius mouetur feruētius dum appropinquat fini. Unde philosophus dicit q̄ naturalis motus in fine augmentatur sed violētus remittitur. Et Greg. dicit super illud Jo. iij. Haudentq; vehementer quasi effodientes thesaurum Qui thesaurum fodit tanto anxius effodit endo laborat quanto se thesauro appropiquare existimat. Uel salus eterna propior dicitur non approximatione loci sed debiti. quanto em̄ post susceptam fidem plura bona operamur tanto magis salus eterna appropinquat nobis et ipsi Mathei. iiij. c. Penitentiam agite appropinquabit em̄ regnum celorum Jaco. iiij. Appropinquate deo et appropinquabit vobis. ¶ Secūdam ronez ponit dicens. Nox precessit. Sicut em̄ nox et dies sunt continua et vnum non pōt appropiquare nisi alterū discedat sic culpa et gratia. In infusione em̄ gr̄e culpa expellitur. Et hoc est q̄ dicit. Nox p̄cessit. Surgendū est enī q̄ nox p̄cessit: dies aūt appropinquabit. Nox inquā culpe et infidelitatis et ignorātie quib⁹ dormiebam⁹ precessit et p̄ dei gr̄am recessit. Dies aūt. i. illuiatio gr̄e appropinquauit sole iusticie mūdū irradiāte. Mala. iiij. Timētib⁹ deū orietur sol iusticie. Sic ergo p̄z q̄ surgere debem⁹ ire obuiā q̄ ꝛ gr̄ia ei⁹ ꝛ gr̄a appropinquauit. gratia facit nos surgere et ambulare et gr̄a trahit. Quid ergo moramur q̄ non imus obuiam regi nostro. Mich. ij. Surgite abite. quia non habet hic requiē

nete et verbo vite itentū esse. Sic tetigit apostolos qui statim ad vnicum verbum xpisti relictis omnibus secuti sunt eum. vt patet math. iiij. Et hoc est quod dicit Surdi a diūt supra verbū dei cum esse ctu. ¶ Quinto peccator in anima a morte culpe moritur: quia cuz vita anime que p gratiam vivit deo in dilectione dei consistit. iuxta illud Hugonis de sancto victore. Scio alma mea: quis amor est vita tua et per peccatū mortale odiū dei incurrat. liquet q per peccatū anima moritur cum dei dilectionem amittit. Hec est pessima mors de qua super omnia est dolendum. et ad quā vitandā omnia mala sunt tolerāda. z ad quā expellendam omnia sunt experenda. ps xxxiij. Mors peccatoz pessima. Augustinus. Vera mors est quā homines non timent. scz separatio anime a deo. moritur homo in corpore z oēs amici cōueniunt z plorant. z curant honorifice euz sepelire. moritur in anima z nullus curat z nullus dolet. z nullus plorat. Hāc mortē dñs expellit dum amorem suū qui est vita anime ipsi anime infundit per quā sapiunt et spūalia z terrena decipiunt. et per quem deus in eo manet z ipse in deo qui est beata vita animarum. vt dicit Augustin⁹. j. Joh. iiij. De⁹ charitas est z qui manet in charitate i deo manet. ꝛc. Et hoc est qō dicitur: mortui resurgūt. ¶ Sexto peccator efficitur pauper: quia cū omnia bona sint filiozum dei: iuxta illud. j. Coz. iij. Omnia vestra sunt siue mundus. siue mors/ siue vita/ siue p̄sentis/ siue futura/ et peccator de filio dei transit ad dyaboli seruitutem. manifestuz est q omnia bona perdit. Mathei. xxv. Et sūt q non habet scz gratiā filioz z quod habet auferet ab eo. Et sic peccator bona fortune videtur habere: certe non iuste z rite possidet: sed sicut predo in malum suū et dānationem: quia vt dicit Augustin⁹ peccator non est dignus pane quo vescitur. Nulla creatura est ita pauper sicut peccator qui tamen diuitem se dicit qō mors optime probat: quia in morte diuitias z delitias z honores totaliter perdit. Apoca. iij. Dicis q̄a dives sum z locupletatus sum et nullius egeo/ z nescis quia miser es z miserabilis pauper z cecus z nudus. Justus autē in morte veras diuitias impetruuz duraturas delitias et honores inuenit. Propter qō dicit scriptura. Eccli. xlj. O mors bonū est iudicium tuum. Hanc paupertatē tollit dūs dum virtutes anime infundit que vere diuitie sunt que auferri non possunt et durant perpetuo. Et hoc est quod dicit ibi. Pauperes euangelisantur. i. virtutibus sublimant. ¶ Septimo peccator de omnibus factis dei scandalisatur z murmurat. Nam murmurat de iusticia dū videt pestilentias venire z homines eternaliter dānari. ps. xlviij. Nunq̄d in eternum irascetis nobis. Item murmurat de misericordia qua deus parcit peccatoribus. Luce. xv. Murmurabāt scribe z pharisei dicētes: quia hic peccatores recipit z mā ducat cū illis. Item murmurat de quidē tia qua peccatoribus semper p̄spera eueniunt z iustis aduersa. Hiere. xij. Quare via pctōrum p̄sperat. bene est omnibus q̄ inique agunt. Itē murmurat de bono tēpore z de malo: z breuiter de omnib⁹ murmurat z scandalisatur. Unde christus exē plū posuit de se z Johāne baptista dicēs. Non venit Johānes māducare panē neq̄ bibere vinū z dicitis demoniū habet venit filius hominis māducare z bibere: et dicitis hic est vorator z potator: vinū vt dicitur Math. xj. Hic cadit exemplum illius senis qui cū venit cum filio z asino ciuitatē z primo ascendit ipse asinum. secūdo fecit ascendere filiū. tercio ascendit ipse z filius simul. quarto nullus eoz ascendit: z de omnib⁹ fuit murmuratum. Istud est pessimū peccatū scilicet murmurare z scandalisari de factis dei p̄ti. Coz. x. Neq̄ murmuraueritis sicut q̄dam eoz murmurauerūt z perierūt ab exterminatore. Hoc murmur z scandalū dūs sedat per lumē spiritussancti qui docet nos credere omnia. iuste p̄cedere z recte disponere j. Jo. ij. Unctio eius. s. spūssancti docebit vos de omnibus p̄sertim q̄ p̄sturi sūt ad salutē. Et sic patet tercium. m

¶ Quarto ponitur Johannis cōmendatio copiosa cum dicit. Illis autē abeuntibus cepit Jesus dicere ad turbas de Johanne. Quid existis in desertum videre ꝛc. Siquidez totus populus exibat in desertum ad videndum z audiendum Johānem. Sed noluit Jesus cōmēdare Johānem coram discipulis suis: quia tunc magis cōfirmasset eos in errore quo eū sibi p̄referebant: sed illis abeuntibus cōmendauit eū coram turba. Que quidem cōmendatio necessaria fuit z digna. Siquidē ex interrogatione Johānis quadruplex error turbe surrexit de Johanne. Quidam enim cogitabant q esset mobilis in sua fide cum paulo ante christum asseruit deb-

dicēs. Ecce agnus dei qui tollit. ꝛc. Jo. ii. Wo do⁹ interrogat: Tu es qui venturus es an alium expectam⁹? Et ideo xps hoc remouens asserit. Johannē non esse mobilē vt arundinē sed firmū in fide sua. Quidā aūt mirabāt eū histrionib⁹ q̄ in facie laudant homines vt accipiant munera de rebus dñoz z per cōsequens non existimabant eū esse sancte vite. Hoc xps removens dicit eum non esse mollib⁹ vestitū vt histriones qui in aula regā morātur et eis adulantur: dicit adultores ab aula. Uñ Johannes talia non querebat scz mollibus vestiri et in aula et regū et dñoz morari et deliciis affluere immo induebat tunica de pilis camelorum facta et zona pellicea ad lūbos eius et in deserto habitabat. et i spelūca iacebat. et cibus eius fuit locusta et mel siluestre vt patet Math. 3. Et asperā et sanctā vitam ducebat. Et nota hic q̄ vestis iohannis et olim iustoz est vestis iusticie que figurata est per incōsutilē tunicam xpi quam deus suis manibus texit vt phis dicit Boecio q̄ facit hoiem dignum nuptijs eterni regis: quare ille pauper nō habens de nuptijs est expulsus vt patet Mathei. xx. Ista vestis est valde rigida et non est mollis. quia arta est via que ducit ad vitam. Mathei. 8. Vestis aūt peccatoris est mollis. quia bonis mundi est delectabilis. Ista vestis mollis est pellicea. vtpote de corijs pauperum vite est. Exemplum de vsurarijs et predonibus qui exercitant pauperes. Ista est vestis illa quā rex Amon preuidi fecit nuncijs qui venerant eam visitare. Rex Amon id est diabolus peccatorib⁹ qui vadūt eum visitare ad infernum precidit vestes scz in morte quia tunc ois bona auferunt ab eis et tunc sunt viri confusi fortiter valde. q tunc apparet ignominia eoz. nam q̄ supra omma quesierunt honores suppeditantur a canibus. quia super ois quesierunt diuitias. expoliantur ab oibus. Cum ista veste pellicea eiecti sunt primi parentes de paradiso posīt vestē innocentie perdiderunt. Istam vestem mollē nō habuit Johannes baptista sed peccatores qui morantur in domibus dominoz mundi vestiti sunt ea

¶ Quidaz credebant eū non esse ppheā pro eo q̄ futura nesciebat. quod ad ppheam pertinet/ sed de eis interrogabat. Hoc xps removē dixit Johannē non esse propheam solum. sed plusq̄ propheam.

N Ubi notatur q̄ vere Johannes fuit plusq̄ prophetes quantum ad sex primo q̄ in vtero in mūdo. et in limbo prophetas nūt q̄ null⁹ alius fecit. Secūdo quia in dicē xp̄m ostendit quē omnes alij. futurū esse dicebant. Tercio quia fuit prophetes cōsolationis sed alij afflictionis pro eo q̄ dicebant expectare expecta. spes aūt q̄ differtur affligit alias vt dicit Prouer. 13. Quarto quia non solum vera predicabat sed sēper agebat sancta. quod multi alij nō fecerunt. Quinto q̄ alij p̄phete de ipso Johāne pphetauerūt vt Malachias. Ecce mitto angelum meum. ꝛc. Eiusdem. 3. Sexto q̄ omnē prophetisationē terminauit. Math. xi. Usq̄ ad Johānē lex et pphete. ¶ Quia dā credebāt Johānem non esse. nūciū dei pro eo q̄ secretū de messia futuro nō reuelauit ei quod ad nūciū pertinet. s. secreta dñi portare. Hoc xps removet dicens eum esse angelum id est nunciū de quo scriptus erat Malachie. iij. qui debebat aduentum messie filij dei immediate p̄cedere et viaz ei preparare. s. p̄dicando et baptisando et homines ad penitētiā inducēdo z christo testimoniū perhibendo. In quibus simul aggregatis magna Johānis fama declarat. Et sic p3 q̄ in cōmēdatione iohānis quatuor virtutes cardinales apparent in eo perfecte fuisse. Nam in eo q̄ dissimilis arūdini describit fortitudo insinuatur. in eo q̄ non fuit mollib⁹ indutus nec in aula regū cōmoratus eius tēperātia manifestatur in eo vero q̄ prophetes asserit eius prudentia cōmēdat sed in eo q̄ angel⁹ appellatur ei⁹ iusticia declaratur. In angelo enī. i. nūcio humilitas z fidelitas designatur que ad iusticiā reducuntur. O Moralit er aūt ad edificationē nostrā nota q̄ Johānes nō fuit arundo vēto agitata qz cogitationes arūdinis cōuenit peccatori et nō Johanni. Assimilatur aūt peccator arūdini quātū ad quattuor. primo quia arundo radicatur in arena et terra fluida et non in petra. sic peccator nō radicatur in petra xpo sed in mūdo fluctuti. Jo. ij. Mundus transit et concupiscentia eius. Et ideo peccator cum mūdo transit quia vt dicit Greg. Qui labenti innititur necesse est vt cum labēte labatur. Johannes aūt in petra christo fuit radicatus sic iustus primo et principaliter debet fundari in christo qui est regnuz dei z iusticia eius. Et nota hic q̄ arbor bene radicata et fundata difficiliter eradicatur sic qui bene radicatus est in christo vt in mundo ab vtroq̄ difficile mouetur. Et ideo attendendum est vbi homo p̄mittat radices vtrum in christo vel in mundo

¶ Secundo quia arundo exterius habet

c

pter sex dr Johannes.
plus q̄ Ppheta

p°

2°

pulchritudinē in folijs et interius in fupi se vacuitatē. sic mūd⁹ et mūdani exterius apparēt pulchri et interius sunt vacui et deformes. Vacui sunt qz non habent virtutes que sunt vere et proprie diuitie hominis. nec habent deū qui est omne bonum. et ideo nichil habēt sed sunt oino vacui. et ideo semper desiderāt repleri tanq̄ nichil hñtes. Sunt etiā deformes quia tria sunt turpiora de mundo scz infernus. diabolus et alia peccatorum. sicut tria sūt pulchriora que reperiunt in creaturis. s. paradisus angelus et anima iusti. Johānes aūt nō fuit vacuus interius sed plenus spūsctō. Lu. i Spiritusctō replebit adhuc ex vtero mris sue. Itē exterius fuit pie asperitate et abstinentia multū extenuatus et rigid⁹. Unde inter oēs sctōs depingitur exterius deformis intus aūt fuit pulcherrimus. Sic iustus debet esse interius plenus virtutibus. et exteri⁹ vacuus in rebus mūdi interius pulcher ⁊ exteri⁹ abiectus et attenuatus. Hic patet exēplū de galla puella simichi cōsulis et patricij filia que cū a parentibus molestaret vt reciperet virū. alioquin dicebant medici haberet barbā. non curauit hfe barbā ⁊ esse exterius deformis dū interius esset formosa. in dialogo est. Pōt etiā per arūdinē ypocrita designari q̄ exterius lucet per apparentē cōuersationem interius aūt est vacuus qz veritatē virtutis nō habet qui ad modū arūdinis aduentum detractionis vel adulationis in diuersa mouet. Hec est illa arūdo que rpm sitienē aceto potauit vt pīz Mathei. 22. Sitit xp̄s salutē nr̄am et bonitatē. sed ypocrita speciē bonitatis et propinat. sicut acetū habet similitudinē vini ⁊ tñ vinū nō est.

¶ Tercio qz arūdo est valde debilis ⁊ de facili cuellitur et frangit et ad oēm ventū mouetur. sic pctōr est valde debilis ad onera penitentie. nec potest ea sustinere. frangitur etiā in omni aduersitate sibi contingente. et blasphemat et ad omnē ventum temptationis flectitur et inclinatur. Arundo vere est mundus quia nullam stabilitatem habet Ecclesiastici. xxvij. Stult⁹ sicut luna mutatur. i. mundus q̄ semp̄ sultitiat ⁊ coronatus rosis vt puer semper vult in choreis vocari. et ideo nullo modo in eo est cōfidendum. Sed iohannes fuit valde fortis. quia a stumine persecutionis vinculationis et decollationis euelli non potuit a fide et operum iusticia. nec a vento aduersionis fuit motus cū iudei miserunt legatos et nūcios qz volebāt eū p messya siue xp̄o recipere sed dixit Non sū vt ptz Jo. i. Sic vir iustus debet esse fortis ad onera penitentie et i omni aduersitate fortiter firmus q̄ tunc erit q̄n amorē dei habebit q̄ facit gratia leuia. ¶ Quarto quia arūdo habet languinē pro fructu sic peccator nō refert fructū ex operib⁹ suis. Sap̄. 5. spes impij q̄si lanugo que a vento tollitur. Ro. 5. Quē fructum tūc habuistis in illis i quibus nūc erubescitis. Johānes aūt fructus retulit. quia triplici cā debet ei fruct⁹ cēte simus scz qz virgo qz predicator et qz martir. Sz vir iust⁹ debz facere opa bona q̄p gloriosē fructē vt patet i libro sapie. 4. c

De epistola. Sermo sextus.

Sic nos existimet hōvt ministros xp̄i. i. Cor. 4. In tota epla hodierna vnū intēdit Apostol⁹ scz falsū iudicū quo ad ministros xp̄i subditi phibere i quo cū euāgelio cōcordat in quo ostēdit q̄ xp̄s falsaz opinionē de Johāne baptista dei ministro ꝓpter interrogationē quā fecit exortā p multiplicem de Johāne cōmēdationez deleuit ostendēs ipz vez ministrū dei. Tria ḡ Apl's arcā tale iudicū in hac epistola facit. Prio dicit q̄ viri eccle. qui ad ecclesia in suis officijs cōstituūt ad diuina tractanda debent vt xp̄i ministri a reliquis reputari Sic nos existimet hōvt. mi. ⁊ dispē. mi dei Sc'o ostendit q̄ tales ministri non debent a suis subditis iudicari. ibi. Dic iam ḡritur inter dispensatores. Tercio ostēdit quattuor rationes que debēt tale iudicū cohibere ibi Michi aūt ꝓ minimo ē vt a vobis iudicer aut ab humano die ⁊c. Prio ergo dicit apostol⁹ q̄ viri ecclesiastici qui ad ecclesia in suis officijs instituuntur ad diuina. tractanda debēt vt christi ministri a reliquo populo estimari et hoc ibi. Sic nos existi. hō. ⁊c. s. viros ecclesiasticos existimet homo quilibet vt ministros xp̄i. querentes. s. xp̄i honorem ⁊ ei seruientes 2. Cor. 4. Non em̄ nosmetipsos predicamus sed iesum christum dñm nr̄m nos aūt seruos vestros per Jesum et dispēsatores ministeriorum dei. Nota q̄ dispensator est qui prouidet et disponit quod cuiq̄ ꝑsone congruit et sm̄ hoc cuiq̄ distribuit vel qui disponit ministroꝝ officia vl q̄cūq̄alia bona domini sui. Talis dispensator erat. paulus ⁊ tales debent esse ꝓlati om-

nes et ministri ecclesiaꝝ Cor. i. Cui⁹ factus sum ego paulus minister sm̄ dispensationē dei que facta est michi in vobis pīz. Petri. 4 Unusquisq̄ sicut accepit gratiam in alterutrum illā administrantes sicut boni dispēsatores multiformis gr̄e dei. Quidā sūt ministri ecclie potius sunt discipatores & dispēsatores qui dissipāt patrimoniuz christi Luce. 16. Homo quidā erat diues q̄ habebat villicū et diffamat⁹ est apud illū quasi dissipasset bona illius. Circa hanc p̄mā partē epistole ad edificationem nostrā tria sunt videnda quia cuz quilibet christian⁹ sit emptic⁹ seru⁹ christi eius sanguine redemptus et de ptāte diaboli ereptus debet ei fideliter ministrare et deuotū obsequium exhibere omnia bona que habz ad honorem et voluntatem domini expēdere cum bonorum ipsius sit dispēsator et domin⁹. Et ideo primo videndum est. que req̄runtur ad hoc q̄ ministerium et seruitium nostrum sit deo acceptum. quod valde solicite attendere debemus quia in tali seruitio cōcurrunt et persone et maximum lucrum et econtrario maximū dānum. Si enim debito modo fiat remunerandum est vita eterna. Si em̄ aliquis multo tēpore ⁊ multo labore et sollicitudine addiscat aliquaz artē ex qua tamen modicum lucrū consequit cum quanta sollicitudine deret addiscere ministeriū hoc circa quod potest accidere maximū lucrum et maximū dānum. ¶ Et ideo nota q̄ septem requirūtur ad hoc vt nostr̄ seruitium sit deo gratū. ꝓ primum est intelligentia veritatis que per fidem habetur vt scz credamus de deo ola que fides catholica credit Hebr. 11. eorum vndecimo. Credere enim oportet accedentē ad dominum quia est et inquirentibus se remunerator sic. Sicut em̄ regi terreno non est acceptus minister cecus sed intelligēs iuxta illud Prouer. 14. Accept⁹ est regi minister intelligēs sic regi celesti nō est acceptus minister infidelis scz fidelis Hebr. 3. Sine fide impossibile est placere deo. Quō em̄ quis poterit placere deo nisi sciat que placita sunt deo quod per fidē scitur. Et ideo iudei et saraceni et omnes extere nationes que seruiunt deo eorum seruicia non sunt deo accepta quia non habent fidem sine qua impossibile est deo placere ⁊ ideo nescaunt quid faciunt et quidem credentes se obsequi deo peccāt. Jo. decimo sexto. Uenit hora vt omnis qui interficit vos arbitretur obsequium se prestare deo. et hec facient vobis. quia non nouerunt patrem nec̄ me Aug⁹. Omnis actio infidelium mala. ¶ Scōm est conformitas moris vel moralitatis que per imitationē habetur vt conformet se minister moribus dñi. Conformari enim debemus actibus xp̄i ⁊ eū sequi Jo. xij. Si q̄s michi ministrat me sequat. Similitudo em̄ inter amantes est. Ecclē. xiij Omne animal diligit sibi simile ⁊ omnis homo proximum suum. tunc em̄ deo acceptum est ministeriū nostrum q̄n et in actibus conformamur. vt sicut ipse est sanctus. impollutus. segregat⁹ a peccatoribus. ita et nos simus. Leuiti. xi. ⁊ xix. Sācti estote quoniam ego sanctus sum. qualis est ergo dominus talis nitik esse minister. Propter q̄ dicitur. Prouerbi. xix. Princeps qui libenter audit verba mendacij omnes ministros habet impios quia scz nituntur et in malo conformari. Hic cadit exemplum cuiusdam infirmi qui videbatur sibi esse gallus quem nullus medicoꝝ poterat curare nisi quidam medicus qui simulauit se similiter esse gallum et tunc infirmus accessit ad eum. et omnia que medicus faciebat similiter et ipse faciebat. et medicus assumpsit medicinam similiter et ille. per quam liberatus fuit. Nunq̄ placet mulier viro nisi conformet se actibus suis vel moribus. et ideo vidue non libenter assumuntur qz aliorum moribus cōformate. ¶ Tercium est munditia puritatis que per charitatem habetur. p̄s. c. Ambulans in via immaculata hic michi ministrabit. Peccatuz reddit animā non solum immundā sed leprosā. Unde peccatū per leprā in scriptura designat. Sicut ergo null⁹ dñs vult ministrum leprosuz sibi ministrare ymo abominatur ipm. sic xp̄s nullū vult sibi ministrare pctō mortali infectū. ymo ex ipso ministerio ipsum condēnat. vt patz in ministris ecclesie qui si in pctō mortali in sacramētis ecclesie deo ministrent. mortaliter peccāt. Hic cadit exemplum illius domine tuderātine de qua Greg. dicit in dyalogo q̄ cum de nocte pollura esset a viro de mane vocē sit ad dedicationem oratorij sancti Sebastiani et tetigit reliquias eius. ⁊ statim inuasa est a demone. hanc immunditiam peccatorum charitas depellit qz ipsa est ignis diuinus qui animam purificat ⁊ consumit rubiginē peccatorum. Prouer. x. Universa delicta operit charitas. Lu. vij. Remittuntur ei pctā multa qm̄ dilexit multum. ¶ Quartuz est actus humilitatis qui per subiectionem habetur. proprium enim ministri est humilitas et subiectio. habet eñ

dominū discalciare ⁊ equū preparare ei ge nu flectere et in omni obsequio ei assistere et iō cōtra naturā et rōnem ministri est superbia. Et hoc multo magis in ministris xpi debet obseruari. nō solū hac rōne sed etiā qz dns eoz humilim⁹ fuit Math. xi. Discite a me qz mitis sum et humilis corde. Valde ergo monstruosum est et detestabile q aliquis de ministris sit superbus ⁊ ambitiosus cum dns eoz sit humilis. Et iō Jesus discipulus suis ait Mat. ij. Quicūq inter vos vult ma. fi. sit mi. ve. secus est in ministris dyaboli cū ipse sit superbissimus ⁊ iō sicut ipse est supbus et ipi sunt superbi. Job. xli. Ipse est rex super omnes filios superbie. Sed in ministris xpi nullo modo est tolerandum. pū. c. Non habitabit in medio domus mee qui facit superbiā. Hec humilitas subiectionē habz quādo scz minister xpi vult subesse et non prelle et omnes alios reputat se superiores i. Petri. v. Non quasi dominātes in clero. Et iteram. Superiores inuicē arbitrātes philip. ij. ¶ Quintum est patientie longā animitas q per aduersoz tolerātiā habeā debet enim minister sustinere correctiōes domini in dictis ⁊ in factis et obsequia laboriosa tolerare. vt mercede retributiōis non careat. ij. Coz. vi. In omnib⁹ exhibeamus nos sicut dei ministros in multa patientia. Job. xiij. Etiam si occiderit me ipso sperabo. Minister xpi debet facere sicut canis. qui si expellitur per vnum ostiū redit per aliud. Non coronat xps aliquem ministrū. nisi sit probatus in patientia aduersorum. sicut rex terrenus nō dat ciuitatem militi nisi multa aduersa pro eo sustinuerit vel paratus sit sustinere Jac. primo. Beatus vir qui suffert tēptationē. qm cum probatus fuerit accipiet coronam vite. ⁊c. ij. Thi. ij. Nemo coronabitur nisi qui legitime certauerit. ¶ Sextum est negociatio fidelitatis que per sinceram dilectionem habetur Math. xxiiij. Quis putas est fidelis seruus ⁊ prudens quem constit. dns sua. suā. Quoniam enim minister habet sinceram dilectionem ad dominum tunc enim negocia fideliter agit alias querit vtilitatem propriam et non domini. et tunc valde a domino diligitur et carius habetur. Eccles. xxiij. Est tibi seruus fidelis sit tibi quasi anima tua. Et nota q merces non retribuitur secundum multitudinem negotiorum. sed secundum fidelitatem Math. xxv. Quia super pauca fuisti fidelis supra multa te constituam intra in gaudium.

¶ Septimum est strenuitas velocitatis q per sollertē diligentiam habetur. Quādo minister xpi solliciť ⁊ velox in ministerio suo accepť est illi sicut minister sollicitus et velox acceptus est regi et dño terreno. Proverbio. xxij. Vidisti virū velocē in opere suo. coram regibus stabit. Econtrario est de pigro quia ministrū negligētē et pigrū dominus liberter expellit. et cū magnis iurgijs sustinet eū. Eccle. xxij De sterc⁹e bouū lapidať est piger. i. vilissima oblurgatione. Sic de muliere pigra q per totā septimanā nō purgat domum nisi in die sabbati. et domus eius ita immunditijs scatida vt videatur esse quoddā stabulū Sic sunt multi clerici circa officium diuinum valde negligentes. nec attēte nec tpe suo dicentes. Aliq sunt qui officium diuinū non dicunt nisi die dominica. ⁊ ecclesiā dei tenēt sicut aliā domū cōtra. Jhere. xlviij. Maledictus vir qui facit opus suū negligenter. Johā. ij. Auferte istā hinc et nolite facere domū patris mei do. ne. Seculares vero domini alias suas purgant semel in anno, et magis sunt solliciti de seruitio equoruz q de seruitio dei Q Secundo videndū est in quo xps vult sibi ministrari Et dicendū q in tribus sibi a nobis et ministrari ⁊ seruiri potest. Prio in sollerti custodia nostri Abacuc. ij. Super custodiam meam stabo. Quilibet hō quedā ciuitas dei est. vnde illud psal. lxxxvi. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. In qua deus spōsam et filiā suā. i. alam ad ipsius imaginem creatā collocauit ab hostibus custodiēdā qui huic ciuitati diuersa continue mouent prelia Job. vij. Militia est vita hominis super terrā. In hoc ergo xpo ministrare debemus vt sponsam suam. i. animaz nostrā et ciuitatem suam ita custodiamus ne ab hoste capiatur et in captiuitatem inferni ducatur. ij. Thi. ij. Labora sicut bonus miles christi Jesu. Sic militauerat apostol⁹ qui dicebat. ij. Thi. iij. Bonū certamē certaui cur. cōsum. fi. ser. Secūdo debem⁹ ministrare in fideli et vtili ꝓsu virtutum et donorum nobis collatorū. sicut dicit Job. i. c. Quilibet homo egreditur nud⁹ ex vtero matris sue. Et philosophus dicit q anima nascitur sicut tabula rasa. Et a nobis penitus nichil habemus. sed omnia bona nobis a deo donantur primo. Chorinteo. iij. Quid habes quod non accepisti. Sic ergo christo ministrare debemus vt virtutibus et gratijs nobis concessis laudabiliter vtamur ad dei honorem et

proximi vtilitatem. Et ideo non debemus abscondere bona dei vel inutiliter tenere qz ille seruus qui abscondit pecuniam domini sui condēnatus est vt patet Luce xix. Dñe ecce mna quā habui repositam in sudario. Sic bene iussus fuerat ille bonus seruus qui dixit Domine quinq talēta tradidisti michi. ecce alia quinq superlucratus sum Mat. xxv. et. ij. petri. i. Ministrate in fide vestra virtutē et opera fructuosa. Ue ergo illis q bonis dei ad ipsius vtuperiū et proximi nocumentū vtunť. Tercio possumus seruire in subiectione seruoz xpi opera pietatis eis exhibēdo. et quantū ad corpus et quātū ad alam. Ser eīm sunt opera pietatis ad corpus et ser quantū ad alam In hoc ergo christo ministramus si opera pietatis proximis exhibemus/ qz hec opera ipse sibi reputat fieri Mathei. xxv. Esurii et dedistis michi māducare ⁊c. Amē dico vobis q diu fecistis vni ex minimis. ⁊c. Johā. ij. Auferte ista hinc et nolite facere domū patris mei do. ne. Seculares vero domini alias suas purgant semel in anno, et magis sunt solliciti de seruitio equoruz q de seruitio dei Q Secundo videndū est in quo xps vult sibi ministrari Et dicendū q in tribus sibi a nobis et ministrari ⁊ seruiri potest. Prio in sollerti custodia nostri Abacuc. ij. Super custodiam meam stabo. Quilibet hō quedā ciuitas dei est. vnde illud psal. lxxxvi. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. In qua deus spōsam et filiā suā. i. alam ad ipsius imaginem creatā collocauit ab hostibus custodiēdā qui huic ciuitati diuersa continue mouent prelia Job. vij. Militia est vita hominis super terrā. In hoc ergo xpo ministrare debemus vt sponsam suam. i. animaz nostrā et ciuitatem suam ita custodiamus ne ab hoste capiatur et in captiuitatem inferni ducatur. ij. Thi. ij. Labora sicut bonus miles christi Jesu. Sic militauerat apostol⁹ qui dicebat. ij. Thi. iij. Bonū certamē certaui cur. cōsum. fi. ser. Secūdo debem⁹ ministrare in fideli et vtili ꝓsu virtutum et donorum nobis collatorū. sicut dicit Job. i. c. Quilibet homo egreditur nud⁹ ex vtero matris sue. Et philosophus dicit q anima nascitur sicut tabula rasa. Et a nobis penitus nichil habemus. sed omnia bona nobis a deo donantur primo. Chorinteo. iij. Quid habes quod non accepisti. Sic ergo christo ministrare debemus vt virtutibus et gratijs nobis concessis laudabiliter vtamur ad dei honorem et

R Tercio videndū est quare domio ministrare debemus. Dicēdum q propter tria. Primo propter debitum reddendum et innumeris beneficijs deo seruire obligamur. et maxime ex tribus. Primo quia ad imaginē suā nos creauit pulcherrimas creaturas et sui capaces Cogitemus quanz teneremur medico q reddidisset nobis visum vel manus vel pedes ⁊c. quantū vero tenemur deo qui corpus et animam nobis dedit. Job. ij. Manus tue dñe fecerūt me et plasmauerunt me ⁊c. Secundo quia omnia nobis subiecit et ad nostrum ministeriū et seruitutē ordinauit ⁊ etiā angelos suos. ps. lxxx. Angelis suis mandauit de tevt custodiant te in oibus vijs tuis ⁊c. de quo miratur propheta dicens. Quid est homo q memor es ei⁹. Omnia subiecisti sub pedibus eius. ⁊c. ps. viij. Tercio quia ipse in luto et latere mortalitatis per. xxx. annos nobis seruiuit/ et pedes nobis lauit. vt nos redimeret morti se tradidit/ et ideo totaliter et in omnibus et per omne tempus et omni genere famulatus ei obligamur. Et si omni die milliesies morereturi/ non ťn esset sufficiēs recōpensatio. ps. cxv. Quid retribuā dño pro omnibus que retribuit michi. ⁊c. q d nichil dignum Secūdo deo tenemur ministrare ꝓpter precium cōsequendum vt si terreat labor/ alliciat merces que infinita est. Triplex autem premium consequimur si deo seruimus. Primuz est quia si deo seruimus totus mūdus seruit bonis. quia vt dicit Augusti. Qui sub est iugo christi oia subsunt ei. Bernardus. Fideli homini totus mundus diuitiarum est totus plenus quia tam prospera q aduersa cooperantur ei in bonum Ro. 8. Diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. ¶ Secundum est quia deus suos seruitores nobilitat valde transferēs eos de genere seruoz in carissimos filios pū. lxxxi. Ego dixi dij estis etiā excel. om. huiꝰ hēmus exēm i cruce xpi q fuit deo breue tēp⁹ iduro seruitō ⁊ tñ ita exaltata ē Aug. Crux de penis latronū trāsijt ad frontes imperatorum. Quid ergo dominus faciet fidelibus suis si tantum honorez contulit penis suis hoc etiā pz in apostolis ⁊ alijs sanctis. Nam beatos se reputant imperatores si possunt osculari ossa eoz. Terciū est quia deus seruitoribus suis dat totuz regnum suum quod est omne bonum Naz sic Alexander diuisit regnum suum duodecim pueris suis. i. Machabe. i. sed christ⁹ cuilibet dat totum. Lu. xij. Uos estis qui permansistis mecum in temptationibus, meis et ego disponam vobis sicut disposuit. pa. me. regnum. T Tercio debemus deo ministrare propter tormentuz vidz tandum quia cum ex multis beneficijs teneamur seruire deo vt dictuz est. nisi hoc fecerimus pro ingratitudine igni eterno et tenebris merito condemnabimur. Math. xxv. Inutilē proijcite in tenebras exteriores. Hoc autem tormentum in tribus consistit Primo et principaliter in separatione a deo. secundo in conjunctione ad tormēta Math. xxv. Discedite a me maledicti ecce primuz. in ignem eternum ecce secundum tercio in deordinatione virium anime et corporis. et remorsu conscientie ysaie. lxvi. Vermis eorum non morietur. i. remorsus conscientie. Et sic patet primum. ¶ Secundo dicit apostolus q minister christi in suis ministerijs nō debet a subditis iudicari. ⁊ hoc sic est. Hic est inter vos subditos tam queritur id est in tempore presenti. cum magz expectandum esset vsq; in futurum donec deus iudicet vt fidelis quis scilicet iter dispēsatores inueniatur. q. d. Uos iudicatis ministros et dispensatores christi. q non sunt fideles U Cōsequenter tercio apostol⁹ ponit quattuor rationes per quas ostendit q tales sic alios iudicentes sunt redarguendi cohibendi. Quarum prima est q ministri ecclesie vel prelati parū curant talia iudiciaet ideo nichil subditis prosunt. Eccle. xxxij. Ubi auditus non est nō effundas sermonem ⁊ hoc sic est. Michi autē pro minimo est id est parū curo vt ayo

bis iudicer. et similter parum curo vt iudicer ab humano die id est ab intellectu humano scilicet carnali qui solum carnalia videt non sicut intellectus et dies sanctorum qui spiritualia videt. Uel ab humano die id est ab homine quando est in suo die .i. in hac presenti vita in qua videt tantum exteriora et ideo non potest dñi iudicare. pri. Reg. 16. Homo videt ea que patent deus autē intuetur cor. Sed contra hoc est illud Eccle. xli. Curam habe de bono nomine. ſ. Eorum 8°. prouidemus bona non solum coram deo sed etiam coram hominibus. Ad hoc dicendum q̄ laudis fama nobis nō est querenda propter honorem proprium ꝛ sic non curat apostolus sed propter honorem dei et proximi edificationē et sic loquitur scriptura ¶ Secunda ratio est nullus melius potest alium iudicare q̄ ipse seipsum sed nullus seipsum. iudicare sufficit ergo multo minus alium et hoc ē qđ dicit apl's Sed neq̄ meipsū iudico. i. iudicare valeo certa et diffinito iudicio qui tamē melius cognosco me ipsum q̄ alii. Petrus putabat seipsum bene cognoscere quando dixit Matthei. 26. Si oportuerit me mori tecū non te negabo. ꝛ tamen de ceptus fuit. Sed contra hoc videtur esse quod dicitur infra. Si nosmetipsos iudicaremus nō vti q̄ iudicaremur. Et dicendum q̄ ibi loquit de iudicio examinationis prope cōsciēne. hic āt de iudicio diffinitionis vel cōdēnationis. Et q̄ nō possit seipsum diffinitive iudicare ostendit dum dicit. Nichil mihi conscius sum id est nullius grauis delicti cōscientiam habeo. sed non in hoc iustificatus sū i oculis dei qui forte aliquod peccatum occulte habet ps. 18. Delicta quis intelligit. Prouer. 2. Quis pōt dicere mundum est cor meū purus sū a peccato Eccle. 19 Sunt iusti atq̄ sapientes et opera illorum in manu dei et tñ nescit homo vtrum a morte an odio dignus sit Sed contra dicit. Jo. i. epi's. 3. c. Carissimi si cor nostrum nō reprehenderit nos fiduciaz habem⁹ ad deū Sed qui fiduciam habet ad deum iust⁹ est Ad hoc dicendum q̄ hoc non dicit q̄ sinō habet hō cōscientiam peccati grauis q̄ sit propter hoc iust⁹ ſz q̄ illis qui sic perfecte viuūt vt non agant contra conscientiā deus reuelabit si est peccatū in eis vel in generali contritione, dimittet. Uñ de saracenis dicitur qui viam veritatis non audiunt q̄ si viuant bene secundum legem nature q̄ deus eis viam veritatis sue siue per angelos siue per homines reuelabit quia vt dicit Dyonisius. Multos tam angeli erudierunt. Tercia ratio talis est. Nullus debet alii iudicare nisi habeat super eum auctoritatē. sed super ministros ecclesie nullus habet potestatem vel auctoritatē nisi deus vel aliquis loco dei. ergo a secularibus iudicari non habent Et hoc ibi. Qui aūt iudicat me dñs est. q.d. Non debetis me iudicare virum sim fidelis dispensator an nō quia nō habetis auctoritatez super me sed dñs iudicat me quia habet auctoritatē qui est maior iudex et testis et cognitor conscientie. Piere. xxix. Ego sum iudex et testis dicit dñs. Jo. 2. Ipse em̄ sciebat quid esset in homine Uide ergo diligenter q̄ hic tangit tripler iudiciū. primū est hominis de horis et de occultis eius. et hoc est oino incertū Secundū est hominis de seipso et hoc non est oino incertū. nec est oino certū. Tercium est dei de horis: et hoc est oino certū. Quarta ratio quasi concludendo inducitur et est talis Judicium et omnis cetera requirunt suū tempus determinatū. sed tempus iudicij non est adhuc. ergo non licet modo iudicare. Et hoc est. Nolite ante tēpus iudicij iudicare iudicio diffinitionis suspicioso. Eccle. 8. Oi negocio tēpus est et oportunitas quoadusq̄ veniat tempus dñi. ſ. ad iudicandū tunc em̄ erit tempus iudicij Isaie tercio. Dñs ad iudicandū venit cū senioribus populi sui. qui illuminabit abscondita tenebrarum id est manifesta faciet opera tenebrosa sez petā in tenebris facta quātum ad malos. Jo. 3. Omnis qui male agit odit lucem. Et manifestabit consilia cordium id est opera bonorum ex discretione et deliberatione facta Dañ. vij. Judicium sedit et libri aperti sunt. i. corda singulorum et tunc laus erit vnicuiq̄ sez bonis pro bonis operibus et intentionib⁹ rectis. prouerbior. 3. Date ei de fructu manuū suarum et laudent in portis opa eius Et sic patet secundum tercium et quartum.

¶ Dominica quarta de euangelio. Sermo septimus.

Misserūt iudei ab hierosolimis sacerdotes et leuitas ad iohannem vt interrogarent eum. tu quis es. Jo. ſ. In euāgelio precedentis dominice ostendit quō xp̄us multipliciter Johānez baptistā cōmendauit. In presentis āt dñice euangelio ostenditur quō iohannes magnificauit xp̄m ꝛ se summe humiliauit et dicit se eē vocē ꝛ predicōnē xp̄i vt nos excitet ad preparandū vt occurramus saluatori nostro obuiā in proximo venturo secundum ecclesie representationē in quo ipsius aduētus in mentes nostras ſm veritatē significat. Assit ergo in hac dominica de aduentu xp̄i in mentē quē per gratiā suā facit. Et cō vt ipsum digne in hospitio animarum recipiamus Johānes baptista clamat tāq̄ xp̄i p̄co its dicens. Dirigite viā dñi. Uia dñi est ad cor et ideo corda preparare oportet Euangelium āūt continet quattuor. Primo iudeorū ad Johannē baptistam solennē legationē. ibi. Miserunt iudei ab hierosolimis sacerdotes et leuitas. Scō legatorū multiplicē interrogationē. ibi. Tu quis es. Tercio Johannis ad singula responsionē. ibi. Et confessus est et non negauit. Quarto loci vbi hec perfecta sunt descriptionē ibi Hec in Bethania facta sunt trans iordanē ¶ Primo ergo ponitur ad Johannem baptistā solēnis legatio iudeorū. magistri em̄ legis iudeorū videbant ex Danielis pphetia tēpus aduētus messie in ianuis venisse et ideo erant valde perpleri si de ipsis aliquis magnus surgeret. Uñ Josephus dicit q̄ quia tempus aduentus messie ꝛ pleniorem erat. multi surrexerunt et dixerunt se esse xp̄m. et maxime quidam nole Theodas ꝛ Judas galileus. vt dicit Origenes et magnam in populo cōmotionē fecerunt. vt ēt recitat Samaritel in actibus apostolorū. cap. v. Uidentes ergo iudei xp̄m et Johannem apud omnes maxime opinionis esse conuenerunt potius in Johannem. volentes eū recipere pro messia q̄ xp̄m x ¶ Tripler āūt fuit rō vt dicit. Crisostomus quare iudei magis de Johanne q̄ de xp̄o credebant. primo qr erat de magno genere vt pote filius zacharie magni sacerdotis. Et qr miraculose natus ēt de vtroq̄ parente sterili et senē. xp̄s āūt vt credebāt erat filius fabri et cuiusdam paupercule mulieris ꝛ nō miraculose natus: quia de iuuencula q̄uis de sene patre quod non est contra naturā. Secundo qr Johannes in victu et vestitu magis aspera vitā q̄ xp̄s agere videbatur nam tunicam de pilis camelorū habebat ꝛ zonā pelliceam ad lūbos eius. et cibus eius locuste et mel silueſtre. vt patz Matth. iij. c. xp̄s āūt cōmunibus vestibus induebatur et communi cibo vtebatur et in conuiuijs comedebat. Tercio quia Johannes cōsortia hoim deuitabat. in deserto morabatur in atris latitans et speluncis donec spūs ei dixit vt exiret ad xp̄o testimonium perhibendum. Et tunc venit in omnem regionem iordanis predicans baptisma penitentie. vt patet Luc. iij. xp̄s autem cum publicanis ꝛ peccatoribus manducabat et stabat vnde dī. Mar. ij. propterea ergo iudei ad Johānem legationē miserunt vt an esset xp̄s interrogarent. Que quidem legatio ex tribus solennis apparet. sez ex parte mittentium quia iudei qui tunc erant acceptabilis populus dei. et ex parte missorum. qr sacerdotes et leuite phariseorum qui erant in scientia et vita excellentiores in populo.

Et ex parte loci. quia hierusalem que cū totius regni caput et domina. sic patet primum. ¶ Secundo ponitur interrogatio legatorum. Ad hoc ergo venerant vt interrogarēt eum dicentes. Tu quis es. Interrogauerunt autē eum de duobus. ſ. de persona. ibi. Tu quis es et de officio. ibi. Quid ergo baptisas. De persona āt primo interrogant in particulari. ſ. an sit xp̄s an helyas vel pr̄opheta sez Heli seue. Secundo in generali quis sit vt possint mittentibus respondere ibi. Quis es tu vt responsum demus. Et sic patet secūdum. ¶ Tercio ponitur Johannis ad singula quesitorum responsio. Nam primo rñdet ad cōstionem de persona secundo ad q̄stionem de officio ibi. Ego baptiso vos aqua. Item primo rñdet ad questionē factā in particulari. secundo ad questionem factam vniuersaliter ibi. Ego vox clamantis in deserto Et sic patz q̄ ad singula q̄sita respondit. Et hoc est quod sequitur. Et pfessus est et nō negauit. Confessus ē se non esse qđ nō erat ſ. xp̄m. Helyā. vel pphetam Heliseū. et nō negauit se eē qđ erat. sez vocē clamātis in deserto et hoc est quod sequitur. Et confessus est qr non sum ego christus. vbi apparet q̄ non fuit arundo que a vento mouet qr a vēto vane glorie qui magnos cedros euulsit et euellere nō desistit penitus non est motus. Nonne primi parētes perfectissimi ab illo euulsi sunt dū esse de sideratēs bonū et malum scientes. Nam apostoli extremi viri in perfectiōe ab illo cōcussi sunt cum facta est contentio inter eos quis eorū videretur eē maior Luc. xxij. Sed non Johānes baptista ab illo aliqualiter est commot⁹. Nā isti legati offerebant ei magnā honorē dignitatē. dū p xp̄o eū recipere volebant. magnā sanctitatis et status opinionē dū p Helya eū recipere disponebant. ꝛ magnā scientiā ꝛ diuinorū reuelationē dum xp̄m pphetā singulariter reputabāt. Propter primum cecidit lucifer volens vt deus esse. propter secundum cōmoti sunt apostoli

li volentes magnum statum habere propter tercium primi parentes exulsi sunt. diuina vt deus scire cupientes. O iohannis baptiste humilitas admirabilis Quis hominum si eligeret in prophetã eligi recusaret. Quis nollet sanctus et sapiens reputari. Gregor⁹. Magnũ est honorẽ non appetere. maior aũt oblatũ respuere. maximũ aũt de habito nõ superbire. Aug⁹. Magna virtus est holes dignitates non appetere sed oblatas respuere maxima virtus est. Et tõ dicit Crisõ. q Johãnes in nullo opere tantũ vnq̃ meruit sicut in hac humilitate tam pfunda. Sicut ergo beata virgo in sua humilitate fuit sup oẽs merito exaltata. Luce primo. Respexit humilitatem ancille sue sic iohãnes in sua hũilitate a xpo pre omnibus cõmendat. Ait ergo. Non sũ ego christus. i. nõ sum vnctus vt gigas humane nature ad pteliandum cum draconе antiquo. xp̃s em̃ idẽ est qđ vnctus. Itẽ non sum vnctus vt rex ad humanam naturam de potenti manu dyaboli eripiendus et liberandum. Item nõ sum vnctus vt sacerdos magnus pro tota humana natura expiationis sacrificiũ ad deo immolandũ. Hec enim tria hominum genera inungi debebãt. et hec tria xp̃s quem iudei expectabant et q̃rebant facere habebat. s. bellum humane nature cum dyabolo pteliari. ipsam de manu dyaboli eripere. et pro toto pp̃o hostiam placationis deo offerre. Et ideo quia ad hec tria inungendus erat debebat pre omnibus participibus suis esse vnctus. Sed ego inquit Johannes non sũ ille. Et ideo adiungunt. Helyas es tu Quia it. Nec etiam sum Helyas qui debet exire de paradiso et precedere iudicem in adventu secundo. iste enim primus aduentus est qui est in mirabili dulcedine et copiosa misericordia. sed ille erit in formidabili iudicio et seuero. Vñ in hoc primo aduentu christus nos iudicare non venit sed a peccatis omnibus saluare. Jo. iij. Non misit deus filium suum vt iudicet mundum s; vt saluetur mundus per ipsum. Hinc quãtuz ad operationem et virtutem Johãnes posset dici Helias vt ipsa Xitas dicit in Matt. xi. c. Si vultis recipere ipse est Helyas. qđ etiam angelus testatus est Luc. i. Ipse precedet ante illum in spũ et virtute Helye. Non est ergo Johannes Helyas in persona sed in spũ. Et ideo subiungunt Prophetes es tu qui ait. Nec etiam sum ille propheta magnus de quo moyses. Deutro. xviij. dixit Proppetam de gente tua et de fratribus tuis suscitabit tibi dñs deus tuus. ipsum tanq̃ me audietis. Dictũ em̃ prophetã videbantur iudei petere. Uel non sum propheta scz. Heliseus qui per excellentiã dictus est propheta: quis habuit spiritum in duplo plusq̃ Helyas. s. spiritum prophetisandi et faciendi mirabcula. Sed Johannes nullũ signum fecit. vt ptz Jo. i. Uel ad litterã non fuit ꝓpheta Johãnes vt dicit glo. quia ad prophetam pertinet futura p̃dicere. sed iohannes non predicebat futura sed ostendebat p̃nta. ¶ Posq̃ ergo iohannes confessus est se non esse quod non erat. respondit ad questionẽ factã vniuersaliter qs esset et ꝓfitetur se esse qđ erat. qz postq̃ missi questierãt qs esset vt responsũ darẽt his qui eos miserũt. dixit. Ego vox clamantis in deserto. dirigite viã dñi. humilis et vera confessio: qz vere Johannes fuit vox verbi incarnati in ipso clamantis in deserto iudee id est facientis ipsum clamare. Triplex est enim habitudo vocis ad verbum quam Johãnes veraciter habuit ad xp̃m. Prio qz vox naturaliter precedit verbũ. prius em̃ vox auditur q̃ verbũ mẽte vel conceptꝰ accipiatur. sic et Johannes precessit xp̃m nascendo. predicando. moriẽdo. et ad inferos descẽdendo. Luc. i. c. Preibio enim ante faciem domini parare vias eius. Secundo quia vox baiulat verbũ ad aurea auditoꝝ quasi quoddam vehiculum et quasi interpretator manifestat ipsum. Sic et Johãnes manifestauit christum in dicis et testimonium de ipso reddidit auribus ipsoꝝ. non solummodo absentem testificando sed et presentẽ demonstrando Jo. i. Ecce agnus dei. ꝛc. Sed vt manifestetur in israel propterea ego veni in aqua baptisatus. Tercia est qz vox transit in nichilũ. verbo in mente audientiũ remanente. Sic et iohannes posq̃ suscitauit iudeoꝝ auditum ad xp̃m recipiendum desijt predicare et baptisare. remanẽte baptismo et predicatione xp̃i Jo. iij. We oportet minui illuz autem crescere. Et ideo merito comparat lucerne que desinit lucere apparente sole. Jo. v. Ille erat lucerna ardens et lucens. Uere iohannes fuit vox verbi dei que tota fuit clara totaliter vocans ad penitentiam. Nichil enim fuit in Johanne quod non vocaret ad penitentiam. nam et ortus et vita tota scilicet vestimentum. habitaculum. cibus potus. actus. etas. atq; mores. omnia ad penitentiam vocabant. talis debet esse predicator veritatis. vt totus vocet verbo et exemplo et in totsylla

sua. i. Thi. 4. Esto exemplũ fidelium i verbo in conuersatione in charitate in fide in castitate. ¶ Posq̃ aũt Johannes respõdit ad questionẽ factam de persona rñdit ad questionẽ factam de officio et ministerio suo. Nam nunciis interrogantib⁹ cur et qualiter ipse baptizaret respondit valde humiliter dicens. Ego baptizo in aqua. i. lauo solum exterius tanq̃ minister eius qui debet vos mundare interius quod est valde humile et ideo michil magni facio. Interrogans aut̃ de baptismo et cur baptizat quia scriptum erat in ysa. Ipse absterget gentes multas. Hoc debebat cẽ in aduentu messie. Sequitur Medius autez vestrum stetit qui lauat ab omnib⁹ peccatis interi⁹ mundans Job. i. Super quem videris spũm descendentem et manentem super eum sicut columba hic est qui baptizat in spũsancto. i. interius mundat. quez vos peccatorum tenebris et excecati nõ cognoscitis quia solum a mundis corde videtur. Matthei. v. Beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt. i. cognoscent ¶ Ubi nota q̃ christus dicitur medi⁹ nostier dupliciter. Prio qz pacificat nos deo et angelis et ad inuicez Col. i. Pacificans p sanguinez crucis eius sive que in celis sũt sive que in terris sunt. Et ideo ipse ẽ pax nostra que fecit vtraq; vnum Eph. secũdo. Hoc enim ad meditorem pertinet. et ideo iure mediator hominũ nominatur. i. Thi. 2. Mediator dei et hominum homo xp̃s Jesus Secundo quia deus erat ira iratus cõtra hominẽ q̃ hominem interficiebat et ad infernum proiciebat Sed xp̃s sicut pius mediator proiecit se super hominem sicut mater super filium proiicit et fuit medius inter deum et hominem et recepit vulnera in corpore suo ysa. liii. Vulneratus ẽ p̃ter liquitates nostras propter eadeus pater placatus est homini. Iste medicus nostervenit post Johannẽ nascendo predicãdo et baptizando qui tamen ante Johannẽ factus est. i. omni gratia. et virtute et omni perfectione anime perfectus Unde glo. dicit. Ante me factus est id est michi in dignitate prelatus. Non enim aliter potest itelligi christus ante Johannez factus nisi fm humanam naturam in qua fuit perfectus ante Johãnem secundũ enim diuinã naturam non est factus sed eternꝰ. Ubi nota q̃ tunc homo dicitur perfectus quando est coniunctus deo per gratiam. et habet scientiam et virutem et vsum liberi arbitrij defectus autem istorum facit hominẽ quasi nõ differri a bestijs. Sed omnia ista christus ante Johãnem habuit. immo hec omnia Johannes a xp̃o habuit. nam quando beata virgo habens christum in vtero salutauit Elisabeth tunc beatus Johannes fuit mundatus a peccato et gratia et virtute repletus et scientia illuminatus. et vsũ liberi arbitrij recepit. vt dicit Crisꝰ. propter quod exaltauit in gaudio infans in vtero existens. vt patet Luce. i. christus autem fuit ab instanti conceptionis perfectus. et per consequens fuit factus id est perfectus ante Johannem. et hoc est qđ dicitur per Jsa. xlvi. c. Anteqũ parturiret peperit id est perfectus virum in vtero habuit et iterum Jheremie. tricesimo primo. Femina circundabit virum id est perfectũ hominem. Et propter hanc perfectionem. Johannes indignum se dicebat discalciare et corrigiam calciamenti eius soluere. Hoc autem verbum tripliciter potest exponi. Primo litteraliter. secũdo spiritualiter tercio figuraliter. Nam per calciamentum intelligitur christi humanitas. quia diuinitas vt dicit. Grego. mortalitatis. nostre mortitinio calciata venit ad nos super lutum humanarum miseriarum. Corrigia vero istius calciamenti fuit amor: quis propre nimiam charitatem qua dilexit nos deus misit deus filium suum in similitudinẽ carnis peccati vt dicit Apl̃s Ro. viij. Ultimum ergo tanti amoris propter quod est et in quo diuinitas coniuncta est humanitati et deus factus est homo Johannes nõ poterat nec dignus erat exsoluere et manifestare: quia tãtus amor fuit q̃ excessit omnem intellectum humanum nec verbis explicari posset. quasi dicer et Johannes mẽ misteriuz incarnationis eius nescio. nec exprimere valeo. vt dicit Grego. Tercio figuraliter: vt hoc dictum Johannis alludat illi figure veteris testamenti de propinquo discalciando qui nolebat relictam fratris sui propinqui in suam recipere vxorem. vt patet Deu. xxv. Dic historiam quasi d. Johannes. Uos queritis aliquem magnum qui humanam naturaz sibi assumat in spõsam que soli xp̃o debetur. et si christus non vult eam sibi assumere. ego eius propinquus non sum dignus discalciare eum et assumere michi humanam naturam in spõsam: qz eam de manu dyaboli eripere non possem vt dicit gre. et sic ꝑz tercio. ¶ Quarto ponitur locus vbi hec sunt perpetrata: quia in bethania trans iordanem non in bethania que est prope hierusalem.

¶ Moralizatio circa tercium membrum. Ego vox clamantis in deserto. Moraliter aũt ad edificationem nostrã circa hanc responsionem Johannis quattuor videam⁹ primo cuius vox clamantis Johãnes fuit secundo quare clamantis. tercio vbi clamãtis. quarto quid clamantis. primo ergo videndum cuius vox clamantis Johannes fuit. Et dicendum q̃ duorum clamantium Johannes vox fuit. primo fuit vox verbi dei in deserto mũdi cla. qui ad hoc factus est homo. vt in nos et ad nos clamare posset y Septem autem modis manẽs nobiscum clamauit ad nos et primo clamauit vt mundo et mundanis renunciemus: quia totus mundus in maligno positus ẽ. et quia mundus transit et concupiscentia eius vt dicit. i. Jo. secũdo. Et Lu. xviii. Nisi quis regnũ. ō. q̃. possi. non poterã meus esse disci. Secundo clamauit vt vitam carnalem abnegemus ꝛ corpora nostra in cruce penitentie configamus quia caro concupiscit aduersus spiritum et eũ nititur suffocare. vt dicit Apls. Gal. v. ꝛ. Wath. xvi. Si quis vult venire post me abneget se. i. renunciet vite carnali ꝛ desideria eius nec cet et tollat crucem suam et sequatur me: quia qui amat animam suam. i. vitam animalem perdet eam. vt ipse in Watheo ait. Tercio clamauit vt in celo et non in mundo qui est saccus pertusus thesaurisemus quia in celo omnia conseruantur et in mũdo omnia consumũtur et diripiũtur Wat. vi. Thesaurisate nobis thesauros in celo. vbi nec erugo nec tinea demolitur et vbi fur non effo. neq; fu. Quarto clamauit vt proximam tanq̃ nos intime diligamus et misericordie operibus intendamus q̃ qui diligit proximum legem impleuit et dilectio proximi malum non operatur. vt dicitur Ro. xiii. Hoc est preceptum meũ vt diligatis inuicẽ sicut dilexi vos ꝛ Lu. vi. Esto. mise. ꝛc. Quinto clamauit vt pro nostris necessarijs et in nostris pressuris ad deum ꝛ non ad vana recurramus: quia omnis qui petit acci. et qui querit inue. Lu. xi. Wath. vii. Uenite ad me om. qui la. et one. estis. et ego re. vos. ꝛ Jo. vii. In nouissimo aũt die magno festi stabat Jesus et clamabat. Si quis si. ve. ad me et bi. Sexto clamauit vt in prelio spiritus fortiter dimicem⁹. quia mundus caro et demonis mouent contra nos prelia. Lu. xxii. Simon ecce sathanas expetiuit vos. s. ad temptandum et dimicandum et tõ ecclesia cantat. Estote fortes in bello ꝛ pugnate cũ antiquo serpẽte. q; si pugnauerimus coronabimur. alias tanq̃ captiui in carcerem dyaboli detrudemur in perpetuum cruciandi. 2. Thimo. 2. Nemo coronabitur nisi qui legitime certauerit. Septimo clamauit vt nos ad transmigrandum omni tempore parati simus quia mors fortissime approximquat ꝛ nichil certius morte et nichil incertius hora mortis vt dicit. Bern. et Wath. 24. Et vos estote parati quia qua hora nõ putatis. si ho. ve.

¶ Secundo fuit Johannes vox totius humane nature per ipsum et in ipso clamantis et misericordiam postulantis ¶ Clamauit autem humana natura per. Johannem propter septem mala que tunc fortissime patiebatur prope interitum constituta Et ad hec mala representanduz ecclesia ante natalem christi septem. o. cantat. predicta septem mala representantia. primum malũ quod humana natura patiebatur erat malum ignorantie. quia totaliter ignorans. Non enim habebat sapientiaz que est de diuinis quia et si vnitatem dei cognosceret tamẽ trinitatem personarum penitus ignorabat. Actuũ. 19. Sed neq; si spiritus sanctus est audiuimus. Item non habebat scientiam que est de creaturis q̃ venerabatur eas vt deos Sapien. 13. Aut giz stellarũ aut animam aquam aut solez aut lunam rectores orbis terrarum deos putauerunt Item non habebant prudentiam que est recta ratio agibilium quia eorum actiones ad finem vltimum non ordinabantur. Uenit autẽ filius dei et optime nos docuit ista tria. s. sapientiam sciaz et prudentiam Job. 18. Ego ad hoc natus sum et venj in mundum aut testimoniuz perhibeam veritati. Unde plus scit de veritate modo vna vetula que cõtinuat predictiones q̃ antiquitus philosophus vnus. Et propterea cantat ecclesia primũ o dicẽs O sapientia que ex ore altissimi pdisti. ꝛc. veni ad docendum nos viam prudẽtie. Secundum malum quod patiebatur erat culpa quis pro peccato primorum parentum omnes ad inferos descendebant et ibi tã q̃ debitores detinebãtur captiui. Nec valebat sapiẽtia nec prophetia quis ibi. Salomon et omnes prophete erãt nec dignitas aliquas quis ibi. ꝛc. erant reges et sacerdotes nec penitentia innocentia vel iustitia quia ibi abel iob et omnes iusti. seq; venit filius dei et soluit precium et pro debito sanguinem suum fudit. i. p̃ e. ¶ Primo. Non corruptibilibus auro vel arto. liberati estis. Sed pretioso sanguine agni incõtaminati. propterea cantat ecclesia secundum o. O adonay et dux dom⁹ israel ꝛc. veni ad redimendum nos in brachio excelso. Tercium malũ quod patiebatur homo erat quia erat subiectus pessime seruituti diaboli in luto et latere seruiens magisq; q̃ populus israel sub egiptica seruitute. Dic. xvi. Seruietis dijs alienis qui non dabunt vobis requiem. sed venit filiꝰ dei et de hac seruitute nos eripuit et de mundo principẽ mundi eiecit et eum in inferno fortiter religauit Jo. xii. Nunc princeps mundi eijcietur foras et hoc valde iuste. quia sicut diabolus genus humanũ sibi constituerat seruum propter victoriã quam de primis parentibus habuit sic christus vincendo diabolum ligauit eum et ablatulit predam eius vt patet in illa similitudine Lu. xi. Cum fortis armatus. s. diabolus custodit atriũ suum scz mundũ in pace sunt ea q̃ possi. Si aũt fortilii. superuenit. ꝛc. propterea cantat ecclesia tercio o dicẽs O radix iesse que stas in signũ populorum ꝛc. veni ad liberandum nos. Quartum malum quod patiebatur erat. quia funibus peccatorum omnes ligati erant Sapientie xvii. Una enim cathena tenebrarum id est peccatorum omnes ligati erant. Erant enim homines diuersimode irretiti propter qõ diuersos fines ponebant aliqui in honoribus aliqui in diuitijs aliquis in delectatione carnalium. vt dicit phlis Qualis est vnusquisq; talis finis videtur ei. Philip. decimotercio. Quorum deus venter est. Sed venit filius dei et funes peccatorum dissoluit dando scilicet gratiam et meritum passionis nobis applicando per quam fines peccatorum soluuntur et ex tunc Petro et eius successoribus dedit claues quibus peccatores absoluerz a peccatis quod ante non fecerat. Et propterea cantat ecclesia quartum o dicens. O clauis dauid veni educ vinctum scilicet funibus peccatorum de domo carceris id est de malorum concupiscentia et colligãtis. Quintum malum quod patiebatur erat quia vmbra legalium obumbrata erat quia omnia in figura contingebat illis vt dicit apostolus. j Cor. x. et Hebreo. x. Umbram enim hñs lex futurorum bonoz non ipsam imaginem rerum Semper enim animalium sanguinẽ offerens nunq̃ peruenit ad verum sanguinem nisi aduentu christi. Veniens enim ipsa veritas omnis vmbra cessauit. et vno sacrificio immolato consummauit in sempiternum sanctificatos omnium animalium

sacrificio enervato et quassato vt dicit apostolus vt supra. In cuius figura in morte christi vellum templi scissũ est et sancta sanctorum sunt aperta et ideo predicatores nostri testamenti tenet velatam faciem sicut moyses tenebat quando populo predicabat vt patet Exodi. 34. Hebreo. 9. Tabernaculum factum est primum. Et sequitur. Quod dicitur sancta. Et sequit hoc significante spiritu sancto. nondum preparatam esse sanctoz nom adhuc priore tabernaculo habente statum. propterea cantat ecclesia quintum o. dicens. O oriens splendor lucis etc rne. veni illumina sedentes in tenebris scz legalijs et vmbra mortis. Sed tũ malum quod natura humana patiebatur erat quia exulabatur a patria et ciuitate sua. duplex enim patria debebatur homini scz paradisus terrestris ratione corporis. ꝛ paradisus celestis ratõe animẽ Ab vtraq; ergo illa patria ꝓpter pctm primi parẽtis exulabatur. Sed venit filius dei et ad celestem patriam nos reduxit Wathei. 2. Ascẽdit enj pandens iter ante eos et Ephe. 4. Ascendens in altũ captiuã duxit captiuitatem. Non autem ad paradisum terrestrem nos reduxit quia illum docuit nos contemnere. Quidam constituunt hic paradisum. Sapiẽtie. 2. Uenite fruamur bonis q̃ sunt et vtamur creatura tanq̃ in iuuentute celeriter quoniam hec est pars nostra propterea cantat ecclesia sextum o dicens. O rex gentium veni et salua hominem quem de limo formasti Saluare enim hominem est ducere eum ad paradisum celestem. Septimum malum quod patiebatur erat quis lõga spe attendiata manebatur. Dicebatur enim homini a prophetis expecta reexpecta. Spes enim que differtur affligit animam. Proverbiorum. xiii. Mitte domine quem missurus es. Ysie. lxiiii. Utinã dirumperes celos et descenderes. Sed venit filius diu desideratus et exhibuit in re quod erat in spe. Johannis primo. Ecce agnus propterea Simeon ait Luce secundo. Nunc dimittis seruum tuum domine secundũ verbũ tuũ in pace. Qz vide. oculi mei salutare tuũ: propterea cantat ecclesia septimum o dicens. O emanuel et expectatio gentium. ꝛc. veni ad saluandum nos scilicet realiter. Secundo videamus quare Johannes vox clamantis dicatur. Ad quod dicendum q̃ vox clamantis dicitur predicator: in quo et per quem spũs sctũs peccatorib⁹ clamat. A Quib⁹ ꝓpt aũtuor clamare dz ꝓpter q̃ solent homes clamare

quattuor gentibus hoim. Clamamus ad surdos ad dormientes ad in tumultibus demorantes et ad lõge distantes. Omnia ecclia hec sunt peccatores. Primo ecclia sunt surdi quia tonitruum illius horribilis vocis nõ audiunt. s. surgite mortui venite ad iudicium. Ipsi enim sunt aspis surda: qr vnã aurem obturant ad terram figẽdo. i. terrena meditando et aliã aurẽ caudã imittendo id est longã vitã sibi ꝓmittendo. Secũdo sunt dormientes qr ita secure stant aut stare putãt in pctis sicut hõ dormit i lecto ymo ita ꝓfundãt se in somno peccati q̃ nisi tanget ꝓ penas nõ excitant. Exẽplum huius ptz in Sampsone q̃ ita ꝓfunde dormiebat in gremio Dalide q̃ totondit eum et nichil sensit donec captus et ligatus et exoculatus fuit vt patet Iudicũ xvi. Dalida est cõcupiscẽtia carnis in qua si quis dormit tondet oibus virtutibus et tradit demonib⁹ exoculandus. Tercio stant in tumultibus mundi et inter rotas fortune: propter quod ita efficiuntur surdi q̃ turbas dei. i. predicatores non audiũt. ps. cxvii. Aures habẽt et non audient. ¶ Quarto sunt valde delonge stãtes a deo. ps. cxviii. Longe a peccatoribus salus. Et propteres clamandum est peccatoribus vt a peccatis resurgant. Ysaie. lviii. Clama ne cesses. quasi tuba exalta vocẽ tuam B Ubi nota q̃ peccatoribus ser tubis clamare debem⁹. Primo promittendo gloriam dei vt amore boni ipsos attrahamus Ysaie. lxiii. Oculus non vi. deus absq̃ te que ꝓpara. expe. te Secundo minando penam eternam vt timore pene ipsos retrahamus a malis Job xxiii. Ab aquis nimium transi. ad calorem nimium. Tercio testificando velocem transitum mũdi vt ab ipsius amore eos euellamus. s. Johan. ij. Mundus transit et concupiscentia eius Quarto accelerationez mortis asserendo vt semper ipsos paratos manere faciamus. Mathei. iij. Jam securis ad radicem arboris posita est Ecclesiastici xiij. Memor esto quoniam mors non tardabit Quinto affirmando q̃ omnia in morte deserunt hominem preter bona opera scz honores/ diuitie et delicie/ et consanguinei/ vt ipsos bonis moribus seu operibus intendere faciamus Apocalip. xiiij. Opera enim illorum sequuntur illos. Sexto illa horribili voce clamando. Surgite mortui venite adiudicium vt ipsos timore percutiamus. Hieroni. Siue comedam siue bibam siue aliud quid faciã semper illa vox horribilis videtur auribus meis insonare. Surgite mortui venite ad iudicium.

¶ Tercio videndum est vbi dicel vos clamãtis qr in deserto. i. in mũdo q̃ dicitur desertum dupliciter. Primo qr bonis derelictus est et malis plen⁹ Eccle. xvi. Abyssus sensato inhabitat patria et a tribus impijs deseret. Secundo qr venenosis animalib⁹ plenus est. i. Job. ij. O mine quod est i mundo aut est concupiscentia carnis/ aut est cõcupiscentia oculoz aut superbia vite Ista sunt tria genera vitiorum venenatorum que inuenerunt filij israel in deserto Deutro. viij. Ducet te tuus fuit in solitudie magna atq̃ horribili q̃ erat serpẽs flatu ardẽs et significat supbiã q̃ vento vane gl̃ie vrit. Et scorpio et significat luxuriam: que sicut scorpio blande mordet et postea infigit cũ cauda venenumita in principio delectat et post cruciatorum ꝓuerbiorum. xiij. Ingreditur blande et in nouissimo mordebit vt coluber Et dispersas id est situs que facit hominem mori sitit: et significat auaricia qua auarus semper sitit et nunq̃ pecunia implebitur Eccles. v. D Quarto videndum est quid clamantis: quia dirigite viam domini Via domini per quam dñs ambulauit et que ad dñm ducit est via virtutis Que dicitur recta dupliciter Primo quia ad locum intẽtum ducit scilicet ad beatitudinem quaz ois homo naturaliter appetit Naturalis aũt via ad beatitudinem est iter virtutum vt dicit Boecius Secundo dicitur recta qr medium non discrepat ab extremis/ extrema autem hominis sunt ortus et mors et vtrũq̃ cuz gemitu et paupertate Job. i. Nudus egressus suz de vtero matris mee et nu. re. il Ergo tota vita hominis ad hoc vt sit recta debet esse cuz gemitu ꝓ tanto ergo via virtutum dicitur recta quia facit concordare medium cum extremis Nam qui in via virtutis sunt per totum plorant Augustꝰ. In valle miserie sumus in qua eo magis est flendum quo minus flemus ps. xli. Fuerunt michi lachrime mee panes die ac nocte plorare enim debemus quotidie et ꝓ dilatiõe pñie et ꝓ incolatu pñtis miserie Illa pfecto qui hijs inmitũtur et satagũt tpalia contẽnunt Phili. Omnia arbitrat⁹ sũ vt stercora aut rẽm lucrifaciã. Tũc ergo viã dñi dirigim⁹ et facim⁹ rectã quando per ipsam post dominũ recto tramite ambulamus. vt sicut ipse tẽ poralia contempsit carnem afflixit aduersa multa sustinuit. iuste et sancte vixit/ et vsq̃ in finem perseuerauit. ita et nos faciamus Ysaie. ij. Pec vias domini, ambulate in eis neq̃ ad dexteram neq̃ ad sinistram declinantes. ꝛc.

De episto. sermo. viii.

Gaudete in dño. semper iterum dico gaudete Phi. iij. Uere si dissimulare noluerimus magnum gaudium instar totius populo rpiano de natiuitate filij dei in humana natura in primo recolenda. in qua et per quam humana natura est exaltata et omnib⁹ bonis repleta. Natus est enim filius dei cum sacco pleno gratiarum et omnium virtutum quas nobis gratis donauit. i. Cho. i. Gras ago deo meo semper per Jesum rpm quia in omnibus diuites facti estis in illo in omni verbo et in omni scientia. ita vt nichil vobis desit. Propteres in hac epla apostol⁹ ad gaudiũ nos hortatur In qua quidem epla summarie tria facit. Primo ergo apostolus ad spũale gaudium nos inuitat. ibi. gaudete in domino semp Secundo impedimentum orationis tollit et ad ofonem et gratiaz actionem inducit et confortat ibi. Nichil solliciti sitis sed i omni ora. et obsecra. et cum gra. ac. petitione vestre inno. apud deũ. Tercio imprecatur et orat vt deus in omnibus et vbiq̃ nos custodiat ibi Et pax dei que exuperat omnem. cust. cor. vestra. Prio ergo ad spiritus lẽ gaudiũ apostolus nos hortatur et facit tria. Primo ostendit in quo gaudendũ ibi Gaudete in dño. Secũdo qualiter gaudẽdum ibi. Modestia vestra. Tercio quare gaudendum est ibi. Dñs prope est. Dicit ergo. Gaudete in dño et non in mundo neq̃ in vanitatibus huius seculi semper. i. omni tempore tam in ꝓsperis q̃m in aduersis. Jaco. i. Omne gaudium existimate fratres mei cum in temp. va. incidetis. Gaudete ergo ꝓ bono gr̃e in quo estis. Iterum dico gaudete ꝓ bono gloie quod expectatis Wath. vi: Gaudete et exultate quoniã merces vestra multa ẽ in celis Isa. lx. Gaudẽs. s. de merito gaudebo in dño scz de ꝓmio. Non igitur gaudein mundo sz in dño i. super mia dei q̃ se incarnauit in virginis vtero. Item dico gaude qr filius dei carnẽ assumpsit per conceptionẽ in virginis vtero. quinymo iterũ gaudete: qr cito nascet et nobis apparebit per suã gloriosam natiuitatẽ qr et angeli de ipsa gaudebant cũtates gloria in altissimis deo. et pastorib⁹ dicebant. Euãgelisso vobis gaudium magnũ. Gaudete vt modestia vestra id est modestum gaudiũ vestrũ et modesta opera vestra nota sint omnibus hominib⁹. non ad vanam gloriaz sed ad edificationẽ vt per vos discãt bene agere, et bene gaudere et mod erate operari. i. opera sua cũ modo et gere. ll. Chor. 8. Prouidemus bona nõ tãtum coram deo sed etiam coraz hominibus Mat. 5. Sic luceat lux vestra coram hoimibus ut. ui. ope. vra bona. Et que est causa quare gaudere debem⁹ certe qr dñs prope est qui est fons gaudij. Est enim prope omnibus per potẽtiam essentiam et presentiam ymo omnibus. Actuũ. 17. In ipso enim viuimus mouemur et sumus. Sed iustis est prope per gratie infusionem et spũsle ꝓtectionem de quo est maxime gaudendum.

¶ Sequitur moralitas epistole.

Gaudete in dño semper. ꝛc. Moraliter ad edificationem nostrã circa hãc primaz ptẽ tria. videamus Primo quare xpi fidelibus sit gaudendum. Secũdo quare in dño et non in mundo sit gaudendum. Tercio quibus et quomodo dominus prope est.

¶ Circa primũ nota q̃ propter quã qr gaudere debemus. primo qr ad imagẽ dei creati sumus et ipse hoc tempore homo fieri ad similitudinẽ nostram voluit Phili. ij. Semetipsum exinaniuit formam serui accipiens in si. ho. factus. Magnum gaudium valde quia deus est homo et homines sunt dii et filij dei. ps. lxxxi. Ego dixi dii estis et fi. excel. omnes. Ab hoc ergo gaudio peccatores penitus excludũtur. quia imaginem dei quam in seipsis habẽt supplantauerũt. luto peccatoz ita q̃ medi apparet i eis et fũt penitus in bestias trãformati ps. xlviii. Homo cum in honore esset non intellexit cõparatus est ꝛc. Filius etiaz dei non est factus homo peccator sz homo iustus ita q̃ negq̃ de sui creatione nec de filij incarnatione peccatores gaudere pñt. Primo melius esset eis q̃ natꝰ nunq̃ fuissent nec filius dei incarnatus Wathe. 16. Bonum erat ei si natus non fuisset homo ille Secundo gaudere debemus quia filij dei ad hoc natus est vt illuminet nos dei sapientia vt nobis remittat peccata vt nos iustificet et vt nos de ptãte diaboli redimat. i. Coz. i. Qui factus est nobis a deo sapiẽtia et sanctificatio et iusticia et redemptio Ista sunt permaxima beneficia que filius dei nascẽs nobis contulit et ideo eis nunquam est gaudendum. Ab hoc gaudio peccatores seipsos excludunt. quia sapientiam mundi et non dei volunt habere. peccata volunt retinere et in eis viuere. dimissio

potius ꝙ virtutes volunt possidere. et de ptãte diaboli nolũt exire. Et ideo in hac natiuitate de nullo pñt gaudere. renuũt enim verum gaudium et admittunt falsoz et stultũ quod est de ludo taxillor et epulis et chorets. et sic de aliis. Sap. ii. Coronemus nos rosis et frustur bonis. et non sit pratum qđ nõ pertrãseat luxuria nostra qñ hec est pars nostra. Tercio gaudere debemus qz rps ad hoc natus est vt sup nos regnet. Et iõ statim natus a magis est adoratus qui fuerũt primitie gentiũ. Realiter enim nos sumus iudei. i. rpm pfitentes super quos rps regnat Mathei. ij. Ubi est q̃ natus est rex iudeorum. Uere hec est materia magni gaudij qz regẽ habemus potentissim⁹ ad p tegendum largissimum ad donandum. misericordissimum ad parcendũ liberalissimum ad remunerandum qz minimum seruitium valde remunerat Mat. ix. Centuplum accipietis ↄ vitã eternam possidebitis. Ab hoc ergo gaudio pctõres penitus sunt alieni: qz rpm nolunt super se regnare nec eius legibus astringi et hoc qz iustum dominum nolunt. sed sic volo sic iubeo est lex eor. Luce. xix. Nolumus hũc regnare super nos. Et ideo cum potentia amicor se iuuant. pecunias per phas et ne phas procurant. parcere nesciunt nec miseris subuenire volũt. ymo proverbo dãt alapã. pro alapa vulnus. pro vulnere interficiunt. nec centuplam satagunt retributionem obtinere. Job. xxi. Qui dixerunt deo recede a nobis. scientiã viarũ tuarũ nolumus. ¶ Quarto gaudere debemus: quia ad hoc natus est rps vt nos spũsi natiuitate i filios dei regeneraret. Johannis. i. Dedit eis ptãtem filios dei fieri de quo multũ est gaudendũ quia in hac natiuitate omnia nobis parcit et veste polimita virtutuz qua nos dignos facit nuptiaz regis eterne strẽnue modo vestit et in filios dei adoptat. Si aũt sumus filij ↄ heredes. vt dicitur Ro. viij. Hoc gaudio pctõres nõ possunt gaudere: qz p pctm in quo stant omnia perdunt et filiationem dei et vestem virtutum et hereditatem regni et penit⁹ nudi remanẽt inter ribaldos diaboli Apo. iij. Dicis quia dives sum et nullius egeo. et nescis quia tu es miser et miserabilis et cecus pauper et nudus.

¶ Quinto gaudere debem⁹ qz ad hoc natus est rps vt nos deo et ad inuicem pacificet. vñ rex pacificus significat vel vocatur. Et iõ statim in eius natiuitate cecinerunt angeli pacẽ dicẽtes. Gloria in excelsis deo et in ter. pax ho. bo. voluntatis. Intrans enim in mundum fecit cantare pacem. vadens per mundum fecit predicari pacem et exiens de mundo reliquit in testamento pacem. Jo. xiiij. Pacem meaz do vobis pacem relinquo vobis Ad hoc peccatores excluduntur qz nec pacẽ dei nec pacẽ proximi nec pacẽ sui habẽt Isa. lxviij. Non est pax impijs dicit dominus. ¶ Secundo videndũ quare in deo et non in mundo gaudenduz sit F Ubi nota ꝙ propter ser in deo et non in mundo est gaudendum.

¶ Primo quia gaudium mundi est fatuuz et fatuitate procedens. Assimilatur enim risui frenetici quis ridet imminente morte quando omnes sui plorant et ipse ridet sic mundani gaudent imminente ymo existente morte. quãdo scz serui dei plorant: quis cognoscunt nocumentum mortis anime. Et hoc innuit rps qñ fleuit super ihrusalẽ gaudẽtẽ. dicens. Si cognouisses et tu supple fleres. Luce. xix. Bern. Compatitur dei filius et plorat pro nobis. hõ pauit et ridebit. Et sic patet ꝙ gaudiũ mundi est fatuitate procedit. Item est fatuum ab effectu qz hominem infatuat. Est enim sicut vinum quod inebriat hominem nisi temperetur aqua. sic gaudium mundi nisi memoria aduersorum temperetur. Propter qđ dicitur Eccle. xj. In die bonoz ne immemor sis malorz. Et iterum Eccle. septimo. Cor sapientis vbi tristicie est cor stultorum vbi leticia huius exemplum patet in Salomone qui non prohibuit cor suũ quin omnino luptate frueretur. vt ptz Eccle. ij. et iõ infatuatus fuit. Gaudium aũt dei ex vera causa procedit. et facit hominem tẽperatũ. et ideo in deo et non in mundo est gaudendũ ¶ Secũdo quia gaudiũ mundi est breue cito mutatur Job. ij. Gaudiũ ypocrite id ẽ mundi qui est ypocrita ad instar puncti. Gaudium mundi nullam stabilitatem habet nisi sicut serenitas martij que matabilis est Eccles. xxvij. Stultus id est mundꝰ qui semper fluitat vt luna mutatur. Gaudium aũt in dño est perpetuum. quia hõ de gaudio gratie transit ad gaudium glorie. Math. xxv. Serue bone ↄ fidelis. tc. intra in gaudium domini tui Johã. xvi. Gaudiũ vestrum nemo tollet a vobis. ¶ Tercio quia gaudium mundi non est plenum neq̃ purum letificat eñ hominem in delectationibus solũ corporalibus in quibus non superat bestias. Neq̃ etiam est purum. vt dicitur. Proverbio. xiiij. Risus dolore miscebitur Boecius. ꝙ multis amaritudinibus dulcedo felicitatis humane est respersa. Et inde est ꝙ gaudium de mũdanis nõ satiat. sicut nec ipsa mundana quia non est de essentia anime nec intrat in animã Gaudium aũt de dño plenũ est quia implet animã Johã. xvj. Petite vt gaudiũ vestrum plenũ sit. Ita etiã replet animam vt redundet in corpus proverbio. 17. Animus gaudens etatem floridã facit Est etiã purũ quia si tribulationes et aduersitates cõtigunt gaudet Ro. v. Sed et gloriamur in tribulationibus Isa. xxv. Gaudium et letitiam obtinebunt et fugiet dolor ↄ gemitus. Quarto quia ꝙ gaudium mundi excludit gaudiũ dei. Jaco. 4. Quicunq̃ voluerit esse amicus huius mundi inimicus dei constituetur Bern Delicata est diuina consolatio quia nõ datur admittentibus alienã Et a dño maledicitur Luc. vi. Ue vobis diuitibus qui habetis hic consolationẽ vestrã qz sciliceet in futuro non gaudebis. Et ideo oñis homo sapiens debet ipsum spernere. ps. lxxvj. Renuit consolari ais mea scz in his mundanis. Gaudiũ autẽ in dño transit ad gaudium celi et omne gaudiũ continet. Quinto quia gaudiũ mundi de rebus pessimis est. prouer. ij. Letanꝫ cũ malefecerint ↄ exultant in rebus pessimis. Augu. Quid est seculi gaudiũ nisi impunita nequitia. s. luxuriari in spectaculis nugari: ebriositate ingurgitari. turpitudinẽ facere: et nichil mali pati. Gaudiũ aũt in domino est de rebus optimis scz de virtutũ possessione de bonorum operum factione: et de malorum asperatione. Sexto quia gaudium mundi vertitur in tristiciam atq̃ luctum. proverbio. 14. Extrema gaudij luctꝰ occupat ratio est quia vel homo dimittit gaudiũ mundi qñ fit per mortem vel gaudiũ mundi dimittit hominem quod fit per aduersam fortunaz et vtrumq̃ est valde dolorosum de primo. Ecclesia. xli. O mors qñ amara est memoria tua homini pacẽ habenti in substãtijs suis et adhuc valente capere cibũ. De scõo Boecius. Infelicissimum genus infortunij est fuisse felicẽ. Gaudiũ autẽ in dño transit ad leticiam perpetuam. Tercio videndũ quibus dominus prope est F Ubi notandum ꝙ dño dicitur esse prope ser generib⁹ hominũ. Primo est prope peccãtibus vt de peccato erubescant et abstineant et bene agant. Hic cadit exemplũ illius heremite qui ostẽdebat se velle peccare in platea cũ vna meretrice que noluit. sed dixit cum in cellã loci secretũ qui ait hic videt me deus ũ tota curia celi. quod audiens illa cõuersa est ¶ Secũdo est prope penitentes: huo ad intrandum ad eos ↄ eos recipiendus p iustificationem si volũt et ostium aperire Apo. iij. Ego sto ad ostiũ et pulso si quis aperuerit. intrabo ad eũ. Hiere. iij. Tu fornicata es cũ multis amatoribꝰ. tamen reuertere ad me et ego suscipiã te. Tercio prope ẽ tribulatis ad adiuuandũ et eripiendum. ps. lxxx. Cum ipso sum in tribulatione. eripiã eũ et glorificabo eum. Caro enim et frater noster est. Heñ. iij. 8. Ber. Puto ꝙ me spernere nõ poterit caro de carne mea et os de ossibus meis. Sicut fuit ppe petro dũ cepisset mergi in mari: et statim rps affuit ambulans super mare. Sic fuit prope beato Anthonio dum quadã die a diabolo fortissime molestaret qui ait. Ubi eras domine Jesu. qui dixit Ego erã ibi sed expectabam agonẽ tuũ. ¶ Quarto est prope iustis ad exaudiendum. ps. cxliij. Prope est dominus omnibus inuocantibus eum in veritate. Sic fuit prope chananee ↄ centurioni cui dixit Unde sicut credidisti sic fiat tibi. ¶ Quinto est ppe iustis de bono opere cõuenientibus ad opera eorũ perficiendũ. Math. xviij. Ubi duo vel tres cõgregati sunt in nomine meo ibi in medio illorum ego sum. Isa. xxvj. Opa opera nostra operatus es in nobis dñe. Sexto est ppe iustis et peccatoribus ad mercedẽ condignã tribuendã. Apo. xx. Ecce ego venio cito ↄ merces mea mecũ est reddere vnicuiq̃ secũdũ opera sua Sic fuit ppe illi diuiti q̃ dicebat Saude alia mea hẽs multa bona l ani. pluribus de nocte misit eũ ad infernũ iuxta stipẽdia meritorũ: vt patet Luce. xij. Et nota ꝙ nũc lõge plus est dñs prope iustis ad remunerandum ꝙ fuit in vete. testamen. et via ad celum est modo ↄ propinquior quis tũc via ad celum ibat per infernum: modo autem vadit recto tramite Mathei. iij. Penitentiã agite appropinquabit enim regnũ celorũ. Cum ergo dñs sit ita prope omnibus iustis modis multum in domino gaudere debemus nichil solliciti esse: quis ipse in aduentu suo omnia prouidebit nobis et dabit. Et sic patet primum.

¶ Secundo apostolus ad orationem et gratiarum actionem nos inducit et confortat. Et circa hoc duo facit primo remouet impedimentum orationis. Secundo induxit ad orationem ostendens insimul modum orationis ibi. Sed in omni oratione et cetera Dicit ergo. Dominus prope est et vt possitis ad ipsum corda dirigere nichil solliciti sitis. i. petri quinto. Omnem sollicitudinem vestrã proiicientes in eũ.

quonsam ipsi cura est de vobis. Hec sollicitudo que hic prohibitur est inordinata occupatio circa temporalia ḡhīs laborem in acquirendo timorē in possidendo ⁊ dolorē in amittendo. Sequit̄ i textu. Sed in oīi oratione et obsecratione et gratiarū actione scz de habitis iam beneficiis petitiones vestre innotescant apud deum. Oratio dicit simplex petitio obsecratio dicit petitio cū adiuratione. vt rogo te per deū. Et sic patet secundū. Tercio apostolus ipsecatur et orat vt pax dei vndiq; et in oīibus nos custodiat. di. Et pax dei. s. a deo data et creata et dicit dei ad differentiaz pacis diaboli de q̄ Lu. ii. Cū fort. armatus custodit. suū in pace sunt oia que possidet et ad differentiā pacis mūdi Jo. 14. Pacē meā do vobis nō quomodo mund⁹ dat ego do vobis et ad dīam pacis carnis. de qua Mat. 14. Non veni mittere pacē in ter. sed gla. que pax scz exuperat oēm sensum. i. oēm cognitionē. si em minimā creaturā perfecte cognoscere nō valemus. quō illā nobilissimā pacem a deo nobis infusā cognoscemus. Hec in aquā pax custodiat corda vestra ne per timorē malū vel amorē corrūpant. Cor em maxime indiget custodia Prouerbi. 4. Omni custodia serua cor tuū ex ipso em vita pcedit. Et intelligentias vestras ne per errorem seducantur. locus enim veritatis est ipsa pax: et ideo in pace nullus error potest remanere ps. lxxv. In pace factus est locus ei⁹. Et vt custodiat certe in iesu christo dño nr̄o loco securo et firmo in quo oīa bona obseruātur. quia vt dicit Grego. Sicut oia ex nichilo facta sunt ita in nichilum renderent oia nisi manus omnipotentis teneret ea. Et sic patet tercium.

¶ In natiuitate dñi de euangelio Sermo nonus.

EVangeliso vobis gaudiū magnū quod erit oīi populo q: nat⁹ est nobis hodie saluator. Luce. 2. Sicut dicit Bern. tria sunt hodie mirabiter cōiuncta. s. deus et hō mater et virgo fides et cor humanū. Mirabile est ergo oino et omnē intellectū transcēdit humanū q: deus incōprehensibilis et imutabilis factus et natus est hō vt hodie fuit. Verū nō est impossibile si sane intelligaī. Nā factus est hō sine sui aliqua mutatione. Aliquando etiā ita aliquid fit quod scīm substantiā transmutat. et vt sic caro fit terra: et terra fit lapis: sic nō est factus deus homo. Aliquādo fit aliquid qđ nō mutatur scīm substantiam sed recipit aliquid quod non habebat. sicut qñ lana tingitur et hō fit frater. et isto modo filius dei factus est hō. mon q: in substantia fuerit mutatus sed suscepit in se quod non habebat. s. naturā humanaz alam et corpus ad phīl. 2. Habitu inuentus vt hō. Et ideo quod erat pmansit q: nulla mutatio in natura diuina facta est. et qđ nō erat assūpsit non pmixtionem vel diuisionem passus. q: in persona filij dei non sunt commixte due nature. s. diuina et humana sed sunt cōiuncte ita q: quelibet mansit integra. Nec persona filij dei diuisa est ab alijs personis assumendo humanam naturaz. quia vt dicit Augu. Indiuisa sunt opera trinitatis. In persona ergo filij dei assumēte naturaz humanam erat psona pr̄is et spūscti. Jo. 14. Non credis q: ego in pr̄e et pater i me est Item ibidem. Pater in me manens ipse facit opera. Persona em̄ non diuidit ab essentia et ideo in persona filij dei humanaz naturam assumēte fuit tota essentia diuina ⁊ per ꝑs oīe tres persone Iste aūt modus fuit possibilis deo. ⁊ p dei gratiam factus est nobis intelligibilis pr̄i. Chor. 2. Nobis autē reuelauit per spm̄ suū. Spūs em̄ scrutatur etiam pfunda dei Secundum mirabile est q: mater sit virgo ⁊ virgo sit mater sicut factū est. quod possibile est deo. quia virtus diuina multo melius ex sanguinib⁹ virginis potuit vnum corpus formare q̄m virtus seminis humani. Potuit etiam hoc corpus ita formatuz extra mittere sine corruptiōe virginalis pudoris. et plus potest deus facere q̄m nos possumus desiderare. sed vna virgo potest hoc desiderare q: pariat sine sui corruptione. ergo deus potuit facere. Sic ergo hoc intelligim⁹ vt deo possibile et non nature. Tercium mirabile est q: cor humanum predictis credit perfecte non tamen inclinatur ad hoc credendum sine dono fidei. i. Cor. 12. Fides est donū dei. et ideo oportet nos habere fidem ad ea perfecte credendum que de natiuitate fidei dei dicuntur. Hieremie. 15. Nunquid federabitur ferrum ferro ab aquilone id est fides et cor humanū que sunt sicut duo ferra valde dura et non possunt continguntur in frigore infidelitatis nisi ignis fidei assit. ¶ In autoritate autē premissa de euangelio hac nocte cantato sumpta quattuor ipsa dicuntur. ¶ Primum est ipsius natiuitatis autoritas cum dicitur Euangelizo vobis. angelus loquitur missus ex parte dei ad hoc annunciandum Secundum est natiuitatis iocunditas ibi gaudium magnum. Tercium est natiuitatis communitas ibi quod erit omni populo. Quartum est natiuitatis veritas ibi. quia natus est hodie saluator. ¶ Primo ergo ponitur natiuitatis autoritas. quia angelus loquit ex parte dei dicens Euāgelizo vobis id est bonam annūciationez vobis loquor. Euāgelium enim idem est quod bona annūciatio. ab eu quod est bonum et angelus qđ est nuncius Ad hanc autē autoritatē roborandam ecclesia hodie quattuor viros eximios introducit scilicet ysaiā eximiū prophetarum qui a spiritu sācto inspirat⁹ nō solum xp̄i natiuitatē sed etiaz omnia alia eius facta et gesta humana predixit vt de vnoquoq; certitudo magis firmaretur in nobis nam predixit conceptionez di. Ecce virgo concipiet et pariet filium. Predixit natiuitatem dicens. Paruulus natus est nobis et filius datus est nobis. Predixit ḡdicationem dicens. Videbunt oculi tui preceptorem tuū. et aures tue audient verbū post tergum monentis Predixit passionē di. Tanq̄ ouis ad occisionem ductus est. Predixit resurrectionē dicēs Erit germen eius in magnificentia et gloria ⁊ fructus. terre scz xp̄s sublimis Predixit ascensionem dicens Quis est iste qui venit de edom tinctis vestib⁹ de bosra. Iste formosus in stola sua gradiens in multitudie virtutis sue Et predixit xp̄i aduentum ad iudicium di. Dominus ad iudicium veniet cum senatoribus populi sui. ¶ Secundo introducit. Paulum apostolū qui raptus in paradisū ꝑm incarnatum vidit et ideo qđ prius nō credebat postea firmissime credidit. Tercio introducit Lucā euāgelistā dominum autoritate angeli natum recitātē di. Euāgelizo vobis. gaudium magnum. Quarto introducit Johannem euāgelistā qui eternam generationem xp̄i nobis describit di. Verbū caro factū ē et habitabit in nobis Et vtranq; generationem. Johānes veraciter cognouit nam super pectus dñi in cena recūbens in ipso sacro dominici pectoris fonte vtraq; generationez perfecte potauit et cognouit Et ideo in prima canonica ca. i ipse sic ait Quod vidimus et audiuimus et manus nostre contrectauerunt hoc de verbo vite annunciamus vobis. Aliaz vero generationem q̄ xp̄s in vtero matris nat⁹ est recitat nobis Mathe⁹. i. ca. di. Qđ em̄ i ea natū est de spūsācto est ¶ Habuit cīm xp̄s tres generatiōes ⁊ tripliciter fuit natus. Ad quod representādū hodie tres misse cantātur Prima natiuitas xp̄i ē eterna eius generatio qua semp et ab eterno generatur et genitus est a pr̄e oīno ineffabiliter et nobis incomprehensibilis. Isa. liij Generationē eius quis enarrabit. Et hāc significat missa matutinalis que in media nocte cantat. Secda xp̄i natiuitas fuit qua cōceptus est in virginis vtero. qua ideo natus fuisse dicitur q: statim cōceptus omni perfectione aie fuit pfectus et vsū liberi arbitrij habuit. Hec fuit quantū ad aliqđ obscura. in eo scz q: corpus fuit statim formatū et anima infusa in omni perfectione perfecta. Et quantū ad aliquid fuit clara in eo scz q: sicut alioz pueroz corpora illud corpus de purissimis sanguinibus beate virginis formatū est licet per spūsanctī virtutē. et sicut corpora aliorum crescebat. Et hanc significat missa aurore que aliqđ habz obscuritatis et aliqđ claritatis Tercia christi natiuitas fuit qua hodie ex inte merato virginis gloriose vtero natus est que tota fuit clara. Et hāc significat missa cantanda in tercia clara die Vel tres misse tres status hominū representant scz missa matutinalis statum hominis ante legem qui totus fuit tenebrosus Missa auroze statum hominis sub lege qui habuit aliquid claritatis propter precepta moralia ⁊ aliquid obscuritatis ꝓpter precepta cerimonialia. q: vt dicit. i. Chor. x. Omnia in figura cōtingebant illis. Missa vero tercia statum hois post christi aduentū q̄ totus fuit clarus. Non est ergo quid fabulosum vel fictum christi natiuitas. sed oīi fide digna et veritate subnixa et autoritate pleclara ꝟ. petri. ꝟ. Non enī indoctas fabularis secuti notam fecimus vobis dñi iesu xp̄i virtutem. Ad hanc ergo autoritatē insinuandam circa angelum christi natiuitatem nūciantem duo narrant scz quia magna cum luce apparuit. quod nunq; in ve. testa legit̄ cōtigisse de angelis q̄ tamē sedulo patribus apparuere. vt dicit Beda Et q: statim facta est cum angelo multitudo celestis milicie dicentium. Gloria in excelsis deo. Hec em̄ duo multū faciunt ad autoritatem dicti angeli autenticandam. s. q: fuit in multitudine et in lumine. Hanc ergo natiuitatem christi que hodie scz media nocte dñica natus est in mundo Lucas narrat dicēs Exiit edictū a cesare augusto vt describeret̄ vniuersus orbis. Et dicas totam hystoriam natiuitatis. Ideo ergo christus nascitur dum mundus describitur quia ip-

tres lex natuitas xp̄i. obqđ tam ssse dicit. natiuitate

se ad hoc veniebat vt homines. terrenos ad celestem militiã trãsferret et quosdã eligeret alios reprobatos. Et nota q̃ put in quibusdam cronicis inuenitur quando hec descriptio fuit facta rome fuerunt inuenta mille milia et octingenta milia hominum pugnatorum. Et sic patet primum.

¶ Secundo ponitur natiuitatis iocunditas cum subditur, gaudium magnum

℣ Ubi nota q̃ propter decem magna bona que in christi natiuitate cõsecuti sumus summe gaudere debemus primo qz natura humana est summe exaltata que erat in infimis collocata. Nam homo est deus et deꝰ est homo Et que vnq̃ potuit maior exaltatio esse Hanc exaltationẽ non cognouit angelus nusq̃ em vt dicit apostolus ad hebre.2. angelos apprehendit. Et ideo angelus qui priꝰ sustinebat se ab hominibus adorari tanq̃ maior postea non sustinuit sed dicit sevolenti adorare. Uide ne feceris conseruus enim tuus sum ego et fratrum tuorum Apoca.vltimo. Hanc dignitatẽ peccator non cognouit qui pro. reuili in luto peccati manet et inter ribaldos dyaboli in plateis mundi moratur. Secundo quia humana natura est deo pacificata que erat deo maxime inimica. qma cum deus sit homo non potest hominem amplius odire odiret enim seipsum. Ephe.2. Ipse enim est pax nostra Et ideo natus fecit sibi cantari pacem. Luce.2. Et in terra pax homo. bo volunt. Potest hic dici de quadruplici pace quam christus in homine fecit.

vide in sequenti sermone

¶ Tercio quia est summe dotata et omnibus bonis repleta. cum esset in summa miseria constituta. Nam bona nature gratie et glorie ertunc in natura humana in maxima copia sunt lucta. Nã bona nature posuit hõs gfe omnia et bona glorie reposuit Deꝰ enim dã do nobis filiũ suũ omnia bona nobis cum ipso dedit Ro.viij. Quomodo non etiam omnia bona nobis cum ipso donauit. ¶ Quarto quia est perfecte illuminata cum esset vndiq̃ excecata in creatore et creaturis erant psal. Exortum est in tenebris lumẽ rectis scilicet christꝰ deus noster qui est lux vera que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum Jo.i. ysa.9. habitantibus in regione vmbre mortis lux orta est eis paruulus enim natus est nobis et filius datus est nobis In cuius signum angelus christi natiuitatem annuncians pastoribus cum magna luce apparuit et tota illa nox a media nocte citra quando christꝰ est natus ita fuit luminosa q̃ quasi dies ridebatur et statim nouum sidus exortum fuit die noctuq̃ fulgens donec magos ad christum perduxit. vt verum lumen notum esse nunciaret et demonstraret. Ysaie. xl. Surge et illuminare hierusalem quia venit lux tua et gloria domini super te orta est. ¶ Quinto quia natura humana est ita nitari restituta que erat omni infirmitate prostrata Ysaie decimo. A planta pedis vsq̃ ad verticem non est in eo sanitas. Christus enim nascendo contra omnem cõmunem languorem efficaces detulit medicinas quibus omnes sanauit. ps. cõfitemini sexto. Misit verbum suum et sanauit eos Augustinus Magnus itaq̃ venit medicus quia mundus vbiq̃ iacebat egrotus. Nã instituit sacramenta ecclesie contra omne vulnus peccati valentia ¶ Sexto quia est libertati donata que erat sub seruitute turpissima diaboli constituta: per quo enim filius dei factus est homo liberauit homines a diaboli seruitute infundẽdo scilicet gratiam et virtutes per quas homo a iugo diaboli liberatur Johannis decimo. Et ꝑ moysen data est gratia et veritas per Jesum christum facta est. Collocen.i. Qui eripuit nos de potestate tenebrarum id est demonum et transtulit in regnum scilicet dilectionis sue. Septimo quia est a debito delictorum pro quo in carcere inferni obnoxia tenebatur absoluta quod impossibile erat solui. Huius enim predictum debitum plenarie et superabũdanter in cruce solutum fuit. in natiuitate tamen sufficienter solutũ fuit quia cum in sua natiuitate meritum infinitũ acquisierit liquet q̃ per illius meritum totũ debitũ humane nature potuerat solui. Sicut enim tũc in humana natura erat peccatũ infinitũ ita repertũ est in natura meritũ infinitũ scilicet in Jesu christo sed illi q̃ meruit videlicet saluator mõ placuit differre vt abũdanti solueret Ysaie.liij. Gratis venũdati estis gratis redimemini. Octauo qz est spũsancti robore confortata. Nunq̃ enim inuentꝰ est aliqs i tota humana natura q̃ cõciperet et nasceret sine peccato nisi christus et sic natura humana in omnibus hominibus a peccato vincebatur. in christi autem natiuitate natura vicit peccatum. Ex quo patet maximũ robur et collatũ ex omni parte ad peccatũ vincendũ. Et ideo hodie multi vicũt petiũ quia ante christi aduentũ nõ poterant. quinpotius omnes vincebant. ps. xiij. Non est q̃ faciat bonũ nõ est vsq̃ ad vnũ. Nono quia in natiuitate xpi cepit natura hũana vite

anime appropinquare et ad ciuitatem suã redire: quia prius semper versus mortem tendebat et in exilio exulabat. modo em quanto plus tendimus versus mortem corporis tanto plus tendimus versus vitam sile et versus ciuitatem nram. Propter. qõ dicit apls ad phil.i. Cupio dissolui et esse cum christo. Otius autem pro magno manere vita longa ꝓmittebat homini. Exo.ij Honora patrem tuum et matrem tuam vt sis longeuus super terram. ¶ Decimo qz in natiuitate xpi natura humana omni perfectionis genere fuit dotata vel perfecta. Nam fuit perfecta in natura quia principium est coniunctũ finiꝰ. deꝰ homini. Unũ quodq̃ enim tunc perfectum est quando coniungitur suo principio. et non quiescit. donec ad idem redit. sicut aqua ad mare. Sic hõ non põt quiescere nisi coniũgatur deo. Augꝰ. Fecisti nos dñe ad te et inquietum est cor nostrum donec requiescat in te. Item perfecta fuit in gratia: quia ipsa plenitudo gre tota hũane nature se ifudit. nec vaꝝ hũana natura potuit maiorem gram obtinere quã vt filius dei eã assumeret et in ea nasceret. Item perfecta fuit in gloria qz filiꝰ dei verꝰ homo statim natꝰ est in gloria et semp in vita beata fuit. simul enim fuit viator et comprehensor. Multũ ergo in xpi natiuitate gaudere debemꝰ in qua decem magna bona q̃ hõ summe desiderat consecuti sumꝰ. Nam summe homo desiderat exaltari si sit depressus. pacificari si sit in periculosa discordia ditari si sit miseria arctus. illuminari si sit tenebris obũbratus. sanari si sit grani infirmitate pstrictus. liberari si sit durissima seruitute subiugatus. a debito absolui pro quo sit in duro carcere religatus. fortificari si sit inuiribus desit iutus. ad ciuitatem suam redire si sit in exilio condemnatus. et in omnibus perfici si sit mirabiliter imperfectus. Hec autem omnia per christi natiuitatem consecuti sumus vt dictum est. et ideo gaudemꝰ. phil.vltimo. Gaudete in domino semper iterũ dico gaudete. Gaudere ergo hodie debemus in xpo ad memoriam predicta beneficia reducendo. sed non debemꝰ hodie vane gaudere in mũdo. in choreis et ludis et spectaculis demoniorum et comessationibus quibus hodie gaudet mundꝰ. qui verum gaudium in vanum gaudium commutat. cuius finis est luctus. Proverbiorum. decimo quarto. Extrema gaudij luctus occupat. Et sic patet secundum.

¶ Tercio ponitur natiuitatis communitas. cum subdit quod erit omni populo

Natiuitas em xpi cibus est communis vt ab omnibus ametur et veneretur. Primo enim fuit cõis deo et hominibus. Nam filius dei sumẽs carnem humanam in genere hominum. natus est verus deus et verꝰ homo. Galat.iij. At vbi venit plenitudo temporis misit deus filium suum natum ex muliere factum sub lege vt eos qui. tc. Decebat enim vt filius dei cui attribuitur sapientia inter homines nasceretur. vt humanã instaurã que tota deordinata erat per sapientiam suã reordinaret. et superbum humani generis inimicum sua prudentia debellaret. et viam sapientie hominibus demonstraret qui vbiq̃ errabũdi viabãt Et quia sic communis est ideo deus et hõ hoc natale venerantur. ¶ Secundo fuit communis angelis et hominibus. Nam persona filij dei que nata est Jesus. est cum angelica natura maximam affinitatẽ habẽs Jo.iij. Spiritus est deus. Eadem tamen persona carnem induens et verus hõ natꝰ est in qua carne per omnia similis hominibus fuit. phil.ij. In similitudine hominũ factus ẽ habitu inuẽtus vt homo. Et ideo angeli et homines debent hoc natale deuotꝰ venerari. Et propterea angeli descendentes dixerunt. Gloria in excelsis deo. Et pastores omnes bethleem fuerunt. et ipsum venerati sunt. vt patet Lu.ij. Natus est vt ruinas angelorꝰ hominibus repleret. et ideo communis vtriq̃. ¶ Tercio fuit cõmunis patribus veteris testamenti et hominibus noui. Ab illis em fm carnẽ descendit. s. Abraham ysaac et Jacob et aliis patribus vt Matheus narrat in euangelio hac nocte cantato Ab illis aũt descendens ad homines noui testamenti et eis suã maiestatem ondit per quod beati dicunt Lu.x. Beati oculi qui vident que vos videtis. Et ideo priores et posteriores debent ipsum venerari Math.xxi. Et qui precedebant et qui sequebãtur dicentes. Benedictus q̃ venit in nomine domini. ¶ Quarto fuit communis iudeis et gentilibus. nam de gente iudea originem traxit et iudeus fuit Hebre.vij. Manifestũ est q̃ de tribu iuda ortus sit dñs nr. gẽtiles aũt in filios adoptauit et fratres deinceps eos xpianos vocãs Uñ et nos qui gẽtiles eramus mõ sumꝰ et dicimur xpiani sez ffres et filij xpi. Si aũt filij et heredes. vt dicit apls Ro.viij. Et ideo omnia bona q̃ xpo est operatꝰ sup xpianos requieuerunt sicut super filios suos. et xpi soli sunt heredes omniũ bonorum christi.

bote grossa Ecle. xxx. Curua ceruicem a iuuentute quia vt dicitur prouerbiū. Qui a puericia delicate nutrit seruuz saum. i. corpus postea sentit eum contumacē ¶ Secundum est vt postq̄ ceperimus in via dei ambulare in ea perseueremus. quia aliis recedentibus. Jesus in templo remansit: Quia vt dicit. Bern̄. Sola inter virtutes perseuerantia coronatur. Quidam nō possunt audire vnam missam sed statim eleuato corpore dñico fugiunt Contra quos dicitur Mat. x. Non qui incepit sed qui perseuerit In cuius figura mandatuz est in lege vt cauda animalis sēper deo immolaretur vt patet Leui. j. Et vxor Loth quia non processit iugiter āte sed conuersa est retro in statuam salis est transformata vt pz Bern̄. xix. Propter quod christus venientibus ad se discipulis ait Luce. xi. Memores estote vxoris Loth. qz nemo. mit. ma. suam ara. ct. re. re. aptus est regno dei. vt dicitur in eodem. ix. ¶ Tercium est vt cōsanguineos et notos amicos fugiamus et mūdanos quia Jesus inter cognatos non est inuentus sic inter consanguineos z mūdi huius amicos Jesus id est salus non inuenitur Raro enim vel nunq̄ suadent parentes filijs z consanguineis nisi ea q̄ mūdi sunt in quibus anima perditur Mat. x. Inimici hominis domestici eius. Propter ea dixit dominus Abrae. Gen̄. xii. Egredere de terra tua et de cognatiōe tua z de domo patris tui. Imo quo pcꝰ est pleriq̄ parentū faciūt sicut cozni qui pullis suis escā non ministrant nisi post tres dies dum vident eos nigras plumas emittere sicut ipsi. Sic multi filios suos oditunt nec videre volunt nisi se sequantur in abutijs mundi et negotijs lucratiuis vt qualis pater. talis sit filius. Propterea dñs ait. Luc. xiv. Si quis ad me venit et non odit patrez et matrem suam tc. non potest meus esse discipulus Unde christus quidam dixit. Sequere me Qui respondit. Domine permitte me primo sepelire patrem meum. Xp̄s respondit. Sine vt mortui sepeliant mortuos suos Luc. nono. Et Hiero. dicit q̄ summum genus pietatis est scilicet in hoc parentibus esse crudelem scilicet in non eis obediēdo in eo q̄ a dei seruitio eos retrahere conantur quia vt dicit. Augusti. Diligendus est generator. sed preponend⁹ est creator ¶ Quartū est vt ij deū predictū peccatū re inuenire cupimus pacē hēam⁹. quia non nisi in hierusalem. que visio pacis interp̄tatur se inuenire premittit. Debe. ij. Pacem et sanctimoniam sequimini cum omnibus sanctis. sine qua nemo videbit deū Psal. In pace factus est locus eius. Unde apostolus suis hereditario iure in testamento pacem reliquid dicens. Pacem meaz do vobis. Joh. xiiij. Unde ingrediēs mundum et vadens per mundum. egrediens mundum pacem predicauit tanq̄ necessariā ad salutem. Luc. ix. In quācuq̄ domū intraueritis dicite primū pax huic domui. ¶ Quintuz est vt deum in loco debito. s. in templo domini per orationem q̄ramus: quia ibi non alibi xp̄s inuent⁹ est. non inuenitur deus in plateis: quia ibi vanitates et detractiones. non in curijs. qz ibi periuria et false accusationes et sentētie. Non in apothecis: quia ibi multa mendacia et deceptiones. Non in tabernis qz ibi totaliter dyabolus et non xp̄s: sed in ecclesia. Est aūt duplex ecclesia. s. magna z parua. magna vt ecclesia materialis. parua vt camera vel cella holo in vtraq̄ inuenit deus. ¶ Sextum est vt tempore congruo scz per triduū deum queramus. quia xp̄s non nisi per triduum potuit inueniri. primus dies sit contritionis secundus confessionis. tertius satisfactionis. Quidā hūt primum et non secundum vel tercium. quidam habent primum secundum et non tercium et ideo deum non inuenīunt. Exodi octauo. Viam trium dierum pergemus in solitudinem et sacrificabimus dño deo nostro. tales enim deum inuenīunt. ¶ Septimum est vt debitum modum inquirendo deum teneamus: qui a parentibus debitum modum tenentibus permisit se inueniri qui fuit in eo q̄ sollicite dolorose et p seueranter eū quesierunt. Vade igitur et tu fac similiter. ℣ Et sic patet q̄ inquirendo deū tria debent obseruari. s. debit⁹ locus congruū tempus. et decens modus. Et per cōtrarium tripliciter erratur inquirendo deū scz in loco. tēpore et modo. sicut in quācuq̄ alia re. vt dicit Bern̄. Quidam enim errant in loco quia querunt eum vbi non est. Et hoc tripliciter. Primo sicut carnales qui deū vētet est q̄ q̄rūt deū in delicijs carnis in q̄b⁹ nō est: qz spūs ē deꝰ Canti. iij. In lectulo meo p noctē q̄sui quē diligit aia mea. q̄sui eū et nō inueni. Quia vt dicit ap̄lus. i. Cor. xv. Caro et sanguis regnū dei non possidebunt. Secundo sicut auari q̄ adorāt crucē nūmi qui q̄rūt euz in diuitijs. Osee. v. In gregib⁹ et armētis suis vadēt ad q̄rēdum dñm. Sz ibi non inue

solicite. dolorose et p seueranter debemus. querere deum.

nitur:quia deus est perfectum bonũ.Sed diuitie multam amaritudinem habent anexam et in acquirendo et conseruando et in perdendo.magis aũt in contrario reperitur.i.in paupertate voluntaria q; pauper factus est deus Wath.v.Beati pauperes spiritu quoniã ipsorũ est regnũ celoz.Tercio sicut vani gloriosi superbi qui gratiam hominũ diligũt magis q; dei.q; q̃rũt eũ in dignitate honoris mũdani sed ibi non inuenitur:quia deus non est in falso honore sed in vero. honorant mũdanus falsus est quia non est reuerẽtia exhibita in testimonium virtutis.sed est honoz pannoz et diuitiarum qui exhibetur bonis et malis.

Et ideo xp̃s non est inuentus a magis in domo. Herodis.palatio regali sed in stabulo.In vero autem honore qui cõsistit in virtutibus deus optime inuenit. ¶ De his tribus dicitur Job.xxviij.Non inuenitur in terra suauiter viuentium.quo ad primos.abyssus dicit non est in me. quo ad secundos.et mare loquitur non est mecũ quo ad tercios. Ubi ergo inuenitur deus? Certe in alis humili in tẽplo dei cõmorãte cvñ.Augustinus.Excelsus es dñe et humiles cor de sunt domus tue. Et in eloquio diuino. Wathei.xviij.Ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo ibi sum ego. in medio eoz.Et iõ xp̃s in tẽplo diuina colloquens inuentus fuit. ¶ Hoz figura habetur.iij. Regũ.xix.de Helya qñ voluit videre deum et dictum est ei vt iret in desertum et staret in montem coram domino.et ecce cõmotio magna .i. terre motus et non ibi dominus et ecce ignis magnus.et non ibi dominus.et ecce sibilus aure tenuis.et ibi dñs. ¶ per foramen petre ecclesia dei designat.per spiritũ grãdem superbia honoris per cõmotionem magnã tumultus diuitiaz.per ignem magnuz luxuria que ignis est vsq; ad consummationem deuorans.vt dicitur Job.xxxi.per sibilum aure tenuis verbum dei et anima sibilãs,verbum dei. ¶ Quidã errant in tempore et hoc tripliciter. ¶ primo q; nõ querũt eũ in triduo contritionis confessionis.et satisfactionis vt factum est.Secundo quia querunt eum nimis tarde.s.anxietate mortis constituti Sic refert.Beda de quodam monacho in Anglia q; in extremis cõstitut' vidit ifernũ apertũ.et dictũ est sibi ab astantibus q; deberet se recõmẽdare deo.q; ait.tarde surrexi.Et prout diceret.Me' in edituriũ meũ intende antec; gloria p̃ri diceret expirauit Similiter dicit. Grego.in dyalogo de quodam romano qui in extremis constitutus vidit demones et exclamans pether in dutias vsq; mane et sic clamans mortuus est. ¶ Tercio quia non querũt eum in tẽpore misericordie deputato quod est vita p̃sens sed.iusticie sicut ille dives epulo de quo dicitur Wath.16. q; non leuauit oculos nisi quando erat in tormentis Ergo deus querendus est per triduũ ante mortem et in vita p̃sẽti sic enim solum inueniri potest ysa.lv.Querite do.dum inueniri põt invocate eum dum prope est.2.Coz.6.Ecce nunc tempus acceptabile ecce nũc dies salutis. ¶ Quidam errant in modo et hoc etiam tripliciter. ¶ primo quia q̃runt eum soluz verbis.d.Domine adiuua me. Wath.7. Non omnis qui dicit michi domine dñe intrabit in regnum celoz;s qui fecerit voluntatem patris mei.Secundo quia querunt eum soluz extrinsece Nã signant se cruce vadunt ad ecclesiam ieiunant dant elemosinas dicunt p̃r noster.s anima eorum et cor est in potestate diaboli propter peccatum mortale quod tenent.ysa.29.Populus hic labijs me honorat cor aũt eorum longe est a me sine causa enim colũt Econtra vult deus scz cor et animam.Prouer.23.Prebe michi fili cor tuum Bern.in Da michi animas cetera tolle tibi Terẽ quia non querunt eum super omnia sed infra multa plus diligunt multa q; deum et ideo non inuenũt Wath.x.Qui amat patrem aut matrem.aut filium aut agros aut quodcũq; aliud plusq; me non est me dignus. Est ergo querendus deus verbis et factis intrinsecus et extrinsecus.et super omnia alia.et tunc inuenitur. ¶ Octauũ exemplũ quod a christo habemus est vt medium in omnibus factis nostris teneamus.poeta.Medium tenuere beati.Virtus enim consistit in medio et vicium in extremis vt dicit philosophus quia prodigalitas que dat danda et non danda consistit in extremis similiter auaritia que retinent danda et nõ danda.Sed largitas que dat danda et retinet retinenda tenet medium.Et ideo illa sunt vicia et hec est virtus Et ideo discretio dicit mater omnium virtutum.quia in omnibus,medium tenet Et ideo christ' ad hoc ostendendum stetit in medio animaliuz in natiuitate. in medio latronum in cruce in medio discipulorum suorũ in resurrectione per viam ergo medũ ambulare debemus ysa.xxx.Decet via ãbulare in ea nec ad dexteram nec; ad sinistram. Hec est via regia per quã filij regis eterni gradiuntur.

Nonus exẽplum est vt in societate bonoz maneamus quia inter doctores inuentus est quẽadmodũ scabies inficit socios et pauci mores inficiunt et boni informant. ps. Cum sancto sanctus eris et cum peruerso peruerteris.Et vide grande bonum et grã de malum.quia viuendo cum bonis acquiritur fama:et si malum faciat vir creditur fama aut ẽ maximũ bonum est Prouer.xxij Melius est nomen bonum q; diuitie multe Viuendo aut ẽ cum malis perditur fema.et frequenter de quo non habet culpam inculpatur.Ergo qui negligit famam similissimus est. Decimũ exemplum est vt bonum modum in nostra ratiocinatione et collocutione teneamus.quia Ihesus audiebat et interrogabat. Multi semper volunt loqui nec loquentem permittunt finire sermonẽ qui stulti reputantur Prouerbi.xviij. Qui prius respondet q; audiat stul.se'cẽ dem̃. et confu:dis.et Eccler.xxij. Audi tacens simul et quarens. Talis enim modus est apud discipline et contrarius est generatiõ contentionis et iuri. Ubi habemus exẽplũ prius discẽdi q; docẽdi. q; xp̃s audiuit et interrogauit prius q; docuit quod est contra hereticos qui prius docent q; discere vint.vtpote qui sunt cerdones et artifices Undecimum exemplum est vt parentibus nostris subiiciamur et eos in summa reuerentia habeamus/ quia Jesus qui tantus est subditus erat vni paupercule mulieri et vni fabro. Et hoc est Descendit cum eis et erat subditus illis Bernardus. Quis quibus deus hominibus. Unum de decez preceptis est honorare parentes Exo.xx. Honora patrem et ma. ꝛc. In eodem.xxxi. Qui maledicit.p̃ri scz vel matri mot. moriatur ꝛc.Eccle.iij. Honora patrẽ tuũ. et si defecerit sensu vemamda.quia non pertinet ad filios corrigere parentes q̃nis sint nimis sensati et transuersi.nisi reuerenter et dulcibus verbis.nec debent eos verbis exasperare vel deridere. Prouerbioz.xxx Oculum qui subsannat patrem et despicit partũ matris sue suffodiant eum corui de torrentibus.et comedant eum filij aquile. Dicit p̃hus q; sunt quedam amicicie quibus non possumus rependere equales vices sicut parentibus magistris et dñs.dñs quidẽ parẽtibus et magistris nõ possum' reddere equiualens ait p̃hus Si em̃ nos et nostra deoz parẽtibus largiremur nõ possemus eis condignã mercedẽ rependere, quicquid em̃ bonũ habemus ab eis habemus. Duodecimũ exẽplũ est vt sicut etate et p̃e.ita sapientia dei et gratia operibus semp crescamus et p̃ficiamus q: Jesus p̃ficiebat etate quo ad se p̃ incrementa membroz et tẽporũ et proficiebat:sapiẽtia et gratia apud deũ et homes vt dictum est. Ergo nos facere debemus vt in sapientia et gratia p̃ficiamus et crescamus. Quia vt dicit grego.In via dei nõ p̃ficere. deficere est/ qz vt idẽ dicit. In omelia sup est iohis.xvi Si quis diligit me ꝛc.Amor dei nunq; otiosus est.magna enim operatur si est. si aut ẽ operari desinit.iã amor non est. et ideo assimilat igni q̃ semp est in motu multi crescunt solũ etate et p̃e et non sapientia et gratia'Isaie.lxv. Puer centum annoz morietur.Contra quos apostolus.i.Coz.xiij Nolite pueri effici sensibus.malicia autem paruuli estote sensibus aũt p̃fecti.Et multi crescunt solũ scientia speculatiua.sed nõ practica et experimẽtali. Quod tangit vale clericos et religiosos qui oia speculant et pauca operant.et ideo ad regnum dei nichil proficiũt. Unde dicit apostolus.i.Coz.xiij.Regnũ dei non cõsistit in sapiẽtia verbi sed in ostensione spiritus et virtutis.

Augu. Surgũt indocti et regnũ dei capiunt.et nos cũ doctrinis nostris in infernũ demergimur. Et multi crescant sapientia mundi et non dei.que est animalis terrena et diabolica vt dicitur Jaco.iij. Hiere.iij. Sapientes sunt vt faciant mala bene aut ẽ facere nescierunt.Et sic patẽt exempla ex parte p̃ri: ¶ Ex parte aũt virginis habemus octo salutaria exempla. Primuz est vt in festis deuote ecclesias visitemus et indulgentias reportemus quia de ciuitate sua iuit in paschate ad aliã ciuitatẽ ad templum dñi visitandum.propter hoc enim institutas sunt festa vt in eis ad ecclesias eamus:et in eis missam et predicationem audiamus.et deuote deũ oremus et reliquias sanctoz visitemus et indulgentias reportemus Et vt ista liberius faciamus p̃ceptũ est a domino vt in festis opera seruilia nõ agamus quod secundariũ est in festis Multi aũt accipiunt solũ caudã et credũt se accepisse caput solũ eim ab operib' vacãt Exo. xx.Memento vt diem sabbati sanctifices. Sanctificare sabbatum est ab operib' intendere. Et ideo qui male agunt in festis neutrum custodiunt.quibus nichil magis seruile q̃ peccatum. per quod hõ efficitur seruus. Johannes octauo. Qui facit peccatum seruus est peccati. Secundum est vt fi

tuos sancta opera doceamus. quia vadens ad festum filium suum secum duxit. parē tes eñ duo debent filios. s. nutrimentum et documentum. et quale documentum cer te dei. Sed heu hodie quia solū documen tum unusq; dant eis et de doctrina dei nī chil curant et sic mittūt eos ad mortē infer ni. Mathei. xiij. Tradet autem frater fra trem in mortem et pater filium. Et ideo fi lij in infernum surgent in parentes eos dē tibus discerpentes. Et ideo christus ait. Luce. xxiij. Filie hierusalem nolite flere super me sed super vos ⁊ super filios vros flere. quia venient dies in quibus dicent. beate steriles que non genuerunt. Terciū est vt simus solliciti de perditione filiorū nostrorum vt salutem eorum procuremus. quia beata virgo filium perditum solicite requisiuit. Multi et multe vident filios suos a lupo infernali asportari et non cla mant neq; aliquid curant. Bernar. Cadit asinus et est qui subleuet. perit homo ⁊ nō est qui curet. venit lupus et omnes clamāt venit diabolus et nullus obstat. Sic erat sollicita mater beati augustini que sicut so lent flere matres filios mortuos. sic illa p̄ ditiones filij sui quotidie flebat vt dicit au gustinus. et non quiemit donec ipsum ad salutem reduxit. Quartum est vt pium et discretum modum in arguendo filios tene amus. vt non eos cum delinquunt blasphe memus neq; maledicta imprecemur Unde ait. Filij q̄d feciſti nobis sic' hic cadit exē plum de istis septem filijs et filiabus qui ons manet propter iniuriam ab eis recep tam maledixit qui statim tremore capitis et omnium membrorum conquassatione vexati et suorum ciuium oculos non feren tes per mundum dispersi sunt. De quibus dicit beatus Augu. q̄ duo ipsorum frater et soror venerūt ad africam et ad memo riam beati Stephani sunt curati. Debem⁹ ergo ipsos arguere verbis et si indigēt ver berare Ecclesia. iij. Tunde latera eius dū infans est. Quantum est vt quando iesum perdimus per peccatum. ipsum cum dolo re requiramus vt dictum est supra. quia do lentes querebamus te. Sic quesiit eū ma dalena et inuenit et sibi apparuit. Johan. xx. Maria stabat ad mon. fo. pio. Quidaz volunt ipsum ridendo inuenire dum nul lam contritionem de peccatis habent sed ridendo confitentur. Sextum est q̄ vxores viros suos honorent. quia beata virgo de surpe regia quendam tabrum scilicet Jo seph virum suum honorauit di. p̄ tuus et ego do. q̄. te. Cum enim premisit et pa trem filij dei vocauit sicut et ipsa vera ma ter erat. eundem honorem sibi attribuens in paternitate p. edicta qui ipsius nutrit⁹ solum erat. Quantūcunq; vxor nobilis sit et alta debet in dictis et factis virum ho norare et ei subesse. Sicut Sarra honora uit Abraham dominum eum vocans quia vt dicit apostolus. j. Co. xj. Mulier caput ⁊ mu lieris et propter ipsū facta est mulier. Ma xime autem debet ipsum honorare vt cu stodiat corpus suum ne cum altero fornice tur. quia id est fuminum dedecus viri. Et propterea in lege talis mulier mandata est lapidari. vt patet Deutro. xxij. Septimum est vt legem dei iugiter meditemur. quia Maria conseruabat omnia verba cōferēs in corde suo. p̄s. c. Meditabar in mādatis tuis. Et p̄s. i. In lege ei⁹ meditabitur die ac nocte Deute. vj. meditaberis ea sedens in domo tua. et ambulās in itinere tuo dor miens atq; consurgens. Lex et verbuz dei cibus est anime. mathei quarto. Non in so lo pane viuit homo. sed in omni verbo q̄ procedit de ore dei Omnibus autem qui non retinent cibum nichil confert. Sic est de verbo dei. In cuius figura mandatum fuit in lege moysi q̄ nullum animal non ru minans offerretur in sacrificium Octauum est vt presumptionem et curiositatem fol di alta misteria dei abdicamus. quia cum non intellexerit verbum quod locutus est ad eos non fuit importuna vt ipsum iterū credens aliquid magni in dicto latere Ro manorum. xij. Nam plus sapere q̄ oportet sa. sed sapere ad sobrietatem. Hoc est con tra multos qui alta misteria dei ⁊ subtiles questiones eorum intellectum penitus et credentes scire volunt vt de predestinatio ne et de trinitate et vnitate dei et de corpo re christi et similibus qui sunt. arguendi et verberandi vnde in libro Exodi. Et si bes tias tetigerit montem lapidabitur. Bestia est homo secularis scilicet qui vult tāgere montem scripture. Solus moyses ascēdit montem ad loquendum deo quia solus hō cui revelat deus secreta sua debet alta et profunda scrutari. In fine nota quoddam misterium. quia in festis quando debet ie sus queri et inueniri perditur. et in toto alio tempore non perditur sicut in istis q festa sunt instituta vt homines vacent di uinis vt dictum est. et ipsi vacant potatio nibus et comesationibus et ludis et vani tibus et minus esset malū operari vites co lendo calceos q̄ suere q̄ sic facere. Et pro

pter hoc festa nostra in odiū deo sunt. Isa. i. Solennitates vestras odiuit anima mea Amos. v. Odi et proieci festiuitates ve stras. Et ideo saraceni qui non solennizāt festa dicunt q̄dnoz festa. Treno. i. Ui derunt eam hostes et deriserunt sabbata eius. Et quod peius est quia in pascha et magnis solennitatibus quando homo de beret magis sanctificari tūc magis se dissol uit et vane letatur. Et breuiter festa viden tur ordinata solū ad solacium corporale.

¶ De epistola. Sermo xvii.

OBsecro vos fra tres p̄ misericordiā dei vt exhi beatis corpora vestra hostiam viuentem sanctam deo placentem. Ro. xij. Sicut dicit apostol⁹ ad Ro. xij. Que a deo sunt ordinata sunt. Omnes aūt fideles sūt a deo p̄ creationē et regenerationē. ideo beatus Paulus tanq̄ dei apostolus ad gē tes conuertendas et ordinandas in epl'a hodierna omnes fideles nititur ordinare. vt re et nomine xp̄iani. i. xp̄i fideles simus filij. Et quia homo habet ordinem ad deū a quo est. ad mundum in quo est. et ad pro ximum cum quo viuit et est. ideo in hac epistola quantum ad hec nos satagit ordi nare. Que quidē epl'a in quattuor scindit. Primo enim ordinat nos ad deum ⁊ quoniā partem nostri. s. scīm corpus vt ipsum ho stiam viuentem deo offeramus. in princi pio epistole. Secundo nos ordinat ad mū dum vt nos ei conformare non debeamus ibi. Et nolite ꝓfor. huic se. sed renouamini in nouitate sensus vestri. Tercio nos ordi nat iterū ad deum ⁊ in aliam partem nostri sc̄z ⁊m intellectū ne plus q̄ oportet et deceat sapiamus ibi. Dico eñ per gratiam dei q̄ data est michi omnibus qui sunt inter vos nō plus sapere q̄ oportet sapere. etc. Quar to ordinat nos ad prorimum vt vnus alte ri subueniat. ibi. Sicut enim in vno corpo re multa membra habemus. ¶ Primo er go apostolus ordinat nos ad deū ⁊m vnaz partē nostri sc̄z ⁊m corpus vt ipsum hostiā viuentem deo ofleramus. Et hoc est. Obse cro vos fratres id est per sacra aduro. Est eñ obsecratō petitio cum adiuratione vt p natiuitatem xp̄i et per mortem et similia. In quo apl's benignitas et humilitas de monstratur quia non imperrat sicut prelatus et dñs. sed obsecrat sicut frater et ser uus. cum tamen magnus esset prelatus et pre aliis apostolis. Sciebat enim q̄ animꝰ hominis melius ꝑ blanda deducitur q̄ ꝑ violenta trahatur Seneca Senotos⁹ est animꝰ hominis et naturaliter ꝑra ptātez recalcitrano facilius ducitur q̄m trahatur Unde superbos ꝑlatos qui aliter faciunt dñs increpat per. Ezechielem. xxx 4. c. di Cum austeritate imperabatis eis et cū po tentia et dispersi sunt oues mee. Sicut fe cit roboam filius Salomonis. ⁊ ideo popꝰ lus non acquieuit ei sed recessit ab eo ⁊ p̄z 3. Regū. xx. Obsecro inquā fratres Et per quid obsecro certe per misericordiam dei supplevobis factam Et sicut est admiratio non. solū per vnū bonum ⁊ per omnia bo na que christus nobis fecit que ōnis xp̄s mot⁹ misericordie nobis largitus est. Uñ ex misericordia nos fide illuminauit nos a peccatis absoluit. nobis dona et virtutes infudit in filios dei regenerauit. de ptāte dyaboli nos eripuit nobis celum aperuit et per mortem suam saluos nos fecit. Nō Titum. 3. Nō ex ope. iusticie que fecimus nos sed ⁊m suam misericordiā saluos nos fecit In quo ostenditur magnus feruor a postoli quando p̄ omnia bona nostra nos adiurat quando eñ feruenter desideram⁹ aliquid ab aliquo obtinere per illud quod magis amat eum adiuram⁹. Sic apostol⁹ per dei miam quam magis amare debem⁹ nos adiurat que magis apparuit. in eo q̄ sanguinem suum p̄ nobis fudit. Et ideo a postolus vt frangat corda nostra adaman te duriora adducit sanguinem christi q̄ si adamas sāguine hirci frāgitur multo ma gis corda nostra deberēt sanguine xp̄i frā gi. In cuius effusione consistit mia dei. Et quid obsecro Certe vt exhibeatis cor vra non corpora animalium sicut tudei ātiqui tus p̄s. xlix. Non accipiam de do. ⁊. ui. Ue stra dicit non aliena Sūt el aliqui qui de a lieno corio longam coriā facium Ro. 6. Sicut exhibuistis membra vestra ser. imū. et iniqui ad iniqui. ita nunc exhi. ser. iu. in sanctificationez Exhidete dico corpora ve stra hostiam deo per carnaliū desideriorū et operum mortificationem Gal. 5. Qui āt sunt xp̄i carnem su. cru. cum ui. et cō. Col. 3. Mortificate membra vestra que sunt su per terram. ⁊. Corū. 4. Semper mortifica tionem Jesu in corpore vestro circunferen tes. Et hoc iustum est quis ipse corpus su um in ara crucis hostiaz deo pro nobis im molauit. ¶ Nota q̄ ab hostia immolan da totus sanguis effundebatur iuxta al tare. Sic iuxta crucem christi que est alta re dei de quo edere nō habent ptātem qui tabernaculo seruiunt. Hebreoꝝ. xiij. De

be mos consumere in penitentia vitam carnis et sanguinis. Lu. ix. Qui vult venire post me abneget semetipsum. id est vitam carnalē et animalē. et tol. cru. suam et sequatur me Hal. ij. Xpo cōfixus sum cruci. Multi cōsumunt vitam suam in vtili labore sed nō iusta carnem xpi L hec autem hostia quinq debz habere. Primo debet esse hostia immolata per carnis mortificationē. Secundo debet esse viuens per charitatis feruorē. Tercio debet esse sancta per xpi sanctificationem. Quarto debz esse placens per hylarem oblationē. Quinto debet esse rationalis per discretionis circunspectionem. primū patet. ¶ Secundo debet esse hostia viuens per charitatis feruorem. Et hoc est. Exibete dico hostiaz viuentem scz per charitatem que facit opera viua cum sit forma virtutū. Et ideo qui non diligit manet in morte et facit opera mortua. Uel viuentem per fidem que per dilectionem operatur: quia fides sine operib⁹ mortua est. vt dicit Iaco. ij. Abacuth. ij. Justus in fide sua viuet. In veteri lege offerebatur hostia mortua Et hoc ē. recte et nō sine ratione quia de morte temporali transibit ad mortem eternam. scz ad carentiam visionis diuine. cui obligari erāt sed modo cessauit illa obligatio. et aperta est ianua ad vitam ergo viuens hostia a fidelibus vite debet offerri. ¶ Nota q quidam offerunt hostiam mortuam et non viuam. scz qui corpus suum in ecclesia dei vendicant sepeliri. et non cessant a peccatis. Corpus mortuū sepelitur in ecclesia et anima viua in inferno. Lu. xvi. Mortuus ē diues et sepultus in inferno. Item qui carnem suam affligunt siue per ieiunium siue per orationē. siue quocunq alio modo in peccatis mortali existentes. Item viri religiosi qui corpore sunt in claustro et corde et mēte in seculo. Tales inique et ex aduerso diuidunt: q: dant corp⁹ deo et animā seculo. Mors autem est separatio anime a corpore. et ideo cum alma sit in seculo per amorem et iugē meditationez corpus remanet mortuū in claustro quod offerūt deo. Quia vt dicit Augustin⁹ magis est ala vbi amat q vbi animat. Et talibus cum sint in continua morte est eis claustrum maxima pena et quasi carcer. ¶ Tercio debet hec hostia esse sancta et hoc tripliciter sm q sanctum tripliciter dicitur. Nam sanctuz vno modo idem est qō sine terra. Debet enim esse hostia nostra sine spe retributionis terrene. sed solum pza spe retributionis eterne. Ma. vi. Nolite thesaurisare vobis thesauros in terra. ꝛc. the. aūt vobis thesauros in celo. O deus quot sunt qui tibi seruiūt solum pro temporali mercede. et qui querunt solum bonas prebendas. et in omnibus spūalibus querunt solum temporalez mercedem Malachie. i. Quis est in vobis qui claudat ostia et incendat altare meum gratuito. Secundo sanctum idem est quod firmatum. Debet ergo hostia nostra esse firma et stabilis et perseverans quia non qui ceperit sed qui perseueraverit hic salvus erit Math. x. In cuius figura cauda alis semper debebat in sacrificio offerri. vt patet Leuit. iij. Tercio sanctum idem est quod sanguine tinctum. Debz enim hostia nostra esse tincta virtute sanguinis xpi. qz nisi sanguis xpi stillet super eam nichil valet. eo q non potest nos a peccatis mundare nisi in virtute sanguinis eius Hebre. ix. Sanguis xpi emūdauit conscientiā nram ab operibus mortuis. In cuius figura in veteri testamento omnia pene mundabantur in sanguine. et sine sanguinis effusione non fiebat remissio. vt dicit apostolus ad Hebreos. ¶ Quarto debz hostia nostra esse deo placens per hilaritatē vt libēter et nō cū tristicia et murmure hostiā immolem⁹ qz hilarē datorē diligit deus. vt dicit apostolus. ij. Cor. ix. Mat. vi. Cū ieiunatis nolite fieri. sicut ypocrite. ¶ Quinto debz esse discreta. Et hoc est. rōnabile obsequium vestrum supple sit per discretionē. per quam omnia perfecta et fructuosa redduntur Bernardus in epla ad carthusienses. Denuo sunt q alia corporis exercitia. sicut sunt vigilie et ieunia q alia huiusmodi que spūalia non impediūt sed adiuuant si cum ratione et discretione fiant que si indiscretionis vicio sic agunt vt vel deficiente spiritu vel languente carne spūalia impediantur. qui sic agit corpori suo tollit boni operis effectū spiritus affectū. primo exemplum. et deo honorē sacrilegus est. et horum omniū in deū reus Leuit. ii. Quicquid obtuleris sacrificij sale condies. Tamen cauendū est ne nimis de sale ponatur. Quidam enim nimis discreti sunt intrā vt nichil pene vel doloris velint sustinere. Et ideo Bern. subiungit ibidem Justum est caput quandoq dolere in feruito dei quod olim sepe laborauit in sancte seculi. esurire ventrem vsq ad ruinam qui sepe suppletus est vsq ad vomitum. ij

modus in omnibus tenendus est. Rationabile ergo sit obsequium vestrum. Et sic pz primum. ¶ Scdo nos ordinat apostolus ad mundum quatenus et conformari non debeam⁹ dicens. Et nolite cōformari huic seculo. Et hoc dupliciter. primo per amorem: qz amantem similat amato vt in illō transformetur Osee. ix. Facti sunt abominabiles sicut ea que dilexerunt. Sicut em calor disponit cerā vt fiat similis sigillo impresso. sic amor disponit animam vt amato sibi cōiuncto assimiletur. Et est tanta hec assimilatio et conformatio vt amator mundi mundus dicatur Jo. pri. Mundus eum nō cognouit. Propter hoc dicit Jo. i. cano. ij. c. Fratres nolite diligere mundum neq ea que in mundo sunt. In mundo sunt tria vt ibidē dr. s. concupiscētia carnis concupiscētia oculorum et superbia vite. Hec sūt mūdi q mūdani diligunt. s. diuitie. delicie. et honores. q̄ dilectores suos perdunt et derelinquunt saltē in morte. Secundo per operationē vt non conformemur actibus mundi quia mali sunt. peccatores sunt simee mundi: qz omnibus actib⁹ mundi meretur summope conformari. Et ideo non possunt eē hostia dei. In cuius figura in lege mādatur est q omne animal ambulans super manus vt sit mea sit immundum. nec de ipso possit fieri sacrificiū. vt pz Leuit. xi. Item sunt sicut camelion qui ad omnē colorem sibi appositum mutat. sic peccatores ad omnē impressionem mali quam habent siue per auditū siue per visum statim afficiunt ad illud et illud cogitant et desiderant Ezech. xxiij. Cūq vidisset viros depictos in pariete in eternum super eos concupiscentia oculorum suorum. ¶ Et nota q huic seculo nullo modo debemus cōformari cum sit animal mō struosum. Est enim illa bestia quam vidit. Johānes in apocalipsi que habebat septē capita cornua decem. et super cornua eius decem diademata et super caput eius nomina blasphemie. et similis erat pardo. et pedes eius sicut pedes vsi. et os eius sicut os leonis. Et habetur Apocalipsis. de cimotercio. Peccator qui mundus dicitur est bestia que ratione non vtitur sicut bestia dum non considerat finem suum. Septem capita sunt septē vicia que peccatori siue mundo dominantur. Vicia enī regnāt in mundo et non virtutes. Tot enim dominos. habz peccator quot vicia in eo regnāt Jo. viij. Qui facit peccm̄ seruus est peccati. Decem cornua sunt decem transgressiones decalogi quib⁹ pctōr deum impugnat. Decem diademata super cornua signant gloriam quam habent peccatores de suis peccatis. prouer. ij. Letantur cum malefecerint exultant in reb⁹ pessimis. Nolo vero blasphemie sunt verba quib⁹ peccatores se excusant et deum accusant dicentes omnia esse predestinata et ex necessitate venire. Per pardum vero qui est varij colores intelligantur duplicitatis varietates quia mundani aliud dicunt z aliud faciunt vnū habent in ore et aliud in corde Pedes vero similes habet vtso qui similes sūt manibus hūanis qz mūdani habent opera similia operib⁹ hominū sed non sunt sed potiꝰ sunt opera bestiarum. Sicut visus mel cōcupiscit z sequitur sine freno ita mundani concupiscūt et sequūtur dulcedinem temporalem vsq ad mortem. Os vero eorū est sicut os leonis feridum quia fetet corā deo et sanctis eius. ps. xiij. Sepulcrū patens est guttur eorū. Nolite ergo in quit apostolus huic seculo conformari sed reformamini scz p gratiam christi qui per peccatū deformati fuistis in nouitate sensus vestri vel mētis vestre secundum aliam litterā non in nouitate carnis sed mētis Anima em̄ que ad imaginē dei facta est imaginē dei i se deformādum peccat. Ephes. 4. Renouamini spiritu mentis vestre et induite nouum hominem scz christū. ¶ Nota q hec reformatio materialis fit quinq modis. M primo per mallcationem tribulationū et persecutionum ps. cxviij. Supra dorsum meū fabricauerūt peccatores. Sicut reformantur fabrilia. Et ideo necessariꝰ est ignis spiritus sācti in corde hominis reformādi. Malleare em̄ supra ferrum frigidū ranum est z penitus inutile. Piere. v. Nunquid fedebitur ferrum ferro ab aquilone. i. in frigore aquilonis Sic fuit reformatus Paul⁹ quādo dixit Actū. 14. Per mul. tribul. oportet nos in re. celorum. ¶ Secundo per subtractionem sicut reformantur sculptilia dum celte elevantur a lapide hoc est per paupertatem voluntariam que omnia superflua abscidit et dispergit pauperibus ps. cxi. Dispersit dedit pauperibus iusticia eius manet in seculum seculi Sic fuit reformatus. Zacheus qui ait Luce. nono. Domine ecce di. bo. meorum do. pau. z si quez de fraude. quadruplum. ¶ Tercio per additionem eius quod deest. Sicut reformantur domus z multa alia. Sic docebat dominꝰ reformari illum cui dixit. Marci decimo. Unum tibi deest. Vade que habes vende et da pau. hec est ergo reformatio et reno

natio fit per consilia. Implens enim precepta reformatur cōsilia super addendo. Sic reformati sunt apostoli Math.xix: Ecce nos reliq. omnia et se. ꝛc. ¶ Quarto per fusionē quando aliquid primo liquescit et postea funditur in aliquid. in quo formam recipit sicut campane. Sic oportet q̄ primo aliquefiat feruore deuotionis. Cantico. v. Anima mea liquefacta ē. Et postea ad formam recipiendam proficiatur quasi in modulum in aliquem bonum virum cuius formam accipiat et exemplum. Sic volebat reformari apostolus illos quibus dicit ad. Phil. iij. Imitatores mei estote et observate eos q̄ ita ambulāt sicut habetis formo. Sic volebat reformari Augustin⁹ qui estuabat estu incredibili quando iuit ad. Simplicianum vt proferret sibi quis esset aptus mod⁹ viuendi sic affecto vt ipse erat ad ambulandum in via dei in qua aut sic ibat. Propterea Petrus dicit prelatis. i. Petri. v. Non quasi dominantes in clero sed forma facti gregis ex anima. ¶ Quinto per appositionez dicentium colorum vt reformantur domus quando pinguntur. Duo autem sunt colores quibus reformari debemus. s. albedo mundicie et rubedo caritatis. Cant. v. Dilectus meus candidus et rubicundus. ¶ Sequitur vt probetur que sit voluntas dei. Ad hoc enim debet fieri ista reformatio vt probemus interiori sensu que sit id ē q̄ bona sit voluntas dei. Est enim bona quo ad declinationem a malo. bene placens quo ad operationem boni quod est in precepto. et perfecta quo ad impletionē boni quod est in cōsilio. Vel est bona in se. ea enim ipso quo deus vult aliquod bonū est illud beneplacens in deo dispositus per virtutes. et p̄fecta in beatis. Et sic patet secundum. ¶ Tercio apostolus ordinat nos iterum ad deum secundum aliam partem nostri scilicet secundum intellectum ne plus q̄ deceat sapiamus dicens. Dico autem id est affirmo et precipio et supra obsecrani et monui. Et cur hoc. Rūsio. Plus est in fide errare ꝛ periculosi⁹ q̄ in hostia offerenda vel in deordinatione ad mundum vel in quacunq; alia re. Et ideo dico. i. precipio per gratiam apostolatus mei que data est michi non meis meritis reddita. per quam sum gentium doctor. et apostolus constitutus in fide et veritate. i. Cor. xv. Gratia dei sum id quod sum. Precipio in quam omnibus qui sunt inter vos. i. omnibus fidelibus qui vobiscum sunt nō plus sapere q̄ oportet sapere. p̄ouer. xxv.

Sicut qui mel comedit multum non est ei bonum quia inflat. sic qui perscrutator est maiestatis opprimetur a gloria N

Et nota q̄ aliquis plus sapit q̄ oportet tripliciter. primo quando terminos transgreditur a patribus constitutos in his que fidei sunt. puta cuz nouas vult inuenire vel nouo modo ea que fidei sunt exponit. Contra quod p̄ouer. xxij. Ne transgrediaris terminos antiquos quos posuerūt patres tui. Secundo quando excedere nititur vires ingenij sui et questiones ad quas attigere non potest nititur disputare et reuoluere. Cōtra quod Ecclesiastici quarto. Altiora te ne quesieris. et fortia te ne scrutatus fueris. ¶ Tercio quando in discendis ordinem peruertit prius volens discere difficilia q̄ facilia Bern⁹. Medicus bonus ordinat de cibis. Si ordinē in cibis sumēdis non serues ipsos cibos naturaliter bonos tibi reddes non bonos. quod dicitur de cibis intellige de scientis. Hebreorum quinto. Facti estis quibus lacte opus est non solido cibo perfectorum autem est solidus cibus. qui pro consuetudine exercitatos habēt sensus ad discretionem boni et mali. Precipio ergo non plus sapere q̄ oportet sapere. sed sapere ad sobrietatem id est ad modum temperantie vt neq; excedas in nimium neq; coarteris in debitum. multa enim scire debem⁹. i. Cor. xiiij. Ignotās ignotabitur Osee. iiij. Quia scientiā tu repulisti et ego repellam te. Ebrius et nō sobrius reputaretur qui vellet volare. eodem modo non reputabitur sobrius qui nititur celestia perscrutari. Prouerbiorum vicesimo tercio. Prudentie tue pone modum. Similiter qui nollet surgere ad comedendum non sapiens sed stultus et peregrinus diceretur. sic qui nonvult aliqualiter discere que sunt fidei insipiens et non sane mētis diceretur primo Thimo. iiij. Attende lectioni exhortationi ꝛ doctrine. hec medita re. in his esto. ergo quilibet debet velle tātum sapere sicut vnicuiq; diuisit deus. i. diuisum dedit. mensuram fidei id est fidem illustratam illustratione maiori vel minori. secundum enim q̄ quilibet est illustratus in fide tantum debet velle sapere. Sapientie. vndecimo. Omnia constituisti in numero pondere et mensura. et potissime gratiarum suarū dono. Et sic p̄z tercū. ¶ Quarto nos ordinat apostolus ad proximum. vt vnus alteri seruiamus. Et ad hoc inducit quādā similitudinē ī corpore humano dicens. Sicut enī in vno corpore multa mēbra habemus omnia āt membra nō eundez actū habent sed diuersi actibus sibi innatez fungunt ut oculus enī videt pro pedibus ꝛ manib⁹ et omnibus aliis membris. Et lingua loquitur pro omnib⁹ membris ꝛ sic de aliis. Ita multi. i. omnes fideles vnū corp⁹ sumus in christo id est per christū. Gratia enim per christū nobis collata nos vnit in corpore mistico quod est ecclesia. Gala. v. Omnes vos estis vnū estis in Jesu xpo. Si gali āt sumus vel esse debemus mēbra ita q̄ alter sit mēbrum alteri⁹ illi subministrādo et adiuuando Ephes. 4. Supportantes inuicez in charitate. ¶ Et nota q̄ hec similitudo collligationis et subministrationis membroz corporis naturalis ad membra ecclesie qua sibimutuem debent seruire supportare et diligere sicut membra corporis naturalis attenditur quātū ad octo Si de hoc vis predicare require infra dominica. xj. post trinitatem in mortalitate sermonis de epistola. Et sic patet quartuz

¶ Dñica prima post octauaz epyphanie. De euangelio. Sermo. 18.

NUptie facte sūt in chana galilee Jo. ij. Quia tē p⁹ institutum ab ecclesia p̄ celebrandis nuptijs extat presens tō hodie in ecclesia euāgelium de nuptijs recitatur vt qualiter se habeant in matrimonijs cōtrahendis nuptiarum celebratores salubriter instruantur. Non enim omni tempore possumus nuptijs intendere celebrandis sin ecclesie institutā primo ab eadem multa tempora feriantur Nam ab aduētu dominic⁹ q̄ ad octauā epyphanie inclusiue celebrare nuptias nō debem⁹ Similiter a septuagesima vsq; ad octauas pasche etiam inclusiue et similiter a tribus diebus ante ascēsionem dominic⁹q; octauas penthecostes abstinendum est In hoc ergo euāgelio de nuptijs ser⁹ sūmarie cōtinentur. Primo ēm describitur conuiuium nuptiale in principio euangelij. Secūdo. ꝺclarantur cōiuratū persone ibi. Erat mater Jesu ibi. Vocatus est autē. Jesus et discipuli eius ad nuptias. Tercio ponitur colloquium maternale ad filium ibi Et defi. ui. ait ad Jesum Vinum non habent. Quarto subiungitur matris ꝛ fil⁹ ad ministros zuiuq; imperiū salutare ibi Et dixit mater Jesu ministris Quito ab architriclino qui gustauit aquā vinū factam bonitas vini asseritur specialiter. ibi. Ut autem gustasset architriclin⁹ aquam vinum factam ꝛc. ¶ Sexto inter signa Jesu hoc perhibetur initiale subinfertur insimul ex miraculo facto bonum subscutum fidei speciale ibi. Hoc fecit initium signorum in chana galilee ꝛc. Et crediderūt in eum discipuli eius. Primo ergo describitur conuiuium nuptiale quia nuptie facte sont in chana galilee id est in quodo vico siue villa prouincie galilee. Ubi nota q̄ quidam dicunt q̄ sponsi⁹ istarum nuptiarum fuit Johannes euāgelista. Sed hoc non est probabile secundum opinionem illorum qui dicunt q̄ iste nuptie facte fuerit post vocationem apostolorum inter quos fuit Johannes vt patet Math. xiij. Quia non est credibile q̄ post vocationem rediens ad ducendum vxorem qui vsq; tunc permanserat virgo. Secundum autem opinionem illorum qui dicunt q̄ he nuptie fuerūt facte ante vocationem apostolorum vel discipulorum que communior est credibile est q̄ iste nuptie fuerūt Johānis. et ideo tanq; consanguineum vocauit Iesum et discipulos eius supple futuros. Et ideo mater Iesu fuerat ibi. tanq; mater Johannis. quia vt dicunt erat filius virginis nutricius Et hoc est. Erat mater Iesu ibi. Vocatus est autem Iesus ꝛ discipuli scilicet futuri ad nuptias secundam opinionem. sed non futuri immo presentes secundum primam opinionem. Quicquid autem sit credendum est q̄ sponsus vel sponsa fuerit consanguineus vel consanguinea virginis: propter q̄s vocatus est Iesus et discipuli ei⁹. Christus autem voluit interesse nuptijs duplici de causa. Primo vt gloriam suā coram multis manifestaret. Secundo vt nuptias approbaret. contra manicheos qui nuptias dānant. ipsas igitur probauit p̄ Scītia sua ꝛ miraculo potentie sue. Et sic patet primum ꝛ secundum. Sequitur tercium. Et deficiente vino ꝛc. In quo ponitur colloquium maternale virginis: que plena visceribus pietatis compassa est verecundie sponsi in defectu vini. Et ait ad Jesum. Vinum nō habent. s. ministri ad propinandum et conuiuibendum. quod fuit signum paupertatis sponsi qui non potuit vinum sufficiens preparare pro tot conuiuas sed Iesus venit cum discipulis q̄ erāt pauperes Hic nota q̄ loco illius particule scilicet Iesus venit cū discipulis q̄ erāt pauperes alii libri habent. Sed pauperes alii venerunt pauperes autem quādo inuitantur ad bonum prandium in duplo comedūt ꝛ bibūt tanq; esurientes. et p̄teritā famē restaurare

volentes. Hic cadit exemplum marchiõis ferrarie qui dixit q̃ i capitulo ferrarie generali ferrarie celebrato biberunt fratres vinum pro duobus militibus militum. Hoc etiam fuit signum q̃ beata virgo de parẽtela coniugũ erat quia aliter non de defectu vini curasset quia eius defectum sumz reputauit. Dicit ergo Jesus non offensus vel arguens vel corrigens matrẽ cuius cõpassio grata fuit et vt per effectum patuit. Quid michi et tibi est mulier Mulier hic est nomẽ sexus et non molliciei. Ex hoc loco arguunt heretici q̃ christus nihil habuit facere cum virgine sed transiuit per eã sicut aqua per cannale. Dicunt enim q̃ attulit corpus de celo sed mentiuntur. quia idem Johãnes qui hoc dicit asserit q̃ ibi erat mater Jesu Dupliciter ãt hoc verbũ exponitur vno modo secundũ Crisc. sic. q̃d michi et tibi est mulier scilicet de defectu vini quasi diceret Cognitio istius defect' non pertinet ad me vel ad te sed ad illos q̃rum sunt nuptie qui debebant sibi de necessarijs prouidisse dumtte ergo primo vt ipsũ cognoscant defectũ et gratia tunc miraculi q̃ petis acceptior erit illis. Et ponit exemplum Crisc. de medico qui si se vitro offerret egroto non multum curaret egrot' de ipso sed cũ multis precibus egroti offert se ei tunc multam reuerẽtiam exhibet illi. Et hoc est quod sequitur Nondum venit hora mea. i. hora qua magis gratum sit et acceptum miraculum illis quibus postulas fieri nondũ adest quia nondum patet defectus vini. Non autẽ conditor tempoꝝ et horaꝝ subiectus fuit alicui hore vt quidam astrologi dicunt ymo omni tẽpore est hora sua operandi quod vult vt dicit Crisc. Sed tamen ex parte rei q̃ requirunt determinatum tẽpus et locum ac etiam quantũ ad homines vna hora cõpetentior est alia sicut hic vtilior hora faciendi miraculum erat post recognitionẽ defectus vini q̃ ante. ¶ Secũdũ vero Augustinũ sic exponitur. Quid michi et tibi mulier scilicet cõmune. i. quid habeo a te per qõ possum hoc facere. q. d. Tu petz fieri miraculum quia sponsus vel sponsa attinet tibi ſm carnem sed secũdũ carnem quaz a te sũpsi non possum facere miracula sed solũ mi ferias et mortem pati quod in cruce apparebit tũc eñ te matrem meam recognoscã ſm carnẽ et i carne quã de te sũpsi moriar et crucifigar et ideo te tũc discipulo cõmẽdabo Et hoc est dũ sequitur Nondum venit hora mea. i. non est tempus recognoscendi quid ex te habeo sed erit in passiõe euãgelio predicato Non hora necessitatis sed voluntatis spontanee in qua pati et mori disposui Jo. x. Nemo tollit animã meam. sed ego ponam eam Sic patet tertium. Et dicitur mater iesu ministris. Ecce quartum In quo mater et filius salubriter ipserant ministris. et primo imperat mr̃ dicẽs Quodcunq̃ dixerit vobis facite. ex quo patet q̃ beata virgo oino credebat q̃ filius suus esset miraculũ facturus. Et ideo secure dixit ministris. Quodcunq̃ dixe. vo. facite. &c. Erant aũt ibi sex in domo cõuiuij lapidee hydrie. i. vasa lapidea aquaria ad ꝓpitios quod est aquas ser posite scõm purificationem iudeoꝝ. et i deo erant posite ibi vt possent purificari immundi scõm modũ iudeoꝝ. vt si aliquis de cõiuijs aliquam immunditiam incurrisset scõm legẽ vt si tã gerat mortticinũ vel aliquod prohibitũ lauaretur in eis et fieret mũdus et sequitur Capientes id est capere valentes sangule metretas binas vel ternas metreta dicit a metron quod mensura, scõm cõsuetudinẽ terre aliqui eñ habẽt maiorẽ aliqui minorem scõm ysidorũ metreta est decẽ sextarioꝝ sextarius aũt cõtinet duas libras: et sic patet q̃ erant magna vasa que iesus fecit impleri. Unde ait ministris implete ydrias aqua. et impleuerunt eas vsq̃ ad summum Et dixit eis. Jesus iam facta mutatione. Haurite de hydrijs et ferte architriclino. Scõm augusti. Architriclinus est princeps trium ordinum mensurarum a se altitudine distantium. Uel ipsa domus sic disposita dicitur architriclinus et dicitur ab archos quod est princeps et dinũ dom' dic scõm augustinum non dicitur architriclin' princeps vel dominus conuiuij vel domus in qua erat conuiuium. sed prepositus ministrantium qui scilicet fuerat constitutus vt ordinaret conuiuium et etiam seruitores. Unde ponit questionem Crisc. di. Quare iesus precepit ferri vinum architriclino potius q̃ sponso vel alicui conuiue. Et respõdet q̃ ille cui committitur cura et ordinatio conuiuij non comedit vsq̃ post alios. et ideo salubrior et discretior est ad indicandum de vino q̃ conuiue qui iam sunt repleti de cibo et potu. Et ideo iussit dominus ferri illi vinum ex aqua factum vt veritatem cognitam alijs indicaret. Et tulerunt ministri. Ut autem gustauit aquam vinum factam. et nesciebat vndej esset illud vinum vocauit sponsum architriclinus mirans vini bonitatem quod secundũ genera

tem ordinẽ primo debuit ꝓpinari. et dixit eis credens q̃ ita fieri precepisset. Omnis homo primo. i. in principio conuiuij ponit bonum vinuz. s. in mensa. et cum inebriati fuerint. i. repleti cibo et potu tũc ponit illũ quod deterius est. i. minus bonum: quia ꝓpter opilationem medie cellule ex vapore vini. bonum vinũ non potest cognosci et discerni. Tu aũt seruasti bonũ vinũ vsq̃ ad huc. i. vsq̃ ad finem conuiuij contra generalem consuetudinem. Et ex hoc patz q̃ optimũ fuit vinum. Unde Crisc. Hoc generale in omnib' miraculis xpi q̃ semper ad nobilius germinantur q̃ natura possit facere Unde si restituit visum vel auditũ vel aliõ membrum melius facit q̃ natura prius fecerat vel facere posset. Pater etiam q̃ hoc vinum fuit rubeum sicut cantat ecclesia. Aque rubescunt hydrie qz sicut fecit illud vinum melius ita fecit pulchrius pulchri' est autem vinum rubeũ q̃ albũ. Pulchrius etiam claruit miraculum qz si album fecisset credidissent q̃ fuisset aqua aliquantulũ rubricata propter precedens vinum quod dixissent fuisse in vasis. Et sic patet quartũ et quintum. ¶ Sexto inter signa Jesu hoc perhibetur initiale. cum dicitur. Hoc initium signorum fecit iesus in chana galilee Non enim legit ante aliquod signũ fecisse Ex quo pat et q̃ in adolescentia sua nullus fecit signũ. Uel hoc dicitur primũ signũ publice et manifeste a Jesu factũ. Sed dicit primũ non simpliciter. sed primum quod fecit in patria illa. Et manifestauit gloriam suam id est deitatis sue potentiam. Et crediderunt in eum discipuli eius futuri scz quosdam. sed presentes scõm alios qui tũc credebant. sed tunc viso miraculo magis crediderunt. Et sic patet littera.

¶ De triplici matrimonio.

¶ Sicut patz in hoc euangelio agitur de nuptijs et matrimonio celebritas O Et ideo sciendũ q̃ triplex est matrimoniuz scz carnale inter virũ et vxorẽ. spũale inter animam et deum. sacramentale inter filiũ dei et humanam naturam siue inter xpm et ecclesiam. de quo dicit Apostolus. Ephe. v. Sacramentum hoc magnũ est ego autez dico in xpo et ecclesia. Primum ergo ẽ matrimonium carnale inter virum et vxorem cuius nuptie in presenti describuntur.

¶ Tercio monet ad illud q̄ est maxime perfectionis: t sub consilio cadit: vt scz bona inimicis prebeamus. Et hoc est. Si esurierit inimicus tuus ciba illū. si sitit potū da illi. Isa. lviij. Frange esu. pa. tuū. Matthei. v. Qui de. vni. ex mini. meis pota. aque frigi. a do. vo. q. rect. m. suam. Et rationē reddit huius: quia inimicus p hoc ad charitatem inflāmabit: t de inimico efficietur amic⁹. Prouer. xxv. Cum placuerint dño vie hominis inimicos eius cōuertet ad pacem. Et hoc est. Hoc faciens carbones ignis cōgre. su. ca. et⁹. i. ferueté charitatē que ignis est. congre. super caput id est sup mentem que est caput anime. i. occasiones t quasi materias diuersas. da bis et: vna ad charitatez que est ignis inflāmetur. Lu. xij. Ignem veni mittere in terrā. i. charitatē: t quid volo nisi vt accēdatur. Vi sunt carbones. vastatores ignuti q̄ consument omnem rubiginem peccatoz: Et sic patet tercius. ¶ Quarto subinfert generale documentum: quō in omni malo nos habeam⁹ dicēs. Nolite vinci a malo: sed vincite in bono malū. Q hoc potest intelligi octo modis fm. q̄ malum octo hz facere. s. corrūpere/ debilitare/ mestum auferre/ excecare/ tormentare/ impedire/ contristare/ t destruere. Primo fm sensum litteree: vt. s. primus non superet nos malo suo: nec corrumpat faciendo nos malos sicut ipse est sed nos vincam⁹ bono nostro malum proximū faciendo ipsum bonum t ad bonitatem trahendo. j. de. ij. Conuersationē vestram inter gētes habentes bonam: vt in eo q̄ detractant de vobis tanq̄ de malefactoribus ex bonis operibus vos considerantes glorificēt deū. Sic vicit Cecilia sponsum suum Valerianū: t mater Augustini ipsum augustinū t multi alij suos inimicos deuicerūt. ¶ Secūdo vincimus in bono malū q̄n ipsum malum conuertitur nobis in bonū: q̄ fit q̄n sumus in charitate fundati. Ro. viij. Diligentibus deū omnia cooperantur in bonū: Glo. Etiā malū per occasionem: vt quando post malum et etiam ꝓpter malum quod quis fecit cadēdo a charitate: postea fortis⁹ resurgit t fervencius bonus operatur: vt dicit Apostolus ad Ro. v. Ubi abun. de. super et gra. Tercio quando in ipso malo quod nolebat per impatientiā nobis auferre meritum: per patientiam meritum augemos t in malo quod volebat nobis auferre animam fortiter animaz possidemus Matth. xxi. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Quantūcunq̄ em̄ calefaciat et ferueat ignis si olla est plena aqua: nō frangitur. Quantūcunq̄ em̄ seuiret contra vincentium mundus t tyrānus tamē Uincentius per patientiā vicit mundum et plus potuit sustinere q̄ mūdus inferre. Quarto quādo per malum quod volebat ꝓ suo furore mentē excecare t rationez obfuscare: iuxta illō: ps: Supcecidit ignis scz tribulationis et angustie et non viderunt solē: nos illuminamur: Quod fit quā do credimus nobis mala euenire vt a domino corripiamur ne cum hoc mundo dānemur: vt dicit apostolus ad Cornth. Uiere. Per omne flagellū t doloꝛ erudiens h. erusalez. Sic fuit illuminat⁹ dauid qui dixit angelo percutiente populū: percute me: ego sum qui peccaui. j. Reg. xxiij. ¶ Quinto quādo per ipsum malum quod volebat nos tormentare t penā irrogare penas exoluimus peccatoꝛ: vt quando per famem t sitim: calorem t frigus: t alia mala pene que in p̄senti patimur: a penis absoluimur peccatorū: Hebre. xj. Circuierūt in melotis in pel. capri egē. ā. Sic exoluit apostol⁹ in malis q̄ sibi euenerūt ꝓ nas peccatorum suoꝛ. Sexto quando in malis non solū purgamur a penis peccatorū sed etiam perficimur sicut aurū i fornace Sap. iij. Tanq̄ aurū i for. probs. elec. dominus mala enim contrariū volunt facere scz dominē ifirmare et iperfectū ostendere. Et hoc ē quod sathā dicit Job. i. Mitte manū tuam et tange cuncta que possidet Et ideo tange os eius et carnez. t tūc videbis q̄ i faciem benedicat tibi id est tunc apparebit q̄ non sit perfectus: et q̄ non sit bon⁹ realiter sed apparenter tantū. Nichilomin⁹ Job vicit in bono malū quia i ipsis mal⁹ pfect⁹ apparuit. ¶ Septimo q̄ nō solū mala patienter toleram⁹ sed etiā gloriamur et letamur in ipsis malis que non premant Ro. v. Sed et glorias mur in tribulationib⁹ Actuū. v. Ibant a postoli gaudentes a cōspectu cōcilij quoniam digni habiti sunt pro no. ih. cō. pa. Mala enim habent contristare. et ideo dum in eis letamur non vincimur a malo sed vincim⁹ in bono malū. Octauo quando per ipsa mala que patimur ad regna celorum peruenimus. Matth. v. Beati qui perse. patiūtur propter iusticiaz. ꝛc. beati eritis cū ma. vo. ho. Omnis enim res tendit ad locū suū. loc⁹ autē et fons omnium malorū est ifernus: vbi vmbra mortis et nullus ordo sed sempiternus horor: habitat Job. x. Et ideo omne malum iquantū malū trahit deorsū: dū ergo in malis t per mala tendimus sursū in celo recte vincimus in bono malū: et nō vincimur a malo. Cū ergo omnis medicina fiat per contrariū: quis contraria cōtrarijs curank. tūc non vincimur a malo sed vincim⁹ in bono malū. quando contrariū operamur quod habet ducere malū t ad ꝓtrariū im⁹ quod habet ducere malū. Et sic patet quartum

¶ Dominica tercia De euangelio.

Sermo. xxij.

Ascendente ie-su i naniculā secuti sūt eum discipuli ei⁹. Matthei. viij. Iesus vt ver⁹ hō hūana opera fecit. iō ad trāseūdū de vna parte stagni ad. alias naicula ꝺdiguit: nauicula ascēdit t i nauicula ob dormiuit sed vt ver⁹ deus creaturis iperauit et obedīūt ei t nullus opus habuit. Et iō inquantū christus erat deus non indigebat naui sed nauis indigebat christo nec in fluctibus submergeretur quod per effectus postea patuit. Nec etiam inquantum deus dormiuit nec dormitauit ps. cxx. Ecce nō dormitabit neq̄ dormiet qui custodit israhel de hac ergo materia pñs euāgelij erat. Jn quo ꝺdē euāgelio quinq̄ ponit sūmarie euāgelista Primū est Jesu t discipuloz ei⁹ i naniculā ascensio ad trāsfretādū i principio euangelij. Secundū est maris t fluctuuz concitatio ad nauigātes t nauiculā submergendū ibi. Et ecce mo. ma. fact⁹ ē in mari ita vt naui. operi. fluctib⁹. Tercū est Jesus a discipulis excitatio t eorundē ad ipz deprecatio ad periculū euadendū ibi. Et accesse et sus. eū dicentes Dñe salua nos perim⁹. Quartū est Jesu digne increpatio et ad mare t ad ventos eiusdē iperiū ad tranquillādū ibi. Et dixit eis. Quid timidi estis mo. fi. t sur. ipe. vē. t mari. Quintū ē holz exister: iū i naui admiratio t potestatis pfessio ad oia coercēdū ibi. Porro hoīes naute q̄ apostoli vt dicit glosa mirati sunt dicentes. Qualis est hic. q̄ venti et mare obediunt ei. Hanc Origenes dicit q̄ non apostoli mirati sunt sed holes quorū nauicula qui cū ipsis erant. ¶ Primo ergo ponit Jesu et discipulorum eius in naniculā ascensio ad trasfretandum. Et hoc est. Ascendente Jesu in naniculā vt scz de vna parte stagni vel loci ad aliam transiret. secuti sunt eū discipuli eius. cū eo a deūde locū ire volentes. Hanc enim potuisset super mare ambulasse sicut alias vice fecit: vt patet Matth. vi. quarta autē vigilia noctis venit ad eos ambulans super mare. tamen voluit nauigio ad illam terram venire. quia nunc humana nunc diuina opera ostendebat vt se verum deum et verum hominem comprobaret et vt daret nobis exemplum q̄ in his que possumus operari per nos non debemus temptare deum diuine prouidentie nos committentes et nihil penitus operātes Nam christus non voluit sed cum alijs nauigauit Sic et nos debemus in mari huius seculi nauigare. et remos accipere et bona operari. Multi volunt solum velare ad celum et nihil volunt operari in terra. Cōtra q̄s apostol⁹ ij. thessa. iij. qui nō vult operari nō mādūcet. Littera plana ē q̄. hoc euāgelium hystoriale ē et non doctriale. et ideo moralia videamus.

¶ Moralitas.

¶ Moraliter autem ad istructionez t nostram duo hic videamus scz quid per naniculam t quid per mare significetur.

¶ Circa primum sciendū q̄ per hanc naniculam tria significantur. s. ecclesia. religio crucifixi. Notandū ergo q̄ christ⁹ hāc

triplicē nauē ascendit. ⁊ similiter discipuli ei⁹. ⁊ omnis perfecte vinēs ⁊ ad portū eterne salutis desiderās veni. eandē triplicē nauē ascēdere debz .s. nauē ecclesie. nauē religionis. ⁊ nauem penitentie id ē crucē penitētie. Nam ⁊ ecclesia militās ⁊ religionis stat⁹ ⁊ crux penitētie per nauē possunt intelligi. Prima nauis est ecclesia militās q̄ rōe figure nauis per nauē congrue designatur: nam sicut nauis in capite ⁊ i cauda est arta ⁊ i medio lata sic sancta ecclesia in principio fuit arta. Exēplum de sācto marcello papa qui multis annis fuit deputat⁹ ad custodiā animalium Et beat⁹ Urban⁹ papa multo tēpore i sepulcris martirū latuit Hebre. xi. In solitudinib⁹ errātes i montib⁹ ⁊ spelūcis ⁊ i cauernis terre. Similiter in fine tēpore antichristi erit valde arta. q⁹ vt dicit Mathe. xxiiij. Erit persecutio magna ⁊ talis qualis non fuit ab origine mūdi i medio ūt. s. mō, ēval de lata et ampla: ⁊ quātū ad numerū. q⁹ multi sunt fideles. ⁊ quantum ad gaudium: quia patrimonum crucifixi est valde in diuitijs et honoribus exaltatum. et abundant valde tabernacula clericorum et audacter pronocant deum cum ipse dederit omnia in manibus eorum. Joh. xij. Et quia vt dicit Matthei. vij. Arta est via que ducit ad vitā. et ampla que ducit ad perditionem. iō in primitiua ecclesia prelati multi saluabant et sanctificabantur. et modo multi dānantur et pauci sanctificantur. Hāc nauem xp̄s intrauit tāq̄ dom⁹ ⁊ naucler⁹ quādo nostrā fragilitatē assumptionis descendit i vterū virginalē tūc ei prio fuit de ecclesia militante. Nos autem i hanc nauē itram⁹ quādo super aquas baptismi natamus narat enim hec nauis in magno pelago gratiarum et dono⁹ spūssancti. Et iō non possum⁹ ad eas ascēdere nisi super aquas natando. Christ⁹ āt hanc nauē intrando descēdit. quia minoratus paulomin⁹ ab angelis i eā intrauit vt dicit ps. Nos āt hāc nauē intrando multū ascēdim⁹. quia in filios dei adoptamur Joh. i. Descendit po. f. d. fi. Et q⁹ vt dictum est christus est hui⁹ nau⁹ dñs et nauclerus. iō quando ipsam in baptismo intramus eius fidelitatem inuamus. et dyabolum et omnē alium dominū abnegamus. quod facimus quando dicim⁹ in baptismo: credis in deum et dicit baptisandus credo. abrenuncias dyabolo et pompis eius et respondet abrenuncio. Nam vsq̄ tunc tanq̄ filij ire ad dominiū dyaboli spectamus. Hec nauis fuit figurata p̄ archaz noe ad quā omnis qui intrauit fuit saluat⁹: et qui non intrauit periit ⁊ suffocat⁹ est. Sic qui hāc intrat saluat. ⁊ q̄ non intrat damnat Math. xvi. Qui crediderit et baptisatus fuerit salu⁹ erit. qui vero non crediderit condemnabitur. In hoc tamē differt hec ab illa. quia vt dicit Crisō. in illam lup⁹ intrauit et lup⁹ exiuit homo intrauit et homo exiuit. nihil enim illa mutatuz est Sed i hanc hō intrat lupus ⁊ exit ouis dei itrat hō ⁊ fit filij dei. ⁊ iō ecclesiā dicit christian⁹ filij christi. Et nota figurā. nam Noe misit foras archā corui. sic christ⁹ misit dyabolū extra ecclesiā Jo. xij. Nūc princeps huius mūdi ejicietur foras. Item noe misit colūbam que rediit ad archam ferens ramū oliue virentibus foliis: vt patet Gen. viij. Sic deus pater emisit filiū per mortem qui rediit per resurrectionem portans ramū oliue. i. pacē dei et ideo ait. Pax vobis Jo. xx. virentibus foliis id est cum gratijs et donis spūssancti: et ideo ait. Accipite spiritum sanctum. Hec est illa nauis de qua Salomon prouerbiorum. iij. ait. Facta est quasi nauis institoris delon. por. panez suū. Nā xp̄s venit i ecclesiā quasi institor ⁊ quasi negociator. querēs bonas margaritas. s. animas hominū pretiosissimas margaritas. Math. xiij. Simile ē regnū ce. ho. que bonā mar. Que nauis de lōge panem nostrū i. christū portauit scilicet de celo Johā. vi. Ego sum panis viuus qui de celo descendi Mirabilis autē institor christus i hac nauī fuit: quia dedit deitatem et accepit humanitatem. De primo. i. Johan. iij. Uidete qualem charitatem dedit nobis deus vt filij dei nominemur et simus De secundo Johā. i. Uerbum caro factū est ⁊c. Dedit diuitias et accepit paupertatem. De primo Lu. xxij. Ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnuz vt edatis et bibatis super men. meam in regno meo. De secundo. ij. Corinthe. viij. Qui cum esset dives ege. propter nos effectus ē. Et breuiter dedit omnia bona sua et accepit omnia mala nostra. De primo Roma. viij. Quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit De secūdo Hebre. iiij. Tēptatum autem per omnia propter quod cantam⁹. O admirabile commertiū creator generis humani animatum cor. su. de vir. nasci dignatus est. ⁊cetera. De hac āt naue dicit Crisō. Nauigat ecclesia instructa fidei gubernaculo, felici cursu per hu-

dedit eis

ius seculi mare habens deum gubernatorē. angelos remiges choros portās omniuz sanctoz. erecta in medio ipsa salutari arbore crucis. in qua euangelice fidei vela suspendens flante spūsancto ad portū tam paradisi ⁊ securitatez quietis eterne deducit. R Unde si bene aduertimus octo de hac naue dicit. ¶ Primo q̄a hoc seculū mare tempestuosum valde habet nauigare. ⁊ ideo valde timenduz est. et cum cautela eunduz. Ephes. v. Uidete quō caute ambuletis. Item. Nusq̄ est securitas o fratres neq̄ i celo neq̄ i paradiso. multo minus in mūdo. In celo angelus cecidit sub presentis deitatis. Adam de paradiso de loco voluptatis. Judas in mūdo de scola veritatis. Discipuli etiā fuerunt in periculo in presentia christi: vt hic patz. ¶ Secūdo ostēdit q̄ habet deū gubernatorē cui mare ⁊ venti obediunt. et ideo multū cōfidendū est. Unā sanctis dicit q̄ hec nauis pōt cōcuti: sed nō submergi: quia christus semp est ibi eam gubernādo. Math. xxviij. Ecce ego vobiscū sum om. d⁹. vsq̄ ad consum. seculi. Qui et si aliquando videatur dormire. tamen peruigilat et nobiscū est. Isa. xliij. Cū pertransieris p̄ aquas tecū ero. ⁊ flumina nō operient te. ¶ Tercio ostēdit q̄ angelos habet remiges q̄ eā inter fluct⁹ huius seculi custodiunt ⁊ deducunt. ps. Angelis suis mandauit de te. ⁊c. Et ideo multum gaudēdū. Phil. iiij. Gaudete i dño semp iterum dico gaudete. ¶ Quarto ostēdit q̄ habet choros sanctoz portare q̄ sunt omni virtute pleni. ⁊ ideo libenter intrandum: quia cum sancto sanctus eris: vt dicit ps. xvij. ¶ Quinto dicit q̄ arbor istius nauis est salutifera crux christi q̄ stat semper erecta tāq̄ arbor: extēsa tāq̄ artemo ad pregendum: ⁊ ideo sub ipsa manendū quia de ipsa virtus mirabilis emanat: ita q̄ quicūq̄ sub ipa manet a nullo pōt ledi Qđ figuratū fuit Ezechielis. ix. vbi viro volēti percutere hoies ciuitatis. mādatū est q̄ nullū percuteret super quē videret Thau. i. signum crucis. ¶ Sexto dicit q̄ nauis istius vela sunt carte euāgeliorum que sunt plene vbis christi scriptis. sicut plenū est velum aere ⁊ vēto. Uerbum em̄ nichil aliud est nisi aer format⁹ in guttura loquētis. Ista em̄ vela plena sunt flatu id est verbis christi q̄ nos docent qua via quādo/quomō/ ⁊ quo sit eundum. ⁊ ideo attenti⁹ sunt audienda. Luce. xi. Beati q̄ audiunt verbum dei et custodiunt illud. ¶ Septimo dicit q̄ spiritussanctus illaz nauē ducit. Johañ. iij. Spiritus vbi vult spirat. Et ideo vbi est impetus spūssancti illuc ⁊ statim est eundū. Unde Ezechie. i. de illis sanctis animalib⁹ per q̄ virt⁹ euangelici designantur dicitur: vbicunq̄ erat impetus spirit⁹. illuc gradiebatur ⁊ rote. Secure ergo ad impetū ⁊ motionem spiritussancti nauigem⁹: quia ipse ad portū felicitatis eterne nos ducet. ¶ Et octauo ⁊ cōclusiue in p̄dicta auctoritate dicit ps. xlij. Spiritus tu⁹ bonus deducet me in terram rectaz. In quo portu ⁊ omni pace et opulētia quiescemus. Isa. xxxij. Sedebit populus me⁹ in pulchritudine pacis et in tabernaculis fiducie ⁊ in requie opulenta. ¶ Secūda nauis est religio que cōgrue dicitur nauis: quia tria que sunt substantialia religionis scilicet obedientia: continētia/ ⁊ paupertas excellenter reperiuntur in naue. Ubi enim est obedientia prompta. cōtinētia magna. et paupertas summa: quia ibi nichil crescit: nichilq̄ ibi est: nisi quod deforis apportat. Hanc nauem christus intrauit dum stetit in mūdo Nā substātialia religionis perfectissime obseruauit: quia vsq̄ ad mortē fuit obediens. Philip. ij. Exinaniuit semetip. fa. obe. vsq̄ ad mortē. Uirginitatē ⁊ cōtinentiam in summo gradu seruauit. ita q̄ nec primos mot⁹ habuit vel aliquā cogitationē carnalē. Et nota q̄ christus habuit ita castos motes q̄ nūq̄ fuit de aduersarijs de hoc notatus vel accusatus vel infamatus/ vel in suspitione habit⁹ cum de multis alijs fuerit licet iniuste infamatus: et tamen cum mulieribus conuersatus est. ⁊ a peccatrice tangi se permisit. ⁊ cuz maria et martha frequenter est hospitatus: et magdalenam a multis de effusiōe vnguēti molestatam defendit et commendauit. Paupertatem etiam voluntariam in summo gradu seruauit tanq̄ penitus nichil habens. Mat. viij. Uulpes fo. ha. ⁊c. Propterea fuit religiosus: quia fuit nazarē⁹ que in veteri testamento fuit quedam religio. Et ideo cum barba longa ⁊ capillis depingitur. Unde ipse fuit caput ⁊ institutor omnis perfectionis ⁊ religiōis. Illud enim sanctum collegium apostolorum instituit. cui nec prius/ nec postea aliquod aliud potuit in sanctitate ⁊ omni pfectione equiparari: quia in ipso omnia cōsilia fuerūt plenarie obsuata. Et nota q̄n apostoli itrauerūt illā nauē ad xp̄m sequēdū reliquerunt aliam nauē, scz cupiditatis.

Math. iiii. At illi relictis cõtinuo rhetib⁹ et naui secuti sunt eũ. Sicut eñ cum naui religionis nauigatur ad celũ. sic cuz naui cupiditatis nauigatur ad infernum.

S Dicitur aũt cupiditas nauis p̃ pter tria. Primo quia sicut nauis stat sup aquas ꝛ non implet: sic cupiditas stat sup diuitias ꝛ nõ implet: sed semper sitit. Eccli. v. Auarus nõ implebitur pecunia. Secũdo: qz sicut nauis fit cum magno labore: custoditur cuz magno timore: et pditur cum magno dolore. Sic auarus cuz magno labore ꝛ multis incõmodis acquirit diuitias ꝛ p ipsis acquirendis vt aranea se cuiscerat ꝛ consumit. Sap̃. v. Ambulauimus vias difficiles. ps. Anni nostri sicut aranea meditabunt. Item cum magno timore ꝛ sollicitudine ipsas diuitias custodit. Job. xv. Sonitus terroris semper est in auribus eius. ꝛ cum pax sit insidias suspicatur. Boe. Tu qui nũc gladium quẽcunq; pertimescis si huius vite callẽ vacuus viator itrasses coz̃ latrone cantares. O preclara mortaliũ opum beatitudo quam cum adeptus fueris secur⁹ esse desistis. Itez cum magno dolore eas amittit: quia vt dicit Boetius. Infelicissimũ genus infortunij est prius fuisse felicẽ et postea infelicẽ. Et ideo diuitie dicũtur spine ab ipsa veritate. Lu. viij. quia cozitationũ suarũ aculeis mentez̃ lacerant in acquirẽdo et perdendo: vt dicit Gregor⁹ Tercio cupiditas dicit nauis: quia sicut naui de tanto lucro ꝛ de tantis mercibus nichil manet nisi feces et sentina: ita auaro de omnibus bonis suis ꝛ rebus nichil remanet nisi tormenta in inferno ꝛ putredo vermiũ in fossa: auaro enim omnia auferunt in morte. Nam diuitias auferunt consanguinei: corpus comedunt vermes: animã asportat dyabolus: nichil ergo remanet ei nisi cruciatus ifernalis. Et ideo multum est flendum in morte peccatoris: cum omnia perdat. Piere. vj. Luctũ vnifac tu. planc. ꝛc. ¶ Tercia nauis est crux christi: q̃ dicit nauis: qz christus portauit.

T Et quis sicut in naui bene onerata maxime q̃ de otiẽre venit sunt optima que: ita in cruce omnia bona inueniuntur: quia vt dicit Augustin⁹. nullũ excẽlũ bonitatis ꝛ perfectionis abest a cruce immo tota vita nostra in cruce potest informari. Omnes eñ virtutes apparẽt in cruce: ppter qõ dicebat ap̃lus ad Galathas vj. Michi absit gloriari/ nisi in cruce dñi nr̃i. ꝛc. Nã p̃mo ibi apparet maxima charitas ex parte dei patris qui vnigẽ filium suum morti tradidit ꝓpter seruum redimendũ. Secũdo apparet magna fides ex parte virginis gloriose que mortem filium semper deum credidit. Tercio apparet magna spes ex parte latronis q̃ i quẽdam perfortatum denudatum crucifixum tanq̃ in verũ deum regem celi sperauit: propter quod non immerito audiuit. Hodie mecũ eris in paradiso Lu. xxiij. Quarto apparet maxima prudẽtia ex parte spiritussancti qui sic sapienter decepit luciferum: abscondẽs deitatem sub humanitate tanq̃ hamũ piscator abscõdit sub vermiculo: et sic cepit ꝛ percussit eum. Job. xxvj. Prudentia eius percussit superbum. In eodem xl. Nũquid capitur leuiathan hamo. Quinto appet magna iusticia ex parte christi: qui vt iusta fieret satisfactio factus est homo mortuus in cruce: vt sicut homo in ligno peccauerat. ita homo in ligno satisfaceret Et sicut peccarum hominis fuerat infinituz ad omnes perdendũ ita meritum hominis esset infinitũ ad omnes saluandum. Et sic iusticiam magnam exercuit in cruce super corpus suum tam acerbe patiendo p̃o iusta satisfactione hominis. Sexto apparet magna temperantia deitatis christi fm quam christus etiã in cruce fuit beatus: et tamen ita fruebat beatitudine q̃ fm humanitatez maxime patiebatur: ꝛ ita patiebatur q̃ semp erat beatus. Eccli. xl. In die bonorum ne immemor sis malorum ꝛ econuerso. Septimo appet maxima fortitudo ex parte humanitatis christi: qz omnia aduersa patiẽter sustinuit nec in omnibus est cõmota. Isa. liij. Tanq̃ ouis ad occisionem ducet. Hanc nauem christus ascẽdit in morte vt transiret de hoc mundo ad patrẽ. In hac naue scz cruce christ⁹ pendens mirabilia docuit. De quibus si vis predicare recte in dñica quinta post festũ trinitatis in secundo mẽbro euãgelij. Per hanc nauẽ scz crucẽ penitẽtia designat. Lu. xij. Qui nõ baiulat crucẽ suã. i. penitẽtiã ꝛ sequitur me nõ potest me⁹ esse discipul⁹ qz sicut in cruce hõ mortificat ꝛ ligat: sic i penitẽtia mortificant mẽbra ꝛ concupiscentia mala ligat. Gala. ij. Christo confix⁹ sum cruci. Crux q̃ est nauis penitẽtie. U Designat ergo penitẽtia p nauez̃ ꝓpter q̃nq; rõnes q̃s recte ifra i dñica. xix. post festũ trinitatis i p̃mo mẽbro euãgelij. Hec nauis patit magnã tẽpestatẽ ex ventis sicut hic innuitur. Nam quattuor venti cõtra

eam fortiter flant. de q̃bus Mañ. vij. Ecce quattuor venti pugnabant in mari. Cõtra quos deus ordinauit et fecit quattuor virtutes tanq̃ quattuor anchoras. vt nauem penitentie contra omnẽ ventũ stabilirent que sũt iusticia. prudentia. tẽperantia et fortitudo. Primus est ventus orientalis qui signat natalẽ et progeniẽ hominis que maxime penitentie contrariatur ꝓpter quod dictũ ẽ abrahe Gen. xij. Egredere de terra tua et de cognatione tua et de domo patris tui. Unde et christus ait. Si quis venit ad me et non odit patrem suum et matrem suã non potest meus esse discipulus. Luce. xiiij. quia inimici hominis domestici eius. vt ipse dñus dicit Mathei. x. Contra hunc est anchora iusticie: quia iustuz est subditũ esse deo magis q̃ parentib⁹. Deus autẽ mandat penitẽtiã agere Mathei. iij. Penitentiã agite appropinquabit enim reg. ce. et parentes iubent delicate viuere. Secũd⁹ est ventus occidentalis qui signat mortẽ ꝛ defectũ carnis que quotidie tendit ad occasũ: quã quidã ignorãtes credentes differunt penitentiam agere. Soph. ij. Nor cantantz̃ i fenestra ꝛ corui⁹ i superliminari. Qui ventus multos submersit et hoc est peßimũ: quia hic vẽtus scilicet consideratio mortis super oia deberet ꝑpellere nauẽ penitentie. Sicut fuit impuls⁹ quidã magister qui ascẽdẽs cathedrã dixit. Liquo coar ranis cra coruis vanaq; vanis. Ad logicã pergo que mortis non timet ergo. Contra hunc ẽ ancora prudentie: que habet considerare finem. Eccle. vij. Memorare nouissima tua. et in eternum non peccabis. ¶ Tercius est ventus meridionalis qui signat prosperam mundi i quib⁹ penitentia dissoluitur Hiere. xxxi. Usque quo delicijs dissolueris filia vaga: quia vt dicitur Job. xxviij. Non inuenitur i terra suauiter viuentiuz scz penitentia. Contra hsic est anchora tẽperantie: cui⁹ est bona mũdi tẽperate recipere: siue honores siue delicias siue diuitias. i. Corinth. x. Omnia vobis licent. Qui gaudent tanq̃ non gaudentes. et qui emunt tanq̃ non possidentes. et qui vtuntur hoc mundo. tanq̃ non vtentes sint. Psal. Diuitie si affluant nolite cor apponere. ¶ Quartus est ventus aquilonis qui signat aduersa Hiere. i. Ab aquilone pendetur omne malum: quia sicut a calore charitatis oritur omne bonum ita a frigore iniquitatis omne malum. In aduersis autem penitens per impatientiam frãgitur et blasphemat murmurat et maledicit In cuius persona dicitur Job. iij. Maledictus vir qui annũciauit patri meo dicens natus est tibi puer masculus. Contra hũc est anchora fortitudinis que ois mala patiẽter tolerat: dicẽs illud Job. i. Dominus dedit dominus abstulit: sicut dño placuit ita factũ est sit nomẽ domini benedictũ. ¶ Quantũ ad predicta duo dicitur i Psal. Cadent a latere tuo mille: id est aduersis que non directe sed ex latere veniũt: et decẽ milia a dextris tuis. i. a prosperis que per dexterã designant quia facit peius penitere ꝓsperitas q̃ aduersitas. Filij israel fuerunt dissoluti in arma quantitate qñ in deserto habuerunt i manna panẽ angelorũ: et discipuli christi fuerunt tempore passionis fracti i aduersitate. Dauid in tẽpore aduersitatis sanctuz se conseruauit: et tempore prosperitatis turpiter deliquit. Cũ igitur ista nauis ita fortiter ꝑpellatur a ventis. nichil restat nisi vt deuote clamem⁹ dicẽtes dñe salua nos perimus: sicut apostoli fecerũt ꝛ teneam⁹ supradictas anchoras firmas. Et tunc christ⁹ ꝑpabit ventis et fiet trãquillitas magna. i. Corinth. x. Fidelis deus qui nõ patietur vos tẽptari supra id q̃ potestis. sed facit cũ tẽptatione etiam prouentum. vt possitis sustinere. Et sic patet primuz. x Circa secundum nota q̃ per mare pñs seculuz designatur multiplici ratione Primo ratione motionis ꝛ instabilitatis. Nam mare nunq̃ quiescit sed fluctat et eleuatur et deprimitur. Sic mundus nunq̃ quiescit quosdaz eleuando et quosdam deprimendo psalmi. Uidi impium superexaltatum et eleuatũ sicut cedros libani et pertransiui et ecce non erat Job. xxx. Eleuasti me et quasi supra ventum ponens alisisti me valde. Boetius. Hunc continuum ludum ludimus fumus infimis ꝛ infima summis mutare gaudemus. ¶ Secundo ratione electionis. Nam mare mortuos a se ad littus ejicit Sic mundus ejicit illos qui sunt mortui mundo. nec opera mundi faciunt. i. Corinth. vi. Tercio. Tanq̃ purgamenta huius seculi facti sumus omniũ perissima vsq; adhuc Johã. xv Quia vero de mundo non estis ꝓpterea odit vos mundus Uiri enim spirituales non solum ejiciunt de mundo sed etiam persecutionem patiuntur Jo. decimoquito. Si me persecuti sunt ꝛ vos persequentur. ¶ Tercio ratõe deuotatõis. si mari ei grãdiores pisces deuorãt minores Sic i mũdo potẽtes pusillos deuorãt ꝛ affligũt mat. xviij. tenẽs sub

mundus. signatum. in morti.

focabat eū. Abac.i. Quare non respicis super iniquē agentes: t taces deuorante impio iustiorē se: t facis homines quasi pisces maris. Uiuunt tamē sancti viri licet a tyrannis deuorentur sicut ionas in ventre ceti. H. corinth. vi. Quasi morientes et ecce viuim⁹. Quarto ratione terminatio nis mare eni terminū habet arenam que est sterilis t grauis. Hieremie. v. Qui posui arenā terminū mari Sic finis huⁱ mūdi est ifructuositas. cum onere peccatorū Ro.i. Quem fructum habuistis in illis in quib⁹ nūc erubescitis Eccles. iij. Quid habet homo de vniuerso labore quo laborat sub sole. nihil enim inuenit homo i morte nisi opera sua. siue bona siue mala. que sonū portabit Apoca. xiiij. Opera eni illorū sequuntur illos. Et quia mundus totus in maligno posit⁹ est nec opera bona facit. sicut spina non facit ficus et vuas. ideo i fine nihil inuenit nisi onus et penā peccatoꝝ. ōni spe boni fraudat⁹. Job. vij. Consumpti sunt absq; vlla spe. huⁱ⁹ exēplū christus recitat de diuite epulone qui vnam guttam aque nō potuit. habere tormenta vero multa habebat: vt patet Luce. xvi. ¶ Quinto ratione multitudinis periculorum. Sunt enim in mare mirabilia et multiplicia pericula et de ventis et de piratis et de scopulis t sic de alijs Ecclesiasti. xliij. Qui nauigant in mari enarrent pericula eius. Sic mundus iste tot⁹ est plenus periculis. ij. corinth. xi. Periculum fluminum. periculum latronum. periculum ex genere. periculum ex fal. fra. peri. ex gen. peri. in ci. peri. in soli. peri. in mari. peri. in ter. Bernardus. Periculum probat transeuntium raritas. et pereūtiū multitudo. Pauci valde transeūt per hūc mundum illesi. et multi periclitantur Augusti. Ama seculuꝫ et absorbebit te. amatores suos votare nouit nō portare. Ubi sunt gigantes et potentes a seculo viri famosi nonne omnes cum multis periculis perierunt. ¶ Sexto ratione monstruositatis. Nam in mari mirabilia sunt monstra. Aliquando inuentus est ibi piscis p omnia sicut miles armatus in equo. Sic mūdus iste totus est plenus hominibus monstruosis. Quidam enim habent faciem in pectibus et pedes in capite. vt omnes auari. Quidā habent duas linguas in ore vt omīs adulatores t detractores q̄ aliud i ore alij⁹ i pectore gerūt vt ot salua proner. xviij. Uerba bilinguis quasi simplicia. et ipsa perueniunt vsq; ad interiora ventris. Quidam habent gladios in labijs. vt ōnes maledici psal. Gladi⁹ in labijs eorū. Quidā habent multa capita quia quot vicia regnant i homine. tot capita t dominos habent. Quia auaro dominatur auaricia et luxurioso luxuria et sic de alijs &c. Augu. Value tot dominorum seru⁹ est quod viciorū. ¶ Septimo p̄ sens seculū designat mare ratione mālonabilitatis. Nō enim mare est loc⁹ ad manendū sed cito transeundū null⁹ enim intrat mare vt ibi maneat ꝫ vt cito trāseat Ita mūd⁹ iste non est loc⁹ ad manendum hebre. xiiij. Non habem⁹ hic manentem ciuitatē sed futurā iquirim⁹ Omnes enim in hoc mundo sumus vt hospites et peregrini qui festinare debem⁹ t ad ciuitatez nostrā redire Augu. Nihil aliud ē tēp⁹ presentis vite nisi curs⁹ ad mortē in quo nemo vel paululū stare. vel tardi⁹ ire permittitur: sed omnes pari modo vrgemur. ¶ Octauo ratione icertitudinis Non est i potestate hominis existentis in mari ire quo vult sed ducit a ventis frequēter quo nō vult. nec ad portū itentū peruenit sicut vult. Sic non est i homine sed i spiritu sancto ducēte vt ad portū salut⁹ perueniat Ro. ix. Non est volentis neq; currentis sed miserentis dei. Et propterea multū otare debem⁹ vt de⁹ vitā nostram dirigat i salutē. Thobie. iiij. omni tēpore benedic deū et pete ab eo vt vias tuas dirigat. ¶ Nono rōne saporis. Est eni mare valde amar. t tamē piscib⁹ maris i eo nutritis valde sapit Sic mūd⁹ i rei veritate valde amar⁹ est t tamen hoīb⁹ mūdanis valde sapit nec eī amaritudinē sentiunt immo magnā dulcedinez reputant. magnas delitias efflui bonis mūdi. Job. xxi. Esse sub sentibus delicias computabāt psal. Beatum dixerunt cui hec sunt. Et hoc ex magna corruptione palati procedit. Habent enim homines mundi palatū corruptum vt febricitātes. et ideo amarū videtur eis dulce. et dulce amarum Augustin⁹. Palato non sano pena est panis qui sano est suauis. Isaie. v. Ue qui dicitis malum bonum et bonum malū ponentes amarum in dulce et dulce in amarum ¶ Decimo ratione voracitatis vel satiabilitatis. Nam mare omnia flumia deuorat et nunq; redūdat vel satiatur aquis. Eccle. v. Omnia flumina intrant mare et mare non redundat. Sic mūd⁹ omnia bona terre consumit et nunq; dicit sufficit. Omne enim quod est in mundo aut ē concupiscentia carnis aut concupiscentia oculorum aut superbia vite. i. Jo. ij. Sed concupiscentia carnis non satiatur delicijs. nec concupiscentia oculorum diuitijs. nec superbia vite honoribus ergo mūd⁹ non satiat Prouer. xxx. Tria sunt insatiabilia. infernus id ē superbia vite. os vulue. i. concupiscentia carnis et terra que nunq; satiatur aqua id ē cōcupiscētia oculorū diuitijs. Et sic patz de toto euāgelio

¶ De epistola Sermo.xxiij.

Nemini quicq; debeatis nisi vt inuicem diligatis Ro.xiij.

In hac epistola docet ap̄ostolus quomō omnes et singuli debent se habere adinuicem fm interiorem affectū qui est charitas siue amor: non em̄ sufficit q̄ homines pacifice se habeāt adinuicem et signa dilectionis ostendant. nisi assit et bona voluntas et dilectio cordis: quia dñs noster christus intuetur corda hominum et non solum opera. i. Reguz. xvi. Homines vident que foris patent. de⁹ āt intuetur cor. Duo āt facit in hac epistola apostolus. Primo ponit debitum generale in quo omnes adinuicē obligamur in principio epistole. Secundo ponit solutiuū speciale per quod omnia debita exsoluere cōprobamur ibi. Qui em̄ diligit proximū legē impleuit. ¶ Primo ergo ponit debitum generale in quo omnes adinuicē obligamur. Et hoc est Nemini quicq; debeatis i. olb⁹ reddite debita t nulli quicq; quod sūū est soluite: siue hōrem siue tributū. Ita tamen q̄ non sitis debitores alicui⁹ nisi in charitate t dilectione. i. qua estis omnes debitores adinuicē. quia vnusquisq; tenetur et debet alterum sicut seipsum diligere. in debito charitatis omnes adinuicem obligamur semper enim reddēda est charitas et semper debetur. In cuius figura ignis semper in altari debebat ardere vt patet Leuiti. vi. Prouerbiorum. xxx. Ignis scilicz charitas nunq; dicit sufficit Ambrosi⁹. Nullum temp⁹ est in quo non sit charitas impendēda nec cum redditur amittitur sed potius reddēdo multiplicatur: et quanto plus reddit tāto magis augetur: que reddi non potest nisi habeatur nec haberi nisi reddat. Idez dicit Augu. Et patet primum. ¶ Secundo ponit solutiuum speciale per quod omnia debita et mādata soluere comprobamur Et hoc est. Qui enim dili. proxi. legem implesit. Et circa hoc tria facit. Primo ponit

intentum scilicet q̄ diligit proximū totā legem implet. Secundo p̄bat ibi. Nam non adulterabis. Tercio concludit ibi. Plenitudo ergo legis est dilectio. ¶ Primo ponit intentū dicens sic. Debetis inuicē diligere: qz qui diligit proximū legez adimpleuit. Cuⁱ⁹ ratio est. Nam qui diligit proximū diligit deū. non em̄ diligēd⁹ est proxim⁹ nisi in deo t propter deū t ad deū. Si q̄s ei aliter diligeret proximū nō diligeret proximū ꝫ aliquid proximi. puta viciū ei⁹ vl diuitias aut alīq naturalia ei⁹ Ex dilectione ergo dei causāt dilectio proximi. Sed p̄pter vnūquodq; tale t illō magis vt dicit phūs p̄mo posterioꝝ ergo qui diligit proximū multo magis diligit deū. Sed i his duob⁹ mandatis vniuersa lex pendet t prophete. ergo qui diligit proximū omnia iplet t omnia debita soluit. Hic cadit exēplū cuiusdam sacerdotis de Frācia qui habebat optimū vinū de quo omni mane t sero bibebat t dicebat q̄ sol nebat sibi omnia debita: quia anrias cogitatiōes debitoꝝ faciebat eū obliuisci. ¶ Secūdo p̄obat itentū suū dicēs Non adulterabis. Ubi nota q̄ quedā sūt p̄cepta affirmatiua: quedaz negatiua taz ad deum q̄ ad proximū pertinentia vt patet Exodi. xx. Manifestū ē āt q̄ q̄ diligit deū et proximū implet p̄cepta affirmatiua q̄ sunt de hōre et reuerētia dei. et de bono proximi: quia vt dicit Gregorius: probatio dilectionis exhibitio est operis. i. Jo. iij. Qui habuerit substantiā huⁱ⁹ mundi et vi. fra. suū ne. ha. et clau. visce. suā ab ea quomodo cha. dei est in illo. Joh. xiiij Si diligitis me mādata mea seruate. Si militer q̄ diligit deū t primū cauet ab oiuria t nocumēto eoꝝ sicut a pp̄ijs malis q̄ libimet posset p̄tingere qz primuz vt se ipsū diligere dz. Sz oia p̄cepta negatiua ad hoc tendūt vt hō nec cogitatiōe nec locutione nec opere deuz vel proximum offendat. Et hoc est quod dicit. Non adulterabis: non oc. non fura. nō falsum testi. dices t cetera. Et p̄pteres dilectio proximi malū non operatur. Item per dilectionem proximi implentur p̄cepta iuris naturalis que sunt. Quod tibi non vis fieri alijs feciſſe caueto. Quod tibi vis fieri alijs feciſſe memento. Mat. vij. Quecunq; vultis vt faciant nobis homines eadē et v. fa. illis: Nam qui diligit proximum debitum sibi seruitium impendit: et a nocumento cauet: t ideo tercio concludit dicens: Plenitudo ergo legis est dilectio.

quia est plenitudo legis nature et legis mosaice vt dictum est: et legis euangelice Jo.xv. Hoc est preceptum meum vt diligatis inuicem. ℣ Et nota q dilectio dei dicitur legis plenitudo tripliciter primo quia mouet omnes virtutes ad implēdum opera legis. Gala.v. Fides per dilectionem operatur et similiter alie virtutes monet etiam membra. Nā philosophus dicit q bonum amatum mouet voluntatē et voluntas mouet membra. Secundo q cōsummat et perficit bona opera ab alijs virtutibus inchoata. facit enim in bono non solū inchoare sz perseuerare i. Thi. pri. Finis precepti est charitas. glo. consummans et confirmās. Tercio quia opera aliarū virtutuz plena et fructuosa reddit quia sine ipsa omnino sunt vacua et vana. j. Cor. xiij. Si distri. omnes facultas. me. in ci. pauperum. et si tra. cor. meuz ita ve ar. chari. āt non ha. nichil michi p̄dest. Et sic patz secundum principale. Et ideo circa dilectionez proximi tria hodie videamus. s. quare proximus sit diligendus: quomō sit diligendus. t que faciunt ad trahendum alios ad amorem suum.

A Circa primuz nota q propter ser debemus proximū diligere. primo quia de⁹ hoc mandauit in veteri et nouo testamento Leuit. xix. Diliges amicū tuū vel proximū tuū secundū aliam translationē sicut teipsum. Idem dicit Mathei. xx. et Lu. x. Ex quo patz q sine dilectione proximi non potest esse salus cum sit maximū mandatorum. et obseruatio mandatoruz sit necessaria ad salutem. Math. xix. Si vis ad vitam ingredi ser. mandata primo Jo. iij. Qui nō diligit ma. i morte. ¶ Secūdo quia fraternitas nos cōpellit. omis enim secūdū corpus vnū patrē habemus adā. et vnaz matrē scz euaz. Et secūdum animā ab vno deo creati sum⁹ Malachie ij. Nunqd non pater vn⁹ est omniū nostrū nunquid non de⁹ vn⁹ creauit nos. Quare ergo vnus quisq; despicit fratrem suū. Voluit de⁹ vnicū hominē facere ex quo omis p̄dirent vt omis se diligerēt tanq; fratres Non sic legitur factū in angelis et animalibus brutis mutus ergo dilectio est debitum naturale a quo nullus absoluitur quantūcunq; vnus homo ab altero solua tur. Sed inter christianos est alia fraternitas preter hanc scz spiritualis. de qua dicit Augu. Omis quidem fratres sm q homines sumus quantomagis sz q xpiani. Ad illud qō es hōy⁹ pater fuit, adā et vna mater eua. Ad illud vero q xpian⁹ esy⁹ pater est de⁹ et yna mater ecclesia. Hec fraternitas tāto melior est naturali fraternitate: quanto meliorem patrez hz deū. t meliorē matrē ecclesiam. Ex quo pz q christiani pl⁹ iuncti debent diligere q̄ extere nationes. ¶ Tercio q exēpla nos inducunt et maxime tria. Et primo nos inducit exēplū dei qui intīm dilexit hominē q vnicū filiū suuz fieri constituit hominem et pro eo redimendo ad crucis patibulum destinauit. Ephe. ij. Propter nimiā charitatem suā qua dilexit nos de⁹ cū essemus mortui peccatis conuiuificauit nos xpo. cuius gra saluati estis. Secūdo nos inducit exēm āgelorū q̄ intīm nos amāt vt hominē donec viuit nō dereliquāt. sz custodiūt dirigunt et illuminant Hebre. i. Omnes sunt administratorij spirit⁹ propter eos qui hereditatem capiunt salutis. Tercio nos inducit exēplū animaliū. quia vnum quodq; diligit suū simile vt dicitur Eccle. xiij. ¶ Quarto debem⁹ proximū diligere quia dei et hominū placentia hoc persuadet. Super oia enim placet deo amor t cōcordia proximorū Eccle. xxv. Diligere p̄ximū sicut se maius est omnib⁹ olocaustis math⁹ et sacrificijs. Hic cadit exēplū illarum duarū cognatarū que steterūt simul viginti annis et valde se dilexerūt et mutuo sibi obsequebant. et nunq; verbum asperū inuicē habuerūt. Et cuidā heremite magne vite reuelatū est q cū illis duabus cognaris mansionē i celo esset habitur⁹. ¶ Quinto debem⁹ proximū diligere: quia magnū emolumentū et fructū attrahit. et multoz maloz est euasio. quia si quis diligit proximū de⁹ diligit eum et dat ei gratiā suā et exaudit eū in petitionibus suis: et dat ei fortitudinē ad vincendum dyabolū et carnē et mundum. et sperandus aduersa et tandem dat ei vitā eternam in qua manet in deo perfecte et deus in eo. i. Jo. iiij. Qui manet in charitate in deo manet et deus in eo. Qui autē non diligit manet in morte per quam separatur a deo qui ē beata vita animaz vt dicit Augu. Separat etiaz ab omnib⁹ alijs virtutib⁹. qz dilectio est forma olim virtutū: sine forma aūt nichil p̄t p̄sistere. quia forma dat eē rei ꝛz philosophus. se paratur etiā a merito passionis christi et omniū sanctorū. et a bonis omnibus que in ecclesia fiunt: et tandez separabitur a gloria et applicabitur tormentis. Math. xxv. Discedite a me maledicti in ignem

eternū. Esuriui enī t nō de. mi. mandūca re. ¶ Sexto debemus proximū diligere: quia in dilectione proximi adimplemus omnia mādata dei: vt dictū est supra t affirmatiua t negatiua. Et sic patz primum.

B Secundo videam⁹ quō proximū diligere debeam⁹. Et dicendū q duplici ter debemus diligere proximū. scz sicut deus dilexit nos: t sicut diligimus nosipsos Primo debem⁹ diligere proximū sicut deus dilexit nos: sicut habetur Jo. xv. Hoc est preceptum meū vt diligatis inuicem sicut dilexi vos Dilexit autē t diligit nos tripliciter. s. vehementer/ veraciter/ t perseueranter. Sic et nos debemus inuicez diligere. ¶ Primo aūt dilexit nos vehemēter Cuius vehemētia amoris in quat tuor apparet. Et in eisdē vehementia nostri amoris ad primū similiter apparere debet. Primo vehementia amoris dei ad nos apparet in eo q non solum misit seuum suum vel angelū ad nos visitanduz in ifirmitate mortali t in carcere dyaboli detētos: sed filiū suū vnigenitum. Jo. iij. Sic deus dilexit mūdum vt filiū. vnigenitum daret. Ber. Dñe quid est hō q memor es ei⁹. nam mittis ei filiū tuum mittis ei spiritum sanctuz t ne quid in curia celesti vacet in eius ministeriuz mittis angelos tuos. Sic t nos debemus in salutez primorum nosipsos exponere: ad exhortandū t erudiendū et inuicem obsequendum. ij. Cor. xij. Ego libenter impendam et superimpēdar ipse pro animabus vestris. Itē cum essem liber ex omnibus: omniuz me seruū feci: vt omnes facerē saluos. i. Corinth. ix. Quidā abominanť primos pauperes t infirmos t nec videre volunt: sed christ⁹ tetigit leprosuz di. Volo mūdare. Math. viij. In cui⁹ figura dicit Lu. x. Samaritan⁹ iter faciēs appropinquauit sauciato q incidit in latrones t alligauit vulnera ei⁹: quem sacerdos t leuita pertransierant t desperarunt. ¶ Secundo vehemētia amoris dei apparet: quia mittēs filium suum nobis nō aliquid vile vel modici valoris nobis misit: sed misit nobis melius quod potest esse scz bonaz vitam. Joh. x. Ego veni vt vitā habeant t abundantius habeāt. vita em̄ est finis omniū. Nā mundani p vita pingui t honorabili corporis omnia faciūt iuxta illud Eccli. vi. Os labor hois in ore eius. Spūales aūt omnia faciūt pro vita anime bona ad laudē dei. j. Cor. x. Omnia ad laudez dei facite. Sic t nos meliora nostra debem⁹ primis dare scz bonā volūtatē: cuz passione cordis: t amore/ suffragia orationū/ cōsiliuz sanum: t bona tēporalia meliora: et non solū panē mucidū t vinū aciduz prouer. xxiij. Prebe michi fili cor tuū. Sic faciebat apostol⁹ di. ij. Corinth. x. Quis infirmatur t ego non infirmor: quis scādalisatur t ego nō vror. Sicut em̄ pz Heb. xiij. Sacrificiuz Abel deus respexit: quia meliora obtulit. t ad sacrificiuz cayn t ad munera eius non respexit: qr peiora obtulit. ¶ Tercio apparet vehementia amoris dei: quia nos preuenit amādo. gratis em̄ nos amauit t non ex operib⁹ nostris. j. Joh. iiij. Inh. ap. ca. dei in no. nō quasi n. di. deū: sed qm̄ ip. pri. di. nos. Hiere. xxxi. In charitate ppetua dilexi te: ideo attraxi te mi. Sic t nos non solum diligēdo nos diligere debem⁹. quod ethnici t peccatores faciūt sed etiā inimicos: vt dicitur. Math. v. Et debemus primos preuenire amādo. Tunc em̄ carbones charitatis super eoz capita congerimus t ad amorē maxima incētiua p̄bem⁹. ¶ Quarto apparet vehementia amoris dei: quia de filio suo vnigenito fecit hostiaz p peccato nostro delēdo propter quā reppropiatus est placatus nobis deus Hebre. x. Una em̄ oblatione scz sui corporis cōsummauit sanctificatos i sempiternū. Caros ergo deus nos habet: quia care nos emit scz precioso sanguine vnigeniti sui. ptim̄. Petri. i. Non auro vel argento redempti estis: sed precioso sanguine agni incontaminati. Sic et nos debem⁹ de corporib⁹ nostris hostiam deo facere: ipsa in proximoz obsequia consumendo et morti sine cesse est exponendo. Ro. xij. Obsecro vos per misericordiam dei vt exhibeatis corpora. ho. vi. san. deo placentem. Ephes. v. Ambulate in dilectione sicut et christus dilexit vos t tradidit semetipsuz pro vobis. t ho. deo. Si enim olim deus placabatur hostia mortua multomagis nūc hostia viua. Unde de Noe legit Gen. viij. q deus odoratus est odorem sacrificij eius et ait. Nequaq; vltra maledicā terre propter homines. Et nota q deus habuit p bono q Abraham voluit filium ysaac sacrificare deo. Et ait. Quia fecisti hanc rez nec pepercisti vnigenito tuo propter me benedicens benedicam tibi t multiplicabo te. Et multomagis habet pro bono si homo seipsum sacrificat propter deum in obsequium primoz. ¶ Secundo nos amat christ⁹ veraciter. Diligere aūt vera

citer est quando diligimus personam propter bonū suū. ⁊ non ꝓpter cōmodum nostrū ꝙ vocatur amor honestus sine amor amicitie. Sic nos christꝰ dilexit: qz bonorū nostrorꝝ nō indiget. Sic et nos debemꝰ proximū diligere ꝓpter seipsum ⁊ non ꝓpter sua qualis est amor cōcupiscētie siue vtilis: quādo scz aliquem amamus: quia est nobis vtilis: vel quia ab eo bona speramus: qui non est verus amor. Talis est amor hominū mūdi: vera autem amicicia non est pensanda temporalibus cōmodis sed gratuito amore pertāda: vt dicit Seneca. Item verciter tunc amamus quando amamus psonā in bonū virtutis eius et vicia detestamur. nec psonis cōdescendimus vt vicijs implicentur: quia vt hic dicitur. Dilectio primi malum nō operatur. Augustinꝰ. Sic diligendi sunt homines vt eoꝝ non diligantur errores. Tullius. Nulla est excusatio si amicitie causa peccaueris. Bern. Sanctiat lex amicitie vt ne rogemus res turpes: nec faciamꝰ rogari. sic ⁊ christꝰ dilexit nos. Nam matri filiorꝝ ze bedei male roganti. non cōdescēdit ꝙuis esset eius amica: vt patet. Mat. xx. ¶ Tercio amauit nos christus perseueranter. Joh. xiij. Cum dilexisset su. qui erant in mun. in fi. di. eos. sic nos debemꝰ proximū diligere. Prouer. xvij. Omni tēpore diligit qui amicꝰ est. Quidaz diligūt solū tempore prosperitatis. Eccli. vj. Est amicus sociꝰ mense ⁊ nō permanet in die necessitatis. Boetius. Quem felicitas fecit amicū: infortuniū faciet inimicū. Et oui dius tempore felici. multos numerabis amicos. Tempora si fuerint nubila solus eris. ¶ Secundo debemus diligere proximuz sicut nosipsos. quod sex modis exponitur. Primo debemꝰ diligere proximū sicut nosipsos vt diligamꝰ in proximo quod debeumꝰ diligere i nobis. In nobis autem debemus diligere naturā nostraz que est imago ⁊ similitudo dei ⁊ totius trinitatis ꝓprio sanguie filij dei redempta et ideo valde carā debemus eam habere Debemus etiā in nobis diligere gratiaz et virtutes ⁊ bona opera. ⁊ nō vicia ⁊ peccata. ⁊ hec eadē debemus diligere in proximo. Secūdo debemꝰ diligere primum sicut ⁊ nos. id est ex quo nos scz ex charitatis affectu ⁊ effectu ⁊ non ex cōcupiscentis carnis. Eodē modo primū ex charitate debemꝰ diligere: ⁊ non ex aliqua mala cōcupiscentia. vel rōne partis: qz est sociꝰ in aliquo malo. Tercio debemꝰ primū diligere sicut nos. i. in quo nos scz in deo et nō in mūdo. in puritate ⁊ nō in prauitate. Quarto debemus diligere primum sicut nos. id est ꝓpter quod nos. s. ꝓpter deuz et non ꝓpter aliquod cōmodū tēporale finis em dilectionis nostre ⁊ fructus debet esse ipse deus: vt ipse sit tota merces nostre dilectionis. Ben. xv. Ego ero merces tua magna nimis. Quinto debemus diligere primū sicut nos. i. ad quod nost scz ad gratiā in psti ⁊ gloriā i futuro nec nos nec primū ad aliquē aliū finem diligere debemꝰ: puta ad regnandū vel gaudendum: vel aliquid hmōi. Eccli. xij. Tue deū et mādata eius obserua. hoc est enim omnis hō. i. hic est finis omnū hominum quia vt dicit Augustinꝰ. Deꝰ fecit hominē vt deū cognosceret. cognoscendo amaret: amando possideret: ⁊ possidēdo frueretur. Sexto debemꝰ primum diligere sicut nos. i. quomō nos. s. super res tēporales ⁊ sup corpꝰ nostrum ꝓpriuz: sed infra deū: plus em debemꝰ diligere salutem ꝓximi ꝙ bona tēporalia: ⁊ etiā plus ꝙ corpus ꝓpriuz. ⁊ debemꝰ parati esse si necesse esset ⁊ corpꝰ ⁊ bona nostra ꝓ salute anime ponere scz proximi. qui ergo sic diligit proximū profecto legē implenit: ⁊ malum non operat. Et nota ꝙ nomine primi intelligitur omnis hō: vt dicit Augustinus. ¶ Tercio videamꝰ que faciūt attrahendū alios ad amorem suū. et dicendum ꝙ ser. ¶ Primū est modestia sermonū Eccli xx. Sapiēs in verbis amabilē se facit: gratie aūt fatuoꝝ effundent. multum em loquētes sunt multū displicibiles: qz multū effūdūt. Prouer. x. In multiloquio peccatum nō deerit. Propterea orauit Dauid dicens. Pone dñe custodiā ori meo: et hostiū circumstātie labijs meis. ¶ Secūdz est similitudo in cōuictu: vt hō sciat secōformare bonis moribus alioꝝ et non sit singularis in domo. Eccli. xij. Omne animal diligit sibi simile. ¶ Tercij est virꝰ in operibꝰ. Virtuosi em multū diligūtur etiā a malis: ⁊ hoc quia sūt boni: qz virꝰ est ꝙ bonū facit habentē. ⁊ opus eiꝰ bonū reddit: vt dicit phūs. Bonū aūt est quod omnia appetūt: vt dicit idē phūs. Tullꝰ. Nichil est virtute amabiliꝰ nichil quod magis alliciat ad diligēdū. Un eos quos nunꝙ videamꝰ diligimꝰ audita virtute. Hieronymus. Et quos ad contēplationē sui roma non traxit vnius hois: scz Titi liuij fama perdurit. Un sup omnia homo qui vult diligi debet conari esse bonus.

¶ Quartū est fidelitas in commissis. Ec clesiasti. xxxiii. Si est tibi seruꝰ fidelis sit tibi quasi aia tua. omne eni rarū carū. Et quia fidelitas rara est ideo cara. Piere. ix Omnis hō a ꝓrio suo se custodiat: et i omni fratre suo nō habeat fiduciā. quia omnis vir supplantās supplātabit ⁊ omnis frater fraudulenter iceder. ¶ Quintū est mutua obsecta et beneficia Therentius hoc tēpore obsequium amicos ⁊ veritas odiuz parit: Un Jacob quādo voluit sibi recōciliare fratrem suū Esau ⁊ amicū sibi facere misit ei munera dicēs: placabo eū munerib⁹ que precedūt Ben. xxii. Multe amicicie recōfirmunt ⁊ multe paces fiūt ꝓpter munera ꝓuerbi. xviii Donum hominis dilatat viā eius. et principes spacium ei facit. Sextū est preuenire a mando Augu Nulla ē maior ad amorem inuitatio ꝙ ꝓuenire amando ⁊ nimis ē durus animꝰ ꝙ ⁊ si diligat dilectionē nolit ipendere saltez nolit repēdere. Et iō i obsecqs et bñficijs ꝓuenire debemus si cupimꝰ adamari. Et sic patet totum de epistola.

¶ Dominica quarta De euangelio.

Sermo. xxiiij.

ster christi/ et non vsurpo michi officium predicationis quia a christo sum vocatus et ideo sū ego magis minister christi q̄ ip si q̄uis non deberē me de hoc collandare Et hoc est quod subdit. Ut minus sapiēs dico plus ego id est magis sum ego minister christi q̄ ipsi. Et sic patet primum. Secundo ostendit q̄ boni ministri et veri serui christi multos labores et anxietates et multa aduersa patiuntur in vita ista. Et hoc est. In laborib⁹ plurimis sup. fui ego et mei similes/ similiter fui in carceribus abundantius q̄ pseudo apostoli/ et ego si militer fui in plagis etiam supra modum et in mortibus frequenter id est in periculis ducentibus ad mortem similiter fui. quia vt dicit. ij. Thi. iij. Omnes qui pie volūt viuere in christo Jesu perse. pa. Vasi aūt proficiēt in peius errātes et in errorem mittētes Actū. xiij. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnū dei. Consequēter quod dixerat de plagis in generali et mortibus exēplificat in particulari dicēs. A iudeis quīquies quadragenas pcussiones vna percussione minus accepi. ii. xxxix. tanq̄ malefactor. Sicut in lege mandabatur deu. xxv. Pro mensura peccati erit et plagarum modus. Ita dūtaxat q̄ q̄dragenariū numerū nō excedat. Et dicit glo. q̄ vnum ictum dimittebāt de xl. plagis ne immisericordes viderentur exuebant enim apostolū et ligabāt et sic xxxix. plagas cū duris flagellis inferebāt sicut malefactoribus fiebat. sicut etiam factum fuit christo ad colūnam ligato. Item ter virgis cesus sum. s. a gentibus Actū xvi. Magistratus scissis tunicis eorū iussserunt eos virgis cedi. Item semel lapidat⁹ sum. Actū. xiiij. Lapidātes paulū extraxerunt eū ante ciuitatē existimātes eū esse mortuū. Cōsequenter exēplificat quomodo fuit in mortibus frequēter di. Ter naufragiū feci id est sustinui rupta naui in mari et nō tm̄ ter naufragiū pertuli immo nocte et die in pfundo maris fui. s. rupta naui et dei grā protegente euasi. Vñ dicit haymo. Nō est amplius mirādū petrū super vndas maris infusis vestigiis ambulasse q̄ paulū nocte ac die in profundo maris fuisse et dño protegēte ad terram liberū puenisse. Et rursū. Qui seruauit ionam in vētre ceti et militē suum egregiū in mari conseruauit. Item in itineribus fui sepe immo quasi totū mundū circuiui apostolus predicādo euāgeliū xpi Ro. xv. A hierusalem p circuitū vsq̄ illiricū repleueri euangeliam christi. Cōsequenter amplius exēplificat idē. s. quō fuit in mortibus frequēter. In periculis fluminū scz fui et in periculis latronū volentiū me occidere: periculis ex genere. i. ex gēte mea vnde Actuum xxiij. Collegerunt se quidā ex iudeis et deuouerūt se dicētes. neq̄ māducaturos neq̄ bibituros donec occiderēt paulū. Erant aūt plus q̄ quadraginta qui hāc cōiurationem fecerāt. Periculis ex gētib⁹. i. gentilibus et paganis propter destructionem y dolox et assertionē vnius dei. Actu. xix. Cōcitauerūt demetrius aduersarius et q̄ cum illo erāt artifices seditionē dicentes magna dyana ephesiorum. Periculis in ciuitate ex cōmotione illox contra me. Actuū. Diuisa est multitudo ciuitatis et quidā erāt cū iudeis: quidā cū apostolis In solitudine a bestijs et serpentibus. Actuū. xxviij. Vipera inuasit manū eius. Periculis in mari a piratis et fluctibus. Periculis in falsis fratribus. s. hereticis q̄ simulāt se christianos et sunt persecutores eox. Galath. ij. c. Propter subintroductos falsos fratres qui subintroierunt explorare libertatē nostrā quā habemus in christo Jesu. &c. Moraliter ad edificationē nostrā notat q̄ octo ponit genera periculox corporaliū octo pericula animę significātis. S. Primū est periculū fluminum id est carnalū voluptatum que homines in aquis cōcupiscētie demergūt quod figuratū est in eo q̄ pharao. i. diabolus oēs paruulos hebreox in flumē proiici mādauit vt patet Exodi. i. Et ideo deus omnes voluptuosos prime etatis in aq̄s diluuij submergi iussit. Contra hoc periculum est tēperātia que habet submersionē voluptatū cauere. Secundum est periculum latronū id est tēperationū occulta rum diaboli qui a dextris et a sinistris nobis insidiatur et in angelū lucis se transfigurat/ vt dicit Apostolus. ij. Corinth. xi. Contra hoc periculū est prudentia que habet cauere pericula et videre vnde proueniāt in prelio spūs. Mat. x. c. Estote prudētes sicut serpētes. Tercū periculum est ex genere. i. amore parentū et ppinquorū q̄ querūt q̄ sua sūt nō curāt aiam pire immo ipsam frequentius faciunt periclitari Michee septimo. Inimici hominis domestici eius. Propter quod dixit dominus abrahe. Egredere de terra tua et de cognatione tua et de domo patris tui Ecclesie duodecimo. Cōtra hoc periculū est obedientia quia homo obedit deo/ omnibus alijs contemptis. et ipsum sequitur Math. xl. Ecce nos reliquimus omnia et secuti sumus te. Quartum est periculū ex gentibus id est odium inimicox quo q̄s non parcit iniurias. immo vellet inimicum suum occidere. i. Jo. iij. Qui odit fratrem suum homicida est. Contra hoc periculum est charitas dei et proximi qua homo propter deum diligit etiam inimicum. Math. v. Diligite inimicos vestros. Quintum est periculum in ciuitate. i. cupiditates que in mercationibus ciuium exercentur. vnus q̄sq̄ est mihi alīū decipere Hebre. ix. vnusquisq̄ a proximo suo se custodiat et in omni fratre suo non habeat fiduciam: q̄ omnis vir supplantās supplantabit. et omnis amicus fraudulenter incedet. et vir fratrē suum deridebit. Contra hoc periculum est iusticia. quia homo reddit vnicuiq̄ quod suū Ro. Reddite oib⁹ debita. cui tributū tributum. cui honorē honorē. cui vectigal vectigal. Sextum periculum est in solitudine. i. in accidia claustraliū. qui seruitiū dei accidiose et cum tristicia faciunt. respicientes retro posīt̄ ad oratū miserūt manum similes filius israel qui posīt̄ de egypto exierant reddire cupiebant et frequentervellent propter accidiam mori. Quod figuratum est in eo q̄ helias init in desertū et ex tristicia obdormiuit subter vnam iuniperum et petiit anime sue vt moreretur vt pz. iij. Regū. xix. Contra hoc periculuz est alis virtus. s. gaudiū et leticia spūalis. Phil. iiij. Gaudete in dño semper iterum dico gaudete. Septimum periculum est in mari. i. in piratis et fluctibus maris. p quos designantur oppressiones et rixe magnatorū qui totā concordiam conturbant et pauperes depredātur. Contra quos dicit Johannes baptista. Neminem per calūniam concutiatis. et contenti estote stipendijs vestris. Lu. iij. Contra hoc periculum est pax et concordia. Ro. xij. Si fieri p̄t q̄ ex vobis est cum om. ho. pa. ha. Octauū periculum est in falsis fratribus. i. ypocrisi hereticox qui simulant se fratres. et sub vestimentis ouium cupiunt agnos christi denotare vt lupi. Math. vij. Attendite a falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ouium. intrinsecus aūt sunt lupi rapaces. Contra hoc periculuz est veritas fidei et doctrine. vt homo in vera fide et doctrina consistat et omni spūi non credat. i. Jo. iij. Nolite omni spūi credere sed probate si ex deo spūs sint. Deinde cum dicit. in labore et erūna. ostendit q̄ serui dei non solum habent labores et penas assumptas et afflictas. sed etiam ex natura cōtractas dicens. In labore supple fui ex natura cōtracta. et erumna que est quidam morbus et quasi sensuum cōtabescentia. quam hō ex natura corrupta habet Sap. ix. Corpus quod corrumpitur aggrauat animam et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Item in vigilijs multis supplefui: q̄ aliquando protrahebat sermonē vsq̄ ad mediam noctez. vt patet Act. xx. Vel laborabat manibus pro victu quotidiano vt gratis euangelium predicaret et nullus grauaret. ij. Thessal. iij. Nec panem gratis manducauimus ab aliquo. sed in labore et fatigatione nocte et die operantes ne quem vestrum grauaremus. Item fui in fame et siti et in ieiunijs multis et in frigore et nuditate. Sed cōtra. dicitur in. ps. Nō vidi iustum derelictum nec semē eius querens panem. Et Math. vij. Primum querite regnum dei et iusticiam eius et hec omnia adijcient vobis. Soluit Grego. in moralibus exponens hunc locū dicens. Sanctus qui mente super mentem rapitur pauper inopia non angustiatur. oppressus nichil patitur. Et licet verum est q̄ vere iustus aliquando patiatur defectum temporalium. ipse tamen defectus est illi loco delictarum. Deinde cum dicit. preter illa que extrinsecus sunt. ostendit q̄ serui dei ministri christi nō solum habent penas et labores exteriores tam assumptas q̄ afflictas sed etiam habent anxietates interiores in sollicitudine et compassione fideliuz dicēs preter illa que extrinsec⁹ sunt. i. preter illa que sustineo exterius in corpore viget me magis quod intrinsecus est in mente. s. sollicitudo omnium ecclesiarum. i. illa quam habeo de omnibus ecclesijs pro eis orando. ipsas docendo. ipsas ordinando et omnibus compatiendo. De primo ad Ephe. iij. Huius rei gratia flecto genua mea ad pa. do. nostri Jesu christi vt det nobis sm̄ diuitias glorie sue habitare christum per fidem in cordibus vestris in charitate radicati et fundati. De secūdo. Actu. xxij Nō subterfugi quo minus annunciarem vobis omne consilium dei. De. tercio. i. Corinth. xiiij. c. Omnia honeste et sm̄ ordinē fiant in vobis. De quarto exēplificat hic dicens Quis infirmatur in fide vel in virtute alīqua et ego non infirmor id est de illo sicut de meipso non doleo. Quis scandalizatur in aliquo et ego non vror igne zeli et charitatis. In fine istius secundi mem

bri nolit q̄ propter decem deus iustos affligi permittit. Primo vt purgentur a puluere vel rubigine peccatoꝝ. Lu. xxij. Symon ecce sathan expetiuit vos vt cribraret sicut triticum. Inde Gregorius. Quod flagellū grano quod lima ferro quod fornax auro hoc facit tribulatio viro iusto. ¶ Secundo vt non adhereant terrenis et desiderio mūdanorum. quia si adherent terrenis amittunt pulchritudinem et sapotem quia dum terrenis conglutinātur terrena sapiunt. p̄s. Conglutinatus est in terra vēter noster. Si ergo cor hominis aduolet vt cogitet de terrenis. non tamen dent adhererе sz cogitationes peruersas repellēdo cito ad se redire. Hoc autem maxime habz facere tribulatio: quia quando homo tribulatur nec in mundanis inuenit requiez anhelat ad deum in quo credit se requiem inuenire Aug⁹. Fecisti nos domine ad te et inquietum est cor nostrū nisi requiescat in te. Unde Esa. xvij. dicitur de columba q̄ quam vir iustus intelligitur q̄ cum non inuenisset pes eius vbi quiescere reuersa est ad archam. ¶ Tercio vt non corrumpant in delectationibus et quiete bonoꝝ. aqua enim putrescit nisi moueatur Iere. xlviij. Requieuit moab in fecib⁹ suis nō est trāsfusus de vase in vas. Sic enim corruptus est dauid tempore quietis z pacis. qui tempore aduersitatis conseruatus est illesus. ¶ Quarto ne extollantur in magnitudine gratiarum et donorum. Et hoc innuit hic apostolus di. Et ne magnitudo reuelationum extollat me. ꝛc. ¶ Quinto vt magis illuminentur in cognitione verorum. Isa. xxviij. Et tm̄modo sola veratio dabit intellectum auditui Iere. Per omne flagellum et dolorē eruditus hierusalem. Unde melius cognouerunt apostoli christū in aduersis dum ab eo separati fuerunt. q̄m in pspe ris dum eum pntem habuerūt. ¶ Sexto vt augeatur in eis gratia et gloria pmiorum. Et hoc innuitur cum dicitur. Uirtus in affirmitate perficitur. Nam dicit Iero. Sicut ignis dum flatu premitur crescit. sic dum iusti pemūtur aduersis crescūt in meritis. p̄s. xx. Dum superbit impius in affligendo incenditur pauper in charitate crescendo. Quod figurarum est in eo quod scriptura refert q̄ Salomon coronatus est in regem gyon. iij. Reg. i. quod interpretatur luctatio. et significat tribulationem in qua opus est lucta vel patientia. Sic afflictus est Thobias et Job'. ¶ Septimo vt velocius gradiantur ad regnum celorum. Sicut enim equus calcaribus punctus velocius currit ad brauium. sic iusti vite psentis malis puncti ad deum ire coguntur Grego. Mala que nos hic pemūt ad deū ire compellūt. Iere. xxvj. Stimulator eius aquilone veniet ei. ¶ Octauo vt peccatores ad cogitandum quid de eis fiet excitentur. si iustis irrogantur tot genera aduersorum. Prouer. xi. Si iustus in terra recipit quantomagis impius z peccator. Lu. xxiij. Si in viridi hoc facit. in arido quid fiet. id est in siccis ab humore gratie vnde tiapetri. iiij. Si iustus vix saluabitur impius et peccator vbi parebit? ¶ Nono vt flagella non semper venire putentur ex merito peccatorum sicut dixerunt amici ī b. Recorde re inquiunt quis vnq̄ innocēs perij. Job. iiij. Et ideo ipse ostendit q̄ non propter demerita sua ipse flagella patiebatur. Un aut Non peccauit et in amaritudine. occu meus In eodem. xvij. glo. Culpam non feci et flagella recepi. Si em̄ semper propter demerita flagella irrogarentur. tunc omnem flagellatum homines condemnarent et abominarentur sicut abominantur suspensum quod esset materia multorum malorum. ¶ Decimo vt minores videntes maiores meritis et dignitate tribulari non ārent in afflictione aduersorum. quādo enim homines parui meriti audiunt per scripturā christum et apostolos et magnos sanctos tot aduersa passos fuisse debēt omnino cōsolari. Ro. xv. Quecunq̄ scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt. vt per patiē conso. scriptu. spem habe. Et sic pz secundum. ¶ Tercio ostendit de quo et in quo homo in vita ista si gloriari velit debet gloriari. vult hic dicere Apostolus q̄ in quocūq̄ statu et conditione homo sit in vita ista. non debet gloriari nec expedit. et hoc propter quinq̄. U primo quia non est in tuto sed in continuo prelio et multa aduersa eum circunstant. Unde post̄ apostolus ad celum raptus fuerat protestatus est spiritussanctus quō vincula et tribulationes eum hierosolimis manebant. Actuum. xx. Semper etiam habebat angelum sathane qui eum torquebat. non ergo et gloriari pdebat. et multominus nobis qui pauciorib⁹ gratijs subleuamur et plurimis malis replemur. ¶ Secundo non est gloriandum quia multi gloriando miserabiliter euanescunt et deuotio cordis effundit Eccle. xliij. Aperti sunt thesauri et euolauerūt nebule q̄si aues. ¶ Tercio q̄ inimici nostri. sz demones propter gloriationē

omnis bona nostra depredantur. In cuius figura dicitur Isa. xxxix. q̄ Ezechias post q̄ thesauros omnes ostendit nūcijs pladan regis babylonis dixit Isaias. Ecce dies venient z auferētur omnia que in domo tua sūt z que thesauriuerūt patres tui vsq̄ ad diem hanc in babylonem dicit dñs. Gregorius. Deprecari desiderat qui thesaurum publicum in vis portat. ¶ Quarto quis gloriatio vel iactātia multos turbat Prouer. xxviij. Qui se iactat z dilatat ingenia concitat. ¶ Quinto quis gloria hominis nichil est. Johannis. Si ego gloriam meam quero gloria mea nichil est. Hieremie nono. Non glorietur fortis in fortitudine sua. nec sapiens in sapientia sua. nec dives in diuitijs suis.

X Sed si gloriari vult aliquis l vita ista de duobus gloriari debet. Primo de infirmis z aduersis que patit p deo z dei iustitia. Secūdo de gratijs z donis q̄ recepit a deo. Et hoc facit ibi Si gloriari oportet scio hominē christo. Primo ergo ostēdit q̄ pro infirmis z aduersis q̄ pro deo patimur gloriari debemus di. Si gl'iari oportet que infirmitatis mee sunt gloriabor. Et hoc propter tria. ¶ Primo ppter multa bona que aduersa z infirma efficiunt in homine que supra immediate dicta sunt. Secundo quia infirma z aduersa patiētes eligit deus hic ad gratiam z in futuro ad gloriam. De primo. i. Corinth. i. Infirma mundi elegit deus sz ad gratiā suam. De secundo Lu. xiij. Exi in vicos z plateas ciuitatis et pauperes z de. z cc. z claudi. int. huc. Non enim' est deus noster vt' dū gentiuz z principes mundi qui solum potentes z diuites mundanos et dissimulatores ad'sui eligūt comitiuam. Tercio: quia tales sic infirmi et disciplinati ostēdūtur esse filij dei Hebre. xij. q̄ si extra disciplinaz estis ergo adulteri z nō filij estis. Pro hmōi ergo est gloriādum. Et de hoc ponit exemplum de quodaz aduerso quod sustinuit pro christo dicens. Deus et pater domini nostri Jesu christi qui est benedictus in secula scit q̄ non mentior. i. ipsum qui omnia nouit in noco testem' q̄ veruz est quod dico. Dama sci prepositus gentis arethe regis voluit me comprehendere. ꝛc. Littera plana est. ¶ Secūdo cum dicit. Si gloriari oportet. vbi incipit. xij. ca. ostendit q̄ de gratijs et donis que homo recipit a deo est gloriandum. Et circa hoc duo facit. Primo ostēdit q̄ pro huiusmodi sit gloriandum. Secundo ostendit congruum modum gloriandi. et causam quare in talibus est gloriādum ibi. Nam si voluero gloriari non ero insipiens. ¶ Primo ergo ostendit q̄ de gratijs et donis est gloriandum que homo recipit a deo. Et hoc est. Si gloriari oportet quia oportet propter pseudo apostolorum reprehensionem. vt ipsi mendaciter non glorientur pro huiusmodi que dixi et que dicā est gloriandū. sed veraciter nō expedit gloriari vt patet per ea que dicta sunt supra. Potuit ergo materiam sue gloriationis quantum ad donum quod recepit a deo in duplici raptu mentis. Primus fuit in tercium celum. Secundus in paradisum ibi. Et scio huiusmodi hominem. Dicit ergo. Ueniam ad visionem ignotorum et reuelationes dominorum domini id est a domino michi factas et ostensas. Scio hominem in christo sicut membrum in corpore suo et sicut' locutum in loco Actuum. xxvij. In ipso enim vivimus mouemur et sumus. ¶ Ante annos xiij. id est in anno. xiiij. ante hoc tempus. Et nota q̄ loquitur hic de se tanq̄ de alio quia hoc ad cōmendationē sui pertinebat Jn' his autem que ad accusationem sui pertinent loquitur de se tanq̄ de se. di. i. Thi. i. Qui prius fui blasphemus et persecutor et contumeliosus. Prouerbiorum. xviij. Justus prior accusator est sui. ¶ Sequitur. Siue in corpore siue extra corpus nescio deus scit id est nescio si in illo raptu anima fuit extra corpus an in corpore deus autez scit q̄ hoc facere potuit. Cū ola creata sint in eius potētia obediētiali. Et addit de termino ad quem fuit raptus. d. Raptum huiusmodi vsq̄ ad tercium celum. Primum est celum aereum Wathel. xiij. Uolucres celi comederunt illud. Secundum est sidereū scilicet firmamentum Genesis primo. Uocauit q̄ deus firmamentum celum. Tercium est empireum quod statim conditum sanctis angelis est repletum. Genesis primo. In principio cre. deus celū et' ter. ¶ Sed cōtra aut hominem appellat cū dicit. scio hominem. hominem integrum ex anima et corpore. et sic sciebat hominem raptum in corpore. aut pro sola anima dicit hominem per synodochen. et sic sciebat raptum sine corpore. Respondeo esse raptum sine corpore dupliciter intelligendum est. Uel corpore nō simul rapto et hoc bene sciebat. quia cum corpore non fuit raptus. Uel corpore ab ipsa anima, simpliciter separato et hoc nesciebat. Nesciebat enim verum alia in illo raptu fuit a corpore separata. Sed contra. si anima pauli fuit rapta supra firma-

mentum vt dictū est/ et certū erat ei q̄ anima sua non poterat esse simul extra corpus et in corpore. quomodo ergo potuit ignorare an esset a corpore separata vel non. Responsio. duplex est raptus/ vnus localis alius per mentis contuitū. primo modo non fuit raptus paulus/ non em̄ fuit anima sua localiter in celum trāslata sed secundo modo fuit raptus. Et vtrū in illo contuitu mentis anima fuerit separata a corpore ignorabat. Et si aliquis opponat quod glo. dicit q̄ vltra ola sidera fuerit raptus/ et sic videtur raptus fuisse localiter. Dicendum est q̄ plura omnia sidera potuit rapi secundum intelligentiam. quia deus ostendit ei vitaz eternam. Item si ad diuisionem raptus ē. ergo vidit deum facie ad faciem. i. per essētiam. Sed Exodi. xxxiij. dicitur. Non videbit me homo et viuet. Et. j. Jo. xiij. Deum nemo vidit vnq̄. Paulus autem bene sciebat scripturas ergo sciebat q̄ quando vidit deum viuus non fuit. et per consequēs fuit anima a corpore separata. Ad quod dicendum q̄ vidit deum facie ad faciē eo modo quo anime separate sanctorum vident. Ad hoc aūt quod obijcitur dicendū: non videbit me homo et viuet id est non videbit me hō sensibus corporis vrendo ꝛ imaginatione. Et eodē modo dicendū est ad aliud scz. Deū nemo vidit vnq̄. s. sensibus corporis vtendo. Hoc aūt bene sciuit paulus q̄ bene sciuit q̄ quando alia vidit deū non est vsa sensibus corporeis vel aliqua imaginatione alicuius rei/ sed per violentiā spūs fuit tota ad celestia eleuata: et deū p̄ essentiam vidit. non tamen in manendo sed in transeundo/ et ideo in quodam raptu deū vidit. Sed contra quō si deum vidit in quo sunt ola non vidit etiā modum raptus sui et nescuit an anima sua esset a corpore separata vel non. Responsio. Deus est speculum in quo omnia videntur/ est tamen speculum voluntarium. et ideo operit se sicut vult. Nam ꝛ plura ibi videt vnus hō alius sicut deo placet/ noluit ergo deus sibi ostēdere modum raptus sui ꝛ tñ ei multo maiora ostendit. Deinde dicit. Et scio huiusmodi hominem. Ubi ponit secundum raptum. Primus raptus credit fuisse in domo anani/ quando tribus diebus non māducauit nec bibit qui fuerat ante annos. xiiij. quā do hoc dixit. Secūdus aūt quādo factus est in extasi in templo in hierusalem/ vt patet Actū. xxi. De quo nō dicit quādo fuit sed ait. Et scio hmōi hominē id est eūdem qui supra raptꝰ est ꝛ etiā in christo existentem tunc sicut prius sive in corpore sive extra corpus nescio/ deus scit. Et pone sicut prius quomodo raptus est in paradisum. i. in dulcedinē superne contēplationis. Glo. in eam trāquillitatem qua fruūtur ilsti qui sunt in celesti hierusalem. Quod supra dixit tertium celū hic dicit paradisum. non em̄ fuit raptus in paradisū deliciarū sed in paradisū angelorū. et audiuit nō aure corporis sed aure mētis id est mēte p̄cepit archana verba id est intimatione quadam percepit de sacratissima dei essentia ꝛ gloria beatorum. ꝛ intantū secreta verba audiunt q̄ non licet homini loqui. i. verbis explicare Augu. Dixit quidē quod posset hominibus dici: et tenuit apud se quod non posset dici. Ergo ꝛ audiatur ad quod possimus pertingere. Illa ergo archana et secreta que de gloria dei et beatorum in mente percepit nec ab homine mortali dici p̄t: nec homini mortali lingua a intimari/ nec aure audiri vel corde cogitari Isa. lxiij. Oculus non vidit de. abs. i. que p̄pa. ex. te. Concludit ergo d. p̄o huiusmodi ergo visione et reuelatione a deo receptis gloriabor quoniodo congruum est p̄o huiusmodi gloriari. cum sint bona spiritualia ꝛ ad dei honorem tendentia. Et sic qui gloriatur in his bonorem dei querit et in dño gloriatur. ij. Corinthe. x. Qui gloriatur in domino glorietur. per me autem nichil sup. gloriabor id est p̄o his que pertinent ad me vt esse de genere abrahe ꝛ consequenter bēiamin et hmōi ad carnem pertinentibus. nisi in infirmitatibus meis scilicet corporalibus afflictionibus/ q̄ virtus in infirmitate perficitur. Deinde dicit. Nā ꝛ si voluero gloriari. ostendit congruum modum ꝛ causam gloriandi dicens. Si voluero gloriari p̄ter reprimendā audaciam pseudo apostolorum non ero insipiens/ quia bono zelo faciam ad edificationem audientium ꝛ depressionem malorum/ et ideo veritatem dicam. i. p̄o veritate dicam. quod dicere veritatem interpretatur haymo. Si quis inquit p̄o vtilitate ꝛ edificatiōe aliorū facti diuinitus sibi cōcessū eū humilitate narrat nō est insipiēs q̄ loquit veritatē Jo. xiij. c. Vos vocatis me magister ꝛ dñe et bene dicitis sū. ergo sm̄ Glo. Qui necessitate vigente vera de se loquit quātomagis veritati seruiat. hic est ergo cōgruus modus gloriādi quādo hō necessitate vigente ad edificationem proximorum/ et ad depressionem presumptuosorum/ gloriatur et sic gloriabatur apostolus. In sua humilitate et de

catum carnis penitus refrenatur: et p̄ consequens homo vtitur ratione ꝛ dignitatē recuperat quam amisit Grego. In pugna christi primo contra gulā agat. q̄ nisi prius hec refrenetur frustra cōtra alia vicia laborat. ¶ Tercio p̄pter veritatem intelligendam. quod est hominis proprio opera tio. In hoc accidit sicut in mūdo. quis ex humiditate resoluuntur humores ascendentes in aerē et claritatē solis obnubilantes. sic est in stomacho q̄ ex multo cibo resoluuntur fumositates ad cerebrū ascendentes/ et obscurantes meatus spiritū vitaliū. propter quod homo incipit dormire: a quibus fumositatibus intellect⁹ ebetatur. vnde. Qui nimis cibis vrunt gtoma gis ventrē pascūt tātomagis sensum obtundunt mentis. sed subtracto cibo per ieiunium competenter minuūtur vapores et subtiliantur spūs animales. ꝛ ideo ieiunus melius intelligit veritatē. Exēplū huius habemus in daniele qui per ieiunium triū hebdomadarū eleuatus fuit ad intelligendum visiones dei. Quarto hostē nostrum scz diabolū fugat/ vt in christi ieiunio demonstratur: qui post ieiunū diabolum tentantē deuicit et fugauit Mat. xvij. Hoc genus demoniorum non ejicitur nisi ie. et oratione. Quinto quia gratiā dei impetrat. Uñ antiqui patres quādo aliquaz gratiā a deo postulare volebant ieiunū indicebant vñ moyses vadēs ad loquēdū deo vt legem ab eo reciperet et gratiam populo impetraret diebus. xl. ieiunauit. vt patet Exodi. xxxiij. Sexto quia ad gloriam paradisi perducit. quod figuratum est in ieiunio helye qui post ieiunū quadragenarij ad montē dei oreb peruenit vt patet. iij. Regū. xix. ¶ Secundo queritur quomodo sit ieiunandū. Ad quod dicendum q̄ verū ieiunij ser habere debet. Primum est vt homo prius baptisēt per veram contritionē et verā cōfessionē vt dictum est supra in principio sermonis Isaie lviij. hoc est ieiunū quod elegi. Dissolue colligationes impietatis. Secundum est q̄ homo firmum propositum hab eat abstinendi a peccatis. Si enim deus mandat a carne mortua abstinere. multomagis a carne viua. aliter talis vt diabolus ieiunaret. Tercium est vt sit ieiunij parcum et in quātitate et in qualitate. vt nec multū splendide nec nimis comedas. Quartū est vt sit ieiunij letū Mat. vi. Unge caput tuū oleo. s. leticie/ multi em̄ ex ieiunio efficiuntur ita tristes ꝛ melācolici q̄ totā familiam turbant. Quintum est vt sit ieiunium verum et non simulatū. sicut ieiunij ypocritarū qui exterminant facies suas vt appareant hominibus ieiunantes Mathei vi. Et sicut saracen qui de die ieiunant et de nocte comedūt/ horū em̄ ieiunia nō sūt recipienda. Sextū est vt sit ieiunij largū et bonis operibus mle sociatum/ vt quod tibi subtrahis pauperi largiaris/ et non fiat abstinētia per auariciā ad thesaurisandum. Et talia opera mie cū ieiunio fiant.

¶ Tercio queritur quare tanto tēpore scz. xl. diebus et nō plus nec minus ieiunandū sit. Ad quod dicendū q̄ propter ser rōnes. Primo scz vt latori noue legis. s. christus cū latore veteris scz moyse cōcordaret/ qui tantūdē ieiunauit. et ideo tātū voluit nos ieiunare. Secūdo vt ostendat q̄ quattuor euangelia per decē p̄cepta et decē p̄cepta per quattuor euāgelia replicata ducunt ad plenā remissionē q̄ per numerū quadragenarij designātur. Tercio vt totus annus decimetur vt dictū est supra. Quarto qr hoc tēpus fuit in natura p̄figuratum vt patet in purgatione mūdi quā deus fecit in diluuio. xl. diebus ꝛ ideo ad purgationē minoris mūdi. s. hominis tantūdem ieiunare debem⁹. Quinto quia hoc tēpus fuit in scriptura ad penitē tiam p̄figuratū. vt patet in ieiunio niniuitarum qui. xl. diebus ieiunauerunt. Sexto quia hoc tēpus est scriptura sancti ficatum sēm omnes partes sui. s. annos menses/ septimanas/ dies/ et horas. Nā xl. annos pluit mānā in deserto. xl. mensibus p̄dicauit christus in mūdo. xl. hebdomadas stetit in vtero mris. xl. diebus stetit in deserto. xl. horis stetit in sepulchro.

¶ Quarto queritur quare isto tpe non statim post epyphaniā vt christus ieiunamus. Ad quod dicendū q̄ p̄ter ser rationes. Primo qr in hoc tēpore scilicet in martio in quo sēper quadragesimus euenit factus est mundus et homo perditus Et ideo decens fuit vt homo eodem tēpore per ieiunium ꝛ penitentiam reparetur ad vitam. Secūdo quia tempus ieiunij debet cum pascate resurrectionis continuari. quia ieiunio corporis debet succedere sacietas ꝛ consiliatio mentis que per sumptionem corporis christi in paschate exhibetur quod sanctificati sumere debemus. et ideo non ieiunamus post epyphaniam quēadmodum fecit christus vt sanctitas ieiunij cum resurrectionis gaudio contineatur. et vt sic sanctificati spiritualiter

cum christo resurgemus: et ipsi incorpore mur per ipsius corporis sumptionē Unde augu. Cibus sum grandiū crescē ædūcabis me/nec tu me mutabis in te sicut cibū carnis/sed tu mutabis in me. Resurrectio aūt non pōt venire nisi prima dominica post passionem dñi que fuit facta. xv. luna primi mensis. et ideo eodē tēpore recolitur/licet non semp eodē die. qt hoc nō potest esse. Tercio qt hoc tēpore mundus a vetustate hyemali renouatur et ideo dicēs fuit vt etiam hō per penitētiam renouare tur ad vitam gratie Ephe. iiij. Renouamini spiritu mentis vestre. Quarto quia hoc tempore maxime necessaria est medicina quia homines et bestie propter abundantiam sanguinis magis ad luxurias mouentur. Unde omnia in humorem modo consurgunt. Quinto quia hoc tempus magis accedit ad equalitatem diei et noctis. frigoris et caloris/vt ex ipso tempore admoneamur ab inequalitate viciorum recedere ad virtutes que in medio consistunt sicut vicia in extremis/et ideo inequalia sūt Quia gulosus habet maius os q̄ ventrē Sexto vt ostēdat q̄ ad gloriā resurrectionis non peruenitur nisi per penitētiā et carnis affectionem/quia non est seruus maior domino suo. Jo. xiij. Christus autez sic peruenit. Unde mater filiorum zebedei fuit dersa q̄ petit filios ante regnare q̄pati vt patet Mat. xx. ¶ Quinto q̄ritur quare non semper eodem tempore ieiunamus. i. quare quadragesima alta et bassa procedit. Ad quod dicendum q̄ quadragesima nulle modo eodem tempore occurrere potest Cuius ratio est qt pascha nostrum quo xp̄us immolatus fuit oportet q̄ respondeat paschati veteris testamenti per quod figuratū fuit q̄ incipiebat. xiiij luna ad vesperam primi mensis. Primus autem mensis est in quo primū lunare terminatur. Aprilis/ quia in ipso semper primus lunare terminat. ¶ Nota ergo q̄ annus solaris cōtinet. cxij. lunaria. xij. dies non cōpletos. Unde si hodie esset luna prima sequenti anno eodē die esset luna xij. Habet em̄ lunare. ccxl. dies et dimidiū: quos multiplicando per. xij. erunt ccc. xiiij dies annus autē cōtinet. cccl xv. dies et sex horas. Pascha antē resurrectionis semp oportet esse in dominico die sicut christus resurrexit. Luna em̄ in parasceue semper debet esse quasi plena vt sez habeat ad minus. xv. dies et ad plus. xx. qt christ⁹ plena luna passus est. Et hīs ergo patet quare quadragesima non potest occurrere vno modo sicut festa sanctorū in quibus obseruantur menses solares et non lunares. sicut hic/quia omnia supradicta non possūt semper eodē tēpore occurrere. ℗ Sexto queritur an omnes in quocūq; statu teneantur ieiunare/vt laborantes/viatores/infirmi/pauperes/pueri lactantes. Ad hoc dicendum q̄ quadragesimale ieiunium de iure positiuo est. In iure autē positiuo hoc est obseruandum q̄ semper recurrendum est ad intentionē legislatoris intētio aūt legislatoris in hoc ieiunio fuit inducere homines ad virtutem abstinentie moderate vt vires ieiunantiū non excedat. Et propterea sacerdos potest dispensare cum omnibus in hoc ieiunio ex rationabili causa vbi recte iudicat q̄ legislator dispensare deberet. De laborantibus ergo distinguendum est. vtrum sint diuites vel pauperes. quia diuites tenēt non enim oportet eos tota die laborare. pauperes vero si possent sufficienter sibi et familie sue necessaria acquirere modo cum labozādo puta qt modica hora multum lucrātur. vel quia leuem artē exercēt que non debilitat eos. tunc tenent aliter vero non tenentur ad totum sed pro posse ad partem. Viatores autem qui ex tali re victum querunt. qui ambulare non pōt ieiunando similiter non tenentur ad totū. Alii vero viatores spontanei si tale iter differre non possunt pura quia est festum tempore ieiunij/vel quia ieiuntum inuenit ros in via vel quia habent necessario ire pro factis suis. et eundo cōmode ieiunare non possunt/ similiter non tenentur ad totum/sed sicut possunt ad partem. Infirmi autem si eos offendit ieiunium vel cibi ieiunij nō tenent. nō tamē debet esse quantūcunq; modica offensio pro quo ieiunij frangāt et cibos phibitos assumāt Pauperes aūt mēdicantes si in hora comestionis nō tantum acquisierint vt eis sufficiat. vel qt ex precedēti media nimia debilitant nonā expectare nō tenent. alii aūt tenent. Pueri aūt infra. xx. annū nō tenent sed donū est q̄ ante sicut possūt incipiant ieiunare et in septimana aliquo vel aliquibus diebus ieiunēt. Mulieres vero lactantes non tenent ad totū si ex hoc pueris deficeret nutrimētū vel ipse nimis molestarent ex hoc. sed debēt vt possūt ieiunare. Ite pregnātes aūt nō tenent. Ita tamē ista debēt fieri de licētia sacerdotis ¶ Et queritur viteri⁹ vtrū frāgens ieiunium preter predictos modos peccet mortaliter. Et dicendum q̄ sic. si hoc fiat ex contemptu vel sine rationabili causa: quia mandatum ecclesie sicut mandatum dei obligat iuxta illud Luce. x. Qui vos audit me audit et qui vos spernit me spernit. ℟ Septimo queritur in qua etate hō tenetur incipere ieiunare. Ad quod dicendū q̄ a. xxi. anno homo debet totam quadragesimam ieiunare ante aūt non tenetur: quia vsq; ad illud tempus natura multo indiget nutrimēto ppter nutritionem et augmentationem quam habet in corpore facere. nam vsq; tunc hō nutritur et crescit: sed bonum est vt puer ante hoc tempus ieiunare incipiat. q̄ vt dicit phūs Non parūlest in iuuene sic vel sic assuescere. ℧ Octauo queritur qua hora homo debeat comedere quando ieiunat. Et dicendum est q̄ ieiunās hora nona debz comedere et non ante. cuius ratio est. quia ieiunium debz esse penosum. a medio autem die vltra ieiunium incipit esse penosum. ante autez parum vel nichil: qt calor naturalis de nocte reddit ad interiora sicut sol et per totam noctem in dirigendo cibum laborat. de mane autez vt sol ad exteriora redit transmittendo cibū digestū ad membra. et hoc facit vsq; ad medium diē media aūt die calor naturalis non habet in quod agat. et ideo reflectitur supra stomachū et consumit humiditatē eius. et ex tunc homo incipit debilitari. et ieiunium incipit esse penosum. ante aūt parū vel nichil est penosum. Ūñ Jnno. dicit q̄ nequa q̄ putandi sunt ieiunare qui ante nonam comedunt. quod intelligo per magnā horam vt in tercia vel i media die. Sufficit enim q̄ nona inueniat hominē comedentem in mensa alius oporteret eum habere horologium ad horā nonā cognoscendā. quod non est necessarium. Sed contra de religiosis qui media die comedunt. Et dicendum est q̄ verū est in quibusdam ieiuniis voluntariis nō ab ecclesia institutis sed in ieiuniis ab ecclesia institutis ipsi obseruant horā none et seruare tenentur sicut et alii. Exēplum ionathe qui comedit ante horā et propter hoc venit plaga dei in populum vt patet. i. re. xiiij. ¶ Nono queritur que cibaria in ieiuniis possint comedi. Ad hoc dicendū q̄ carnes ouū et caseus vbiq; er totaliter sunt phibita in quadragesima. extra vero quadragesimā in ieiuniis ecclesie sūt er carnes vbiq; sunt phibite. oua vero et case⁹ possunt comedi. vel nō comedi ꝓm ecclesie cōsuetudinē diuti⁹ approbatā. ℧ Decimo q̄rit an potatio añ comestionē. vel comestio electuariox̄ vel tragee vel antipatio none frangat ieiunū. Et dicēdum q̄ vini potatio ante comestionē vel comestio electuariox̄ vel tragee post comestionem non frangunt ieiunū. vt dicit Jnno. papa. nisi ista sumantur in fraudem. vt scilicet fames tollatur: quia si sic fieret omnino esset contra intentionem legislatorig. que debet respici tanq̄ principale in omni lege. Si q̄s ei de mane comederet electuaria et bñ biberet certe nullam postea vsq; ad nonā famē pateretur et sic illuderet ieiunio et ecclesie. anticipatio aūt none per magnam horā ita q̄ comedatur in media die vel citra omnino frangit ieiunum vt dicit Jnnocentius. nisi legitima assit causa. ✠ Undecimo queritur q̄ sunt illa que minuūt ieiunij meritum. Ad quod dicendum q̄ sunt sex. primū est multox̄ ciborx̄ sumptio et delectatio in eisdē Secundū est magna mora in comedendo et multum comedere. Tercij est comestio electuariox̄. Exemplū de illo famulo domini richardi cardinalis qui videns familiam omn̄ sero quadragesime electuaria comedere. comedebat ipse castaneas ex q̄ de electuarijs habere non poterat. Quartum est potatio vini añ comestionē. Quintum est impatientia et perturbatio familie. Exemplum de illo qui dum ieiunaret totam familiā conturbabat. cui apparuit beata virgo dicēs q̄ potiꝰ faceret elemosinas et non ieiunaret. Sexto est occupatio in re illicita vt tollatur tedium ieiunij. vt illi qui ludunt ad taxillos plus autez hīs omnibus est non confiteri in principio quadragesime. ℣ Duodecimo q̄ritur qui infructuose ieiunant. Ad quod dicendum q̄ sex genera hominum infructuose ieiunant. scz ypocrite qui ieiunant vt boni reputēt. Et illi q̄ nō hñt vt comedāt. libēter ei comederēt si haberēt. Et illi q̄ nō hñt appetitū comedēdi. de hoc dolēt. Et illi q̄ ieiunāt ppter infirmitatē cauendā vel reuma. Et illi qui ieiunant propter auariciā vt burse parcant. Et illi qui ieiunant vt sapidius et melius comedant vt gulosus et deliciosus. ℥ Tredecimo querit vtrum isti teneant ieiunare et quare. Ad quod dicēdū q̄ quātūcūq; iusti et inocētes ieiunare tenēt Et hoc propter tria. Primo vt obediāt mādato eccle. q̄ ita obligat sicut mādatū dñi. x. Qui vos

audit me audit. Secundo vt eis meritum augeatur. Non enim solum peccatores affligunt in vita ista. sed vt plurimum iusti ad augmentum glorie. sic patet de Iob. Quarto vt a malis preseruentur. est enim iumentum purgatiuum et preseruatiuum sicut medicina. ¶ Quartodecimo queritur an existentes in pctō mortali teneātur ieiunare. et ad quid valeat eis. Et dicendū q̄ status peccatoris est sicut status infirmi. Unde sicut infirmus magis indiget cōfortari q̄ sanus. Cuius cibus non conuertatur in corpus suum sicut conuertitur in corpus sani. sic pctōr magis indiget ieiunare et benefacere q̄ iustus. quamuis ei tion tantum prosit. Valet autem ieiunium et alia bona opera q̄ facit pctōr in mortali existens quantum ad multa alia. q̄uis ad premiū essentiale vite eterne non valeat. Ad que bona valeat require alibi qr hoc non est de presenti materia. Et tātum de dubijs istis.

¶ De epistola. Sermo. xxxiiii.

HOrtamur vos ne inuacuū gratiā dei recipiatis. ij. Corin. vj. Sicut dr eccl. iij. Omnia tempus hñt. Et omni tempore debem⁹ spūalib⁹ intendere. iuxta illud. ps. Benedicā dñm in omni tpe tñ hoc tempus est specialius ab ecclia ad lamenta penitentie et spūs militiam institutum Et ideo omnes veri xp̄iani christi milites debent modo in spūali bello contra carnē mundū et dyabolum fortius dimicare: qr fortius instat bellū iuxta illō. eccle. ij. Fili accedens ad seruitutem dei sta in iusticia et timore et prepara animam tuam ad tentationem. Et ideo apostolus christianos cautos et magister in hac epistola oīs fideles hortatur vt gratiā dei qua possint in hoc periculo de hostibus triumphare recognoscant et ipsam non negligant sed ipsa accuratissime vtantur: quia per ipsam possunt hostes deuincere et in omnibus virtuose agere. et tandem ad regna celestis peruenire. Propterea dicebat apostolus. i. corin. xv. Gratia dei sum id quod sū et gratia eius in me vacua non fuit. ¶ In hac ergo epistola apostolus tria facit. Primo ergo hortatur vt gratia dei vtētes bona opera inchoemus. in principio epistole. Secūdo nos hortatur vt in bonis operibus inchoatis de bono in melius pcedamus ibi. Sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros. Tercio nos hortatur rr bona opera inchoata in p̄ seuerantia consūmemus. ibi. per arma iusticie a dex. et a sini. tc. Prio ergo nos hortatur vt gratia dei vtentes bona opera inchoem⁹. Et qr bonū opus nō pōt fieri nisi malū caueat. ideo circa primum duo facit. Primo hortat ad bonū. Scdo dehortatur a malo scz vt a malo caueam⁹ ibi. Nemini dantes villam offensionem. Iterum circa primum duo facit. Primo ponit exhortationem ad bonum inchoandū. et assignat rationem. Secundo ostendit tēpus adesse ad bonum faciendum ibi. Ecce nunc tempus acceptabile. Dicit ergo. Hortamur vos ne inuacuū gratiam dei recipiatis. et assignat rationē: quis deus promittit iuuare qui ait Isa. xlix. Tempore accepto. s. tpe gratie exaudiui te. amouēdo omnia impedimenta salutis et in die salutis. s. quādo salus offertur qō ēmodo tpe gratie adiuuate cōferendo omnia necessaria ad salutem. Propter duo ergo debemus incipere bene operari. s. qr de⁹ omnia impedimenta remouet. et quia gratiam et opportunitatem bene operandi confert. q̄ duo homo naturaliter desiderat vt perueniat ad salutem. Et ideo dixit. Exaudiui te. Hec est maxima gratia quam non debemus inuacuū recipere. ¶ Ubi nota q̄ tūc dicitur aliquis gratiā sibi factā recipere inuanum siue inuacuum qñ non vtitur ea ad finem illū ad quez gratia illa fuit ei exhibita. vt si gratis accomodo tibi aureos vt lucreris et tu teneas eos in scrinio siue in archa sicut ille seruus nequam qui ait Luce. xix. Domine ecce mna tua quam habui repositam in sudario. Cui dñs ait. Quare nō dedisti pecuniā meā ad mensā et ego veniens cū vsuris vtiq̄ exigissem illam. Unde et phūs dicit q̄ vacuū est qđ nō includit finē ad quē est. Et sm hōc modum multas gratias a deo inuanum siue inuacuū recipim⁹: qr per ipsas finē inētū nō cōsequimur. A Et iter alias octo sunt gratie quas pctōres a deo inuanum recipiūt. ¶ Prima est gra filioz adoptionis per quam sum⁹ a seruitute dyaboli liberati et in dei filios adoptati. quod totū fit in baptismo. i. Johā. iij. Uidete qualē dilectionē dedit nobis deus vt filij dei nominemur et simus. Qui ergo post baptismalē gratiam iterq̄ subdit se dyaboli seruituti inuacuū gratiā adoptionis filiorū in baptismo recepit. ij. petri. ij. Canis reuersus ad vomitū suū et sus lota in volutabro luti. ¶ Scōs gratia est celi apertio

nis et debiti solutionis. Nam xp̄s per sue passiōis meritū gratis nobis celū aperuit a quo iuste exulabamus. et pretium soluit pro quo tanq̄ pro debito primotum parē tam in carcere inferni detinebamur neq̄ celum ascendere poteramus Apo. iij. Qui habet clauem dauid qui claudit et nemo aperit: aperit t nemo claudit. s. pe. ij. Qui peccata nostra pertulit in corpore suo super lignū id est penā et pretiū pro peccatis nostris. Tunc hō hanc gratiā inuanū recipit quando nec celū vult intrare et maiori se obligat quotidie pena peccatoz dū peccata peccatis addit propter que eterno cruciatui est deputandus Lu. xi. Fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. ¶ Tercia est gratia vie cognitionis nam christus ad hoc venit in mundum vt viam eundi ad celum nos doceret quam nullus docere poterat. quia nullus ascendit in celum nisi qui de celo descendit filius hois qui semper est in celo. vt dicitur Johānis iij. Unde ait. Ego sum via. Jo. xiiij. Et iterum. Ego sum ostium per me si quis introierit sal. In eodem. x. hanc viam nesciunt extere nationes. et ideo saluari non possunt. quia sine fide impossibile est placere deo Hebre. xi. Cognoscere ergo deū per fidem et eius volūtatē et eius iudicia magna gratia est. ps. cxlvij. Non fecit taliter omni nationi et iudicia sua nō manifestauit eis. Hanc gratiam homo inuacuū recipit quando p viam cognitā nō incedit. Christus clamat Uenite post me ego sum via. Uenite p viā innocentie. per viam penitentie. per viam obedientie per viam sanctitatis per viam humilitatis per viam paupertatis et pauci vadunt post eū. sed abeunt alius in villam suam. alius ad negociationē suā. Et dicunt dño illud Job. xxi. Recede a nobis scientiam viarum tuarū nolumus. Ité melius fuisset viaz veritatis non cognoscere q̄ post cognitionē retrorsum cōuerti. s. pe. ij. Quarta est gratia medicinarū preparationis qr christus efficacissimas medicinas infirmo homini preparauit. Hę medicine sunt sacramenta ecclesie que christus in suo sanguine confecit. et homini a demonibus sauciato adhibuit. vt pz in illa parabola Lu. x. Dō quidē descēdit ab hierusalē in hiericho t incidit in latrones. tc. Et qr vt dicit Aug⁹. hę medicine scz sacramenta ecclesie fluxerūt de latere christi pendentis in cruce ideo infinitā habēt virtutē. ita vt cōs in quacūq̄ infirmitate sanent. hs. cij. Qui sanat oēs infirmitates tuas. Hę medicine non sunt in exteris nationibus et ideo eorū plage sunt desperabiles. quia nisi deus per miraculū faciat nullus eorū sanat. Sed nos non habem⁹ nisi aperire os et dicere/ peccaui et recipere sacramenta ecclesie et tunc spūs sanctus intrat et totaliter sanat animā Apoca. iij. Ego sto ad ostium et pulso. hanc gratiam inuacuū recipit quicunq̄ has medicinas spernit nec eas vult sumere. qr nec penitentiā nec eucaristiā sumit/ et stultizat volens sine medicina salutē. quod nō potest esse Luce. ix. Si quis vult post me venire scz ad salutē abneget semetipsum et amaram medicinā et tollat crucē suā id est penitentiā. et sequatur me. Quinta est gratia administrationis/ deus enim magnā gratiam fecit homini in eo q̄ ordinauit q̄cūq̄ creature ei seruirēt. vt ad salutē facilius peruenirent. Unde dicit Hebre. i. Omnes angeli sunt administratorij spiritus in ministerium missi. propter eos qui hereditatem capiunt salutis. Celū etiā sol luna et omnia sidera famulant hōi. et simul quatuor elementa t ola terre nascēta. et breuiter omnia homini seruiūt ad salutē t bona nature et bona fortune propteres dicit phūs. ij. phisicoz q̄ homo est finis oim et Deutro. vi. Que creauit dñs deus in ministerij cunctis gentibus que sub celo sūt De hac gratia Dauid admiratur dicens. Dñe quid est homo q̄ memor es eius. Et sequit. Omia subiecisti sub pedibus eius. tc. Hanc gratiā inuacuū recipit qui nō ad salutem sed ad pernicie vtit creaturis et bonis nature et fortune/ vt qui in creaturis delectatur plusq̄ i creatore vt deliciosus vel qui creature plus seruit q̄ creatori vt auarus vel qui honorē deo debitū non creatori exhibet sed creaturis impedit. vt superbi. Jo. xij. Dilexerūt gloriā hominū magis q̄ gloriā dei. Sexta est gratia expectationis. homo enim peccās mortaliter statim est dignus mortis eterne. qr ptra eknū bonū peccauit t eterno bono se priuauit. sed deus ex magna gratia et misericordia non statim cōdēnat eū sed expectat eū vt penitentiam agat et eius misereat Isaie. xiij. Propterea expectat deus vt misereatur nostri. Et q̄ ista sit magna gratia considera illos qui statim post peccatum ad infernum descenderūt vt chore dathan t abiron qui viuētes absorpti ad inferos descēderūt vt patet Nume. xxvi. Ita quilibet peccatoz esset dign⁹ descen-

dere. Et attende quantū expectat multos sed audi Ysaiā. Expecta reexpecta manda remanda vt vadant ⁊ cadāt retrorsum et conterantur et illaqueent ⁊ capiantur quia longa expectatio est eis occasio pīa mala faciendi/ deus tamen facit quod in se est. Ecclesiastici. viii. Quia non profertur cito contra malos sententia filii hominum absq; vllo timore perpetrāt mala diuina mia abutētes. Hanc ergo gratiā inuacuū recipit qui factus cotinus semper dicit cras cras et nunq̄ redit ad archaz noe. In cuius figura dominus mandauit in lecticovt nunq̄ cotinus in sacrificio offerretur deo. ¶ Septima gratia est nuptialis vestitionis. deus autē gratis indult oēm christianum veste omnium virtutū et donorū spūssancti et facit eū dignum nuptijs eterni regis. quā veste quicunq; nō habuerit de nuptijs eternis expellerur. q; non est dignum vestitum sacco aulā regis intrare. Ista est maxima gratia. Null⁹ vnq̄ histrio ab aliquo domino talem vestē vel tale donū recepit. Et q; ista sit magna gratia patet q; christus istam vestē nō donat nisi christianis et sacre fonte regeneratis. Hanc ergo gratiā inuacuū recipit quicunq; hanc vestē per peccatū mortale proiicit ⁊ nudus remanet tanq̄ ribaldus inter lusores. Cōtra qđ dicit Apo. xvi. Beatus qui custodit vestimēta sua ne nudus ambulet. ¶ Octaua est gratia glorioſe resurrectionis propterea enim christus mortuus est et glorioſus resurrexit vt mortem nostrā destrueret moriendo/ et vitā repararet resurgendo. Hec fuit maxima gratia quia ex iusticia est q; moriamur et ex gratia q; resuscitamur et immortales sum⁹. Sed q; glorioſi resurgamus hoc est maxima gratia quā expectamus. Philip. iij. Saluatorem expectamus dñm nostrū Jesum christum qui reformauit corpus humilitatis nostre configuratum corpori claritatis sue. Hāc gratiam inuacuum recipit quicunq; i quadragesima non mortificat corpus per penitentiam vt in paschate glorioſus cum christo resurgat/ quia vt dicit Apostolus i. Corinth. xv. Sicut granum non surgit glorioſum cum foliis nisi prius moriatur in terra sic homo non surgit in gloria nisi in mundo prius mundo moriatur. Colloſ. iij. Mortui enim estis et vita vestra abscōdita est cum christo in deo. Romano. vi. Si enim mortui sumus cum christo credimus q; simul etiam viuemus cum eo. Deide cū dicit. Ecce nunc tempus acceptabile ostendit tempus adesse ad bonum faciendum quia nunc est tempus acceptabile in quo deus acceptat opera nostra. Et dies salutis in quo salus eterna cōfertur bene operantibus. B Ubi nota q; potest esse quadruplex comparatio istius nunc. Ditima est presentis seculi ad futurum q; presens seculum est aptum et acceptabile ad bene operandum et non futurum Ecclesiastici nono. Quodcunq; potest manus tua facere instanter operare: quia nec opus nec ratio nec sapientia nec scientia erunt apud inferos quo tu properas. Sed vt dicitur Prouerbioꝝ. xx. Propter frigus piger arare noluit/ mendicabit ergo in estate et non dabitur ei. Quia si peccator vellet dare totum mundum pro vna gutta aque in alia vita non haberet. Exemplum de diuite epulone Luce. xvi. Et si totū mūdus rogaret pro vno dānato non exaudiretur: quia in inferno nulla est redemptio vt dicitur Job. vii. Nunc ergo est dies salutis. ¶ Secundo potest esse comparatio presentis temporis ad tempus vete. te. in quo viuebant homines longissimo tempore. et multa patiebantur aduersa/ ⁊ tandē ad inferos descēdebant. quia nec scitas nec iusticia nec misericordia nec aliquid aliud valebat Job. xxvi. Ibi cōstituta est domus omni viuenti. Sed modo postmodum laborem et quasi pro nichilo datur vita eterna et multis datur gratis sine labore Eccle. ii. Modicum laborauī et inueni michi multam requiem. Statim modo quando moritur iustus vadit ad paradisū Luce. xxiij. Hodie mecum eris in paradiso. Hoc verbum non potuerunt audire omnes sancti et prophete ve. testa. nec etiam Johannes baptista et tamen vnus latro. testa. audire meruit. Nunc ergo est tempus acceptabile et dies salutis. ¶ Tercio potest esse cōparatio istius temporis quadragesime ad reliquū tēpus totius anni. quia hoc tempus precipue est dies salutis ab ecclesia institutus ad delendum peccata. ad expugnandū vicia/ ⁊ acquirendum gloriam. In nundinis vel foro inueniuntur omnia necessaria et tunc debent emi. quia melius forum habetur. Charissimi modo sunt nūdine bonorū animē mē ecclesie sunt aperte/ indulgentie dantur/ misse ⁊ oratiōes multiplicantur. ⁊ frequēter predicationi insistit cōfessores sedent peccata relaxare parati. Omnis ergo sum parata venite ad nuptias. Uere hoc ē tps acceptabile ⁊ dies salutis in q̄ oia renouā

tur ⁊ ad fructificandū se parāt/ preter miserū peccatorē. nam animalia ⁊ vinee ⁊ arbores incipiunt parere/ de quo dñs conqueritur per hieremiā. viii. c. di. Milius in celo cognouit tempus suū. turtur ⁊ ytū do. ⁊ ciconia custodierunt tempus aduentus sui/ populus aūt meus non cognouit iudicium dñi. ¶ Quarto potest esse/ comparatio ptis temporis ad futurū/ siue hodierne diei ad crastinū. Hodie ergo est dies salutis/ quia vt dicit Bernard⁹. Qui nobis p̄misit veniam de cōmissis/ diem crastinum non spopōdit. Et ideo stultum est in crastinū differre/ quia vt dicit Ouidius de remedio amoris. Qui non est hodie eras minus aptus erit. Et vt dicit Bern⁹. Nil certius morte/ et nichil icertius hora mortis. Multi intrant de sero/ lectulum et de mane inuenīūtur mortui. Job. xxi. Ducunt in bonis dies suos. ⁊ in puncto ad infer. descendūt. Exemplum de illo diuite. Luce. xij. qui dicebat. Anima mea habes multa bona repo. in an. plur. requi. come. bibe epu. Et sequitur. Stulte hac nocte repe. ani. tu. a te. que aūt pa. cui⁹. erūt. Propterea dicit Eccle. v. Non tardes conuerti ad dñm ⁊ ne differas de die in diem: subito enim veniet ira illius: et in tempore vindicte disperdet te. Sed multi faciunt sicut Salomon dicit Prouer. xxvi. Sicut ostium vertit̄ in cardine suo/ sic piger in lectulo suo. Ostium cuz rugitu vertit̄ in cardine: sed nunq̄ inde exit. sic peccator in cōcupiscentia sua clamans/ o plus/ o plus. sed non dimittit eam. ¶ Deinde cum dicit nemini dātes sup. sitis vllam offensionem/ dehortatur a malo: vt. i. a fratrū offendiculo caneam⁹. i. Corinth. x. Sine offensione estote iudeis et gentibus ⁊ ecclesie dei. Et assignat huius rationem dicēs Ut nō vituperet mi. no. s. per vos dum offenditis ⁊ nos non imitamini. ministeriū dicit officium. Ro. xi. Nomen dei per vos blasphemat inter gentes. p̄terea monet petrus. i. epistola. ii. c. Cōuersationem vestrā inter gētes habentes bonam vt in eo q̄ detractant de vobis tanq̄ de malefactoribus ex bonis operib⁹ vos cōsiderantes glorificent deum. Et sic patz primum. ¶ Scīō nos hortat̄ vt in bonis operib⁹ inchoatq̄ de bono ad melꝰ p̄cedam⁹. Et circa hoc duo facit. Primo hortat̄ ad p̄fectū virtutū in gñali. ad nullā virtutē descendendo. Secundo in speciali ad speciales descendendo. ibi. In multa patientia. Dicit ergo. Nō recipiam⁹ inuacuum gratiaz dei sed in omnibus bonis et virtutibus exhibeamus nos. scz ego et vos sicut dei ministros. i. counth iiij. Sic nos existimet homo vt ministros christi. ¶ Deinde cuz dicit in multa patientia descendit ad profectum specialem in virtute. Et tangit p̄fectū in. xvi. operibus virtutū siue in. xvi. virtutibus. ¶ Et primo in patiētia dicens. Exhibeamus nosmetipsos in omnibus sicut dei ministros in virtutibus. s. in multa patientia habita scz in tribulationibus: quia vt dicit in. ps. xxxiij. Multe tribula. iusto. Secundo exhibeam⁹ nosmetipsos sicut dei ministros in necessitatibus. vt scz in necessitatibus sanctorum et pauperum pro posse nostro subueniamus Ro. xii. Necessitatibus sanctoꝝ communicantes. scz nostra bona temporalia. Tercio i angustijs que sunt in subtractione eoꝝ que hō desiderat. vnde surgit in eo cura et timor Hebre. xi. Egentes angustiati afflicti. Sic enim angustiatos consolari debemus et eis compati et pro posse assistere qđ elemosina magna ē. Math. xv. Infirm⁹ fui et visitastis me. in. car. er. et ven. ad. m. Et. ij. co. x. Quis infir. ⁊ ego non infir. ⁊c. Uel nosipsos debemus exhibere patientes i angustijs si nobis ingruerunt. ¶ Quarto in plagis nobis ab alijs illatis in quibus sensus affligitur. qđ fit dum libenter eas tolleramus. i. co. xi. In plagis supra modum a iudeis quinquies quadragenas vna min⁹ accepi. ter virgis cesus sum. semel lapidatus sum. Quinto in carceribus in quibus libertas auferī et motus in quibus debemus proficere p̄ patientiam. Sexto in seditionibus glo. id est commotionibus populi contra nos maledicentis et blasphemantis vt si populus contra nos commoueatur. et nos in famat et blasphemat tanq̄ seductores p̄ficiamus per patientiam et non deficiam⁹ per impatientiā. Septimo in laboribus manuū voluntarie assumptis Act. xx. Ea que michi opus erant et hijs qui mecum sunt ministrauerūt manus iste. ſ. Thes. iij. In labore et fatigatione nocte et die laborantes. Et infra. Si quis nō vult operari non māducet. ps̄. Labores manuum tuarum māducabis. beas. es et bene tibi erit. ¶ Octauo in vigilijs in quibus debem⁹ orare et premeditatur quid sit agendum et qualiter Math. xxvi. Uigilate et orate ne intretis in tēptationē. Nono in ieiunijs volūtarijs ⁊ coactis vt dicit glosa vt carnē nostram domemus abstinentia esce et po

tus. inquantum valitudo permittit. vt dicit apostolus. Castigo corpus meum et in seruitutē redigo. Itē vsq; in hanc horam esurimus et sitimus et nudi sumus. i. Co. iiij. Decimo in castitate mētis et corporis Castitas enim corporis modicū quidē valet si ex affectu mentis non procedit. In cuius figura mandatum est leui. xij. q; in purificatione duo turtures offerētur. In quib⁹ duplex castitas designatur. Ju. xij. Sint lumbi ve. precin. hec est illa sanctimonia de qua dicit apostolus ad Hebre. xij. Pacem sequimini cū omnibus et sanctimonium sine qua nemo videbit deum. Quis nichil coinquinatū introibit in illā. Apo. xxi. ¶ Undecimo in scientia vt scias quo⁹ modo caute ambuletis non quasi insipientes. Non enim satis est ministris christi habere castitatem propter seipsos tantū. nisi habeant scripturaꝝ scientiā ad alios informandum Osee. iiij. Quia tu scientiā repulisti repellam et ego te ne sacerdotio fungaris michi. Et hiere. iij. Dabo vobis pastores iuxta cor meū. et pascēt vos scia et doctrina. ¶ Duodecimo in longanimitate operis vt non deficiamus sed diu et constanter expectemus. nō querentes hic remunerationē. Jaco. v. Exemplū accipite fratres exitus mali longanimitatis laboris et patientie prophetas qui locuti sunt in nomine domini. Tredecimo in suauitate sermonis vt sc̄z blādi et affabiles simꝰ Eccleſ. iiij. Congregationi pauperū affabilem te facito. In eodē. vi. Uerbum dulce multiplicat amicos et mitigat inimicos. Sed q; ē quedam carnalis suauitas et ypocritis simulata. ideo addit. spūsancto inſp. habita. vt sc̄z deū suaues et affabiles simus. non sicut illi qui per dulces sermones corda innocentium et simplicium seducunt. ¶ Quartodecimo in charitate non ficta. charitas non ficta sed vera appellatur. quando timore aduersitatis ab amico non retrahimur sed eum vt possumus adiuuamus. puer. xxvij. Omni tempore diligit qui amicus est. Item charitas non ficta est qñ sic est in corde et in opere sicut ostenditur in verbo. i. Jo. iij. Fratres non diligamus verbo neq; lingua. sed opere et veritate. Ficta ergo charitas est q̄ cor de non perseuerat et opere nō implet. sed solū p verba ostēdit. et non diligit pſonā sed bona ei⁹. Quintodecimo tāgit pfectū in verbo Fixatis ipsū audacter et deuote predicando. et ipsum semp̄ loquendo quā tumcūq; surgit tribulatio. Col. iij. Uerbū christi habitet in vobis. Uerbum veritatis est christus. Johan. xvij. Ego sum via veritas et vita. Non ergo fallitas nostro verbo commiscere debet. prouer. viij. Ueritatem meditabitur guttur meū. ¶ Sextodecimo in virtute dei: qō facimus quando in ipso cōfidimus et speramus. et non in aliquo alio. Hiere. xvij. Maledict⁹ vir qui cōfidit in homine et ponit carnem bra chium suum. Benedictus vir qui confidit in dño. ij. corin. i. Ut non simus confidentes in nobis: sed in deo. Et. ps. c. xlv. Nolite confidere in pncipib⁹: nec in filiis hominū. ꝛc. Et sic patet secūdum. ¶ Tercio nos apostolus hortatur vt bona opera inchoata in perseuerantiā consūmemus: cō summatio autem boni in duobus cōsistit sc̄z in expugnatione viciorum: et hoc facit in hac parte: et dilatatione virtutum: et hoc facit post hāc epistolam. In hac ergo parte ad expugnationem et victoriam vicior nos hortatur dicens. Exhibeamus nos sicut dei ministros in expugnatione viciorum pugnantes et defendentes nos per arma iusticie que sunt virtutes. i. Thes. v. Induti loricam fidei et charitatis. et galeam spem salutis. per que arma debem⁹ nos defendere per omnem modum: sc̄z a dextris et a sinistris. ps. nonagesimo. Cadent a latere tuo mille et decem mi. a dextris tuis. Item debemus nos defendere vt transeamus illesi per gloriaz humani fauoris vt vbi non extollamur: et per ignobilitatem id est per contemptum nostrum tanq̄ simus viles et ignobiles vt inde nō deiciamur et contristemur. Per hec duo trāsiuit ipse apostol⁹ vt patet actū. xiij. qñ putauerunt eū esse mercurij. et barnabaz tonem. et afferētes coronas voluerūt eis vt dijs sacrificare. et statim post tanq̄ vilissimos eos reputantes eiecerunt extra ciuitatem lapidantes. ¶ Item debemus transire illesi per infamiam: qua dicimur mali. et per bonam famā qua dicimur boni et iusti. vt sc̄z p humilitatē nō caremus si a quibusdam vituperemur: et a quibusdam laudemur. i. corin. iij. Michi autē p minimo est vt a vobis iudicier aut humano die. Sed contra hoc videt esse qđ dicitur Eccle. xxi. Curam habe de bono nomine. Et dicendum est q; curādum est de bona fama propter honorem dei: et sic loquitur auctoritas. et nō est curandū ꝓpter se. et sic loquit apostol⁹ hic. ¶ Itē vincamus

per arma iusticie et non curemus si reputemur vt seductores dummodo veraces sumus. Nam ipse xp̄s vt seductor est habitus Johā. vij. Alij dicebant qz bonus est. alij non sed seducit turbas. ¶ Itē nō curemus si simus habiti sicut qui ignoti sc̄z a deo. id est non approbati nec ab eo electi cū th oppositū sit verū qz cogniti sumus hoc est approbati. id est approbatorum opera facientes. i. thi. ij. Nouit dñs que sunt eius. Itē non curemus si habiti simus tanq̄ morientes. glo. de vicio in vicium ruentes vt peccatores: qz ecce viuimus. id est in aperto per opera bona ostēdimus q; viuim⁹ deo. Potest etiam intelligi de morte corporali: quia propter miserias quas quotidie patiebantur reputabantur quasi mortui et tamē veraciter viuebant. ¶ Itē vincemus per arma iusticie vt si etiā affligamur in corpore simus vt castigati. id est ad nostram correctionē reciamus afflictionem. scientes illud ad hebre. xij. Quē enim diligit dñs castigat. flagellat autem omnem filiū quē recipit. Et non simus mortificati. id est non propter hoc nos reputemus morti traditos. ps. cxvij. Castigans castigauit me dñs et morti non tradidit me. Et si habiti simus quasi tristes. in anima simus tamen gaudentes Jaco. i. Omne gaudiū id est perfectum et integrum existimate fratres cum in temp. va. in si. ¶ Item si habiti simus sicut egentes omni spūali bono vel temporalibus diuitijs non curemus: qz sumus multum locupletantes spūalibus et veris diuitijs. et habundamus non solū quantū ad nos sed etiam quantum ad alios. puer. Est diues cū nichil habeat. et est pauper cum in multis diuitijs sit constitutus i. corin. i. In omnibus diuites facti estis in illo. Item si habiti sumus a multis tanq̄ nichil boni habētes nec diuini nec terreni non curemus. quia veraciter nos sumus omnia possidētes sc̄z per contemptū et abiectionem in quo omnia possidentur Deu. x. Omnis lo. quem cal. p. ve. ve. e. i. Col. iij. Omnia vestra sunt sive paulus. sive appollo. sive cephas. sive mundus. sive vita. sive mors et sic patet de epistola.

¶ Dñica scōa de euāgelio. Sermo. xxxv.

EGressus iesus secessit in partes tyri et sydonis. ꝛc. Mat. xv. Sicut dicitur. i. Jo. iij. In hoc apparuit filius dei vt dissoluat opera diaboli. Ante liquidem christi aduentū diabol⁹ possidebat homines mundanos in anima et in corpore. et ideo tunc tē potis multi demoniaci fuisse leguntur. ꝓpterea diabolus a dño princeps huius mundi appellatus est. Jo. xij. Nunc princeps huius mundi ejicietur foras. Quotidie enim iesus demonia expellebat. vt patet euangelia intuenti. Et ideo modo demoniaci nisi ficticij. non apparent. Et hoc in tribus primis dominicis diebus quadragesime euidenter apparet. in quibus omnibus de demonum expulsione narratur: de hac enim materia presens euangelium recitat. In quo quidē ſer per ordinē continentur. Primum est filij dei misericordia copiosa. in principio euangelij. Secundum est chananee oratio virtuosa ibi. Ecce mulier chananea a finib⁹ illis egressa cla. di. ei. mi. m. do. fi. da. Tercium est xp̄i resistētia siue duricies misteriosa. i. misterio plena ibi. Qui non respondit ei verbū Quartum est collegij apostolor̄ intercessio affectuosa ibi. Et accedēs discipuli ei⁹ rogauerunt eum dicentes. dimitte eam. Quintū est ad discipulos et ad chananeā christi responsio seriosa ibi. Ipse autē respondēs ait. Non sum missus nisi ad oues que perierūt domus israel. Et iterum ibi. Non est bonum sumere panem filiorum et mittere. Sextum a christo chananee commendatio et exauditio gratiosa ibi. O mulier magna ē fides tua. ¶ Primo ergo ponitur filij dei misericordia copiosa: qz videns miserias nostras quibus plusq̄ in luto et latere omni famulatu sub durissimo pharaonis imperio premebamur. exiuit a patre et venit in mundū et egressus de paradiso loco deliciaꝝ et bestiaꝝ venit ad angustias nostras vt ipsas in carne nostra assumpta nobiscuz experiretur et ab ipsis nos finaliter liberaret Gal. iiij. At vbi venit plenitudo tempo. mi. de. fi. suum fac. ex mu. fac. sub le. vt eos q̄ sub le. erāt redimeret et. Math. viij. Misereor super turbas qz ecce iaz triduo sustinēt me. Hoc triduum est tempus nature. tempus scripture scilicet legis. et tempus gratie. In quo triduo deus miserius est turbe vniuerse terre. Exo. iij. Uidi afflictionem populi mei qui est in egypto. et descendi vt liberem eū. Et hoc ē qđ hic dicitur. Egressus iesus secessit in par. ty. et sydo. Tyr⁹ interpretatur tribulcio ꝛ angustia. sydō interpretatur venatio angustie. Uenit ergo filius dei ad venādū et capiendū angustias nostras vt erueret nos ab eis. Et hoc dē

intelligi p hoc q mulier chananea id est natura humana. per peccatū rabiem non solum canina: sed rabida effecta est: quia sicut canis rabidus omnes inficit. sic ipsa omnes inficiebat propter quod omnes nascuntur filii ire. vt ait tob. Dum christus in gressus est partes tyri et sydonis. ipsa a tyro et sydone exiuit: quia dum christus miseras nostras intrauit natura humana remedia salutis inuenit quia christus appropinquans homini sauciato qui incidit in latrones allegauit vulnera eius infundens oleum et vinum. Lu.x. id est sacramenta ecclesie que languentis anime et iam existentis in morte sunt efficacissime medicine psal. centesimus sextus. Misit verbū suum et sanauit eos. et eripuit eos de interitionibus eoꝝ. ¶ Uel aliter. Egressus est iesus id est salus de terra et populo iudeorum. Et fuit hoc ex maxima iusticia. Ipsi enim fuerunt rebelles lumini qui dixerunt deo recede a nobis scientiã viarū tuarū nolumꝰ Job. xxi. Lu. xix. Nolumus hunc regnare super nos. Item non habemus regem nisi cesarem. Jo. xix Et ideo Jesus. i. salꝰ secessit ad ciuitates et ad populos gentilium. Nam tyrus et sydon ciuitates gentilium erant Act. xiij. Nobis oportebat primum loqui verbum dei sed quoniã repellitis illud. ecce cõuertimur ad gentes. Et fuit maxime mie dei vt ad illos vt pote gentiles gram salutis effunderet qui ipsum quotidie impugnabant et ipsum negabant et honorem suum quotidie ydolis exhibebant. Ti. iii. Non ex operibus iusticie que fe. nos sed se. suã mi. saluos fecit. In immensum ergo tenemur deo pro maxima misericordia nobis facta que in christi incarnatione et morte nobis apparuit: sꝫ christiani magis et super omnes obligantur: quia Jesus id ẽ salus a iudeis egressa super christianos plenarie requieuit Ro. xv. Gentes aũt super misericordia sꝫ sibi facta honorare dñt deum. Et sic patet primū. ¶ Secũdo ponitur chananee oratio virtuosa: qr ecce mulier chananea. ꝛc. Attende q ecce in scriptura sacra nota est admirationis. Valde quippe mirabile in ista muliere apparuit quia vt dicit Crisostomus. Mira res mulier caput peccati. arma dyaboli. expulsio paradisi. corruptio legis antique. venit ad dñm Jesum. mulier naturaliter timida non timet adire et ei loc cui⁹ aspectū cherubin et seraphin in celestibus. tremunt. O admiranda res sursum trepor. deorsū fiducia. Propterea inquit venit. ppterea carnẽ assumpsit. vt et ego audeã ei loqui. mulier naturaliter modici sensꝰ ita sapiẽter allegauit. ¶ Ubi nota q prout ex hoc euãgelio colligi pōt chananea in sua oratione oñdit ẏ tuosa fuisse quãtū ad deũ. ¶ Prio oñdit plena fuisse sapiẽtia. qõ apparet in duobus. Primo in eo q a societate peccatoꝝ recessit. quia a finibus illis egressa est in quibꝰ sez pctōres habitabãt a qbus recedere magna sapientia est Job xxviij. Timere deũ ipsum est sapientia. et recedere a malo intelligentia. sicut enim scabies sic et praui mores pctōres inficiũt pō. Cum elec. electus eris et cũ peruerso peruerteris. Et ysaie. lij. Exite de medio eius populi meꝰ. et ne participes sitis coinquinationis. Perditur etiam fama in cõtubernio pctōꝝ que res valde cara est. p. xvij. Melius est nomen bonũ qꝫ diuitie multe. Mala ergo societas trahit homine ad malum. et bona ad bonũ. i. corin. vij. Sanctificatus est vir infidelis per mulierem fidelem. et sanctificata est mulier infidelis per virum fidelem. Et attende q dicit a finibus illis egressa. Non enim homo debet solum exire a peccatoribus et peccatis: sed a finibus id est a circunstantiis peccatorum: qr non solũ hõ debet vitare fornicationem et mulierẽ fornicariã sed omnes fines et circunstantias. et inductiua ad fornicationẽ. vt delicate comedere et bene bibere. et otiari et bene indui et ad spectacula et choreas ire. et mulieres videre et cum eis colloqui et manere. Et similiter est in oibus peccatis aliis faciendum. ¶ Secũdo eius sapientia apparet in eo q sapienter allegauit: quia ex parte sui allegauit miseriã. vnde ait. Miserere mei: quia fili⁹ mea inuocat misericordiam tuam. Psalmista. Abissus abissum inuocat. id ẽ abissus miserie mee inuocat abissum misericordie tue. Ex parte filie allegauit vexationem pessimam: quia male a demonio vexabatur. Ex parte christi allegat potentiam quia domine et clementiã: qr fili⁹ dauid. quasi dicat. Tibi subest cum volueris quia dñs vniuersoꝝ es tu. sed potentia est frustra que per opus non manifestat. sicut potentia visiua in oculo nisi videat. et potentia gressiua in pedibꝰ nisi ambulet. Eccle. xx. Sapientia abscondita et thesaurꝰ inui. q̃ vtilitas in vtrisq; Ergo manifestet potẽtia tua in expellẽdo demoniũ a filia mea. sicut expulisti euz de celo ita expellas eum de mundo: non permittas eum vexare filiam meã creaturam tuã et hoc profecto facere debes. qr ex origine carnis quã assũpsisti tibi misericordia est innata quia scũm carnẽ assumptam filius es dauid. qui fuit clementissimus et misericordissimus. i. Corinthi. ij. Dauid in sua misericordia consecutus es sedem regni in seculo. Operare ergo scũm naturam tuam cuius proprium est misereri. Ingrediatur misericordia tua expellat miseriã meã vt liberetur filia mea. quia ipsa patiente ego patior. ¶ Ubi nota q matres plus diligunt filios qꝫ patres triplici ratione. Primo quia magis sunt certe q sũt filij sui. Secundo quia magis laborant in eorum generatione et nutritione. Tercio quia statim natos secum tenent et nutriũt Sicut et consanguineos cum quibus conuersati sumus magis diligimus quia amicicie sociali coniungitur amicicia naturalis. Et hoc totũ redit ad hoc q mater plus ponit ibi de suo qꝫ pater. Sed plus de eo quod pertinet ad substantiam filij ponit a patre: quia pater dat formam et mater dat materiã et ideo filius naturaliter plꝰ diligit patrem et consanguineos ex parte patris qꝫ matrem et consanguineos eius. ¶ Secundo ostenditur chananea fuisse fide illuminata. Ubi nota q fides chananee fuit vera viua et approbata. Vera fuit quia christi diuinitatem et humanitatem plenarie est confessa in quibus tota fides consistit. Dum enim dixit dñe cõfessa est deitatem: dum vero subdit fili dauid cõfessa est humanitatem. Viua fuit: quia ipsam p bona opera manifestauit: quia vt dicitur Jacobi. ij. Fides sine operibꝰ mortua est. Approbata fuit: quia in opprobriis et aduersis semper firma steterit et ideo pro filia miraculum impetrauit: quia fideles attribuuntur miracula Mathei. xvij. Si habueritis fidem sicut granum sinapis et dicetis huic monti transi. hinc et transibit: et nichil impossibile erit vobis. Quidam habent fidem sicut est flos qui statim ad tactum eius nescit. ¶ Tercio ostenditur spe subniti: quia non confugit ad falsa presidia. sed in christo vero medico posuit spẽ suã. Nam vt dicit origenes. Non iuit ad magos non adduxit ad diuinos: non iuit ad mulieres imposatrices: non quesiuit ligaturas sed omnes reliquit diabolus cultus. et venit ad dominum iesum omnium salutarẽ sicut filia dei benedicta ysaie. xvij Maledictus vir qui confidit in homine et ponit carnem brachiũ suũ. Benedictus vir qui confidit in dño: et erit dñs fiducia eius. Quia saul consuluit. phitonissam interfectus est in bello et audiuit mortem suam et filiorum suorum. i. Re. viii. Hic caditur exemplũ qõ. beatus gre. in dyalogo recitat de illa domina que iuit ad dedicationem ecclesie sancti sebastiani. et retigit reliquias eius cuz nocte fuisset polluta a viro suo: que dum reliquias tangeret inuasa est a dyabolo: quam parentes eius duxerunt ad flumen vt fm consilium diuinorum in aqua aliquotiens lauaretur: et dñs hoc agerent intrauit in eam demonum legio. ¶ Quarto fuit pietate et compassione diffusa: quia filie demoniace mirabiliter compassa est: et eius miseriam propriã reputauit. Ubi nota q omnis peccator in mortali existens peccato habet demoniũ in mente et in ventre. Sed in hoc est differentia: quia aliquando verat hominem solum in anima: aliquãdo in anima et in corpore sicut in deo et permittitur: libenter enim strangularet eam dyabolus si deus vellet. Sic ista erat in anima et in corpore verata. Sed attende quod dicit Augusti. Pietas inquit mũdi est solum circa corpꝰ et de anima nichil curat: moritur enim homo fm corpus et amici conueniunt et plorant: et non recedũt a corpore donec illud tradant honorifice sepulture: moritur in anima et nullus plorat: nullus dolet. vnde Bern. Cadit asinus et habet subleuantem se. cadit homo in peccatum et non est qui subleuet. venit lupus et asportat ouem et omnes clamant et omnes succurrunt. portat lupus infernalis animam hominis ad infernuz et nullus reclamat. Sed ista sua solicitudine et oratione salutem anime et corporis filie sue procurauit. Sic fuit solicita mater sancti Augustini: et ipsum reuocauit ad vitam. Sic deberent esse solliciti parentes ad filios ipsos reuocare ad vitam. Prouerbio. vi. Festina discurrens sicita amicum tuum. Sed hodie fit oppositum: quia parentes filios trãsmittunt ad mortem propter quod christus ait. Inimici hominis domestici eiꝰ. Mat. x. ¶ Quinto fuit humilitate abiecta: cuius humilitas in quattuor apparet: quia non canem qui aliquid valet: sed catellum se dixit et indignam pane se professa est: quia non panem: sed micas cadentes petuit. et filios dei suos dominos nominauit. Et quia se sic humiliauit. ideo exaudita fuit. Jacobi. iij. Deus superbis resistit humilia-

bus autẽ ad gratiam. ps.c.i. Respexit in ora.hu.et non spre.pre.eox. Ideo fuit publicanus exauditus et pharisẽus dãnat' quia ille humiliter ⁊ ille superbe orauit. Similiter filius prodigus postẽ se humiliauit et dixit se nõ esse dignũ filium sed mercenarium nominari. statim a patre ad filioꝝ gratiã est receptus. ⁊ iussit honorifice cum cõuiuiũ preparari. vt ptz Luce.xv. et Beñ.xviij. Loquar ad dñm meũ cum sim cinis et puluis/id est cum me cinerem et puluerẽ recognosco tunc in oratione ad deũ loquar aliter enim orare nichil valet ⁊c. Sexto fuit patiẽtia roborata. ¶ Quattuor enim magnas contumelias a christo patienter sustinuit. quas christus ei intulit vt eius patiẽtiã declararet. Prima fuit in hoc q̃ christus nichil ei respondit ac si excõmunicata fuisset. Secunda q̃ dixit eã non esse ex ouibus dei/et per consequens ex ouibus diaboli. Luce.xi. Qui non est mecum aduersus me est: et qui non colligit mecum dispergit. Tercia q̃ canẽ eam appellauit. Quarta quia dixit eã non esse dignam pane vesci. Certe pauci inueniuntur quibus si quis tanq̃ excõmunicatis loqui recusaret insuper ones diaboli eos appellaret ac etiam canes vocaret: necnõ indignos pane vesci assereret. quin magna impatientia moueren̄. Sed ista parata semper et non turbata patienter hec omnia toleraut. Et q̃ patientia opus perfectum habet vt dicitur Jaco.v. Ideo perfecte obtinet quod petiuit Mat.xviij. Patientiam habe in me et omnia reddam tibi. ¶ Septimo fuit perseuerantia coronata. quia perseuerauit pulsans donec obtinuit quod petiuit Luce.xi. Si perseuerauerit pulsans dabit et quotquot habet necessarios. Quia dicit berñ. q̃ inter virtutes sola perseuerãtia singularis filia est regis summi: et ideo ipsa sola coronari meretur Mat.x. Qui perseuauerit vsq̃ in finem hic saluabit. In cuius figura mandatum est in lege. Leuitici. ij. q̃ semper cauda animalis debet in sacrificiũ offerri. Unde apostolus. i. Chorin. ix. Multi quidẽ currunt sed vnus accipit. ille scilicet qui fortius et perseueranter currit. Alij autẽ aristam ceparũ capiunt. Octauo fuit reuerentia venustata quia adorabat eum et ideo gratiam meruit obtinere. Ecclesia. xxxij. Pro reuerentia accedet tibi bona gratia. Multi stant erecti in ecclesia et dedignãtur se inclinare in terram. et maiorem reuerentiam exhibent hominibus q̃ deo. et ideo nichil obtinent. Non sic fecerunt magi/sed procidentes adorauerunt. Math.ij. Et nota hic de trib' quinquagenarijs. quoꝝ duo ab igne consumpti sunt qui irreuerenter locuti sunt helye/tercius vero euasit/quia reuerenter et humiliter est locutus. Histo.habet.iij.Re.i. Unde nõ solum deo/sed etiam seruis dei est magna reuerentia exhibẽda/vt gregorius dicit: vt ptz de alexandro/qui totum mundũ vilipendebat. ⁊ reges ⁊ principes suppeditabat ⁊ tamen veniens hierusalẽ summũ sacerdotẽ veneratus est vt dicit magister in hystorijs. ¶ Jtem fuit discretiõe precipua: quia decentia et bona petiuit scilicet vt sibi misereretur et filie vtriq̃ salutis gratiã impendendo: multi indecenter et male petũt ⁊ ideo non accipiunt. Jaco. iiij. Petitis et non accipitis eo q̃ male petatis. Multi petunt solum mũdana bona que si petant ad sustentationem vite peti debent. math.vi. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Prouer.xxx. Mendicitatem et diuitias ne dederis mihi. sed tantũ victum tribue. Unde hec chananea petiuit solum micas. Et ideo augustinus dicit. Si reprobis a deo queritis/cum modo queritis vt scz si prosint deo/si obsint nõ deo. Et illi cõmittite: quia ⁊ quid prosit et quid obsit nõ nouit egrotus/sed medicus. Multi q̃ petius est petunt mala scilicet vt pote vindictas inimicoꝝ et mortem/qui non exaudiuntur: quia nescit insticia dei patrocinari criminibus: vt dicit crisostomus. Exemplo de salomone qui a deo fuit exauditus: quia non petiuit tẽporalia: neq̃ vindictã siue stragem inimicoꝝ: sed ad regẽdũ populũ dei sapiẽtiã postulauit: vt patet. iij. Re. iij. sic et iste quia decentia petiit exaudita fuit. ¶ Decimo fuit feliciter trãsmutata: quia de cane facta est ouis christi. ⁊ ideo panes filioꝝ habuit: q̃ prius nõ merebat micas. Et hoc innuit math. dum dicit chananeã eam fuisse q̃ interpretatur cõmutata et marcus dicit eam syrophenissam genere. q̃ interpretatur alte conuersa. Ueraciter est fuit cõmutata ⁊ alte cõuersa. dũ de canibus ad filioꝝ gratiam est translata. ps. lxxvij. Hec mutatio dextre excelsi. Ecõtrario autẽ peccatores infeliciter trãsmutantur: quia de gratia filioꝝ ad seruitutẽ vq̃ aboli redigũtur ⁊ de hominib' in bestias trãsmutant. ps.xlviij. Homo cũ honore esset nõ intellexit compara. est iumentis insipientibus ⁊ similis factus est illis. Et sic patz scõm. ¶ Tercio ponit xp̃i resistẽtia siue duricies misterio plena.

quia non respondit ei verbũ Berñ. Quid est hoc dñe ielu christe q̃ non respondes ei. Certe hoc nõ careꝫ misterio vel figura. Tu enim venisti de celo in terrã et in partes tyri et sydonis secessisti. i. angustias et tristicias humane nature assũpsisti. sic enim tyrus et sydon interpretatur vt omnium misereris. Tu liberasti adulteram fortiter accusatã Jo.viij. Et magdalenã excussisti te ab ea septẽ demonia expulisti Luce.viij. Tu sanasti languidũ non petẽtem. qui.xxxviij. annos in infirmitate habebat ⁊ preuenisti eũ di. Uis sanus fieri Jo.v. Tu conuertisti paulũ te persequentem. Actuum.ix. Tu illuminasti longinũ cor tu um lancea perforantem vt dr in hystorijs Tu mandasti discipulis tuis dicens. Euntes discite quid est misericordiam volo et non sacrificium. Math.ix. Tu constituisti matrẽ tuã reginã misericordie. vt de misericordia sua recipiant vniuersi. vt dicit Berñ. Et quid plura. Tua mia plenũ est celũ et terra. ¶ Cur ergo non loqueris chananee nec eam exaudis tam sapiẽter fideliter pie et deuote pro mia supplicantem. Dicendũ est ergo q̃ propter quatuor fecit. ¶ Primo propter commendationeꝫ doni. Quia sicut dicit Augustinus si aliquando non statim dat deus quod petitur. bona pmendat non negat: quia dona que cito dantur viliescunt. dilata vero et diu desiderata dulcius obtinentur. Ubi in iure canonico prohibetur ne sponse statim potestati mancipẽtur virorum ne maritus vilẽ habeat datã quã nõ suspirauit dilatam. ¶ Secũdo propter ascensionẽ alFecit eñ de' sicut faber qui supra carbones ardẽtes aquã proiicit vt magis ⁊ fortius igniant. Sic dñs non statim exaudire eam curauit vt in dilatione eã fortius exardesceret et inflammaret. Quia vt dicit Gregor' Desideria dilata crescunt si sũt dilatione deficiunt desideria vera nõ fuerunt. ¶ Tercio propter manifestationem boni. vt scz eius virtus et bonitas manifestaretur. que hodie in vniuerso mundo narratur. Math.xxvi. Amen dico vobis vbicunq̃ predicatũ fuerit euãgelium hoc in vniuerso mundo dicetur et q̃ hec fecit in memoriam eius. Si enim dominus statim exaudisset eam. tot eius virtutes hodie non claresceret in mũdo. propter q̃ dictum est abrahe vt filium immolaret vt eius timor et obedientia nota fierent Genesis. viceſimo secundo. Nunc cognoui q̃ timeas dominum tã ẽ cognoscere feci. Unde Crisost. propterea xp̃s sic exasperauit eã ⁊ distulit eã exaudire: quia sciebat eã sic respõdere ⁊ sic perseuerare et pauẽ fore. ¶ Quarto propter exhibitionem exẽpli: vt scz nos exẽplo hui' facti in precum instantia persistamus ⁊ perseuerantes aures diuine misericordie ppulsem'. et credam' firmiter q̃ si de' nõ statim exaudit ꝓpter melius facit qõ ipse bene cognoscit: cuius penitus ignorem'. Et sic patet tercũ. ¶ Quarto ponitur collegũ apostoloꝝ deprecatio affectuosa: quia accesserũt discipuli ei' dicẽtes. Dimitte eã scz exaudiẽdo: q̃ clamat post nos. i. clamorib' nos infestat. qõ valde effugitare debemus vt sancti apostoli pro nobis ad dominũ intercedant: quia eis christus iurauit di. Amen amen di.vo. si quid pe.pa. in no.me.da.vo. Jo.xvi. Circa qõ sciendum q̃ cuius deus omnia pdestinauit ab eterno. nec pcib' ab eo quod disposuit possit aliquatenꝰ remoueri. iuxta illud malach. iij. Ego dñs et non mutor. tñ disposuit et ordinauit vt sancti p se ⁊ pro aliis pcib' obtineant quod deus ante secula disposuit eis dare: vt dicit gregorius ⁊ hoc apte in dyalogo ꝓbat: ⁊ ponit exemplũ de Jsaac de quo de' dixit abrahe: vt dicit Apostol' ad Ro.ix. et habet Beñ.xxi.c. In Jsaac vocabitur tibi semen ⁊ tñ scriptũ est geñ. xxv. Deprecat' est Jsaac dñm ꝓ Rebecca vrore sua eo q̃ sterilis esset: ⁊ exaudiuit eũ ⁊ dedit conceptũ rebecce. Si ergo de' disposuerat multiplicare semen abrahe p Jsaac cur accepit vroꝛẽ sterilẽ. ⁊ si deus disposuerat q̃ esset sterilis cur deprecat' est pro ea vt cõciperet. certe quia ita ordinatum est vt illud quod deus ante secula electis suis disposuit dare precibus sanctoꝝ obtineat. propterea dicit Job.v. Uoca si est qui te exaudiat. ⁊ ad aliquẽ sanctorum cõuertere. Rogare ergo debemus apostolos ⁊ alios sanctos in omni necessitate nostra quia ipsi sunt aduocati nostri ⁊ mediũ inter nos et deum per quos deus ordinauit omnia nobis largiri. Lu.xxij. Ego dispono vobis sicut dis.mi.pa.meus regnũ. i. sicut deus pater dedit michi regnum et omnia in manus ita et ego concedo vobis ¶ Deinde cum dicit. Nõ sum missus nisi ad ones ⁊c. ponit ad discipulos et ad chananeã christi respõsio seriosa. Et ꝓ xp̃o ad discipulos dicẽtes. Dimitte eã. respõdit dicẽs. Nõ sum missus scz a deo pr̃e ni. ad ones que perierũt do. israel. Ubi nota q̃ dominus promisit ⁊ iurauit Abrahe q̃

de semine eius filius dei carnem assumpturus erat Lu.i. Jusiurandum quod iurauit ad Abrahã patrẽ no. datu. se nobis Unde filijs israel fuit promissus ⁊ de pro gente eoꝝ natus et principaliter ad eos saluandos venit qui perierãt et quotidie peribant: quia et antecessores eoꝝ et ipsi quotidie ad infernũ descendebant: sed secundario venit ad omnes gentes saluandas Esa.xxvi. In semine tuo bñdicentur oẽs gentes. Et hoc est quod dicit. Non sum missꝰ a deo principaliter nisi ad oues que perierunt et pereunt omni die de domo et progenie israel: sed ex consequenti et secundario ad oẽs gẽtes saluãdas sum missus. i. Thi.ii. Qui vult omnes homines saluos fieri. ¶ Nota q̃ per oues nõ dñt intelligi angeli mali vt heretici dicũt. quia nõ sunt oues ſꝫ lupi rapaces. quos christus venit dispergere ⁊ non colligere. matth.i. Quid nobis et tibi Jesu nazarene venisti ante tẽpus perdere nos. Secundo xp̃s respondit chananee. Nam ipsa perseverans in petitione venit et adorauit eum dicens. Dñe adiuua me. Cui christus respondit dicẽs. Non est bonum sumere panem filioꝝ et mittere canibus. i. virtutes et grane et bona spũalia sunt iustorum et debent dari iustis cũ ipsi sint filij dei et p consequens heredes olim bonoꝝ: et non debent dari peccatoribꝰ cũ ipsi non sint filij dei sed canes filios mordẽtes et lacerãtes: quia si filios dei defenderent et dentibus suis non lacerarent decens esset q̃ ipsi de pane comederent. ¶ Et attende q̃ cum ipsa a longe clamaret christus nõ respõdit ei verbum. sed dum appropinquauit et adorauit rñdit ei xp̃s: q̃ dum petit a longe clamat petens miam et nõ appropinquat per verã confessionem et satisfactionẽ deus ei verbũ salutis nõ respõdet sed dum per verã contritionẽ confessionẽ et satisfactionem appropinquat. tunc dat verbum salutis et pacis respondet ei. Dicit ergo. Non est bonum sumere panem filioꝝ ⁊ mittere canibus. Ubi manifeste apparet q̃ canes hic peccatores signãt. qui vere sunt canes. et longe peiores q̃ canes. Quia canis solum habꝫ miseriam ad malum pene. peccator autem habet miseriam culpe et pene. Canis solum est obnoxius morti temporali seu corporali. ſꝫ peccator morte corporali ⁊ eterna pariter obligatur. Magna est ergo vilitas et miseria peccatoris qui de filio dei fit canis. et in morte tãq̃ canis ad foueas inferni sepeliendus proiicitur in tormentis Luce.vi. Mortuus est diues ⁊ sepultꝰ est in inferno.

℣ Comparatur autẽ petr̃o cani propter quatuor. Primo propter impudẽtiã quia canis cotã quocunq̃ facit impudentiã suã: sic petr̃o cotã deo ⁊ tota curia celi nõ erubescit peccare. Hiere.iii. Frons meretricis facta est tibi noluisti erubescere. Sed certe erubescere deberet vt ꝓbe ageret. Boeci⁹. Magna vobis si dissimulare non vultis est iudicta necessitas ꝓbitatis cum ante oculos agitis iudicis cuncta cernentis. ¶ Secundo propter insaturabilitatem: insaturabilis est enim animus peccatoris ⁊ omniũ bonoꝝ patitur famez licut canis. Unde filius ꝓdigus qui gerit peccatoris figurã dicit Lu.xv. Quanti mercenarij in domo patris mei a.pa. ego aũt hic fame pereo. Qui siliquis por. ven. su. imple. cu. Eo enim ipso q̃ peccatores deũ non habent qui est bonum perfectum satians hominis appetitum nichil habent. et per cõsequens non satiantur: sicut ergo auris nõ impletur auditu nec oculus visu sic nec auarus pecunia: nec superbus honorib⁹. ps. Famem patienꝫ vt canes Psalvi. Canes impudẽtissime nescierũt saturitatẽ. ¶ Tercio ꝓpter immũdiciã: quia canis qõ euomit resumit. Prouerb. xxvi. Sicut canis q̃ reuertitur ad vomitũ suum sic imprudẽs qui reuertit ad stulticiã suã Et sicut canis trahit os suum per immundicias ⁊ per terrã sic peccator tota die immundicias peccatorũ vertit in ore suo: et marime os detractoris feces aliorum lingua ruminat tota die. similis scabro q̃ stercus colligit ⁊ reuoluit. ps. Lingua eorum transiuit in terra. ¶ Quarto ꝓpter noxietatem: quia canis dentibus mordendo nocet ⁊ lacerat quoscũq̃ potest et aliquando fundit venenum vt canis rabidus. sic peccator in lingua ⁊ manu ⁊ reruꝫ ablatione proximum lacerat et cõsumit. ps. Lingua eorum gla. acu. Et iterũ. Sicut nouacula acuta fe. do. Prouer. i. Insidiemur sanguini. abscondamus tendiculas contra insontem frustra deglutiamus eum sicut infernus viuentem. Isti ergo canes nõ sunt digni comedere panem filiorum dei qui est virtus passionis christi gratia dei dona ⁊ virtutes et quecũq̃ bona spũs. Mat.vii. Nolite sanctum dare canib⁹ neq̃ margaritas spargere inter porcos: sed deus ne fame pereant dum viuunt de mensa eruberanti filiorum proiicit buccellas eis et micas. quia bona temporalia minus sunt q̃ micis

et respectu bonorum spiritualiũ. Ne etiã mice multis spinis ⁊ ossibus sunt respersi quia vt dicit Boeci⁹. q̃ multis amaritudinib⁹ felicitas humana respersa est. Et sic patet q̃ omnia bona sunt filiorum dei: qui ipsi sunt heredes dei. peccatores aũt bona furantur ⁊ male vtũtur ⁊ ipsa tanq̃ fures et proditores possident et ideo in malum suũ tenent Eccli. v. Vidi aliud malum sub sole: dimitte congregare in malum dñi sui. ℣ Possunt etiã per canes intelligi sancti ꝑdicatores propter quatuor bonas ꝓprietates canis: quia est valde fidelis dño/ dẽtibus lacerat lupos/ lingua sanat vulnera ⁊ latratu fugat latrones. Sic et sancti predicatores fideles sunt deo/ ipsum non deserentes ⁊ eius fidem defendentes/ parati pro eo mori. lacerant dentibus reprehensionum vicia et peccata sanant lingua. i. consilio ⁊ monitionib⁹ suis vulnera peccatoruꝫ/ et demones et hereticos latratu sue predicationis fugant. ps. Lingua canũ tuoruꝫ ex inimicis ab ipso. ¶ Isti etiã canes colligunt micas de mẽsa filioꝝ dei qui sunt in vita eternal quia omnia quecunq̃ bona iusti in hac vita habent sunt minus q̃ mice respectu bonoꝝ eterne vite. Et cum istis rogat chananea colligere micas cadẽtes. quibus christus ait. Jo. vi. Colligite que superauerunt fragmenta ne pereant. Et sic patz quartum et quintũ. ¶ Sexto ponit chananee a christo cõmẽdatio et exauditio gratiosa: quia ait chananee. O mulier magna est fides tua: magna. i. alta: quia vsq̃ ad celum duz me verũ deum adorasti. Fides peccatoriũ clauditur infra tectũ domus duꝫ solũ mũdana querũt Sap. ii. Dic est pars nostra/ nec est agnitus reuersus ab inferis. ⁊ post hoc erimus si non fuerimꝰ. Magna id est ample: quia per totum mũdũ narrabitur fides tua. Mat. xxvi. Ubicũq̃ fuerit predicatum euãgeliuz hoc ꝛc. vt supra. Magna i. profunda ⁊ radicata/ qz nec contumelijs nec verecundia de corde tuo potuit extirpari. Fides petr̃orum valde faciliter extirpatur/ quia radicem nõ habẽt/ quia ad tẽpus credũt ⁊ in tẽpore tribulationis recedũt. Luce. viii. Dicit insup fides. Magna i. longa quia vsq̃ ad finez perfecte es credita. Et quia fidei debent miracula ea q̃ fides eleuat hominem supra esse nature: quia fides credit qõ natura non potest ideo datur ei operari supra posse nature. et ideo fiet tibi miraculũ plenũ sicut petisti ⁊ plusq̃ petisti: qz nõ solũ vt filia tua sanetur. sed et tu ⁊ ipsa in anima et in corpore sitis salue. Et quia verbum christi erat virtutis effectiuũ ideo sanata est filia eiꝰ ex illa hora. Et sic patet q̃ parentes possunt filijs sanitatem corporis et salutem anime impetrare. ⁊ similiter alij homines adinuicem possunt apud deũ vnus alteri gratiaz obtinere. Et sic patet ſertũ. ¶ Si vis moraliter loqui per filiã demoniacam chananee anima peccatrix ite lligitur. que a demonio et a vicijs ⁊ amũdo pessime vexatur. nec curat saluti perere. Sed qz multa dicta sunt dimittatur ad presens.

¶ De epistola. Sermo. xxxvi.

Rogamus vos et obsecramus in dño Jesu vt quẽ ad.ac. a vobis quomõ vos oporteam. et placere deo ꝛc. j. The. iii. Apostolus qui fuit in paradiso et euãgeliũ nõ ab homine sed per reuelationem iesu christi didicit ad Galath. i. per quẽ etiã christus loquebatur vt ipse testatur dicens. An experimentũ queritis eius qui loquitur in me christus. ii. Corin. xiii. In hac epistola vult nobis volũtatem dei intimare tanq̃ dei nuncius ad hoc missus. et ideo est diligenter a nobis audiendus. Quia vt ipse dicit. ii. Corinth. v. Legatione pro christo fungimur. obsecramus vos pro christo recõciliamini deo. In hac ergo epistola apostolus tria facit. Primo enim vt in via dei ambulemus exhortationem ponit generalem. Secundo vt dei voluntatem faciamus exhortationem ponit specialem ibi. Hec est voluntas dei sanctificatio vestra. Tercio quare sic sancti esse debemus causam assignat rationabilem ibi. Non enim vocauit nos deus in immunditiam sed in sanctificationẽ. Circa primum duo facit. Primo ponit exhortationem. Secundo exhortationis causam et rationem ibi. Scitis enim que prece. de vobis. Primo enim vt in via dei ambulemus non descendendẽdo ad aliquod speciale generaliter hortatur nos di. Rogamus vos et obsecramꝰ i. cũ adiuratione rogamus in dño iesu christo. i. per dñm iesũ xp̃m vt sic ambuletis in via dei ꝓficiẽdo quẽadmodũ accepistis a nobis. i. in exẽplo qõ vobis dedimꝰ quõ oporteat vos ambulare ⁊ placere deo. qz non sẽz carnẽ. ii. Corint. v. In carne enim ambulantes non secundum carnem militamus imo qui christi sunt carnẽ suã crucifixerunt ꝛc. cũ vi. ⁊ concu. Galatas quinto.

propria operatio dei Isaie.xli. Annuncia te que ventura sunt in futurū et sciemus q̄ dij estis vos. Sed christus vidit cogitationes eorū. quia christū ejicere in beelzebub demonia non ore sed corde dicebant. Predixit etiam mala eis futura. vt in fine euangelij patet. Ergo ipse eandem virtutem et essentiam ⁊ operationem habebat cum deo Johan.v. Pater meus vsq; modo operatur et ego operor. et per consequens erat deus. deus autē non operatur in virtute demonis quod omnes confitentur. ergo nec christus. Et hanc rationem euangelista innuit dum dicit. Ipse autem vidit cogitationes eorum. ¶ Sequentes sūt quinq; rationes christus ex se ponit quarū prima sumpta est a naturali desiderio et naturali operatione que talis est. Naturalia in demonibus integra permanserunt. sed gratuita perdiderunt. omnis sūt creatura naturaliter desiderat sui status conservationē et ad hoc nititur inquātum potest. quia etiam demones in tantis constituti penis naturaliter nolent nō eē. Huius desiderio rationis per quam se in tantis miseris constitutos considerant velent non esse. Luce.xxiij. Dicent montib⁹ cadite super nos et collis. operi. nos. Sed vt dixit Boetius. Omnis res conservatur in vnitate et tandiu consistit q̄diu est vna deficit autem cum diuiditur. Exemplū in ciuitatibus in domibus. in arboribus et in animalibus que omnia in vnitate conservantur. deficiunt sūt cum diuiduntur. quia si ciuitates et domus diuidantur et pugnent adinuicem cōsumentur. Si rami arboris prescindātur a stipite et stipes a radice non est amplius arbor. Et si anima diuiditur a corpore non est amplius animal. Et similiter est in omnibus. Si ergo in demonibus est pugna et adinuicem de hominibus se expellunt. sequitur q̄ sint diuisi ⁊ agant ad destructionem⁹ regni sui et interitū quod est falsū. qr totus conat⁹ ipsorū est vt regnēt supra homines et eos ad se trahāt. ps. septuagesim⁹ tert⁹. Supbia eorū qui te oderant ascēdit semp qr semp volūt pluribus prees̄e. hoc enā credebāt et confitebant indei tanq̄ scripturam dei scientes. ergo erat cōtra eos dictū eorum. Et hoc est quod dicit. Omne regnū in seipsum. per cōtrariā hominū voluntatē ⁊ pugnam desolabit et destruet. qr vna ciuitas cōtra aliā ⁊ terre adinuicē vsq; ad interitū dimicabūt. ita q̄ regnū quod p̄t⁹ erat nō erit. Et si dom⁹ et progenies dividantur et adinuicē pugnent consumentur. Si ego inquit christus ejicio demonia in beelzebub. ergo demones sunt diuisi adinuicez et mutuo se expellunt. et per consequens non possunt durare. quod est falsum. quia scriptura de dyabolo dicit. Job.xli. Ipse est rex super omnes filios superbie. ¶ Secunda ratio est sumpta a minori que talis est. quicquid potest virtus inferior potest virtus superior et multo plus. vt si miles vel comes potest vnū castrum expugnare multomagis rex. sed discipuli mei qui sūt vestri filij ⁊ ex vobis nati ejiciūt nō in virtute demonis demonia. sed in virtute sibi a deo largita. Luce.x. Reuersi sunt autez septuaginta duo cum gaudio dicētes. Dñe etiam in nomine tuo demonia subjiciuntur nobis. Ergo multomagis ego inquit christus possum virtute a deo michi data demonia ejicere. cum sim eorum dñs ⁊ magister. Jo.xiij. Uos vocatis me magister et dñe et bene dicitis sum etenim ⁊ ideo ipsi judicabunt vos de hac blasphemia quam michi infertis dicentes in beelzebub me ejicere demonia. quia propter hoc q̄ ipse vere credūt q̄ ego in virtute dei ejicio demonia. quod vos deprauatis. merēt vos judicare. et vos judicari meremini ab eisdem. Mathei.xix. Sedebitis ⁊ vos super. xij. iudi. xij. tribus israel. Uel filij vestri. in. eroxisse vestri qui p̄ quosdaz exorcismos quos docuit Salomon demones expellebant. vt dicit Josephus. ergo relinquitur q̄ ego ejicio demonia in digito dei. id est in virtute spiritussancti. Qui spūssanctus digit⁹ dei dicit triplici rōne. Q̄ primo rōne emanationis. quia sicut digitus procedit a corpore mediāte manu. sic spiritussanctus p̄cedit a patre per filium. Filius est manus est patris per quem fecit et recula. ¶ Secūdo rōne distinctionis. quia sicut in digito est diuersitas articulorum. sic spūssancto est diuersitas donorum. i. Corinth. xij. Diuisiones gratiarum sunt. idē aut spiritus. ⁊ alij quidem datur per spiritum sermo sapientie. alij datur sermo scientie fm eundem spiritū. alteri fides in spiritu. ¶ Tercio rōne operationis. quia sicut digito homo operatur. ita de⁹ spūssancto. i. Corinth. xij. Hec omnia operat⁹ vnus atq; idem spiritus diuidens singulis prout vult. Et si in hoc inquit christus crederis quia q̄ ego tanq̄ manus dei ejicio demonia in digito dei. i. in virtute spiritussancti que est eadem mee virtuti. sicut eadē est virtus manus et digiti. p̄fecto peruenit in vos

regnum dei. vos iustificans. i. filius dei q̄ est regnum dei Luce.xvij. Regnū dei intra vos est. Quod quotidie petimus per gratiam ad nos venire dicētes. Aduentiat regnum tuū. Mat.vi. Et hoc est quod dicit. Si ego in beelzebub ejicio demonia filij vestri in quo ejiciūt. ¶ Tercia ratio sumpta est ex pugna ⁊ trariorū que talis est. Status q̄ contraria appropinquant agunt et patiuntur adinuicē. et potentius destruit minus potens. que sūt conueniunt nō pertiantur adinuicem dum appropinquant. Exemplum in natura. vt de calce posita in oleo vbi nō destruitur. et posita in aqua statim ignis inclusus feruescit ⁊ calefacit aquā. Quia oleū est calidū et siccum sicut et calx. sed aqua est frigida et humida. et per ꝓs contraria calci. et statim dum conjunguntur agunt adinuicem. Exemplū in animalibus vt in leone et pardo qui sunt inimici mortales. eo q̄ pardus cōcumbit cum leena. et ideo statim q̄ vident se prelianf adinuicem. sed leo vincit pardū viribus. pardus aūt vincit leonē astutia. quia intrat quoddā foramen oblongū ante amplū et retro strictū. de quo pardus exit. ⁊ leo non potest exire. et tunc pardus venit ad posteriora leonis et occidit eū. Exemplū in hominibus qr si vnus homo inuadi tur ab inimico suo mortali et vincatur abeo. capitur ab eo et vincitur. ⁊ spolia eius sibi aufert. qui tamen ante q̄ inimicus ei⁹ appropinquaret ad eum viuebat in pace. et omnia bona sua similiter in pace possidebat. Et hoc est quod dicit. Cum fortis armat⁹ custodit atriū suū in pace sunt omnia que possidet. Fortis iste contrarius ⁊ inimicus humani generis dyabolus est. qui est armatus multa malicia et astutia et potentia. Est etiā armatus vicijs ⁊ peccatis hominū siue hominib⁹ peccatorib⁹. Nam pro lorica habet luxuriam vel luxuriosos. p scuto ypocritas. pro arcu detractores. p galea superbos. p gladio auaros pro lancea meretrices. pro insignibus vanā gloriosos. p equo falerato hz diuisiones et partes. Et sic armat⁹ añ aduentuz filij dei custodiebat atrium suū. i. mundū istum et in pace possidebat et mundum et eos qui erant in mūdo. Uenit autem christus vt gygas hūane nature melio⁹ armatus scz omnib⁹ virtutibus et gratijs ⁊ dotis spiritussancti. ⁊ cū maiori potentia. qr cū tota potētia dei que infinita est. et inuasit eū in atrio suo. Et tāta fuit ei⁹ potētia q̄ manu inermi et affixa cruci debellauit istum fortem cum omnibus suis. vt dicit Aug⁹. Et sic debellatum vinxit in catenis et in inferno reclusit. Apoca.x. Et vidi angelū descendentē de celo habentem clauē abyssi et catenam magnam in manu sua. ⁊ apprehendit draconem serpentē antiquū qui est dyabol⁹ ⁊ sathanas. et ligauit eum per annos mille et misit in abyssum ⁊ vniuersa arma eius id est peccata in quib⁹ confidebat abstulit. Jo.i. Ecce qui tollit peccata mundi. Unde cantam⁹. Ipse enim verus est agnus qui abstulit peccata mundi. qui mortem nostram. i. peccatum mortēdo destruxit. Ro.vi. Uet⁹ homo noster id est cōcupiscentia carnis simul crucifixus est. vt destruatur corp⁹ peccati. i. ꝓgenies peccatoꝝ. Et spolia ei⁹. i. homines quos dyabolus detinebat distribuit id est ad diuersa officia ordinauit. alios faciēdo prophetas. alios apostolos. alios euangelistas. alios autem pastores et doctores. ⁊ sic de ceteris gradib⁹ ecclesie. Ephes. iiij. Et ipse dedit quosdam quidē apostolos. quosdam prophetas. alios vero euangelistas. alios autem pastores et doctores in opus ministerij ad consummationem sanctoruz. Si ergo inquit ego christus appropinquo dyabolo statim pugno cum eo et destruo eum et expello eum et quotidie accipio ei spolia. sequitur q̄ sim ei inimicus et contrarius et non ei confederatus vt vos dicitis. ¶ Quarta ratio sumpta est ex natura contrariorum que talis est. nunq̄ vnus contrarium agens secūdum formam et naturam suam agit ⁊ operatur in virtute alterius contrarij. quia sol non illuminat in virtute tenebre. et ignis non calefacit in virtute aque. quia cum contrarium destruat cōtrarium si vnum ageret in virtute alteri⁹. sequeretur q̄ aliquid destrueretur per propriam virtutem. quod est impossibile. sed per eam conseruatur. Et si aqua calefacta ab igne calefacit i virtute ignis hoc tamē non facit in natura sua. sed per accidēs. Sic dyabolus inquit christus est michi contrarius. quia cōtraria sunt que maxime a se distant. sed nos maxime distamus. quia ego in gloria. et ille in pena et miseria. ego in luce. et ille in tenebris. ego in vita. ille in morte. ⁊ sic de omnibus ergo nō operor in virtute sua. scilicet dyaboli. Et hoc est quod dicit. Qui nō est mecum contra me est. et econuerso. qui contra me est et michi contrarius mecum nō est. Sed dyabolus est michi cōtrarius vt probatum est ergo non est mecū in aliquo

operatiõe. Non ergo in beelzebub ejicio demonia. ¶ Quinta ratio sumpta est ab effectibus contrarijs que talis est. si effectꝰ vel opera sunt cõtraria oportet q̃ cause sint contrarie: quia duo contraria opera non possunt naturaliter procedere ab eodẽ fm idem. sicut calefieri et infrigidari non possunt procedere ab igne et illuminari et tenebrari a sole: sed opera christi et dyaboli sunt omnino pztraria. quia iste dispergit homines per diuersos errores. christus autem colligit ad fidei z ecclesie vnitatem Jo.x. Alias oues habeo que nõ sunt ex hoc ouili. et illas oportet. me adducere et fi. et vnũ ouile et vnus pastor. Iste captiuat homines per diuersa vicia sed christus liberat per multiplices virtutes. Iste ducit holes ad mortẽ eternã: sed christus ad vitam eternã Jo.x. Ego vitã eternã do eis. Et sic in omnibus dyabolꝰ contraria christi operibꝰ operatur. Ergo ejicere demonia quod est opus christi nõ potest esse opus dyaboli. sed opus eius ẽ in homies demonis immittere et eos acriter tormentare. Et hoc est quod dicit. Qui nos congregat mecum dispergit. i. qui cõtraria operatur michi non potest mecũ in opere conuenire. sed dyabolus est hmõi. ergo in aliquo opere non mecum cõuenit vel consentit. Et sic patet tercũ. ¶ Quarto predicitur effectus penalitatis indeis futurus pro eoz mala operatione quod mutak cũ dr cum immundus spũs exierit ab hoic. Ubi nota q̃ spiritꝰ nequã dicitur immundus ab effectu sicut et cecus et mutus: qz immũda facit cogitare imunda velle. et immunda operari. Ille autẽ spũs expellitur ab homine in baptismo et in penitẽtia per gratiam dei qui expulsus ab homine iusto ambulat per corda peccatorũ indeuota et inaquosa ab humore gratie et lachrymaꝝ. et vnctionis spũssancti. In quibus non inuenit requiẽ: quia ipse ẽ lupus rapax. qui nõ saciat nisi oẽs occidit. Et tõ non curat de hijs quos possidet in hos de quibus expulsus fuit redire conatur. In quo/dũ ingreditur si inuenerit eos vacãtes a bonis operibus et ornatos per ypocrisim. qui videntur boni et non sunt sicut erant iudei qui tanq̃ populus dei videbanẽ mandata dei custodire: sed nõ sic erat. ymo propter traditiones suas mandatum dei fecerant irritũ et inane vt dr Wath.vii. Si sic inquã inuenit eos tũc vadit et assumit sep. al. sp. ne. se. et melius hominem custodiat. Et sic expertos z malignos ordinat in officijs sicut miles custodes castri. Et vnũ ad coz ponit vt nichil faciat nisi mala eum cogitare. Secundum ad memoriam ponit vt solũ faciat eũ inuriaz recordari. Tertium ponit ad visum vt faciat eum mala et impudica videre. Quartum ponit ad aures vt vana audiat atq̃ mala. Quintum ponit ad linguam vt peruersa loquatur et falsa. Sextum ponit ad tactum vt faciat ipsum luxuriari et vt nereis delectari. Septimum ponit ad manus vt nequã et peruersa faciat eum operari. Ipse vero oia loca ista circuit tanq̃ capitaneus et magister z dñe. Et per pñs fiũt nouissima hominis illius peiora prioribus. qz magis verax et ad malũ inducit quia vt dicit Gre. Animus qui diuiditur ad multa fit minor ad singula. Et ideo pñs mus dyabolus dum solus erat non sic vexabat vel septem dicitur propter septem demones capitalia vicia. de quibus tentant et ad que illũ cui insunt ducere conãtur vt vnus tentet solũ de superbia. Alius de luxuria. et sic de singulis. vnde et de Magdalena dicitur. Lu.viij. q̃ christus ejecit ab ea septẽ demonia id est septem capitalia vicia. Ad litteram sic eueniũt iudeis. et quotidie euenit peccatoribus patientibus reciduum. Et sic patet quartũ. ¶ Quinto ponitur extollentia siue cõmendatio veritatis a quadam muliere facta quia dum christus hec loqueretur surrexit quedã mulier de turba que a quibusdã pedissequa sãcte Marthe fuisse creditur. que ait ipso. Beatus venter qui te portauit. propter mirrã et ommimodã veritatẽ quam ipse loquebatur hec mulier beatz dixit nõ solũ christũ sed etiã vẽtre et vbera et torũ corpus quod eũ portauit. Quod vere propter octo fuit beatũ. ℟ primo fuit beatũ corpus virginis propter totus fomitis peccati ligationẽ et extinctionem. Nam fomes peccati et ois cõcupiscẽtia mali in corpore virginis in prima sanctificatione qua scz sanctificata fuit in vtero per dei gratiam ligatus fuit ne ad malũ aliqd inclinaret. In secunda vero sanctificatione. s. in filij dei ceptione per superabundantẽ gr̃am spũssancti fuit totaliter extinctus z ideo nec peccare nec inclinari potuit ad peccãdũ. Hoc figuratũ fuit in archa noe vbi oia fuerũt placata et alia ferocia cum mitibus manserunt Ysaie vndecimo. Habitabit lupus cum agno et puer paruulus minabit eos id est christus existens in vtero virginis omnes motus

cuit filius dei pro salute nostra posuit animam suã. ita ipsi pro dei honore et proximoꝝ salute animas suas sunt parati ponere. ij. Corin.xij. Ego autẽ libenter impẽdam vt superimpendar ipse pro aiabus vestris. i. Jo.iij. Quõ iste animam suam p nobis posuit et nos debemus pro fratribus animas ponere. Sic secuti sunt eum apostoli de quibus dicitur Act.v. Ibant apostoli gaudentes a conspectu concilij qm̃ digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliã pati. ¶ Quarto i largitate muneris et beneficentia: quia sicut ipse omnibus benefecit iuxta illud Actu.x. Qui pertrãsiit benefaciendo et sanando omnes oppressos a dyabolo. sic et ipsi omnibus benefacere nituntur ac etiã inimicis Wath.v. Diligite inimicos vestros. bñfacite his qui odẽ. vos orate pro persequentibus et calumniantibus vos. Sic secutus est eum dauid qui fecit miphiboseth nepotem inimici sui capitalis de mensa sua comedere. vt pz. i. Regũ.ix. Sic secutus est eum beatus Stephanus qui pro se lapidantibus deum flexis genibus exorauit. vt pz Actuũ.vij. Hebre.xij. Beneficiente autez et communionis nolite oblinisci. talibus enim hostijs promeretur deus. Sic beatꝰ Laurentius thesauros ecclesie dedit pauperibus. Sic Paulinus nolanus episcopꝰ dedit seipsum vidue pro eius filio redimẽdo. vt dicit Grego. in dyalogo. ¶ Quinto in amore pacis et concordie: quia sicut filius dei pacificauit cuz suo sanguine siue que in celis siue que in terris sunt vt dicit apostolꝰ Col.primo. Et in pace factus est locus eius. ps.lxxv. Et ingrediens mundũ per angelos pacẽ annũciari fecit Lu.ij Et vadens per mũdũ apostolis suis pacẽ imprecari mãdauit di. In quãcũq̃ domũ intraueritis primũ dicite pax huic domui Lu.x. Et egrediens mũdũ nobis legauit pacẽ dicẽs. pacem relinquo vobis pacem meam do vobis. Jo.xiij. Sic ipsi nituntur inter holes pacẽ habere. Ro.xij. Si fieri potest quod ex vobis. est cum omnibus hominibus pacẽ habentes Hebre.xij. Pacẽ sequimini cum omnibus z sanctimoniã sine qua nemo videbit deũ. Sic sequũtur eũ oẽs boni religiosi qui et inter se pacez dei ponunt et inter discordes pacẽ reformare nituntur vt veri filij dei Wath.v. Beati pacifici qm̃ filij dei vocabuntur.

¶ Sexto in patientia aduersitatis et contumelie quia sicut filius dei aduersa sustinuit patienter et expulsionem z falsam accusationem et flagellationẽ z mortẽ iuxta illud Isa.liij. Tanq̃ ouis ad occisionem du. sic et ipsi omnia aduersa patiẽter et cũ gaudio perferunt. Hebre.x. Rapinã bonoꝝ ve. cuz gau. su. Sic secuti sunt eũ martires de quibus cantamus. Ceduntur gladijs more bidentiũ. non murmur resonat nõ querimonia sed corde tacito mens bene conscia conseruat patientiã. ¶ Septimo in consummatione operis et perseuerantie: quia sicut filius dei in bonis operibus vsq̃ ad mortem perseuerauit iuxta illud Jo.xvij. Opus consummaui quod dedisti michi vt faciã. sic ipsi vsq̃ ad mortez in bonis operibꝰ perseuerant. i. Thi.vi. Bonum certamen certaui cursum consummaui. fidem seruaui. In cuius figura mandatum est in lege. Leuitici.xij. q̃ semper cauda animalis deberet cum tempore immolari. Et sic patet primũ. ¶ Scõo a peccatis q̃ corpus maculant z famã denigrãt nos specialiter dehortat apls dicẽs. Fornicatio aũt que est soluti cũ soluta z omnis immunditia. i. omnis pollutio siue naturalis siue contra naturam. siue cũ alio siue cũ alia. siue secũ. siue cum soluta siue cum non soluta. siue quocunq̃ modo illicito. de qua. Ro.i. Tradidit illos deus in desiderio cordis sui in immũdiciam. Aut auaricia. que extenuat corpus z verat animã et denigrat famã. Quia vt dicit Boecius Auaricia odiosos. largitas aũt semper eros facit. Prouer.xv. Qui sectatur auaritiam conturbat domũ suã. Omnia hec nõ solum non sint in vobis. sed nec nominentur in vobis sez ab alijs per pbabilẽ presumptionẽ. sicut decet sanctos. qui non solum debent abstinere a malo. sed ab omni specie mali. sicut dicit apls. i. thes. v. Abstinete enim surgit infamia Isa.xliij. Perdam nomen babylonis et reliquias et pgenies z germen. Eccle.xli. Curam habe de bono nomine. Quia vt dicitur prouer. xxij. Melius est nomen bonum q̃ diuitie multe. Aut turpitudo non nominetur in vobis hoc est nõ solũ pcã carnis nõ sint in vobis nec nominenẽ in vobis: sed etiã accessoria ad peccatum carnis non nominentur in vobis vt turpitudo que consistit in osculis. et tactibus inhonestis. Legit in vitas patrum de quodã sancto viro. qui manus suas inuoluit ne tangeret ipsius sue matris manus. et indignãti matri rãdit. Caro mulieris ignis est. Prouer. vi. Nunq̃d potest homo abscondere ignẽ in sinu suo vt vestimenta eius non ardeãt:

Sic qui ingreditur ad uxorez proximi sui non erit mundus cum tetigerit eam. Aut stultiloquium. quod cōsistit in verbis carnalibus et dissolutis ad ipsū opus carnis provocantibus et inducentibus. de quo. Eccle. xx. Colloquiū illi⁹ quasi ignis exardescet. Aut scurrilitas que ad rem nō pertinet. que ꝓsistit in lenitate z mollicie verboz. aut qñ ds leuia verba loquitur et demulcentia que ad nullam rem bonam pertinent sed solū ea loquitur vt placeat mulieri. et si non videantur directe ordinata ad luxurie actū sed ex quadam vbanitate procedere videantur. Que vt dicit glo. a stultis curialitas appellatur. a nobis autem vocatur affabilitas Berñ. Hodie scurrilitas affabilitas. et maturitas appellat que crudelitas iudicatur. Idem. Vemento os tuū diuinis oraculis consecratum. Quicquid ergo ex eo ociosum vel immundū exierit sacrilegiū ꝓnta. Et ideo a talibus verbis penitus abstinendum est. Qz vt dicit apostolus. i. Corinth. xv. Corrumpunt bonos mores colloquia prava. i. peiij. Si quis loquitur quasi sermones dei Et hoc est quod sequitur. Sed magis gratiarūactio sup. nominetur ī vobis vt vnoze glorificetis deum Isa. li. Gaudium et leticia inueniet in ea gratiarūactio et vox laudis. ¶ Et nota q̄ supradicta accessoria ad peccatū carnis. s. turpitudo stultiloquiū et scurrilitas non semper sunt peccata mortalia. et ideo pena que subinfertur non respicit omnia supradicta sed solum peccatū luxurie et auaricie. vt patet litteram intuenti. Et sic ꝓz secundū. ¶ Tercio vt a talib⁹ abstinemus penā magnā minatur dicens. Hoc aūt scitote intelligētes scz scripturas q̄ omnis fornicator exercens luxuriā cum soluta. aut immundus exercens indifferenter vel in se vt molles vel cum quacunqz alia persona. aut auarus quod scilicet auarum esse est ydolorum seruitus id est seruire ydolo. seruit enim auar⁹ pecunie. non habz hereditatē in regno xpi z dei. i. non habebit gloriam. que consistit in humanitate et deitate christi. Johā. xvij. hec est vita eterna vt cognoscāt te solum verum deum et quē misisti Jesū christū. Et hec ē vt dicit criso. principalis et substantialis pena dānatoz scilicet aberna gloria separari z carentia visionis diuine. Secundaria vero pena damnatorū est applicatio ad tormenta. ij. Corinth. vi. Nolite errare. neqz adulteri neqz molles neqz masculorum ꝑcubitores regnū dei possidebunt. Et sic patet q̄ hic non inserit peccata accessoria ad fornicationē que supra tetigit. Et sic patet tercū. ¶ Quarto errorem quorūdam impunitionem peccatoz asserentiū vt liberius peccare possint remouere conatur dicens. Nemo vos seducat inanibus verbis propter hec enim venit ira dei. id est punitio et vindicta. quā deinferēs se habet ad modum iratī. in filios diffidētie. i. in illos q̄ diffidūt de dei iusta retributione. nec ipsam credūt nec ipsam curant. hoc enī maxime displicet deo propter hoc enim factum est diluuium et sodoma subuersa. Eccle. xvi. Ne dicas a deo abscondar. et ex summo quis operi mei memorabitur. in populo magno non agnoscar que est anima mea in tam immēsa creatura Isaie. xxxiij. percussimus fedus cum morte. et cum inferno fecimus pactum. Flagellum inundāns cū transierit non veniet super nos. Talis ergo est pena seducentium et impunitatem asserētium. Et ideo nolite effici participes eoz neqz in culpa neqz in pena. Et sic ꝓz quartum. ¶ Quinto quare tales in suo errore sequi non debeamus: sed vt filij lucis ambulare rationē et causam assignat dicens Eratis enim aliqñ tenebre. quasi diceret si tales sequebamini in suo errore in statu ignorantie. ante conuersionem ad fidem. qñ eratis tenebre magis erat tolerandū. Erant enim dēse tenebre per originalem culpā expāsam sup humanā naturā Job. xxvij. Oēs quippe inuoluimur tenebris Sed densiores tenebre erant per ignorātiam legis dei super intellectū expansam. i. Re. ij. Impij in tenebris conticescent. Sed densissime tenebre erant per actualem culpam super affectum et voluntatez protensam. quales fuerūt in egipto Sap. xvij. A vinculis tenebraz et longe noctis compediti inclusi sub tectis iacuerūt. Et ideo si tunc errabant non erat mirum. sed mō nō est ferendū: quis estis lux in dño illumināte et per lumen gratie effugante tenebras originalis et actualis culpe. et per lumen sapiētie dei effugāte tenebras ignorātie vt videatis q̄d sit agēdū. math.

Vos estis lux mūdi. z phil. ij. Inter quos lucetis sicut luminaria in mundo. Et ideo ambulare vt filij lucis scz christi. qui est lux vera que illuminat omnem hominem. Jo. viij. Ego sum lux mundi. Et sic ambulare debetis propter magnum fructum percipiendum quia fructus lucis est in omni bonitate. Frem ad interiorem interiorem et iusticia quantū ad exterius op⁹ et veritate quantū ad sermonē quasi di. Fructus lucis est opus perfectū z in intētione et in opere z in sermone. Et ideo fructus lucis est bonus verus z iustus z ideo in luce vt filij lucis ambulare debem⁹. ꝓ Notandum ergo q̄ tunc vt filij lucis ambulabimus quando scām lucis proprietates operabimur/que sūt quattuordecim. ¶ primo enim lux est olim virtutum corporum celestiū ad terrā delatiua. est enim quoddam vehiculum virtutū corpoz celestium. Sic et filij lucis recipiunt maxima dona a deo/et ista effundūt ad edificationem nostram z proximoz salutē. Actuum xvij. Non enim subterfugi quo minus annunciarē vobis consilium dei. peccatores aūt filij tenebraz dona dei abscondūt et ideo ab hoibus maledicunt Prouer. xi. Qui abscondit frumenta maledicet in populis. ¶ Secūdo lux est tenebrarū expulsiua. Sic filij lucis tenebras peccatorum z ignorantie ab hoibus expellūt. ipsos per doctrinam z bona exēpla illuminando et ipsos a peccatis retrahendo z absoluēdo Mathei. v. Vos estis lux mūdi. Jo. xx. Accipite spiritū sanctū quorū remiseritis peccata remittūtur eis. Peccatores aūt filij tenebrarū nituntur tenebras immittere et dictis et actis proximos excecare. ¶ Tercio lux est caloris generatiua/ sol enim ratione lucis quam emittit calefacit. Unde philosoph⁹ dicit q̄ noctes plenilunij fūt alijs calidiores. Sic filij lucis ignez amoris recipientes eundem ignem accendunt in cordibus proximorum. Quia vt dicit Gregorius. Amor dei nunqz est ociosus. opaz em magna si est. ij. Cori. v. Charitas xpi viget nos scz in vobis amoz genere. Peccatores aūt filij tenebraz nituntur huc ignem in se et in alijs extinguere/ et soluz se diligūt z vtinā bene. ¶ Quarto lux est incorruptibilis/ trāsit em ꝓ feda z nō corrumpit ne fedat. Sic filij lucis in fece mūdi et cum mundanis luxosis cōuersantes in ceno eorum non fedant quia a malis nō sumūt exemplū/ sed a bono si quod agunt dimittunt enim sentes et accipiunt rosas Jo. i. Lux in tenebris lucet z tenebre eaz non cōprehenderunt. Ro. xij. Noli vinci a malo/ sed vince in bono malū. Peccatores aūt filij tenebrarū in operibus malis aliam totaliter corrumpuntur accipiētes exemplū de malis z non de bonis: vt de fornicatione magdalene/ sed non de penitentia/ z de negatione petri et nō de lachrymatione. ¶ Quinto lux est solis secutiua Sic filij lucis christū solem iusticie in omnibus et in preceptis z in cōsilijs sequi nituntur. Luce. v. Relictis omnibus secuti sunt eū. Peccatores autem filij tenebrarū non solum non sequūtur deū/ sed vadunt contra deum Job. xv. Cucurrit aduersus deū erecto collo. In eodem. xxiij. Ipsi re⁹ elles fuerunt lumini. Qui dixerunt dño recede a nobis scientiā viarū tuarū nolumus. Job. xxi. ¶ Sexto lux ē discordium conciliatiua/ vt patet in elemētis/ que vt dicit philosophus mediante luce in corporib⁹ mixtis coniunguntur. Sic filij lucis inter se cōcordant in vna fide z in bono ꝓposito seruiēdi deo. Act. iiij. Erat istis cor vnum et anima vna in dño. Item inter discordes pacem reformare nituntur istum imitātes vt filij pacis/ qui pacē inter deū et homines fecit. z homines ydola colentes ad vnitatem fidei et cultus reduxit. i. Corinth. i. Obsecro vos per misericordiā dei vt idipsum dicatis omnes z nō sint in vobis scismata. Peccatores aūt filij tenebrarū nō habent pacē. Isa. xlviij. Non est pax impijs dicit dñs. Sed guerras z diuisiones facūt istum imitantes cuius membra sunt scz dyabolū qui primos rebelles in celo z primos cōfirmatos exules a paradiso terrestri fieri ꝓcurauit. Sapientie ij. Imitātur aūt illū qui sunt ex parte illi⁹ Sed attende q̄ aliquando faciendum est vt paulus fecit/ qui dum pharisei et saducei essent congregati' contra eum vt eum percuterent et morti traderent/ nō posuit inter eos pacem/ sed scisma dicens se pharisеum z pharisеoz filiū. Propterea pharisei et saducei adinuicē sunt ritati. z paulus manus eorum euasit. Sic permittit deus istos magnos ritari adinuicez ne paruulos opprimant. Et nos etiam facere debemus. ¶ Septimo lux est hominum letificatiua. Unde qui luce non vident gaudere perfecte non possunt. Thob. v. Quale gaudiuz michi erit q̄ in tenebris sedeo z lumē celi nō video. Sic filij lucis tā de ꝓfecta sua cōuersatiōe q̄ de cōuersiōe ꝓximorū quā ꝓcurant. celo et terre sunt gaudia

inferentes. Luce.xv. Gaudiū est angelis dei super vno peccatore penitētiā agēte. Peccatores aūt filij tenebrarū de perditione sua angelos dei t ecclesiā militantē et triumphantem contristāt. Isaie.xxxiij. Angeli pacis amare flebunt. Contristant etiam piorum insontes damnis t iniurijs persequentes prouer.i. Absc̄dam' tendiculas contra insontem frustra. deglutiamus eum quasi infernus viuentem: sit lex nostra lex iusticie. ¶ Octauo lux est colorum ypostasis t ipsorū representatiua. Color em̄ est ipsa lux' incorporata. Est etiā lux medium quo color videtur: t ideo vbi lux non est color videri nō potest. Sic filij lucis omnes colores et pulchritudines ecclesie sustinēt tanq̄ basis t ipsos manifestant. Quia in diuersis ordinibus t statibus ecclesie seruientes virtutes et dona spiritussancti ostendunt dum agūt opera virtuosa. Actuū.i. Accipietis virtutē supuenētis spiritussancti in vos. t eritis mihi testes sup. in omnibus virtutib': et in omni Judea t Samaria vsq̄ ad vltimum terre. Peccatores autē filij tenebrarū omnia confidunt et virtutes t dona supplantantes in seipsis vicia manifestant. Ro.i. Et sicut non probauerunt habere deū in notitia tradidit illos deus in reprobū sensum vt faciāt ea que non conueniūt: repletos omni iniquitate. ¶ Nono lux est i celo scilz in sole t in terra opera lucis facit. Sic filij lucis in celo cōuersantur t in terra operantur. Phil.iij. Nostra cōuersatio in celis est. Hebre.xiij. Non habemus hic manentem ciuitatem / sed futurā inquirimus. Quia vt dicit Math.vi. Ubi est thesaurus tuus ibi est t cor tuum. Thesaur' autem filiorū lucis christus est. q̄ est in celo ad dexterā dei sedens. Peccatores aūt filij tenebrarū conuersant solum in terra: in terrenis bonū suum cōstituentes. Sap. iij. Uenite fruamur bonis a iuuētute celeriter / quoniā hec est pars nostra. t non est agnitus qui sit reuersus ab inferis. t post hec erimus tanquā non fuerimus. ¶ Decimo lux est fluidorum restrictius et cōgelatorum resolutiua vt patet in luto t glacie. Sic filij lucis carnalia desideria defluentia p lamēta penitētie desiccāt t restrigūt. Sic beat' Bñdict' p̄dicēs se in viticas t vepres. eduxit p vuln' corporis vulnēris quis voluptatē traxit in dolorē vt dicit grego. Hebre.xi. Circuierūt in melotis i pellib' caprinis. egētes. āgustiati afflicti / errātes in mōtib' t in spelūcis / et in cauernis terre. Manus etiam que erāt per auariciam constricte resoluunt bona sua pauperibus largiēdo. ps.cxij. Dispersit dedit pauperibus. Peccatores aūt filij tenebrarum defluunt totaliter per carnalia desideria et terrena. et per auariciam constringuntur. ps. Cōglutinatus est in terra venter noster. ¶ Undecimo lux est perditor' reinuentiua t restitutiua q̄ que hō de nocte perdit apparēte luce reinuenit et apportat sic filij lucis a lapsis pditas in tenebris peccatorum per lumen gr̄e reinuenire t piscari conant deo cui' sunt deuotius offerēdo Mar.xiij. Facia vos fieri piscatores hominū. peccatores aūt filij tenebrarum mittunt alias suas t aliorū per errorem t mala opera perdere. ij. Thi.iij. Malū aūt proficiēt in peius errātes et in errorem mittentes. ¶ Duodecimo lux est oim fructuū productiua / vbi continue sunt tenebre nichil nascit. Sic filij lucis duodecim fructus quos apostolus ponit ad Galath. v. omnes producūt. Sunt enim lignum vite afferens fructus duodecim per singulos menses vt dicit Apoca.xxij. Ad litteram etiam ola bona mūdi producunt. q̄ cū ipsi sint filij dei et omnia bona sint filiorū. et propter illos deus omnia bona producat sequitur q̄ ipsi sint cā oim bonor'. Peccatores autē filij tenebrarū nichil producūt boni nisi spinas t tribulos. t ideo sicut spine igne comburent Mathei.xiij. Ligate eos fasciculos ad comburendū. ¶ Tredecimo lux est quorūdam athomorū / q̄ in sole / vt sint inuisibiles factiua. vt patet in spera solis domum ingrediente in qua predicti athomi conspiciunt. Sic filij lucis omnia vidēt et minimos defect' suos considerāt / et ideo semper se defectuosos reputant. Jacobi.iij. In multis quidē offendimus omnes t si dixerimus quia peccatū non habemus ipsi nos seducimus et veritas in nobis non est. j. Jo.j. Unde ista sancta animalia de quibus dicitur Ezechielis j. et Apocalip.iiij. per que sancti viri designantur erant oculis vndiq̄ plena. Peccatores autem filij tenebrarū non videntes in domo sua id est in aia nisi tabes magnas id est peccata mortalia. Uident etiā si q̄d male visibile est. similes hely sacerdoti q̄ non poterat videre lucernam dei anteqū extingueretur. ita ipsi nichil clarū possunt videre sed quod est male fumigans. similes etiam noctuis que in lumine excecantur et in tenebris vident. Sapientie secundo. Excecauit eos malicia eorum.

¶ Quartodecimo lux est quorūdam aniū lucem odientium expulsiua. Sic filij lucis hereticos lucem odientes et in tenebris habitantes expellunt. Peccatores autem filij tenebrarū eos defendunt et acceptāt cum eisdem in foueam decidentes Math. xv. Si cecus cecū duxerit ambo in foueam cadent. Et sic patet totum.

¶ Dñica quarta de eua. Sermo.xxxix.

ABiit Jesus trās mare galilee quod est tiberiadis. Johan.vi. Sicut dicitur Eccle.xi. In die bonorum ne immemor sis malorum. et in die malorum ne immemor sis bonor. Uñ tēperantia vna virtus cardinalis est / per quā homo rēperate prosperis debet vti. quod maxime fit per memoriaz aduersorū que possunt hoi de facili euenire. Fortitudo aūt est alia virtus cardinalis posita ex aduerso. per quā homo in aduersis quibuslibet non frangitur. q̄ maxime fit p memoriā boni quod homo sperat per patientiā aduersorum. Propterea apostolus Ro.v. dicit. Sed et gloriamur in tribulationibus scientes q̄ tribulatio patiētiā operat patiētia aūt p̄bationē p̄bat vero spē. spes autē non confundit. Et ideo sancta mater ecclesia timens fideles propter continuum ictumiū et onus penitentie iam grauatos deficere. in hac dñica locū nda omnia representat. Nam officiū nocturnū est de liberatione filior̄ isrl: per quā nostra liberatio a vicijs t a diabolo designatur missa etiā tota apparet locūda vt in introitu misse et in epistola et in euangelio patet. Dominus etiam papa ecclesie patet et rector tenet hodie in manibus rosam auream et induit se pontificalibus ornamentis. In p̄senti aūt euangelio vnū maximū cōmiū quod christus fecit et maxima populi letitia recitatur. In quo quidē euangelio quinq̄ summarie, cōtinentur. Primū est translatio maris facta a Jesu cum sequella populi numerosa in principio euāgelij. Secundū est elevatio oculoū christi et interrogatio pro ciborū penuria seriosa ibi. Cū sublevasset ergo oculos Jes'. Terciū est philippi t andree respōsio defectuosa ibi. Respondit ei philippus ducentorū denariorū panes nō sufficiunt eis t cete. et ait Andreas est puer vnus hic et ce. Quartū est populi refectio miraculosa ibi. Facite homines discumbere. Quintū est laudatio t cōfessio gratiosa ibi. Illi ergo homines cū vi. q̄ fe. si. di.

Primo ergo ponitur translatio maris facta a Jesu cum sequella populi numerosa. Et hoc est. Abiit Jesus trans mare galilee. Circa quod nota q̄ euangelista more hebraico loquit. appellās mare quoddā stagnū quod egrediebatur a Jordane t qō fiebat ex Jordanis extentione. quod dicit mare galilee a circunstante regione. Sed mare tyberiadis dicit a tyberiade ciuitate proxima sic nominata. eo q̄ in honore tyberij cesaris olim fuerat fabricata. Idē etiam stagnū genezareth appellatur a natura loci. eo q̄ crispātibus vndis generat ex se auram. Hoc transiuit Jesus cū discipulis suis in barcha / et ascendit montem ex opposito sitū. Erat aūt proximū pascha iudeor̄. scz dies azimor̄ in quo Johānes baptista decollatus est. Et sequebat eū multitudo magna. quidam vt sanarentur vt infirmi / quia virtus de illo exibat et sanabat omnes Luce.vi. Quidaz vt instruerentur et in dei amore accēderētur. vt apostoli et discipuli qui erant quedam turba per se. Luce.vi. Descendens Jesus de mōte stetit in loco campestri et turba discipulorum eius cum eo. habebat enim verba luminosa et igne spiritussancti accēsa. Alii qui vt viderēt vt vani et curiosi qui vadūt ad predicationem ad videndum et non ad discendum Mathei.xij. Domine volum' a te signum videre. Quibus sit. Generatio mala et adultera signum querit. Quidam vt obseruarent eum vt scribe et pharisei Luce.xiij. At illi obseruabant illum Quibus multi sūt similes qui de predicatione nichil reportant nisi id quod aliquādo incaute vel minus ponderose dicitur. t illud inuerecunde et scandalose diuulgāt in plateis et vicis. Quidam vt cū eo manducarent vt gulosi nichil nisi vitā pinguez et voluptatē corporis appetētes Jo. vi. Queritis me quia manducastis ex panib' meis et saturati estis. O quot sunt hodie similes istis qui solū propter cōmodū temporale christū querūt t si christi patrimoniū esset tenue sicut est pinguе penitus in eo nō remanerēt Malach.j. Quis est inuobis qui claudat ostia t accēdat altare meū gratuito. De quibus dicit christus Mathei.v. Amen dico vobis receperunt mercedem suam. ¶ Mistice autem per mare p̄sens seculū designatur multis fluctibus cōquassatum quod Jesus in carne assumpta transiuit. omnes eius fluctus et amaritudines degustando vt nobis compateretur per omnia Hebreorum.iiij. Nō habemus

mistice est.

Universidad de Deusto Biblioteca

pertificem qui non possit compati infirmitatibus nostris tentatum autē per omnia Et postq̄ mare transiuit ascendit in montem maiestatis sue in excelsis per gloriam resurrectionis Mat.xvi. Dominus quidē Jesus assumptus est in celum et se. a dex. dei. Si tunc multitudo magna venit ad eū quia videbat magna signa que faciebat: qt postq̄ christus celū ascendit misit spiritum sanctum apostolis cum sacco gratiarū et donorū et omniū virtutum quibus apostoli totum mundum peragrātes repleuerunt faciendo prodigia et signa magna in populo et opera maxima et virtutes: ppter quod totum mundum ad christū traxerant Jo.xiij. Qui credit in me opera que ego facio et ipse faciet. Tunc etiam christus cū maxima multitudine montē glorie sue ascendit quia cū omnibus animabus que ab initio mūdi in spe et fide beati seminis reanimauerant. Unde cantamus in prosa Redit turmis cum duabus angelis t animabus. Si ergo volumus cum christo mōtem glorie sue ascendere cū eo mare pertransiamus/ quia qui mare non transeunt montem glorie non cōscendunt. Non multisemus cum filijs zebedei qui voluerunt cum christo vnus a dextris alius a sinistris in regno eius sedere: et non cū eo in cruce manere. Et ideo christus eis dixit Nescitis quid petatis Mathei.xx. Et sic patet primum. ¶ Secundo ponitur eleuatio oculorū christi et interrogatio pro ciborum penuria seriosa ibi. Cū subleuasset oculos. Ubi nota q̄ filius dei leuauit oculos sue potentie et sapientie qñ mundum creauit et ordinauit Gen.j. Vidit deus cuncta que fe. et e. val. bona. Leuauit oculos sue iustitie et vindicte quando hominem de paradiso expulit/ sed adam voluit se abscondere Geneseos.iij. Abscondit se Adā et Eua vltra eius a facie domini/ et ait dñs. Adam vbi es. Leuauit oculos sue misericordie et gratie quando videns afflictionem nostram indutus est carne humana et descendit vt nos liberaret Exodi.iij. Vidi afflictionem populi mei qui est in egipto et descendi vt liberem eum. Et sicut descendit per incarnationem et mortem/ sic ascendit per resurrectionis gloriam: t tunc humanam naturam summe exaltauit et in bono repleuit Ephe.iij. Qui descendit ipse est et qui ascēdit super omnes celos vt adimpleret omnia. Unde cantamus in prosa. Alta christus dum conscendit seruis suis manus appendit gratiarū omnium. Et hoc est quod hic mistice innuitur. Quia christus postq̄ mare transierat t monte ascenderat quesiuit a philippo. Unde ememus panes vt manducent hij id est carnes meritum poterit sufficere ad totam humanam naturam spiritualibus bonis repiendam Certe nullum nisi meum. quia oportet esse meritum infinitū. Et ideo hoc dicebat tentans eū ipse enī sciebat q̄ solus ipse poterat hoc facere. Sed literaliter exponēdo quare magis a philippo q̄ ab alijs alius de victualib⁹ et panib⁹ inquisiuit magis eīm a iuda qui loculos habebat petere debebat. Ad quod dicēdū q̄ philippus erat de contrata illa id est de ciuitate illa vel regione vel vico. et ideo magis ad eū pertinere videbatur vbi pro pascendo populo possent victualia reperiri. ¶ Christus aūt hoc dicebat tentās eū. Ubi nota q̄ duplex est tētatio. Una ad malum inclinans et hec est a diabolo carne et mundo. Jac.j. Unusquisq̄ tentatur a cōcupiscentia sua. Et hac deus nunq̄ tētat. Quia vt dicitur Jac.j. Deus intētator malorū est/ ipse enim neminem tentat. Alia est tētatio probans. Et hec est triplex quia aut fit vt tentans innotescat tentanti vel probāti aut vt innotescat aliis aut vt innotescat sibi ipsi. primo modo non tentat deus sed homo Ecclesiastici.xxxij. Ex multis loquelis tentabit te. Secundo modo tentat deus virum perfectum ad exemplum Geneseos.xxij. Tentauit deus abrahā. Et sequitur. Nūc cognoui q̄ timeas dominum id est cognoscere feci. Tercio modo etiaz tentat deus virum perfectum ad humilitatis meritum quia homo humiliatur cum sibi sua infirmita ginotescit. Et hoc tercio modo christ⁹ tentauit philippum sicut infirmum in fide Unde philippus sicut imperfectus in fide respondit. Et ideo sua imperfectio sibi innotuit q̄ de christo non perfectā fidez habebat dum postea vidit ipsum tam grande miraculum operantem. debuit enim respondere. Dñe tu omnia potes. tu omnia scis/ et ideo potes panes de nouo creare et de longinquis partibus facere hic venire. Et sic patet secundum. ¶ Tertio ponitur philippi et andree responsio defectuosa. Et primo philippus ad christi interrogationem respondit di. Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis. t ceteri. que responsio est imperfecte fidei etiamē tot denarios habebant apostoli vt dicatur. ¶ Secundo beatus Andreas ad questionem etiaz imperfecte et cum defectu

respondit di. Est puer vnus hic qui habet quinq̄ panes ordeacos t duos pis. Sed hec quid sunt inter tāt̄os. Ex quo imperfectio beati andree pz/ quia non debuit dicere/ sed hec quid sunt inter tāt̄os. imo debuit dicere. Domine satis sunt: qt tu potes ea multiplicare et turbam satiare. ¶ Spūs iter aūt et ad edificationē nostrā nota q̄ puer iste fuit christus qui fuit puer. i. purus totus et innocens. i. petri. ij. Qui peccatum non fecit nec inuentus est dolus in ore eius. Non aūt fuit puer sensu vt multi semper sunt pueri Jsa.lxv. Puer centū annoz morietur. Qui habuit quinq̄ panes ordeaceos. i. quinq̄ vulnera que sunt valde aspera. sed fuerunt medicinalia: qt ad sanitatem gentiū. sicut ordeū est aspez et medicinale. que vulnera debēt comedi i. ab alia per iugē meditā ruminari Treñ. iij. Recordare paupertatis et trāsgressionis mee absinthij et fellis memoria. memoria ero et tabescet in me anima mea. In cuius signū mandatum est in lege vt omne animal non ruminans esset immundū nec posset deo in sacrificiū immolari Leuitici.xj. Debent autem comedi cum duobus piscibus. i. cū vera fide et spe. vt scz credamus q̄ illa vulnera sm humanitatem fuit passus christus verus deus et verus hō. t q̄ ea non pro se sz pro salute humana passue fuit. vt peccatum reatus nostri quo tāq̄ rei in carcere inferni detinebamur exolueret. et q̄ ex illis vulneribus dum ea patiēter tulit infinitum meritū acquisiuit. propter quod celum aperuit. Unde penā exoluit. meritū acquisiuit. celum apperuit et hoc firmiter credere debemus. ¶ Debemus etiam sperare q̄ virtute illius meriti bene operabimur. et in celū vltimo ascēdemus. Est enim spes certa expectatio futuroz bonoz ex gratia et merito proueniens. Si ergo sic ruminabimus istos panes. i. xpi vulnera atq̄ penā tūc pascetur anima et omnia amara p dulci sumet. Qz dicit Grego. Si passio christi ad memoriā reducek nichil est adeo durum quin equo animo toleret. Et sic nō deficiet in via pteritis incolarus. sed in virtute talis cibi fortiter ad celū fiduciter ambulabit. Hoc fuit figuratū in Helia qui in fortitudine panis illius fortitudinem quadraginta dierum et quadraginta noctium ambulauit. xl. diebus et xl. noctibus donec peruenit ad montem dei oreb. iij. regum. xix Panis succincticius est filius dei inuolut⁹ in carne mortalitatis nre t in ligno crucis assat⁹. Jo. vi. Ego sum panis viuus qui de celo descendi. Propterea dicit Cant. v. Comedite charissimi t inebriamini. Propterea christus sacramentuz sui corporis instituit vt illud eius tali fide t spe iugiter comedam⁹ Lu.xxij. Hoc est corp⁹ meuz/ hoc facite in meam cōmemorationem. pri. Corinth. xi. Quotiēscūq̄ manducabitis panē hunc t calicē bibetis mortem domini annūciabitis donec veniat. ¶ Possunt etiā per quinq̄ panes ordeaceos quinq̄ q̄ sunt necessaria penitēti designari/ que exteri⁹ sunt valde aspera/ sed animę languentis sunt validissima medicina/ que sunt cōtritio cordis/ cōfessio oris/ eleemosina operis oratio mētis/ ieiunij corporis. que debēt fieri in vera fide dei et ecclesie t vera spe per ea veniā cōsequendi. multi enim sacerdotes et iudeos et hereticos penitentiā agunt t in ipsa operantur virtutes. Et qt non faciunt eam in vera fide michil facitis nec sunt fructū penitentie percepturi Mathei.vij. Multi dicent michi in illa die/ domine dñe in nomine tuo prophetauim⁹ et virtutes multas fecimus. t dicet illis. Amen dico vobis nescio vos. In eodem. xxv. Et sic pz tercius. ¶ Quarto ponitur refectio populi miraculosa/ quia postq̄ ieiunus fecerat apostolos suā imperfectionez cognoscere ait eis. Facite omnes discumbere scz super fenū quod erat in loco. Accepit q̄ Jesus pa. t cū gratias deo egisset fregit et dedit apostolis vt turbe apponerēt/ similiter fecit de piscibus. Jsti panes et pisces virtute dei vbiq̄ multiplicati sunt. et primo in manibus christi: virtuosum enim erat in manibus/ vt dicit Augustin⁹ Secundo in manibus apostolorum distribuentiū. Tercio in ore comedentium vt dicit victor. Et cum omnes essent repleti precepit apostolis eleuare fragmenta ne perirent pedibus cōculcata. Et quilibet apostol⁹ accepit cophinū suū. i. cistam de viminibus factā ad portandum fenum et hmōi. t eleuauerūt xij. cophinos vel sportas plenas fragmentis. ¶ Hanc aūt miraculosam refectionem dupliciter cōsiderare possumus. s. moraliter et allegorice sm misticum intellectū. ¶ Moraliter aūt ad edificationem nostram exponēdo nota q̄ in christi conuiuio septem virtuosa apparent que in conuiuijs mundi deficiunt.

3 Propter que hoc est laude dignum et illa sunt merito contemnenda. ¶ Primum est motuum sanctum / quia ex magna pietate misertus turbe illud fecit. Unde ait. Misereor super turbam. Ex pietate enim debemus bona nostra largi

ri.Ps.cxi. Jocundus homo qui miseretur et ꝯmo. Tanto elemosina maioris meriti censetur, quanto ex maiori pietate et affectione procedit. Quia vt dicit grego. Deꝰ non pensat quantū sed ex quanto affectu. Et ideo illa vidua que duo eris minuta in gazophilatiū misit, plus omnibus dicta ē a christo misisse. vt patet luce. xxi. Conuiuia aūt mundi ex iactantia et vana gloria fiunt. vt sc̄z homines ostendant diuitias ꝛ magnificentias suas et honorentur. sicut assuerus grande conuiuium fecit. vt ostenderet diuitias glorie sue. vt patz hester. i. ¶ Secūdum est laus diuina: qz premissa est gratiarum actio et benedictio. Nā vt dicitur matth. vi. dominus in celū intuens benedixit. et hic dicitur q̄ gratias egit. Debemus enim in comestione orationem premittere et ipsam benedicere et in fine deo gratias referre. sicut religiosi faciūt. Ps. Edent pauperes et saturabūtur ꝛ laudabunt dominum. Quia sicut apostolus. i. Thi. iiii. Sanctificetur enim sc̄z cibus p verbū dei et orationem. Exemplū de illa sanctimoniali que semel sine signo crucis lactucam comedit et a dyabolo est invasa vt recitat gre. ꝓpterea. i. corinth. x. Siue comeditis siue bibitis siue aliud quid faciatis omnia ad laudem dei facite. Quia cum iustus de omni opere mercatur etiaz de comestione. omnia in nomine domini debet incipere et ad dei gloriam terminare. In conuiuiis aūt mundi premittūtur cantilene et tube et musica instrumenta. ¶ Tercium est indigētia iusta: quia hoc conuiuium pauperibus et indigentibus qui non poterant aliunde habere. et personis que christum sequebant legitur factū fore Luce. xiiii. Cuz facis prandiū vel cenā voca pauperes et debiles. ꝛ cecus et claudes et beatus eris. Conuiuia aūt mūdi fiunt māgnatibus et diuitibus. et non vocant ibi serui dei qui xp̄m sequunt: sed histriones qui obloquuntur. ¶ Quartuz est temperantia magna: quia in hoc conuiuio non fuit aliū nisi panis ordeaceus et pisces et nō varia fercula sue vini. debemus enim valde tēperate comedere: qz vt dicit hiero. Uenter et genitalia sunt vicina. et sō vēter mero estuās facile spumat in libidinē. ꝓpterea dicit apostol⁹ ad Ro. xiii. Nō in pmessationib⁹ ꝛ ebrietatib⁹. Et ad Ephe. iii. Nolite inebriari vino in quo est luxuria. In quibus aūt mūdi ista sunt vocātia ad luxuriā. s. varia fercula. optimū. pulcre mēse. cātilene. ꝛ musica instrumēta. Et ideo cū inepta letitia ꝛ indoprohibito surgunt. Exodi. xxxii. Sedit populus manducare ꝛ bibere ꝛ surrexerunt ludere. ¶ Quintū est significatio cōgrua Nam hoc conuiuium fuit factum sup mōtem sub diuo et sederunt homines super fenum. In quo datur intelligi q̄ serui dei stant in mōte cōtemplationis in celestib⁹ habitantes. Phil. iii. Nostra conuersatio in celis est. Sedent etiam super fenū. per quod caro figuratur Isa. xl. Omnis caro fenum. Tunc enim homo super fenum sedet cum spiritus carni dominatur. et carnalia desideria refrenant. comedunt enim sub diuo: quia spes eorum non clauditur in hoc mūdo sed ad celū terminat eterna le conuiuū expectando. conuiuia aūt mūdi fiūt in paludibus et luto terrenoz. nec cōuiue mundi sedent sup fenū sed fenuz super capita eoruz manet. dū caro spiritui dominat. ꝛ in carnalibus desideriis eoꝝ submergūtur. Fiūt etiam sub tectis in domibus: qz spes eoꝝ clauditur infra tectū post hoc nichil aliud expectando. Et ideo serui dei transeūt de cōuiuio ad cōuiuiuz sed mūdi cōiue de cōuiuio transeunt ad esurię sempiternaz. Isaie. lxv. Serui mei comedēt ꝛ vos esurietis. In cuius figura christus ascendēs in celum cum apostolis comedit. Actū. i. Sic de conuiuio ad esurię trāsiit diues epulo q̄ vnā guttā aq̄ nō q̄ potuit postea habere. vt patz Luce. xvi. Job. xxi. Ducūt in bonis dies suos ꝛ in pūcto ad infer. descē. ¶ Sextū est puidētia bona: qz mādatū est i hoc cōuiuio reliquias ne perirēt p indigētib⁹ reseruari. Serui ergo dei reliquas de industria in comestionibus saīs faciūt vt eas pauperib⁹ elargiant Lu. xi. Quod superest date elemosinā. Reliquie aūt cōuiuiuz mundi cōseruant nec pauperibus dant. et interdum putrefiūt. Exodi. viii. Ascendent in reliquias cibo rū tuoꝝ ranę vel male dispensant dum carnibus ꝛ histrionibus largiunt. ¶ Septimū est sufficientia plena: quia comederūt et saturati sunt. Serui enim dei saciantur dū quecunq̄ habent cōtemnunt. Mat. xiii. Centuplum accipietis. i. spiritū perfectionis per quem eritis cōtenti in bonis terrenis vt dicit Gregorius. Conuiue autem mundi non saciantur. Proverbi. xiii. Justus comedit et replet animā suaz. venter autem impioꝝ insaturabilis. Jo. iii. Omnis qui biberit ex hac aqua sitiet iterum. qui aūt bi. ex aqua quam ego dabo non sitiet in eternum. Et quis in conuiuiis mūdi

Allegorice

eat indecentia et viciosa concurrunt. ideo frequenter in ipsis comedentes a deo cōdemnantur. Sic condēnat⁹ est Balthasar in conuiuio quod fecit et vidit in pariete articulos manus sententiam contra se scribentis propter quod cepit tremere ꝛ compages renū eius dissoluebantur et conuiuium versum est in luctum. vt patet Dañ. v. et Proue. xiiii. Extrema gaudij luctus occupat. ¶ Secundo hanc refectionē possumus exponere allegorice scōm misticuz sensum. Unde nota q̄ duo conuiuia legūtur a Jesu facta. s. presens ꝛ quod habet. Mar. viii. Que significant spūalem aie refectionē que pascitur verbo dei. Deutro. viii. Non in solo pane viuit homo sed in omni verbo que procedit ab ore dei. quia vt dicit Grego. Miracula quedam christi sic accipienda sunt vt in veritate facta credantur et aliud significent. Hoc speciale sacra scriptura habet dum narrat gestū prodit misterium. Cibus ergo anime est verbum dei. i. sacra scriptura scilicet nouum ꝛ vetus testamentum quod predicatoz populo dat comedere. Mat. xiii. Omnis scriba doctus in regno celoꝝ similis est patrifamilias qui profert de the. suo no. et vet. Per duo ergo cōuiuia que xp̄s fecit nouū et vetus testamētū siue vetus et nouum lex cōgrue designant. Lex aūt vetus in quinq̄ libris moysi cōtinet. qui per quinq̄ panes ordeaceos designātur. Et in prophetis ꝛ psalmis qui per duos pisces designantur. Nam panis ordeaceus datur seruis. sicut lex fuit lex timoris que seruis datur et non continebat gratiam filiorū. Et ad hoc figurandum quando lex vetus data fuit audierunt filij israel vocē et somitū buccine et lāpades montēq̄ fumigantē. et ideo perterriti atq̄ pauore cōcussi steterūt proeul dicentes moysi. Loquere tu nobis et audiemus. non loquat nobis dñs ne forte moriamur vt patet Exo. xx. Item ordeum est pungitiuū continens multam corticem quia lex vetus erat pungitiua dicēs. Oculum pro oculo dentem pro dente. liuorem pro liuore Exo. xxi. Et continebat corticez figurarum multarum. id est misteriozuz in nouo testamento explicandorum. i. Corin. x. Omnia in figura contingebāt illis. Hos autem quinq̄ panes et duos pisces portauit vnus puer clausos in pera. Iste puer fuit populus iudaicus qui fuit puer sensu sed senex tempore Isaie. lxv. Puer centuz annorum morietur. Qui semper legit et nunq̄ ad perfectionem venit Hebreo. vii. Nichil enim ad perfectum adduxit lex. ¶ Corinth. iii. Usq̄ hodie dum legitur moyses velamen est positum super cor eoruz. Sed christus hos panes fregit ꝛ dedit discipulis manducare. dum intellectum veteris testamēti differuit. Lu. xxiii. Tunc apperuit illis sensum vt intelligerent scripturas. Fuit ergo populus iste pastus q̄n q̄ panibus ordeaceis. id est quinq̄ libris moysi. ꝛ duobus piscibus id est psalmis ꝛ prophetis qui asperitatem legis temperabāt vel potestate regia vel sacerdotali Et ideo hoc cōuiuiū fuit factū ante illud q̄ recitat marc⁹. de quo. xi. cophini sunt sumpti. quia duodecim sunt tribus israel que spiritualiter pasci debebāt. Quia vt dicit apostolus. i. Corinth. x. Omnes eandem escā spiritalē māducauerūt. Plures tamē reliquie superauerunt de isto conuiuio q̄ de illo quod recitat marc⁹. quia de hoc duodecim. de illo septē cophini eleuati sunt. Nam lex vetus que per hoc conuiuium designatur ob difficultatem seruari non potuit. Actuū. xv. Quid tentatis imponere iugum super ceruicem discipulorum quod neq̄ patres nri neq̄ nos portare potuimus. De vtroq̄ tamen conuiuio multa remanserunt. quia neq̄ nouam. neq̄ vet⁹ testamentum seruatur. et de vtroq̄ plura fuerunt eleuata q̄ apposita. quia de vtroq̄ plura passim dimittuntur q̄ obseruent Conuiuium autem q̄ Marcus recitat q̄ post hoc factum fuit significat nouum testamentum vel nouā legem in quo fuerūt septē panes tritici qui dātur filijs. quia lex noua est lex amoris que datur filijs et continet gratiam filiorum. Et ideo fuerūt ibi septem panes. quia septē virtutibus et septem donis. spiritussancti pascuntur filij dei. que in noua lege dātur. quia lex nouus est pncipaliter ipsa septiformis gratia spiritussancti. Hos septem panes similiter christus benedixit et fregit et multiplicauit. et dedit apostolis vt apponerēt turbe. quia ipsam legem nouam. s. legem amoris christus instituit ꝛ docuit. Jo. xiii Mādatum nouum do vobis vt diligatis inuicem. Mathei. v. Diligite inimicos vestros. In veteri aūtez lege dicebatur. Diliges amicum tuum et odio habebis inimicum tuum vt dicunt iudei. Et mādauit apostolis vt ipsam legem nouā omnibus predicarent. Marci. xvi. Predicate euāgelium omni creature. Et vt ipsam gratiam spūssancti omnib⁹ darent. Math. x. Gratis accepistis gratis date. ¶ De hoc aūt ꝓ

alio sustulerunt apostoli septem sportas/ quia septē erant ecclesie pascēde per apostolos in nova lege vel novo testamēto de reliquiis p̄andi xp̄i/ quibus Johannes in apocal/ pñi scribit di. Johānes septē ecclesiis que sunt in Asia. ꝛc. per quas vniuersitas ecclesiarū designatur. In septem aūt sportis apostolor contentus esi ac cōtinetur cibus anime dādus in novo testamento omnibus fidelibus christianis: q̄ per septē sacramenta ecclesie que continētur in sportis apostolor. i. potestate quā a christo receperūt datur septiformis gr̄a spūffancti. in qua salus ale cōtinet. Et sic ptz q̄ per duo christi cōmunia vet̄ ꝛ novū testamentū designatur quibus homes spiritualiter pascunt. Et novum fuit datum seruis ꝛ aliud filijs vnum generauit seruitutem et timorem. alterū libertatē ꝛ amorem. Et hoc est quod apostol⁹ dicit in epistola hodierna. Hec enim inquit sunt duo testamenta. vnū quidem in monte syna. in seruitutez generās que est agar. Et quia vt dicit apostolus ad Galath. iij. Vi qui fidem ex opera habent abrae hi sunt filij abrae. ideo nō solum debemus pasci de reliquijs cōmunijs: q̄ significat novū testamētū: sed etiā de reliquijs huius cōmunij q̄ vetus testamētum significat ꝛ abrae filijs fuit datum/ cuius fide et imitatiōe filij sumus facti. Comedam⁹ ergo de reliquijs cophinor/ quas apostoli de mēsa xp̄i sumpserūt. Nam ideo christ⁹ apostolis reliq̄as colligi mādauit vt eas oibus posteris impartirētur. Nā he reliquie spūalis bona quib⁹ anima pascit designant: que eo tomagis multiplicant quāto plurib⁹ dantur et diuidunt/ sicut iste panis tantomagis est multiplicat⁹ quanto pluribus est diuisus. Si ergo de hoc cōmuno volum⁹ spiritualiter saturari ad apostolos recurramus qui de ipsis plenos cophinos absulerunt nobis postmodum tribuendos.

A Primū cophinum beatus petrus sumpsit. qui fide p̄fecta ꝛ integra fuit plenus/ super quez tota dei ecclesia fundata consistit. math. xx. Tu es christus filij dei vivi. Et sequitur. Tu es petr⁹ ꝛ sup hanc petrā edificabo ecclesiā meā. Recurram⁹ ergo ad beatum petrū pro fide viua et vera. fides essi nostra mortua ē. eo q̄ per opera ipsā nō manifestamus Jacobi. ij. Ostendas michi fidem tuam ex operibus. Idem. Fides sine operib⁹ mortua est/ quia vt dicit Ber. Quid est q̄ per medios enses non transimus vt tantam miseriam declinemus. et ad tantam gloriam peruenamus? nisi q̄ mortua est fides nostra. ¶ Secundum cophinum sumpsit beatus Andreas qui fuit plenus spe vera et firma/ quia omnibus spretis sicutus est christum in seipsum totam spem suam ponens. Luce. v. Et illi relictis omnibus secuti sunt eum. Recurramus ergo ad beatum Andream pro spe vera habenda/ quia spe falsa multū abundamus. confidimus enim in diuitijs amicis et in alijs bonis mundi in quibus confidendum non est Isate. xxxvi. Ecce confidis super baculum arundineū confractum istum super egyptum id est mundum. cui cum innixus fuerit homo cōminu⁹ intrabit manum eius et perforabit eā. In deo autē et sanctis et in merito passionis christi in quibus est confidendū non cōfidum⁹ nec speramus et ideo nos deceptos et maledictos inuenimus Piere. xvij. Maledictus hō qui cōfidit in hoie et ponit carnez brachiū suum. Benedictus vir qui cōfidit in domino et erit dominus fiducia eius. ¶ Tercium cophinum sumpsit beatus iacobus maior qui fuit plen⁹ perfecta victoria vicit enim mundū diabolum et carnez et omnia vicia supplantauit. Jacobus est supplantator interpretatur Luce. x. Dñe in noie tuo etiā demonia subijciuntur nobis. Et ideo prim⁹ inter apostolos celum intrauit. ad designandū q̄ solū victores p victoriam celum intrant. Recurramus ergo ad beatum Jacobum pro victoria quia omnia nos vincunt et mundus et caro et demonia minima tentatio carnis minim⁹ appetitus honoris et vindicte et rerū temporalium nos prosternit Job. vij. Nūc autem venit super te tribulatio et defecisti Et in prosperis et insinistris. cadimus et magis in prosperis q̄ sinistris. ps. Cadent a latere tuo mille et decē milia a dextris. ¶ Quartū cophinū sumpsit bt̄us Johannes qui fuit plenus dei et proximi dilectione/ q̄ inter alios magis fuit feruēs dilectione ꝛ magis a christo dilect⁹. Unde discipulus dilectus christi vocat. Dis cū eius verba in amorem terminantur vt patet in eius epistolis. Filioli in quit diligamus inuicem q̄ qui manet in charitate in deo manet et deus in eo. i. Jo. iiij. ca. Recurramus ergo ad beatum Johannem pro charitate/ q̄ in dilectiōe dei ꝛ primi multum deficim⁹ et dilectiōe priuata et ppria abundam⁹ Phil. ij. Oēs em q̄ sua q̄rūt nō que iesu xp̄i. Dilectiōe et carnali ꝛ mundana multū abūdamus sed in dilectione

ipsis et divina multū deficimus. cui⁹ causas xp̄s assignat di. Math. xxiiij. Quia abūdabit iniquitas refrigescet chs. multorum. ¶ Quintum cophinum sumpsit beatus Thomas qui fuit plenus certitudine fidei Nam dubius in fide christi meruit per cōtactum vulnerum certificari. vt deinceps omne dubium de cordibus fidelium auferretur vt dicit gregorius in omelia. Recurramus ergo ad beatū thomam vt co. dib⁹ nostris infigat vulnera christi preciosa. vt in eius fide veraciter solidemur per cui⁹ meritū non defuturamus ad ima. sed ad celestia subleuemur. quia qui veraciter credit terrena contemnit vt celestia cōsequatur Hebre. xi. Fide moyses grandis effectus negauit se esse filium filie pharaonis magis eligens affligi pro populo dei q̄ terrene iocunditatis habere peccatum. ¶ Sextū cophinū sumpsit iacob⁹ minor. qui fuit plenus eximia sanctitate. vnde p̄ pter excellentiā sanctitatis eius appellatus est iustus et ꝑpter similitudinē cū xp̄o dictus est frater domini: quia sicut in personis. sic etiā in operibus fuit similis christo. Recurramus ergo ad beatū Jacobū vt sancti et similes christo simus. quia nō sancti sed valde magni peccatores sumus non xp̄o similes in operib⁹. sed valde dissimiles. Jaco. iij. In multis quidem offendimus omnes. ¶ Septimū cophinum sūpsit beatus philippus qui fuit plenus sapientia dei. Unde ait Jo. xiiij. Dñe ostende nobis patrē et sufficit nobis. ex quo magna eius sapientia demōstratur: q̄ sufficientiam et beatitudinē in quo erat quesiuit. sūm dei cognitione et visione. in quo omnes philosophi et mundi sapientes erraverunt. beatitudinē in diversis ponentes Recurramus ergo ad beatum philippum vt dei sapientia illustrati in solo deo finez nostrum ꝛ beatitudinē constituamus ꝛ nō in aliquo bono mundi. vt suauis in diuitijs superbus in honoribus. delicios⁹ in voluptatibus: q̄ illud pro deo colitur ab hoie quod pre alijs diligit vt dicit glo. super illud Phil. iij. Quorum deus venter est. ¶ Octauū cophinum sumpsit beatus bartholomeus. qui fuit plenus suspensione a terrenis et eleuat⁹ one ad celestia. interpretatur enim bartholomeus filius suspendentis se. quia per spiritum sanctū a terrenis se suspendit et ad celestia eleuauit Ezechiel. viij. Eleuauit me spiritus inter celū et terram. Et quia in celo vbi nulla est corruptio lex servabatur de eo dicitur q̄ vestimenta eius nunq̄ fuerunt veterata. i. per vetustatem corrupta. Recurramus ergo ad beatum bartholomeū. vt a terrenis nos eleuet. quibus totaliter summus immersi et trāsferat ad celestia vt ibi conuersemur et simus Phil. iij. Nostra cōuersatio in celis est. ¶ Nonum cophinū sumpsit beatus matheus qui vera penitētia plenus fuit qui per veram penitentia fuit perfecte mutatus. et de peccatore factus iustus de theolonario euangelista. ꝛ de publicano apostolus. Recurramus ergo ad beatū matheum vt in vera penitentia permenendi nobis gratiā a xp̄o acquirat. vt sicut ipse post conuersionem ad negocia mundi nō redijt nec ad theoloneum rescdit ita nos post pascha ad peccatum non redeamus sed de virtute in virtutez feliciter p̄gradiamur. iuxta illū. ps. Jbūt de virtute in virtutez: quia vt dicitur Luc. ix. Nemo mittēs manū ad aratrū ꝛ respi. respi. est regno dei Phil. iij. Que retro sunt obliuiscens ad anteriora me extēdens ad destinatum persequor brauium superne vocatiōis. ¶ Decimū cophinum sumpsit beatus symon qui fuit plenus vera obedientia quia deo veraciter obediuit. Symon enim interpretatur obediens. Nam statim vocatus fuit post christū. et mundū et parentes et omnia dereliquit. vt xp̄o libere obediret. Job. xxiij. Vestigijs eius se cutus est pes meus. Recurramus ergo ad beatum symonem. vt nobis gratiam obedienci deo acquirat qua valde indigem⁹: nec dolo nec prelatis ecclesie nec euangelio nec epistolis nec alicui legi subiecti volumus obedire: sed vnusquisq̄ quod sibi placet vult agere. et in preteritum temp⁹ in q̄ nulla lex erat totaliter remeare Jud. xviij. et xxi. In diebus illis nō erat rex in israel. ¶ Undecimum cophinum sumpsit beatus iudas qui thadeus dictus est. qui fuit plen⁹ gloriosa cōfessione Judas enim confitens et gloriosus interpretatur. ipse enim professus et p̄fessus est verā fidem. verem doctrinam et veram religionē. Item fuit gloriosus in stirpeigt de stirpe xp̄i natus. Recurramus ergo ad beatum iudam vt virtutem veraciter confitendi peccata nostra nobis acquirat. Quia vt dicitur. Proue. xviij. Qui abscondit scelera sua non dirigetur qui autem confessus fuerit et reliquerit ea misericordiam consequetur. Isa. xlij. Dic tu iniquitates tuas vt iustificeris. ¶ Undecimum cophinū sumpsit beatus mathias qui inde p̄cdi

sors successit qui fuit plen⁹ diuina electione. Nam primo fuit electus vt esset de septuaginta duobus discipulis. Secundo vt esset de duodecim.. Tercio fuit electus ad vitam eternam. Recurramus ergo ad beatum mathiam vt gratiam nobis acquirat vt simus de numero electorum: quia multi sunt vocati pauci vero electi. ¶ Recurramus ergo ad istos cophinos charissimi vt bonis spiritualibus repleamur. Sed multi sunt ita miseri et iniqui q̄ omnibus cophinis omissis solum ad cophinum inde proditoris recurrunt. q̄ fuit plenus furtis cupiditate. invidia. murmuratione. proditione. desperatiõe. homicidio et perditione. quem non de mensa christi eleuauit. sed a seipso impleuit. Et sic p⁹ quartum. ¶ Quinto ponitur laudatio et confessio populi gratiosa: quia illi homines cũ vidissent q̄ fecerat signũ dicebãt. Quis hic est vere propheta. de quo alii p̄phete prophetauerũt. Deutro. xviij. Propheta de gente tua et de fratribus tuis sicut me suscitabit tibi deus qui venturus est in mundũ. s. ad mundũ illuminandum ad opera dyaboli dissoluendum. ad nos de potestate dyaboli liberandum. et ad robur sic infundendum. Si de hoc vis p̄dicare queras infra in vltima dominica in qua idem euangelium legitur. in secundo membro euangelij. vbi inuenies decem p̄pter que christus venit in mundum. Et sic patet totum de euangelio.

¶ De epistola. Sermo.xl.

Scriptuz est q̄m Abraam duos filios habuit. Gala. iiij. Qz peccatores gaudent in vita ista nec curãt ieiunare nec penitentiã agere. et tamẽ deus benigno vultu et leta facie ipsos respicere videt. cum multa p̄spera cõfert eis. iuxta illud Job. xij. Abundant tabernacula predonum. et audacter prouocant deum. Justi aũt econtra ieiunant et affligũtur et mandata dei custodiunt. et tamen deus eis multa aduersa euenire permittit. et non videntur filij sed spurij et serui penitus non parentes. Ideo apostolus in hac epistola sub similitudine duoz fratrũ veteris testamenti. s. ysmael et ysaac ostendit q̄ iusti sunt predestinati et electi a deo et per gratiã spũs sancti in filios regni adoptati. et ideo sũt liberi et heredes eterne hereditatis et ciuitatis superne. Pctõres aũt sunt reprobati et vt spurij et serui extra hereditatẽ proiecti. In qua quidẽ epistola quatuor facit. Primo enim ipsam hystoriã ipsoruz duoz fratrũ narrat atq̄ recitat in principio epistole. Secundo ipsam hystoriã exponit ibi. Que sunt p̄ allegoriã dicta. Nec enim sunt duo testamenta. Tercio ostendit q̄ oẽs iusti et fideles sunt filij p̄missionis per spiritũ sanctũ in filios dei adoptati. Et conditiones q̄ inter ysmael et ysaac fuerunt in electis et reprobis vsq̄ mõ permanere et durare demonstrat ibi. Nos au tẽ fratres fm ysaac p̄missionis filij sum⁹. Sed quõ tunc is qui fm car. na. est. Quarto adoptionẽ filioz et libertatẽ quã hñt iusti p xp̃m fore factã affirmat. ibi. Itaq̄ fratres non sumus ancille filij sed liberę: qua libertate xp̃s nos liberauit. ¶ Prio. ergo aplꝰ hystoriã de ysmael et ysaac narrat dicẽs. Scriptũ ẽ. s. Heñ. xxj. q̄m Abraã duos filios habuit. s. ysmael et ysaac. et vnũ habuit de ãcilla agar. s. ysmael et vnũ de libera sara scz ysaac. Sed q̄ de ancilla fuit fm carnẽ. i. nõ p miraculũ scz per legẽ nature. vt p̄z Heñ. xvi. Qui aũt de libera fuit natus est per repromissionẽ. i. per miraculũ. sicut deus promisit Abrae. vt p̄z Heñ. xvij. et nõ solũ fm legẽ nature: qz sexies sicut Abraam erat de vetula sicut erat sara scõm nature cursum gñare nõ pot̄ ysmael ergo genitus est scõm naturã. ysaac vero per miraculũ seu repromissionẽ que significat gratiam. Per ysmael ergo significantur peccatores qui fm carnẽ nascunt et fm carnẽ viuũt. Per ysaac vero significant iusti. qui per grãm dei spũaliter renascuntur in baptismo in filios dei et spũaliter viuunt Ro. viij. Qui spiritu dei agunt hi filij dei sunt. Et totum hoc deus permisit fm beneplacitum gratie sue. ps. lxxj. Ego dixi dij estis et filij excelsi oẽs. Propteres xp̃s filius dei naturalis non cõfunditur vocare eos fratres. d. Narra. no. tuis fra. meis &c. ebre. ij. Attendendũ autem q̄ Abraam multos alios habuit filios: quia de Cethura multos habuit. Sz hos duos memorat aplꝰ: quia in his duob⁹ magnũ quid figuratũ est scz natiuitas et conuersatio pctõr. et natiuitas et cõuersatio iustoz qui per dei gratiã renascunt. Multa facta fecit Abraam q̄ scripta non sunt: qz nichil significabant. hoc aũt scriptũ est qz magnũ quid figurabat. Et hoc ẽ quod statim subditur. Que sunt per allegoriã dicta. Et sic patet primũ. ¶ Scõo idem apostolus ipsam hystoriã adaptat et exponit et primo generationem ysmael populo iudaico adaptat. secũdo generationẽ ysaac populo xp̃iano. ibi. Illa q̄ sursum est hierusalem libera est. Dicit ergo. Que sunt p allegoriã dicta. i. per aliũ sensum. Aliud dr̄ cũ aliud sonat in verbis et aliud signat in factis. alieos enim idẽ est quod alienũ. et gogos ductio quasi ducens ad aliũ sensum ab eo quem littera pretendit. Hystoria vero dicit quid factum. moralitas vero siue tropologia dicit quid sit faciendũ. Anagogis quid appetendum. Allegoria ergo dicit quid sit credendũ et intelligendum per ea que dicunt: quia per ea que dicuntur aliud credere et intelligere debemus. sicut est Abraam enim est deꝰ pater qui est pater multoz gentiũ. sic em̃ interp̃tatur hoc nomen Abraam Abbs enim pater et raam multoz interp̃tatur. et sub audit gẽtiũ. Inde dicitur Abraam pater multoz gentiũ. Per quẽ intelligitur deus pater. Libera aũt et ancilla signant duo testamẽta. Et hoc est qđ subdit. Hec em̃. s. ancilla et libera sunt id est signant duo testamẽta. Libera signat testamentũ nouũ dans omnibus per xp̃m nouã gratiã. per quam homines in filios dei regenerãtur. Nouum enim testamentum est principaliter ipsa gratia spũs sancti. ¶ Sed ancilla significat vetus testamentũ. Dicitur autem testamẽtum quia testes habuit per quos est confirmatum. s. angelos moysen et prophetas. Nouum aũt testamentũ habuit testes filium dei et apostolos qui audierũt et viderunt omnia. Et propterea etiã vocatur testamentũ vetus et nouum. Invtro q̄ aũt testamento genuit deus filios qui seruirent sibi. Sed in veteri testamẽto generati sunt iudei tanq̄ serui. quia timore pene et promissione temporalium seruiebant. nam ꝓpter hec duo serui seruiunt. Lex autez minabat penã. Exodi. xxi. Oculum pro oculo. et temporalia promittebat Isa. i. Si audieritis me bona terre comedetis. Et attende q̄ omnes tam noui q̄m veteris testamenti qui sic deo seruierunt et seruiunt. s. timore pene et propter bona tẽporalia soluz sunt serui ex agar ancilla nati et de carnis corruptione que caro penas abhorret et dulcia q̄rit et per ysmael designantur. Gratia vero noui testamenti liberos parit qui ex dei dilectione seruiunt non ex amore carnis. Et iõ oẽs tam noui q̄m veteris testamẽti qui deo ex amore seruierunt et seruiunt et non propter tẽporalia p̄mo dicti sũt filij ex sara libera nati. i. de ecclesia noui testamenti q̄ omnes

tales ad nouum pertinẽt testamentum et per Isaac significant. Johan. i. Dedit eis po. fi. dei fi. q̄ nõ ex san. neq̄ ex vo. car. neq̄ ex vo. viri: sed ex deo nati sunt. Vñ patres veteris testamenti qui sic deo seruierũt dicunt patres filioz noui testamenti/ vt abraam/ Isaac/ et iacob. omnes enim tales per gratiã dei nati sũt et ab eo ab eterno electi. i. Corinth. x. patres nostri oẽs sub nube fuerũt. Et hoc est qđ ipse dicit. Qui aũt de libera natus est per repromissionem id est per virtutem et gratiam repromittentis sub figura veritatem. Quis enim impossibilis scõm naturaz crederet et que suauia sunt in presenti cõtemneret nisi virtus dei hoc operaretur i eo. Taliter ergo generant christiani quoruz precessit typus in Isaac. ¶ Ismael aũtẽ designat iudeoz natiuitatẽ et omniũ eoz qui serui sunt peccati. Sic ancilla et libera signant duo testamẽta. vnũ quidẽ scz vetus testamentũ datũ est in monte syna qđ interpretatur mandatũ generãs hoies in seruitutem. i. cõstituens hoies seruos: quia iudei ex timore seruiebãt quod seruoꝝ est. vel serui peccati erãt: quia vt dicit Roma. vij. Occasione aũt accepta peccatum per mandatum operatũ est in me omnem concupiscentiã. Lex em̃ vetus ostendebat peccatũ. et non cõferebat gratiaz ad vitandum peccatum. Et ideo incitabat homines occasionaliter ad peccatũ. eo q̄ nitimur et inclinamur in vetitum. et per consequens lex constituebat homines peccatores et faciebat a peccatis ex timore cauere: qui autez non ex timore seruiebant neq̄ serui peccati erãt nõ sunt per illud testamentũ serui cõstituti. quod testamẽtuz est agar. i. significatur per agar seruã. Et hoc congrue: qz sina mõs est in arabia in quo datũ fuit vetus testamẽtum. Non enim datum fuit in terra promissiõis/ vbi iudei quasi filij fuerunt/ sed in arabia vbi serui fuerũt et alieni/ quia vetꝰ testamentũ nõ filios/ sed seruos pariebat. Et iõ vetus testamẽtũ optime competit populo cui datum est et quãtum ad populuz qui in arabia terra seruiuit. et quantũ ad populũ qui nũc seruit in hierusalẽ cum omnibus filijs suis iudeis seruis et miseris redacti em̃ in seruitutem erant. Et hoc est qđ subdit. Qui cõiunctꝰ est ei q̄ nunc est hierusalem. i. vetus testamentũ datũ in monte arabie cõiunctũ et simile est p oia ei. hierusalẽ que nũc est. i. iudaico populo qui nũc est in hierusalẽ. q̄. s. terrena diligut et pro terrenis seruit cum

filiis suis qui populus est synagoga que sub peccato generat filios. Totus quidē populus mater. quilibet autem de populo filius est. Uerus aūt testamētū dicit eē cōiunctum ⁊ simle illi populo quia sicut vetus testamentum penas minabatur et temporalia promittebat. ita ille populus timore pene et amore temporalium seruiebat. ¶ Deinde cum dicit. Illa aūt q̄ sursū est hierusalē adaptat generationē ysaac populo christiano generato ab ecclesia. ecclesia enim mater est xp̄ianoꝝ et quilibet xp̄ianus filius ecclesie. Dicit ergo sic. Synagoga que nunc est in hierusalē timore pene vel sub peccato seruit. Sed illa hierusalē que sursum est. i. ecclesia de gētib⁹ congregata que cū deo gaudet in spe et in celestibus per desideriū habitat iuxta illud phil. iij. Nostra conuersatio in celis est. Uel sursum est ꝑm potiorē sui partem scz ꝑm illos qui triumphāt et gaudent libera est quia ex amore seruit q̄ liberū facit. ij. corinth. iij. Ubi spūs domini ibi libertas. Que mater est nostra fouens nos amore dulci ⁊ in cōsiliis ducens. non onerans nos iugo preceptoꝝ legis. Et hoc p bat per Isaiā. liij. c. vbi scriptum est. Letare sterilis que nō paris scz modo. erūpe per signa letitie et clama pte gaudiū vehemētia que nō parturis scz. modo. Hoc est dicere. O tu ecclesia gentium et de gentibus congreganda que modo sterilis es ⁊ nō paris filios. letare et erumpe in signa leticie et decanta laudes. Qm̄ multi filij deserte q̄ modo sine viro es magis q̄ ei⁹ scz synagoge que mō habet virū. s. ipsum deū. i. Regū. ij. Donec sterilis peperit plurimos et que multos habebat filios infirmata est. In veteri enim testamento quādo ysaias hec dixit ecclesia non habebat viz. sed diuersos deos colebat et sterilis erat nec filios generabat legitimos scz spurios: quia deserto deo proprio sponso anime cum diuersis demonibus fornicabat et spurios generabat. sed postq̄ christo p fidem ꝺ sponso est coniuncta plures filios q̄ synagoga generauit quia plures sunt christiani q̄ iudei. Synagoga ergo fuit que habuit virum deserta vere et vaga et sine vlla lege viuens gentium multitudo. Et sic patet secundū. ¶ Tercio ostēdit q̄ omnes iusti et fideles sunt filij promissionis per spiritum sanctū in filios dei adoptati. ⁊ conditiones que inter ysmael et ysaac fuerunt adhuc inter electos et reprobos esse demonstrat. Dicit ergo. Duobus filiis respōdet duplex populus ⁊ duabus matribus duo testamēta per que duos filios generat. Sed nos fratres qui genuati sum⁹ a deo in eadē fide sum⁹ filij pro missiōis ꝑm Isaac. i. ad similitudinē isaac genuti. s. mirabiliter ⁊ per solā dei gratiā et misericordiā in dei filios adoptati. Tertij. Non ex operib⁹ iusti. que fe. nos sed ꝑm suā misc. sal. nos fe. per lauā. regēn. et reno. spi. san. Rom. ix. Nō em̄ omnes qui sunt ex israel israelite sunt. sed qui sunt filij promissionis estimant. in semine. ¶ Consequenter ostendit cōditiones que erant inter ysmael et ysaac adhuc esse inter electos et reprobos dicens. Sed quomō tūc is q̄ ꝑm carnē nat⁹ fuerat scz ysmael persequebatur eū scz isaac qui scōm spiritum natus fuerat. i. per spūsancti operationem ita ⁊ nunc qui sunt scōm carnē viuunt persequunt eos qui scōm spiritū nati ⁊ scōm spiritū viuunt. Aug⁹. Qui scōm carnē nati dilectores mundi. qui scōm spiritū nati sunt amatores regni celoꝝ ⁊ dilectores christi desiderātes vitā eternā. gratis colentes deū. Iudet etiaz sunt scōm carnem nati qui persequuntur nos qui sum⁹ scōm spiritum nati. quia legē scōm spiritū ⁊ nō scōm carnē custodim⁹. Et nota q̄ per hoc q̄ patimur probamur filij promissionis et filij dei. vt dicit glo. Hebre. xij. q̄ si extra disciplinam estis ergo adulteri ⁊ non filij estis. quē enim diligit dñs castigat. flagellat aūt oēm filiū quē recipit. Hiero. Non puto nos inuenire posse vbi ismael persecutus fuerit isaac. sed hoc solus q̄ cum ismael luderet cum isaac indignata sit sara Augustinus. Uidit pueros ludētes simul et dixit. Eijce ancillam ⁊ filiū eius. Quid est hoc. quid enim mali fecerat ismael puero isaac. quia ludebat cuz illo. Sed illa lusio illusio erat. illa lusio deceptionem significabat. Illum ludum Sara intellexit quem apostolus vocat persecutionē. quia vt dicit magister in hystoriis trahebat eum ad ydola adorandum. Ergo mali persequuntur bonos dum eos inclinant ⁊ ad malum trahunt vel malum agere cogunt. vel persequuntur inuriis. vt per impatientiam frangantur. Sed de tali persecutione non est curandum. quia scriptura refert sarā spiritui sancto inspiratam. vel deum dixisse abrae. Genesis. xxi. Eijce ancillam scilicet agar que vetus testamētū significat. ⁊ filiū eiꝰ scz ysmael per quē ostendit q̄ omnes qui ad vetus testamentum pertinent intelligunt. Nō enim

erit heres filius ancille cum filio libere id est mali cū bonis iudei ad vetus testamētum pertinentes cum christianis ad nouū testamentum pertinētibus. quia sicut nūc sunt dissimiles in conuersatione: ita erunt et in futuro ⁊ in retributione vnde Aug⁹. Sed hoc quod dicit eijce quādo erit? hoc erit cum area ceperit ventilari. Itaq̄ qui pertinent ad agar et ysmael. i. lex et iudei electi sunt de ecclesia et a gratia ꝑis nec non et heretici et filij eorum omnes et qui in ecclesia a domino terrenam querunt felicitatem adhuc ad ysmael pertinent: et sicut sibi pertinent ad ysmael et ad vetus testamentum: ita et antiqui veteris testamē ti ministri gratiam querentes filij promissionis sunt ad nouum testamentum pertinentes vt dicit Augu. Et sic patet tercio. ¶ Quarto adoptionem filiorum et libertatem quam habent iusti per christū factā fore affirmat dicens. Itaq̄ fratres met in fide christi. nos qui adoptati sumus p spiritum sanctum in filios dei ⁊ ex amore deo seruimus: nō sum⁹ ancille filij quia non sumus serui peccati vel legis vt peccatores et iudei. sed sumus filij libere scz celestis hierusalem. quia sumus filij ecclesie militantis que est filia ecclesie triūphantis vt ea cuacatis illis cerimonialibus antiquis ex amore seruiamus que est lex libertatis qua filij seruiūt. et non ꝓpriis meritis vel alia libertate sumus filij libere nisi in ea libertate qua christ⁹. i. per quā christ⁹ nos liberauit. Libertas aūt qua liberati sumus a christo est remissio oim̄ peccātū. quia qui facit peccatū seru⁹ est peccati Jo. viij. Et fidei per dilectionē operātis iustificatio Joh̄. viij. Si filius vos liberauerit vere liberi eritis ¶ Moraliter ad edificationem nostrā duo in hac epistola videamus. De duobus enim tota hec epistola loquit scz de libertate et gaudio iustorum. Unde dicit. Letare sterilis que nō paris. Et iterū. Jam non sumus ancille filij sed libere. Et de seruitute et miseria peccatorū Uñ sit. Eijce ancillā et filiū eius. B Notandum ergo q̄ ois iustus de duob⁹ sume debet gaudere. ꝓmo ergo de bonis q̄ habet in ꝓpatria. Secundo de bonis que habiturus est in futuro. Bona de quibus iust⁹ potest gaudere in presenti sunt decem. Et quia contraria iuxta se posita magis elucescunt. ideo dicēdo gaudiū iustoꝝ tangemus miseriā peccatoꝝ. ¶ Primū ergo gaudium iustoꝝ est cū sūmo bono conuentio. iustus enim intime coniūctus est deo. Nam habet charitatē per quaz deus in eo et in deo ipse manet. ſ. Jo. iiij. Qui manet in charitate in deo manet et deus in eo. peccator aūt non manet in deo nec deus in eo. sed in diabolo et diabolus in eo Sapien. i. Nec habitabit in corpe subdito peccatis. Charissimi si ds esset summe cōiunctus cum papa vel cum rege aliquo magno vel imperatore quantum gauderet vel gaudiū haberet. ¶ Secundū est sūmi honoris adeptio ipse em̄ est sūmi regis filius in ffem christi per ꝑmīssionē adoptat⁹ ꝓti. Jo. iij. Uidete qua. cha. de. no. de. vt si. dei no. et si. Et ideo sicut filiꝰ dei cū magna diligentia ab angelis custodit⁹ et in magna reuerentia in celi curia ab oibus sanctis habet. In hac etiā vita solus iustus dignꝰ est honore. Est enī honor scōm ꝓphm̄ reuerentia in testimonium virtutis. Solus autem iustus habet virtutes ergo ipse solus est honorādus. Peccator aūt est filiꝰ imo seruus diaboli et in magno vituperio cōstitut⁹ et nunq̄ verū sed falsū habet honorē. et iō nō magnis ꝑsonis sed a vilib⁹ honorat. ¶ Tercū est veri boni possessio. Nā bona gratie ⁊ virtutū que iust⁹ possidet sūt optima et vera bona. q̄ patet q̄ bonū faciunt possessorē ⁊ ab eo auferri nō ꝑt q̄ a solo deo ei donanť Jaco. i. Omne datum optimū ⁊ om. do. per. de sursum est desc. a pa. lu. Bona aūt fortune in quibus pctōres frequēter abundant sunt fallacia bona que nec bonū faciunt habentē et ab eo auferenť ⁊ per multas iniusticias acquiruńť vera aūt bona nō habet. ¶ Quartū est ꝓfecte libertatis habitio q̄ iustus liberā matrē habet ecclesiā et liberū patrem christum: vt in hac epistola ꝓtz. In magna etiā libertate viuit: q̄ seruire deo regnare est vt dicit Grego. Aug⁹ etiā dicit q̄ iusto q̄ subest iugo xp̄i oia subsunt et ois ei seruiunt et ipse omnibus dominatur. Et philosophus dicit q̄ liber est qui est causa sui et sibi operatur q̄ competit iusto. Peccator aūt in vltima seruitute est vt dicit Boecius. Naz auarus seruus est pecunie et superbus honoris ⁊ gulosus vētris Philip. iij. Quoꝝ deus vēter est. ¶ Quintum est magni lucri congregatio. Justꝰ em̄ et de malis et bonis et de omni re lucrat. Ro. viij. Diligentibus deū omnia cooperantur in bonū glo. etiam mala per occasionem. Nam persecutiones et flagella et tribulationes cedunt iusto ad lucrū de robe em̄ tyrānoꝝ mīri lucrati sūt martires. Lucrat etiā iustus de oi bono q̄ in eccles.

sla agitur.ps.cxviij. particeps ego sū omnium ti. q custodiē. māda. t. Lucratur etiā iustus pro omni actu bono vitam eternā. Est etiam particeps meritī passionis christi et omnium sanctorum. Peccator aūt est in vltima paupertate. quia de omni re perdit et omnia ei cedunt in malum et bona nature et bona fortune et de nullo bono quod fit in mundo lucratur ac etiā propria bona perdit Mat. xxv. Omni habenti dabitur et abundabit/ei aūt qui non habet et quod videt habere auferetur ab eo. Et passio christi et merita omniū sanctorum cedūt ei in malū. ¶ Sextum est ois pacis fruitio. iustus em habet pacē cū deo et cū seipso et cū proximo Jo. xiij. Pacē meam do vo. rc. Roma. Cum omnibus hominib⁹ pacē habentes. Peccator aūt nullā pacem habet Isaie. lvij. Non est pax impijs dicit dominus. Pax enim quā peccatores videntur habere est pax feda et ignominia plena ac si homo haberet pacē cum pediculis et pulicibus que eū comedunt. sic pctōres habēt pacē cū vicijs et carne que comedūt animā ipsorū. ¶ Septimū est omnis mortis euasio. quia iustus proprie loquendo nulla morte moritur. quia nec morte culpe nec morte eterne pene. In morte enim natura transit de morte ad vitam quia tunc beate viuere incipit et ideo mors iustorū vocatur dormitio et requies. ps. iij. In pace in idipsum dormiā et requiescā. Pec cator antē omni morte morit/ideo mors peccatoz pessima. ps. ¶ Octauum est gloriose resurrectionis firma spes et expectatio. Iustus enim firmiter sperat in eis et corpore resuscitari et ad gloriā ineffabilē peruenire. quod ei magnū debet gaudiuz ministrare phil. iij. Salua expecta. qui refor. cor. hu. nostre confi. cor. claris. sue. Frater enim et caro noster iam intrauit possessionem pro nobis et ad parandum et aperiendum nobis ciuitatem nostrā precessit. Jo. xiij. Ego vado parare vobis locū. Sic precessit ioseph fratres suos in egyptum Gen. xlij. Nolite timere pro salute em ve stra misit me dominus ante vos. Peccatores aūt non resurgent gloriosi sed ponderosi et infirmi nec gloriā dei sunt aliquando visuri Isaie. xxx. Tollatur impⁱ ne videat gloriā dei. ¶ Nonum est vie illuminatio et abbreuiatio et virtutis ad eundē collatio/maxime enim gaudet iustus ptēntis temporis qz ad illam etatem peruenit et ad illud tempus in quo via ad ciuitatez nostram redeundi est, secura et luminosa. In ve. enim te. erat tota dubia et obscura quia omnia in figura contingebant illis q in nebulis/quodāmodo. i. Corinth. xiij. Nos autem in magno lumine ambulamus propterea christus nos ad ambulandum confortat dicens Johā. xij. Ambulate dū lucem habetis. christus enim qui lux est semper cum iustis graditur Math. xxviij. Ecce ego vo. sum om. di. vsqz ad cōsu. secu li. Item via est abbreuiata/ quia olim ad paradisum euntes circuibant per infernū et vix bāt homines octingentis aut quingentis annis sed modo via recto tramite tendit ad celum. et homines ad plus ad cētum annos viuūt/et maior pars non attingit ad xl. annos. Hoc fuit figuratum in circuitu filiorum israel/dum venirent in terram promissionis/quia viam. xl. dierū perfecerunt in. xl. annis. Item nunc ex passione christi maxime virtus emanat volentibus in celestem hierusalē ambulare. que olim non emanabat/ in cuius virtute ad celum possumus faciliter peruenire. Hoc fuit figuratum in pane succinericio quē angelus dedit helye in cuius virtute vsqz ad montem dei ambulauit. iij. Re. xix. Peccator semper ambulat per viam tenebrosam iuxta illud. ps. In tenebrosis et in vmbra mortis. Item semper a via salutis elongatur/iuxta illud. ps. cxviij. Longe a peccatoribus salus. Itē virtutē passiōis christi non recipit: quia est membrū precisum a corpore christi/et ideo sicut palmes precisus mittitur fotas/et aresci Johan. xv. ¶ Decimum est peccatorū conuersio. nullum enim debent omnes iusti maxime illo tempore gaudere/quia peccatores conant ad deum redire et penitentiam agunt: et ab illicitis magis more soluto abstinent et de fidelibus non vident sicut alio tempore tantam stragem fieri. Alio enim tempore diabolus omni die maximam stragem facit. Unde quidā mortuus apparuit cuidam et dixit q illic de inferno videbatur q omni die mūdus deficeret tot enim descendebant illuc. Modo autem diabolus de fidelibus non solum tantam stragē non facit. sed preda ei aufertur quam alio tempore acquisiuit Eccle. iij. Tempus spargē di et tempus colligendi. Modo ecclesia colligit filios suos: quos diabolus alio tempore captiuando dispergerat. Charissimi hec sunt summe desiderabilia et penitus gaudiosa. Et ideo omnes iusti maximam habent modo materiam congaudendi quibus Apostolus ait. Gaudete in

domino semper iterū dico gau. phil. vlti. Peccator aūt de nullo potest gaudere. et si gaudet habet gaudium frenetici qui videt imminente morte Job. xx. Gaudium hypocrite ad instar puncti. ¶ Secundo debent et possunt gaudere de innumerabilibus bonis/bonis que in illa vita beatis sunt vltimo percepturi. Nam preter missio illo sub stantiali et ineffabili gaudio beatorumqō nec in cor hominis potest ascēdere nec lingua narari Nam vt autor libri de causis dicit a narratione prime cause omnes linguе deficiūt. D Decem maxima gaudia habebūt iusti in vita beata que ex redundantia illius summi gaudij in iustos effluēt sine fine q̄ totā dei ciuitatē letitia adimplebunt. ps. xlv. Fluminis impetus le. ci. dei. Tātum enim gaudium ex dei visione erumpet in animā q̄ ex illo impetu decem maxima gaudia in beatos vndiqz redundabunt. ¶ Primum est perfecta sanitas sine omni infirmitate. ps. cij. Qui sanat omnē infirmitatē. Modo enim multis infirmitatibus impugnantur et tandem morte/sibi nec lucē nec cibū. nec vestimentū nec mortuū. i. vt dicitur Apo. xxi Isaie. xxv. Precipitabit dominus mortem in sempiternum. ¶ Secūdum est iuuentus sine senio. ps. Renouabitur iuuentus tua sicut aquile. in. i. oēs em in etate. xxx. an. resurgemus in qua xps resurrexit et primus homo fuit creatus Ephes. iij. Donec occurramus oēs in virum perfectum. in mēsu. etatis plenitudi. christi. ¶ Terciuz est satietas sine fastidio. hic oculus nō satiatur visu nec auris auditu implebitur. nec appetitus desiderij quiescit. is ibi omnia erunt ipleta et satiata. ps. Satiabor cum apparuerit gl. t. Grego. Cū peruenerimus ad te fontem viuū impressa erit nobis sitis simul et satietas sed longe erit a siti necessitas et a satietate fastidium: quia sitientes satiabimur et satiati sitiemus. Nō tñ satietas et abundātia quā saraceni ponūt ibi erit. sez de fluminib⁹ lactis et mellis et de pluralitate vxorum. Quia deficiente fine deficiunt ea que sunt ad finez. Sed actus vocum ad filiorū generationē ordinatur. que ibi non erit. ergo nec talis actus. Et ideo nec nubent nec nubentur. sed erunt sicut angeli dei vt dicitur Mathei vicesimo secundo. Omnes tamē sensus et exteriores et interiores semper erunt in actu suauz delectationū. Nam gustus olfactus visus auditus et tactus semper erunt actu in delectationibus suis. Semper enim erit quedam summa dulcedo in fauctibus beatorū et sic de alijs sensibus. ¶ Quartum est libertas et agilitas sine pōdere Aug⁹. Ubi voluerit spiritus ibi protinus erit et corpus modo maximam seruitutem et grauedinē patitur a corpore aia. Et nō qō bonū vult agit sed malū operatur quod odit vt dicit apls ad Ro. vij. Corpus enim quod corrūpitur aggrauat animam et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem Sapiē. ix. ¶ Quintum est pulchritudo sine omni deformitate. Math. xiij. Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum. Et sicut sol in mundo centies clarius q̄ sol. phil. iij. Sol. expe. q̄ refor. cor. hu. n. configu. co. clari. s. Non tamen oēs erūt equaliter in corpore pulchri sicut non omnes erunt equaliter beati in aia. i. Corin. xv. Stella differt a stella in claritate sic et resurrectio mortuoz. Similiter nec omnes equalem delectationem in corpore possidebunt. ¶ Sextum est impassibilitas sine lesione. Sicut enim interius non poterunt infirmari sic nec exterius leđi: qz nec ignis nec aqua nec aliquid aliud poterit corpora beatorum ledere. Quōr. Et quid mirum hoc cuz homo si non peccasset etiā hoc bonū habuisset nullū em lesiū sensisset et tñ mundus permansisset. ¶ Septimū est pax sine omni timore et perturbatione. Nam ibi erit perpetua pax beatoz ad deum et beatoz ad inuicem et anime ad corpus Job. xxv. Qui facit concordiaz in sublimitatibus suis Isa. xxxij. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis. in tabernaculis fiducie. in requie opulenta. ¶ Octauū est glia absq̄ ignominia. omnis enim creatura beatis exhibebit reuerentiam et honorem Colo. iij. Cū aūt xps apparuerit vita vestra. tunc et vos apparebitis cuz ipso in gloria. id est ille honor et reuerentia vobis exhibebitur qui ē ip si christo. Jo. xvij. Volo vt vbi ego sum et ipsi sint mecum. Item Lu. xxij. Ego dispono vobis sicut disposuit michi pater meus regnū. ¶ Nonum est gaudium sine tristicia Isaie. xxxv. Gaudium et letitiā obtinebunt. fugiet dolor et gemitus. De omni enim re beati gaudebūt ac etiam de filijs et parētibus dānatis nec quicq̄ poterit eos contristari. Jo. xvi. Gaudium. ve. ne. tol. a vobis. ¶ Decimum est scientia sine ignorantia. Omnia enim scient maxime q̄ homo modo scire desiderat Eze. Quid est quod nesciat qui videntem omnia videt. Et sic patet totum de epistola.

¶ Dnica in passiōe domini de euāgelio. Sermo. xli.

QUis ex vobis arguet me de pctõ Jo.viij. Ista dñica vocatur dñica de lazaro et dominica de passione domini. Domini cade lazaro vocat propter illud famosum miraculum qõ christus fecit lazar suscitãdo qõ sexta feria ante hanc dominicã fuit lectum et simili tempore celebratum sc3 p xv.dies ante christi passionem. Dominica vero de passione dicitur qz propter illud famosum miraculum deliberauerunt ꝛ cõspirauerunt iudei christum et lazarum interficere. vt patet Jo.xij. Et ideo euangelium in quo dicitur q̃ iudei christum lapidare voluerunt hodie in eccl̃ia recitatur. Et propter hoc ecclesia dominice passioni appropinquans quendam nouum merorem assumit dum gloria pr̃i in fine responsorij nõ dicit. nec etiam in missa in quo omnes fideles instruit vt deiceps vsq; ad pascha amplius solito in lamẽtis penitentie se constringant artiorẽ vitam aliquantulũ assumentes. Et ideo cantat. Isti sunt dies quos observare debetis. Ptesens autem euangelium non est historiale sed per omnia doctrinale. In quo quedam disputatio ꝛ collocutio quã christus cum iudeis habuit ptinetur. In quo xp̃s duo ostẽdit que homes marie scire desiderãt. s. an sint in gratia dei et in bono statu. et quilibet desiderat nunquam mori. Hec autem duo christus in hoc euangelio docet. In quo q̃dem euangelio duo principaliter continẽtur. Primũ est christi innocẽtia ꝛ bonitas admirãda que per totum euangeliũ appa ret. Secundum est iudeorũ malicia et perversitas detestanda. que similiter in euangelio ptz. Nam iuxta vnũ bonũ quod hic narratur de christo continetur aliud malum qõ inserit de iudeis. Et qz partes sũt mixte. iõ non possunt congruenter et ordinate signari. sed dicendo christi virtutes vbi continentur tangemus partes. Et similiter de iudeorũ vicijs faciem⁹. Et quia iudei deliberauerunt imo coniurauerunt christũ occidere iõ christus in hoc euãgelio suã innocẽtiam demõstrat. Et probat q̃ propter nullam rem dignus est morte. nec est de nũero illorũ qui in lege et per legem mandantur occidi. Sed nullus debebat occidi nisi per legem et sin legem condemnatus ergo nullomõ debebat occidi. ¶ Primo namq; in lege mandabãtur occidi malefactores contra legem dei agentes Debic.x. Irritam quis faciens legem moysi sine vlla miserationc duobus vel tribus testibus morit̃ur. Unde et ille qui cõtra mãdatũ dñi inuentus est die sabbati ligna colligere iussus est a domino lapidari vt patet numc.xv. Sed christus non q̃ peccauit nec contra mandatũ dei vel legis fecit quin potius legem in omnibus adimpleuit Wathe.v. Non ve.le.sol. sed adim. Et hoc est quod ait. Quis ex vo.arguet me de pecca.q.di. Si peccaui non recuso mortem. Et ideo quicunq; vestrũ vult me de pctõ arguere et accusare accedat. ego enim paratus sum meam innocentiam defensare. Si autem innocens sum non debetis me vt impiũ condẽnare Grego. Pẽsate mansuetudinem dei qui venerat reis ignoscere peccata. non dedignatur et ratione ostendere se peccatorem nõ esse qui ex virtute deitatis poterat pctõres iustificare christus fecit sicut potestates et dominꝰ in fine domini debent sindicari et modulari. Et ideo christus dum deberet de mundo recedere quem rexerat et docuerat voluit stare ad sindicandum et modulãdum vt nullus post eius recessum obloqueret de ipso probans et affirmans q̃ in nullo vnq; deliquerat nec peccauerat. ℰ

Nota aũt q̃ xp̃s non solum non peccauit sed nec peccare potuit, multiplici ratione. ¶ Primo ratione omnimode puritatis. Ipse enim est lux purissima. Sap. vij. Candor est enim lucis eterne et speculum sine macula dei maiestatis Jo.viij. Ego sum lux mundi. Ipsa enim lux est tota pura nec maculam põt recipere. nã trãseundo per feda penitus nõ fedatur. peccatum vero est quedam macula aie. Ecclc. xlvij. Dedisti macu. in gloria tua et pphanasti semen tuũ. Ergo xp̃s peccare nõ potuit. ¶ Sedo rõne pfecte bonitatis. Christus enim semper in se habuit omne ꝛ perfectũ bonũ. quia ab instanti cõceptionis sue fuit beatus. cum anima eius semper fuerit dei verbo conuncta. Unde si quam penam passus est voluntarie pertulit. Omnis autẽ peccans ꝓpter aliquod bonum temporale qõ non habet et cupit habere peccatum cõmittit. vt vsurarius ꝓpter pecuniam. luxuriosus ꝓpter delectationem et sic de alijs. Cum ergo christus omne bonũ quod volebat haberet nec aliquid eius voluntati resistere poterat. ergo peccare non poterat. qz peccando aliquod bonum niterek habere qõ nõ habebat. ¶ Tercio ratione indeficientis virtutis. Christi enim virtus indeficiens est portans omnia verbo virtutis sue. vt dicit Apostolus ad Hebre. Peccare autem nichil aliud est ℊ deficere. quia vt Boeci⁹ dicit omne peccatum ab impotentia procedit. Ideo eñ peccant homines quia in efficentia bonorum stare non possunt. sicut terrens equũ de quo cadit. quia super equum non potuit se tenere. Et augustinus dicit q̃ peccatum nichil est et homines nichil fiũt cũ peccant. Peccatum enim consistit in eo q̃ homo deficit ab eo quod facere debet. Et per consequens peccatũ nichil est aliud ℊ ordinatio decentis et debiti actus. Cum ergo christus sit indeficientis virtutis ergo peccare non potuit. ¶ Quarto dicitur ratione carentie fomitis peccati. quia sicut in radice et amputata rami pullulare non possunt: sed radix ꝛ fundamentum omnis peccati est concupiscentia mali et peccatũ originale. Unde si quis hanc concupiscentiam non haberet non posset peccare nisi per ignorantiam a diabolo deciperetur sicut decepit primos parẽtes ꝛ christũ decipere est conatus. Sed talis ignorantia et deceptio non potuit esse in christo cum sit sapientia dei patris per quẽ fecit et secula. Cum ergo christus fomite peccati inclinante ad malũ caueret peccare nõ potuit. Cuius ratio est quia peccare est adherere bono cõmutabili spreto bono icõmutabili vt dicit Augu. eligere bonũ ipsale ꝛ spernere bonum eternum. eligere bonum parum et carnale et spernere magnum bonum et spiale ꝛ perfectũ. Hoc aũt hõ non posset facere nisi ꝓpter ipulsum concupiscẽtie que ad tale bonũ eligendũ et ꝓsequendũ instigat. vel ꝓpter diabolicã deceptionem qz sicut naturaliter hõ vult bonũ nec potest malũ velle. ita naturaliter vult perfectum bonum et citius malus bonum q̃minus bonũ. ¶ Quinto ratione plenarie potestatis. Christus eñ fuit et est merus et liber dñs sim. Mat.xxviij. Data est mihi om.po. in ce. et in ter. Et ideo sub lege nulla fuit constitutus Jo.xiij. Sciens Jesus quia omnia dedit ei pater in manꝰ Luce.vi. Dominus et filius hominis etiam sabbati id est potest ipsum soluere sicut ipsum instituit ad celebrandum. Quicqd ergo fecit vel dixit vel ordinauit totum potuit absq; peccato facere de plenitudine potestatis. Sed peccatum nichil aliud est nisi dictum vel factum vel concupitum cõtra legem dei vt dicit Augꝰ. Dominus autem legis potest dispensare in lege et ipsam mutare, et facicns contra legẽ non peccat quia dñs est. ℱ Sic deus nõ peccat faciens supra naturam, vel contra naturam, ꝛ similiter contra legem agens. Et hoc patet: quia quando dñs precepit alicui vt faceret contra legem ille nõ peccauit, vt patet de sansone qui interfecit seipsum: qõ est contra cõmunem legem. Idẽ patet de mendatio abrahe et sare quãdo sara mentita est abraham fratrez suũ esse vt patet Gen.xij. Idem patet de fornicatione Osee: qui de mandato dei fornicatꝰ est dicẽte sibi dño. Ua de ꝛ accipe tibi vxorem fornicariam ꝛ fac filios fornicationis Osee.i. Unde quãdo permisit plures vxores habere ꝛ libellũ repudij dare sine peccato fuit. Et similiter quando mãdauit illos septẽ populos occidi de quibus in Jo sue patet. talis occisio sine peccato fuit. Cum ergo christus fuerit merꝰ ꝛ liber dominꝰ omniũ quod fecit vel dixit absq; peccato facere potuit. ¶ Sexto christus peccare non potuit ratione perfecte confirmationis: sicut enim sancti qui sunt in celo peccare non possunt eo q̃ sunt in gratia confirmati. ita et christus dum viueret peccare non potuit eo q̃ erat in gratia cõfirmatus. ¶ Secũdo in lege mandabantur occidi falsarij. sive in doctrina, vt heretici. Deu.xiij. Si resurrexit i medio tui pphetã aut q̃ somniũ vidisse se dicat ꝛ predixerit signũ atq; portentuz et euenerit quod locutꝰ est ꝛ dixerit tibi. eamꝰ et sequamur deos alienos ꝛc. pphetã aut ille, aut fictor somnioꝝ interficiet. Sive in testificãdo et sententiando, vt daniel mandabat lapidare illos falsos testes ꝛ iudices duos seues, qui susannã falsc condẽnauerũt vt patet daniel.xiij. Sed hodie multi tales occiderentq; falsa docent et testificant populo ꝛ falsc sententiãt ira q̃ causa pauperũ ꝛ pupillorꝝ ꝛ viduarũ nõ ingreditur ad eos. Hic cadit exemplum esopi de cane et ouc: quãdo canis conuenit ouem coram leone et testes canis fuere mulus. lupus ꝛ vultur. ꝓpter quod ouis coacta est vendere lanam suam ꝛ reddere panẽ cani quem reddere non tenebat. ℰ Sed christus nõ fuit falsarius: sed dixit de omnibus veritatem sc3 de celo mundo inferno de peccato et de virtutis ope Jo.xviij. Ego ad hoc natus sum et veni in mundũ vt testimonium perhibeam veritati. Nam primo de celo dixit q̃ est ibi perpetuum gaudium et perfectum bonum vt illuc iremur. Johan.xvi. Iterum autem videbo vos saluz in celo et gaudebit cor vestrũ

et gaudium vestruz nemo tol.a vo. De mũ do dixit q erat totus plenus malignitate et instabilis vt ipsum fugiamus. Joh. vij. Non potest mundus odisse vos/me autem odit quia testimoniũ perhibeo de illo qm opera eius mala sunt Mathei. xviij. Ue mundo ab scandalis. De inferno dixit qt magnis penis est plenus vt ipsum timeamus Mathei. xiij. Ibi erit fletus et stridor dentium. ¶ De peccato dixit q magnis damnis et periculis est annexum vt ipsum relinquamus. Nam facit hominem seruũ diaboli exuit vestem nuptialem id est charitatem/et aliarum virtutum aufert et omna bona sua et meritum christi et totius ecclesie priuat hereditare celi ad infernũ trãsmittit i supplicii eternũ mat. xxij. Ibũt in supplicium eternũ. De opere vero virtuoso dicit q fructu incredibili et ineffabili a deo remuneramur vt illud super omnia amplectamur Mathei. xix. Uos qui secuti estis me scz in operibus virtuosis in regeneratione cum sederit filius ho. in sede ma. sue sedebitis et vos su. se. xij. iudicantes xij. tribus israel. Itẽ docuit omnez veritatem scilicet vite doctrine et iusticie quod etiã ipsi iudei cõfessi sũt Math. xxij. Magister scimus quia verax es et viã dei in veritate doces scz in veritate doctrine et nõ est tibi cura de aliquo quin loquaris quod iustum est. Et hoc est quod hic dicit Si veritatem dico vobis non potestis me vt falsarium condẽnare imo debetis me vt magistrũ tenere: quare ergo non creditis michi. De vobis etiam in presentia veritatem dico vt quia non estis ex deo per imitationem et gratiã: sed ex patre diabolo estis per imitationem operũ. et ideo nõ auditis verba mea que ego vobis loquor. Qui enim est ex deo verba dei audit. Ubi dicit Grego. penset vnusquisq si verba dei aure cordis percipit et intelligat vnde sit. ¶ Tercio mandabantur occidi phitones et arioli et malefici et hmõi. qui a diabolo querunt et a mortuis veritatem Exodi. xij. Maleficos non patiaris viuere. Et deutro. xviij. Non inueniatur in te qui ariolos scisciteur: aut obseruet somnia atq auguria ne sit maleficus ne incantator ne phitones consulat nec diuinos et querat a mortuis veritatem. Istud est magnum peccatum et magna pericula latent ibi/qz vt dicit Augustin⁹. Et si aliquando demones dicunt verum ad decipiendum dicunt vt persuadere possint. iij. Re. xxij. Egrediar et ero spiritus mendax in ore omniũ prophetarũ vt spũs nequã. Sed nõ in ore michee prophete qui ꝓpheta dñi erat sed in ore prophetaruz qui a demonibus responsa habebãt. Et aliquando eis veritatez dixerãt qui postea falsitate subiecta fecerũt regẽ et populum gladio interire. Sic saul cõsuluit phitonissam. et ideo ipse cum filijs suis in prelio cũ gladio interemptus est vt patet. i. Re. xxviij. ¶. xxxi. ¶ tamẽ phitonissa vez locuta est ꝛ ꝓpter hoc nõ cauit malum/quia eum dei iudicio perfigebat. Sed ego ait christus demonium non habeo nec aliquã confederationẽ cũ eo immo ipsum ab hominib⁹ expello ꝛ destruo ꝛ cõdemno mala opera ei⁹. i. Jo. iij. In hoc apparuit fili⁹ dei vt dissoluat opa diaboli. Et Johan. xviij. Ille homicida erat ab initio. Et itez. Mendax est et pater eius. Actuũ. x. Qui pertrãsiit benefaciẽdo ꝛ sa. o. op. a diabolo. Et quia hoc in dei precipue ei imponebant. iõ in illo euãgelio Luc. xi. Erat Je. eici. de. per multas rationes ostendit q cũ diabolo contuberniũ non habebat. ¶ Quarto debebãt occidi blasphemi in deum/vt patet Leuit. xxiij. quãdo moyses inuento blasphemo qui blasphemauerat deũ israel consuluit deum. Et dñs respondit dicẽs. Educ blasphemũ extra castra ꝛ lapident eum omnis populus. Inter christianos est pena ceniũ soldox et maius reputant blasphemare regem q deum. Et vide miseriam christianoz/quis in lege saracenorũ qui non credunt in christum tanta est pena mortis. quicunq etiam non solum deũ/sed etiam christum blasphemat. et iõ inter eos nunq quasi christus vel deus blasphematur. Christiani autẽ miseri absq freno in deũ et sanctos linguas suas relaxãt/quod est maius peccatum q hominem interficere. Iste est actus damnatorum. Apocal. xvi. Manducauerũt linguas suas pre dolore et blasphemauerunt deum. Et ideo nota hic de illo puero quinquenni de quo dicit Gregorius in dialogo q erat assuet⁹ blasphemare deum/qui dum moreretur vidit demones et exclamãs dixit. pater obsis. quia mauri homines id est nigri volunt me tollere. Et sic clamans blasphemauit deum et emisit spiritum. Sed ego ait christus non vitupero deum patrez meum eũ blasphemando vel contumeliam aliquaz inferẽdo. sed honorifico eum quia omnia ei attribuo opera virtuosa. Jo. xiij. pater in me manens ipse facit opera. Item eius nomen et gloriam hominibus manifesto et eius claritatem predico. Jo. xvij. Manifestaui nomẽ tuũ hominib⁹. Ibidẽ. Ego te clarificaui super terrã. ¶ Quinto debebãt occidi homicide: quia lex ciuilis et mosayca hoc mãdat. Exo. xxij. Qui percusserit hominẽ volẽs occidere morte moriatur. Unde dauid in morte cõstituit⁹ mãdauit salomoni vt occideret ioab principem militie quia duos viros occiderat scz amasam et abner/vt pt3. iij. Re. ij. Et saul rex reprobat⁹ est a deo/qz agag regi amalechitarum vitã pepercit qui multos occiderat tam nequiter q̃ iniuste. Quem samuel apprehendens caput amputauit dicens. Sicut fecit mulieres absq liberis gladius tu⁹ sic absq liberis erit inter mulieres mater tua/vt patet. i. Reg. iij. Sed ego ait christus non veni occidere/sed vt vificarem/quia docco vaũ qũ quicũq obseruauerit nunq̃ morietur. Quia si quis sermonem meũ seruabit mortẽ non gustabit in eternũ. ℣ Ubi nota q triplex est mors. s. nature/culpe/et pene eterne. Prima mors nõ est ꝓprie mors: sed quedã separatio anime a corpore in qua separatione anima incipit perfecte viuere ꝛ beate. Secunda mors scz culpe qua deus qui est vita animarũ separatur ab anima. Et tercia scilicet pene qua anima separat a gloria et deputatur tormentis sunt vere ꝛ totaliter mortes. Qui ergo seruat sermonẽ dei non morietur morte culpe vel pene. mors te vero nature que est quedam depositio sarcine morietur/sed resurget gloriosus. et ideo non morietur in eternum qui seruat sermonem dei. ¶ Sexto debebant occidi filij. q monita parentum non audiebãt: sed commessationibus ꝛ ludis vacabãt. Deu. xxi. Si genuerit homo filium contumacem ꝛ proterum/qui non audiat patris ac matris imperium ꝛ coercitus obedire cõtemserit apprehendent eum et adducent ad seniores ciuitatis illius ꝛ ad portam iudicij. dicentq ad eos. Filius noster iste proteruus est et contumax monita nostra audire contemnit cõmessationibus vacat et luxurie atq cõuiuijs. lapidib⁹ eũ obruet populus ciuitatis ꝛ morietur. Quia melius est q vnus occidatur q̃ q tota dom⁹ destruatur ꝛ omnes consanguinei confundantur. Bonus filius domum reficit ꝛ ꝓgenitem suam honorat. malus autez filius domum destruit et parentes confundit ꝛ progenitem. Et ideo filij deberent nutriri

sub magna ferula discipline ꝛ flagellari ꝓ culpis Ecclesiastı. xxx. Qui diligit filium suum assiduat illi flagella. Ibidem. Curua ceruicẽ eius a iuuẽrute. et tunde latera eius dũ infans est ꝓuer. xiij. Qui percit virge odit filiuz suũ Ibidem. xxij. Stultitia colligata est in corde pueri et virga discipline fugabit eam. Multi parentes sunt causa perditionis filiorum suorum/qz eos corrigere negligunt quod sine magna culpa non est/quia sunt causa mortis corporis et anime ꝓuer. xxiij. Noli subtrahere a puero disciplinam si enim percusseris eum virga nõ morietur. Tu virga percutes eum et animam eius de inferno liberabis. Exemplum de filijs heli sacerdotis quorum peccatum erat grande nimis coram dño et ipse non correxit eos nisi leniter dicens. Non est bona fama quã audio de vobis. Et ideo vno die ambo occisi sunt. Quo audito pater cecidit retrorsum de sella et fractis cervicibus expirauit et vroz vnius filiorum hec audiens in partu existens periclitata est in partu vt dicitur i. Re. iij. ¶ sic tota domus perijt. Sed ego inquit christus non sum filius contumax sed obediens vsq ad mortem Philip. ij. Factus obediens vsq ad mortem. Quia ego scio eum et sermonẽ eius seruo. id est scio voluntatem patris mei et eam opere impleo et consummo Johan. xvij. Opus cõsummaui quod dedisti michi vt faciam. ¶ Septimo debebãt occidi omnes inimici populi dei sicut dominus mãdauit filijs israel vt dederent illos septẽ populos. s. amoreum ferrezeũ chananeum ꝛc. Exemplum Josue quando appropinquante solis occasu precepit soli et lune vt starẽt donec interficerẽt inimicos populi dei. ꝛ steterunt spacio vnius diei vt patet Josue. x. Nos autem saracenos occidere debemus mare transfretantes qui terram sanctam detinent occupatam dum passagium indicitur/et pro hoc faciendo omnium peccatorum indulgentia elargitur. Sed ego inquit christus non sum inimicus sed de vra gente natus iudeus ex iudeis et conversatus inter vos. Deutro. xviij. Prophetam de gente tua et de fratribus tuis sicut me suscitabit dominus deus tuus. Et prophete et reges voluerunt videre que vos videtis. Et matre abraam pater vester exultauit vt videret diem meum. i. cum desiderio magno desiderauit et vidit et gauisus est valde.

Vidit enim dies vnitatis et trinitatis qui est christi dies inquantum deus et die hu manitatis qui est christi dies inquantum homo. Dies vnitatis et trinitatis est dies glorie/quia omnis ibi in luce clarescunt. Dies autem humanitatis est dies gratie quam presentia christi fecit in mũdo. Et enim latio in mũdo sup facie ecclesie facit diem gratie et eius latio in celo super beatos facit diem glorie Johan.xviij. Hec est vita eterna vt cog.tc. Utrũq; autem diem Abraam vidit in spiritu per fidem et per spem/et gauisus est dum quod credebat t sperabat per dei gratiam intellexit. Nam diem trinitatis t vnitatis dei vidit quando tres angelos in specie hominum vidit et vnum adorauit in quibus cognouit vni tatem essentie et trinitatẽ personarũ. Die vero humanitatis vidit quando dictũ est ei. In semine tuo benedicent omnes gentes Gen.xxij. qõ credidit Abraã et reputatum est ei ad iusticiam vt dicit Apostolus ad Roma.iiij. Credidit enim q̃ filius dei de semine suo carnẽ assumeret in quo omnes gentes benedicende erant. In nullo enim puro homine omnes gẽtes poterãt benedici sed oportebat filium dei nasciturum esse vt esset supra totam naturam cuius meritum esset infinitum per qõ omnes pariter saluarentur. Et q̃ Abraã hoc credidit pater per hoc quod dixit Eleazar Pone inquit manũ tuã subter femur meũ vt adiurẽ te. tc. Gen. xxiiij. Omnis enim iuratio per maius fit vt dicit Apostolus ad hebreo. vi. Ergo credidit aliquem de se nasciturum maiore se qui purus homo esse non poterat cum maior patre esse deberet quia non est discipulus supra magistrum nec seruus maior domino suo Mat. x. et Joh. xiij. ¶ Octauo debebat occidi peccatum quod facit homines nichil esse Augu. Peccatum nichil est et nichil fiunt homines cum peccant. Propter qõ occidendũ voluit filius dei in carne mori Ro. viij. De peccato dãnauit peccatum in carne. i. Deũ. Qui peccata nostra pertulit in corpore suo super lignũ. Vere peccatũ debet occidi quod facit homines super oia nichil esse/et est contra omnia t oia sunt contra ipsum. Quod figuratũ fuit p. ysmael filium agar/ de quo angelus dixit. Erit enim ferus homo: manus eius contra omnes et manus omnium contra eum Gen. xvi. ysmael natus de concubina abrae est peccatum natum de concupiscentia mali quod ferũ et crudele est et est contra oẽs quia omnes inficit et contaminat et facit declinare a bono. Psal. xiij. Omnes declinauerũt simul inutiles facti sũt. Sed ego inquit christus semp sum et nunq̃ p. peccatum defeci. i. pe. ij. Qui peccatũ non fecit nec inuen. est dolus in ore eius. Unde anteqũ abraam fieret ego sum. Uerum dicit q̃ persona filij dei cum iudeis loquebatur t carnem assumpsit que persona eterna erat et ideo ante abraam Johan. i. In principio erat verbum. Et sic patet christi innocentia quia nulla causa mortis in ipso fuit: nec alicuius reprehensionis vel pene vel mali. ¶ Moraliter ãt ad edificationẽ nostram octo cõmendabilia in hoc euangelio inuenimus in christo in quibus eum sequi inquantum possumus et imitari debemus.

¶ Primum est vite innocentia. Unde ait Quis ex vobis arguet me de peto? Ex quo ergo per baptismũ in sanguine christi abluti sumus ab omni macula peccati et innocentes effecti. debemus ipsam innocentiã omni custodia obseruare/ quia dum talem innocentiam custodimus deus in nobis manet et omnes virtutes et in magna diligentia custodimur et multis gratijs t donis replemur et nichil mali potest nobis nocere immo omnia proficiunt ad salutẽ. Roma. viij. Diligentibus deũ om. cooperantur in bo. Et infinita sunt bona que ex tali innocentia consequimur. Sapi. vij. Uenerunt michi omnia bona pariter cum illa. Et econuerso infinitis malis replemur et talis innocentie amissione. Efficimur enim serui diaboli et omnibus bonis priuamur eternisq; supplicijs deputamur. Et ideo amarum est/valde talem innocentiã relinquere Hebre. ij. Scito et vide q̃ malũ et amarum est relinquisse te dominum deũ tuum ¶ Unde ille filius prodigus qui hãc innocentiã amiserat dixit Luce. xv. Ego autẽ hic fame pereo. Et maxime q̃ habẽt alios regere et docere debent hanc innocentiã conseruare/ quia vt dicit Gregorius. Superiacta sordes tergere non valet manus que lutum tenẽt Idẽ. Cuius vita despicit restat vt eius p̃dicatio contẽnat. Propterea dicit apo. ij. Thi. ij. Solicite cura teipsum exhibere deo operariũ inconfusibilẽ recte tractantẽ verbum veritatis. Quod fit dũ facto impletur quod verbo docetur. Secundum est veritatis audientia. Unde ait Si veritatem dico vobis et ceteris. Debemus ergo pro veritate stare / veritatem audire: et veritatem loqui/ et non debemus defendere mala neq; hoibus in pri-

uitatibus adulari. Proverbi. viij. Veritatem meditabitur guttur meũ t labra mea detestabuntur impiũ. Qz vt dicit Prouer. xvij. Homo q̃ blandis fidiq; sermonibus loquitur amico suo rethe expandit gressibus eius Isa. iij. Populus meus qui beatũ te dicunt ipsi te decipiunt et viam gressuũ tuorum dissipãt. Sed hodie diminute sũt veritates a filijs hominũ. vt dicit Dauid in. Ps. Pro modico lucro hodie subtrahitur et proferuntur veritas et asseritur falsitas Isa. lix. Corruit veritas in plateis. Dani. viij. Prosternetur veritas in terra. ¶ Quinus enim vana et fabulas mundi volunt audire homines q̃ verbi dei veritatem. ij. Thi. iiij. A veritate quidem auuer. ad Ta. autem conuer. ¶ Tercium est mansuetudinis abundantia. Multum enim mansuetudine abundauit dum ad conuicia per conuicia non respondit set mansuete intulit dicens. Ego demonium non habeo. Mitis enim et mansuetus est quẽ rancor vel ira non afficit. sed omnia equanimiter portat. vt dicit glo. super illõ matt. Beati mites. Homo mansuet9 cũ concitatus fuerit non negat verum nec pro cõuicio conuicia reddit. Dominus autẽ de duobus sibi obiectis id quod aliquo modo tolerari potuit nõ negauit sez se famaritanum esse. Interpretatur enim custos. Quod enim manifeste falsum erat negãs nullum conuicium reddidit cum vere potuisset eos dicere demonium habere. i. peccatum: Qui cũ male non male. cũ pa. non cõmi. Beda. Hic dominus in semetipso prebuit exemplum patientie. vt eo tempore quo a proximis ex falsitate contumelias accipimus. eoz etiam vera mala taceamus Ro. xij. Non vosmetipsos defendentes charissimi sed da. lo. tre. Econtrario autem adito conuicio os stultoz ebullit stulticiam et gratiã quã habebat effundit Prouer. xx. Gratie fatuoz effundentur. sic ergo et in prosperis et in aduersis mites esse debemus t mãsueti Math. v. Beati mites quoniam ipsi possidebunt terrã. Unde Mat. x. Ecce ego mit. vos sicut. o. in. me. lu. esto. ergo ptu. tc. ¶ Quartum est patris honorificentia. Unde ait. Honorifico patrem meum. Debemus ergo patrem nostrum christum cuius beneficio viuimus. et parentes nostros spirituales scilicet apostolos et sanctos quorum gratia in fide stamus. et parentes nostros carneles quorum opere nati sumus summe honorare. Exo. xx. Honora patrẽ tuũ. et ma. tuam. Et qui male pa. vel ma. mor. morti. ¶ Quintũ est humilitatis ãplexus t vane gloriae aspernantia. Unde ait. Ego gloriam meam non quero. Debemus enim sub potenti manu dei humiliari/ quia deus superbis resistit humilibus autem dat gratiaz. Ja. iiij. Et omnia bona que facimus non nobis attribuere nec inde gloriari debemus: sed in autorẽ deũ referre. Isaie. xxvi. Omnia opa nostra operatus es in no. i. Cor. x. Siue mãducem9 siue bi. vel aliud quid fa. omnia in glo. dei fa. Uana enim gloria est vẽtus corruptus faciens opera nostra fetere coram deo. procedit enim de vesica superbie que tota est plena fetore. In cuius figura mandatum est in lege. Leuiti. i. q̃ vesica suis immolande in loco cinerum reponeretur. Unde Leuiti. i. Uesiculam vero gutturis et plumas proiicies prope altare ad orientalem plagam in loco in quo cineres effundi solẽt. Quis per nichil ita reprimitur superbia sicut per memoriã mortis cogitãdo q̃ in cinerem redigemur. Eccle. x. Quid superbis terra t cinis. ¶ Sextum est caritatis exuberãtia. Nam propter cõuicia illa a beneficio nõ desistit/ sed docet eos vnam rem optimam quam obseruando nunq̃ eternaliter morientur d. Si q̃s ser. m. ser. mor. non gu. in eternum. Debemus ergo propter proximos semper charitatis visceribus abũdare et eos diligere Ro. viij. Quis nos separabit a charitate christi? Canti. viij. Aque multe nõ potuerunt extinguere charitatẽ/ quia fortis est vt mors dilectio. ¶ Septimũ est vere, subsistentie permanentia. Unde ait. Anteqũ abraam fieret ego sum. i. semp in deo subsisto nec per aliquod peccatum ab eo edificio. Sic et nos debemus dei gratis per veram fidem/spem/ t charitatẽ in deo manere/nec per aliquod peccatũ ab eo separari et deficere. Hebre. xij. Optimum est gratia stabilire cor: quia ex hoc magnum fructum feremus Jo. xv. Qui ma. in me et ego in eo hic fert fructum multum. Sicut palmes non potest fructum ferre nisi manserit in vite/ sic nec vos nisi in me manseritis. Iterum. In me pacem habebitis. in mundo autem pressuram. tc. ¶ Octauus congrue absconsionis prudentia/ quia dũ vellent cum lapidare abscõdit, se t exiuit de templo. Sed vbi abscondit se in angulo/ vel in domo? Non. sed maiestas celica fecit eũ inuisibilẽ et sic exiuit de tẽplo/ vt dicit Augustinus. Debem9 enim cedere furori inuidorum, t recedere ab eis t nõ cõ

tendere et resistere prouer. ij. Honor est homini qui separat se a contentionibus. Debemus enim fugere mortem cum perpendimus mortem nostram proficuā non esse sed magis vitam. Sic apostolus fecit se in sporta deponi per murum damasci vt effugeret manus persequentium. vt patz actu. ix. Et in grecia incarceratus dixit se cinem romanum vt posset euadere et in iudea ad cesarem appellauit. vt patz actuū. xxiij. et. xxv. Et ideo multuz prudentia indigemus que omnia decentia et congrua nos docet pro loco et tempore obseruare math. x. Estote prudentes sicut serpentes et sic patz primū. ¶ Secundo ponitur in deoz malicis et peruersitas detestanda que quantum ad sex ostendit quantum ex hoc euangelio colligi potest. ℞ Primo ex mentis corruptione. Valde nam cz corruptus est mente qui veritati audite t cognite non acquiescit. sicut erant isti quibus ait. Si veritatem dico vobis quare non creditis michi. Multi sunt hodie simi les iudeis qui veritate cognita non soluz non acquiescunt sed veritatis lumen impugnant Jo. xiij. Ipsi fuerunt rebelles lumini. Secus autem si ex ignorantia repugnarent: qz minus peccarent et misericordiam possent consequi. i. thi. iij. Ideo misericordiam consequutus sum: quia ignorans feci. ¶ Secūdo ex animi trāsformatione. Nam homo scōm naturā factus est ad imaginem dei. sed per gratiam filius dei. Per peccatū aūt efficitur homo seruꝰ peccati et filius diaboli. Jo. viij. Qui facit peccatū seruus est peccati. Et qz filius audit voluntatem patris et eius desideris vult perficere. ideo isti t omnes peccatores perditi dei filiatione et diabolum transformati non audiebant deum sz diabolū cuius filij facti erant per culpā Jo. viij. Vos ex pre diabolo estis. t desideria patris vestri vultis facere Grego. Penset vnusquisq apō se si aure cordis verba dei percipit et intelligit vnde sit. Nam sunt nonnulli qui verba dei nō aure cordis diuinant audire et hoc est quod dicit. Propteres vos non auditis: quia ex deo non estis sz per gratiaz. ¶ Tercio ex falsi imputatione: quia dicebāt ipsum demonium habere. Ubi nota de infamia quō quis tenet ad restitutionē multomagis q̄ ad restituendam pecuniam: quia vnum de optimis bonis est bonum nomē. Prouer. xxij. Melius est nomen bonū q̄ diuitie multe. Et ideo debet homo multum satagere nomen bonuz habere. Qui enim negligit famam suam stultissimus est vt sapiens dicit. Et nequissimus est detractor qui famam alicui aufert et comedit carnes crudas t viuas. Prouer. xxiij. Noli esse in cōuiuijs eorum qui carnes ad vescendū cōferunt. ¶ Quarto ex vituperij illationes quia inhonorastis me. Multa enim et vituperia intulerunt. Dicebant enim et q̄ erat filius fabri: et q̄ erat potator t potator vini et amicus peccatoz: t q̄ non erat a deo et q̄ legem soluebat. t turbam t populum seducebat. t q̄ in virtute dyaboli miracula faciebat. Omnia ista vituperia peccatores christo inferunt vsq hodie dicentes ipsum non esse filium dei vt hereti ci et saraceni. Dicunt etiam q̄ peccatoribꝰ magis benefacit q̄ iustis. Jo. xij. Ubi dant tabernacula predonum. Dicūt etiaz q̄ seducit turbas duz dicit homines damnandos cum omnes in fine saluentur. Dicunt etiā q̄ dyabolus omnia visibilia creauit. ex quo sequitur q̄ christus in virtute dyaboli quicquid circa hec visibilia fecit operatus sit. ¶ Quinto ex mali perseuerantia et continuatione: quia repetunt et continuant malum dicentes. Nunc cognouimus quia demonium habes. Gregoꝰ. humanum est peccare: sed dyabolicz est in peccatis pseuerare. Multi hodie similes sunt iudeis qui continue male agūt et nunq̄ a malis desistunt. et multi a malis desistunt: sed non perseuerant ad pristina mala redeuntes. ¶ Sexto ex homicidij perpetratione: quia tulerunt lapides vt iacerent in eum. In quem eum? Certe in suuz creatorem: in suum gubernatorem: in suū eruditorem: in suum pacificatorem: in suū redemptorem: in suum iustificatorem: et in suum remuneratorē. Sic lapidat et crucifigit eum omnis peccator. Ad hebre. vi. Rursum crucifigentes sibimetipsis filiuz dei. Et quo patet q̄ omnis peccator valde iuste meretur supplicia eterna dum suum creatorem: suum gubernatorem: suuz pacificatorem: suum redemptorem: suum iustificatorem: et suum remuneratorem lapidat et occidit. Hic possent multa dici: sz obmittuntur ad presens. Et sic patet totū de euangelio.

¶ De epistola. Sermo. xlii.

Christus assistēs pōtifex futurorꝫ bonorꝫ perampliꝰ et perfectius. ix. ad hebre. ix. Sicut dicit philosophus sermones accipiendi sunt ꝑm materiā subiectā. Et quia hec dñica de passione vocatur. iō totum officium de dñica passiōe fit. Ideo etiam euangelij et epistola recitantur in quibus pertinentia ad passionem dñicam enarrant. In hac ergo epistola cōtinetur quomodo per proprium sanguinez christus in templū celeste intrauit. In qua quidem epistola ꝓncipaliter tria cōtinent. ¶ Primo enim excellentia t preeminentia sacerdocij christi ad omnes alios demōstratur in principio epistole. ¶ Secundo q̄ virtꝰ sanguinis t mortis eius ab omni peccato nos mundat per similitudinem quandam probatur ibi. Si enim sanguis hircorꝫ aut taurorum t ci. vi. asperſ. inquinatos sanctificat ꝛc. ¶ Tercio q̄ christꝰ gratie no. testa. t glorie future sit mediator t collator ex antedictis subinfertur t declaratur ibi Et iō noui te. mediator est. ¶ Dicit ergo apostolus excellentiam et preeminentiaz sacerdocij christi ad omnes alios demonstrat. Quam preeminentiam ostēdit quātum ad quattuor: sc̄z quantum ad personam offerentem: quia christus quantū ad locum in quo sacrificium obtulit: quia tabernaculum peramplius et perfectius introiuit: quantum ad ipsum sacrificium qz per proprium sanguinem: et quantum ad finem sacrificij: quia eterna redemptione inuenta. Persona offerens est ipse filius dei pontifex factus in eternum inquantū homo. locus vbi sacrificium obtulit est ipsum celum locus beatorꝫ. sacrificium oblatum est corpus et sanguis ipsius filij dei. finis sacrificij est redemptio hominū et vita beatorū in quibus maxima et infinita excellentia sacerdotij christi demōstratur Et hoc est quod dicit. Christus assistēs. s. deo patri ad interpellādum pro nobis pōtifex id est dator t minister futurorꝫ bonorū non temporaliū tm̄: vt pontifex legalis qui etiam illa tantū promittebat t nō dabat. sed christus dat ꝓbendas eternas ꝑm merita singulorū. Est ergo pontifex et minister futurorꝫ bonorꝫ id est bonorū gratie t glorie q̄ in veteri testamento futura erāt t ꝓpo reseruabant dispēsanda Jo. i. Lex q̄ moyses data est: gratia t veritas q̄ Jesum xpm facta est. Dicunt etiam modo futura qz bona gre ad bona glie futura ordinant sicut ad finē. gloria em̄ est gra cōsummata. t iō bona gratie ꝑm suā cōsummationē t pfectionē futura fūt q̄ dator et minister est xpo. Christꝰ q̄ talij bonorꝫ pōtifex introiuit tabernaculum id est celū

peramplius vna paro est. i. maius capacitate perfectius id est melius t nobilius q̄ tabernaculum terrestre vel templum salomonis sup. tabernaculum dico non manufactum id est non huius creationis id est fabricationis quale est templū materiale quod hic est fabricatū quia hoc finxit deꝰ et non homo. Uel peramplius possunt esse due partes vt sit sensus. Introiuit in sancta per tabernaculum amplius t perfectius scilicet proprium corpus. Sic exponit Crisso. Suum enim corpus fuit dei tabernaculum. Quod corpus non fuit huius creationis: quia non fuit formatum sicut alia corpora sed virtute spūssancti. Nec etiā christus pontifex noster introiuit in sancta sicut alij pontifices. s. multotiens per sanguinem hircorum aut vitulorum sed per proprium sanguinem. s. effusum pro mūdatione populi. Et hoc solum semel fecit qz vna vice eternam redemptionem inuenit. Et hoc est eterna redēptione inuenta scz nobis a deo: que nullo modo potuit per omnia sacrificia legalia nec̄ ꝑ omnes patres ve. te. inueniri. Sic ergo cōstrue. christus erno pontifex futurorum bonorū introiuit tabernaculum peramplius et perfectius et non manufactū nec̄ per sanguinem hircorum aut vitulorum: sed per proprium sanguinē sup. introiuit semel in sancta ad locum scz beatorum ad nobiliorem partem celi: quia ad dexterā dei sedet. ps. Ascendit super celum celi ad orientem. Sicut enim nobiliot pars templi estimabat sancta. sic christus nobiliorem partem celi tenet quia sedet ad dexteram dei in potioribus bonis patris. Et hec omnia inquantum homo fuit. Nam per sancta sanctorū figurabatur templum beatorum et glorie dei. ¶ Et sic patet q̄ excellēta sacerdocij christi quantum ad quattuor demonstratur. primo quantum ad personā offerentem que fuit filius dei rex noster et sacerdos. Rex noster fuit inquantum inuit cum humani generis debellauit t nos omnes de potestate eius eripuit Collocen. i. Qui eripuit nos de potestate tenebrarum et transtulit in regnum filij dilectionis sue Sacerdos et pontifex noster fuit quando seipsum in ara crucis obtulit hostiam vi uentem sanctam deo placentem per quam deus placatus est humano generi et pacificatus. Et attendē q̄ pontifex noster habuit pro mitra spineam coronam pro pastorali baculo arundinem pro pallio indutus est veste alba ab herode. pro amictu

habuit fasciam ante oculos ligatas super collum sicut amictus stat super collum. p casula vel planeta vestem coccineas id est rubeam circundederunt ei. pro sandaliis habuit clauos in pedibus. pro cirothecis habuit clauos in manibus. Talibus ornamētis fuit pontifex noster ornatus vt doceret omnia ornamenta mundi contemnere: et vt ostenderet nullum pontificem debere fieri vt ornamēta et bona mūdi possideat: sed ad vitam vnā cuz grege sibi cōmisso proficiat sempiternam. Et quia christus fuit sacerdos et ostia offerenda. ideo positū fuerat vt pontifex indutus exuit se nudum tanq̄ hostiam sacrificādam. nā animal sacrificandum decorari debebat et sic nudus aram crucis christus ascēdit immolādus ibidem. ¶ Et nota q̄ apostolus quatuor attribuit pontifici nostro christo que excellenter christus habuit et omnis pontifex debet habere. Debet esse pōtifex esse plenus spūsancto vt sancte viuat et in veritate doceat. Tunc enim vera est doctrina q̄n per sanctā vitā confirmatur. Quia vt dicit Grego. Cuius vita despicitur restat vt eius predicatio contemnatur. Ro. xv. Nō enim audeo loqui aliquid eoz que non per me efficit xp̄s. Sic et xp̄s sanctus sanctorum fuit et vnctus et plenus gratia et virtute spiritus sancti super omnes. ps. xliii. Unxit te deus deus tuus. oleo letitie. Joh. primo. Plenū gratia et veritate. Et hoc est q̄ dicit xp̄s id est vnctū omni gratia et virtute. ¶ Secundo debet deo p populo assistere et p ipso indefessis precib⁹ exorare. Ephe. iii. c. Flecto genua mea ad patrem domini nostri Jesu christi vt det vobis fm diuitias glorie sue habitare christū per fidē in cordib⁹ vestris in charitate radicati et fundati vt possitis cōprehendere cum omnibus sanctis que sit latitudo: lōgitudo: et sublimitas et profundum. Item. Ro. i. Memoriam vestri facio semper in orationibus meis. Sic et christus semper assistit deo orans et interpellans pro nobis. i. Jo. ii. Aduocatum habemus apud patrem Jesum christum iustum et ipse est propiciatio p peccatis nostris. Et propterea inquit Bern. Securus accessum habes o homo ad deum vbi habes ante patrem filium: ante filium matrem. Filius ostendit patri cicatrices et vulnera mater ostēdit filio pectus et vbera. nec vlla poterit omnino esse repulsa vbi tot concurrūt charitatis insignia. ¶ Tercio debet de se facere pontē et viā p quā trāseat populus vt vita sua sit forma et speculum sine macula in quod omnes debent respicere. i. Thi. iii. Exemplum esto fidelium in verbo et conuersatione in charitate in fide in castitate. Sic et christus fecit viam immo ipse est via per quam transitur ad celum Jo. xiii. Ego sum via. Ipse est etiam speculum sine macula in quo respicere debemus si recte voluerimus ambulare Jo. viii. Ego sum lux mundi qui sequitur me non am. in te. Et quia hec via non est mimis arta et aspera: ideo de se fecit pōtem vt torrens humane aduersitatis sub eo transiret: et nos transiremus super eum securi. Propterea pontifex id est faciēs pōtem est appellatus a deo vt dicitur ad Jeheu. v. Et ideo inclinato capite tanq̄ pōtem faciens emisit spiritū Joh. xix. vt per voraginē inferni nos eamus amplius sed recto tramite pergamus ad celum. Et hoc est quod dicit pontifex. ¶ Quarto debet populo spiritualia dona largiari. s. doctrinam et ecclesie sacramenta. Sic et christus nobis spiritualia dona largitur: q̄ hic dona et virtutes et gratiā et in futuro gloriā po. Gratiā et gloriā dabit dūs vnde Joh. Ego vitam eternam do eis. Et hoc est q̄ dicit futurox bonox. ¶ Secundo demonstratur excellentia sacerdocij christi quantum ad locum et tabernaculum quod intrauit: quia intrauit tabernaculum quod finxit deus et non homo amplius et perfectum omni tabernaculo quod nunq̄ fieri posset sez in ipsum celum Hebreo. iiii. Habentes ergo pontificem magnum qui penetrauit celos Jesum filium dei. Et ibi obtulit hostiam suam sez corpus suum gloriosum q̄ in ara crucis in incendio amoris fuit combustum et postea vt aurum purificatū gloriosum et immo. tale resurrexit. ¶ Tercio excellentia sacerdocij christi demōstratur quantum ad id quod obtulit sez semetipsū et ꝓpter id ad id per quod in sancta sanctorum introiuit. Alij nāq̄ pontifices intrabant in sancta per sanguinē animaliū sed christus per proprium sanguinē id est per virtutem sui sanguinis. Nam virtus sanguinis christi celū aperuit et ideo propria virtute celum intrauit. Et sicut dicit beatus petrus. i. cano. iii. ca. Christo igit passo in carne et vos eadem cogitatione armamini. Quia eodem modo scilicet per proprium sanguinem hoc est per aduersa et etiam per mortem si necessarium est oportet nos i celū intrare Ac. xiii. Per mꝝ tribula. op. nos intra. i. re. c. Hoc figuratū est

hec q̄ scriptura refert q̄ dominus collocauit ad hostium paradisi flameum gladiū atq̄ versatilem ad custodiendam viam ligni vite Gen. iii. Per aciē ergo ensis oportuit redire in paradisum et coronari ibidē i. thi. ii. Nemo co. nisi q̄ legit. cer. Effeminatus est miles qui eunte dño ad prelium vult lasciuire in lecto. Exemplū vtie ethei qui nullo modo voluit domū suam intrare nec in lecto iacere stante ioab principe militū dauid in exercitu. ii. Re. xi. Multi vero per sanguinem animalium volunt celum intrare et non per proprium sanguinem sicut sacerdotes ve. testa. dum bene bibēdo. et comedēdo putant se celum posse intrare. multi etiaz sunt sicut ille quinq̄ virgines fatue que dixerunt date nobis de oleo vestro: q̄ lampades nostre extinguntur. que sez nichil volunt in vita facere sez in morte dum eox lampades extinguntur petunt orationes et oleum pietatis. et ita volunt saluari solum meritis alienis. Sz prouerbium ē. Tarde satiatur qui ore balatur manibus alienis. Et attende q̄ xp̄s solum passus est semel et semel introiuit in sancta. vt hic dicitur. ad ostendendum q̄ solum semel debet fieri vera penitētia que per christi passionez designatur quia per totam vitam hominis continua debz esse. Tota enim vita presens est tempus penitentie deputatum: quia totum tempus presens est vigilia quedam future festivitatis. Semel etiam debemus ecclesiā militantem intrare sez in baptismo et nunq̄ exire et similiter ecclesiaz triumphantem que per sanctasanctox designat. Qō est contra multos qui frequenter intrant et exeūt ecclesiā et vineā penitētie facientes turpiter recidunt in quo filium dei crucifigere cōprobant. Hebre. vi. Rursus crucifigentes sibimetipsis filiuz dei. ¶ Quarto demonstratur excellentia sacerdotij christi quantum ad finem q: solus xp̄s agnus dei immaculatus per suum sacrificium humanam redemptionem potuit inuenire. Multis enim sacrificijs et a multis q̄sita in ve. te. et a nullo vnq̄ potuit inueniri. Fere mille annis plorauit eadam et multis sacrificijs eternam redemptionem q̄siuit vt qui fuerat eam perditionis fieret causa redemptionis et eam penitus non inuenit Hebreorum duodecimo. Non ēm inuenit penitentie locum: id est fructum quamq̄ cum lachrymis inquisisset eam. Apocalipsis. quinto. Ego flebam multum q: nemo dignus inuentus est in celo neq̄ in terra neq̄ subtus terram qui aperiret librum et soluere et septem signacula eius nisi agnus qui occisus est. Abraaz voluit immolare vnicum filium suum. sanson se ipsum occidit et non propter hoc hancre demptionem consequi potuerunt nec sibi nec alijs inuenire. Quia nec sapiētia nec potentia nec iusticia nec virt⁹ aliqua creata hanc redemptionem potuit inuenire. Cuius ratio est: quia peccatuz quod damnationem induxit quadrupliciter fuit infinitum: sez quia contra infinitum bonum erat: quia infinito bono nos priuauerat: quia infinitos inficiebat. et quia infinitis malis nos addixerat. Et ideo hoc peccatū oportebat redimi merito infinito quod solus filius dei meruit i carne assumpta potuit. Et quia ita difficulter. et ita care redempti sumus: debemus valde cārā hāc redemptionem habere et eam cariorē omnibus retinere. Necturbari debemus si care et difficulter christum emam⁹ cum ipse ita care et difficulter nos emerit sez suo sanguine precioso. i. pe. i. Non corruptibilibus auro vel argēto redēpti estis: sed pretioso sanguine agni incōti. Digne ergo et iuste damnatur qui tam caraz redemptionem vili precio vendūt dyabolicam seruitutem iterum subeuntes. Et sic patet primuz. rc. ¶ Secundo apostolus probat q̄ virtus sanguinis et mortis christi ab omni peccato nos liberat: et ad hoc adducit argumentum a minori quod tale est. Si carneles immundicias potuit mundare sanguis animaliū: multofortiꝰ sanguis christi poterit spirituales inimundicias que sunt in conscientia emundare. Si autē aliquis dicat q̄ non est comparatio immundiciarū corporaliū ad spirituales. Aduertendum q̄ in hoc stat vis argumenti: quia plus potest veritas in veritatem q̄ signū in signum vel figura in figurem. Sed sanguis animaliū erat signum vel figura sanguinis christi. et carnalis immūdicia erat figura spiritualis immundicie. Si ergo signum tantum potuit in signū. multofortiꝰ tantum poterit veritas in veritatem. Et hoc est quod dicit. Si enim sanguis hircorum vel taurox in quo cōprehendit omnis animalis q̄ sacrificabantur. et cinis vitule aspersus qui admiscebatur cū aqua et vocabatur aqua lustrationis qua aspergebantur immundi: vt patet numeri. viii. inquinatos. i. contaminatos a contactu mortuox vel alicuius quod fm legem talē immūdiciā inducebat. sanctificat. i. mundat

a pena legis et liberat. & hoc est quod subdit ad emendationem carnis. i. vt caro mundata sit propter preceptum legis quia omnis anima hominis qui immundum tetigerat immunda erat septez diebus. vt patet in libro numeri. Purificabatur autem die tercio et septimo et munda erat et poterat ad templum accedere. Et sic talis immunditia non erat macula anime sed erat quasi quedam irregularitas. Si inquam hoc poterat sanguis animalium quanto magis sanguis xpi effusus qui per spiritum semetipsum obtulit deo emundabit non carnem sed conscientias nostras ab operib⁹ mortuis id est a peccatis propter que & in quibus anima moritur morte culpe: quia separatur a deo qui est vita alaz vt dicit Aug⁹. Que peccata qui tangit consentiendo coinquinatur sicut qui tãgebat mortuum nec intrat iste celum sicut nec ille templum a quibus sanguis christi nos emundat Apo. i. Qui lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Et ad hoc nos mũdat sez ad seruiendum vlterius deo viuẽti vnde Crisⁱ. Mortua opera habẽtem nõ est colere deum viuentem. Sed sanguis christi ab hijs mundat & animat ad seruiẽdum. ¶ Vbi attende q̃ sanguis christi habet virtutem mundificatiuam vt dictum est. Item habet virtutem animatiuam siue acuitiuam. i. Wachabe. vj. Ostender sit elephantis sanguinẽ vue et morti ad acuẽdos eos in prelium. Sanguis vue est sanguis christi Sãguis morti est sanguis aliorum sanctoz quia vtergz acuit. Item habet virtutem pacificatiuam Col. i. Pacificans per sanguinem crucis eius sive que in celis sive que in terris sunt. Propterea apostolus dicit ad Hebre. xij. q̃ sanguis christi melⁱ loquitur q̃ sanguis abel qclamat indulgentiam et pacem Luc. xxiij. Pater dimitte illis quia nesciunt quid faciunt: sed ille clamat vindictam: quod patet in Ken. Quia terra aperiens os suum abscondit eum in signum vindicte. Sicut vroz dum interficitur vir involuit velum in sanguine eius vt ostendat postea filijs. Item habet virtutem redemptiuã Apoc. v. Redemisti nos deo in sanguine tuo. Itẽ habet virtutem apertiuam quia statim ipso effuso apertum est celum Apo. iij. Qui habet clanẽ david aperit et nemo claudit. Clauis david est caro et sanguis quã christus traxit de david. in cuius virtute apparuit celum. Item habet virtutem fractiuã vt sanguis hirci qui frangit adamantem: quia frangit cor peccatoris omni lapide durius. Quis em̃ tam durus qui dũ recogitat sanguinem christi totiẽs & taliter p se fusum vt non in eius amore frangatur. Item habet virtutem vivificatiuaz. naz vita animalis in sanguine cõseruatur. sic sanguis christi dedit nobis vitam gratie. Treh. In sanguine tuo viuemus. Fm aliã translationez. Unde in ps. Cj. assimilat se pellicano de quo dicit q̃ effundit sanguinem sup pullos mortuos & resuscitat eos Similis inquit factus sum pellicano solitudinis. Item habet virtutẽ pulchrificatiuam magis q̃ sanguis cõehe de quo tingitur purpura qui est color rube⁹ pulchrior sup oẽs colores: & magis q̃ color grani de quo tingitur scarletum: et mulieres faties suas ornant. sanguis enim christi sup omnia animam facit pulchram. Unde beata Agnes ait. Sanguis eius ornat genam. Et ideo anima super quã stillat sanguis christi est pulchrior res de mundo & anima super quam non stillat est turpissima vt anima peccatrix. Et sic patet secũdũ. ¶ Tercio concludẽdo ostendit apostolus q̃ christus gratie noui testamenti & glorie future collator et mediator est dicens. Et ideo christus per mortem suã noui testa. dator et mediator fact⁹ est vt morte sua propter intercedente que est quedã intercessio ad deum ordinata non solum ad preuaricationes gentilium exoluendas: sed etiam preuaricationes iudeorum que erant sub veteri et priori testamento acciperent repromissionez eterne hereditatis: id est acciperent hereditatem multotiens per prophetas seruis dei repromissam qui p gratiam dei vocati sunt. id est preelecti & predestinati ad vitam eternam. ¶ Queritur hic quid sit nouum testamentum sive lex noua: et vtrum lex noua sit scripta vel indita: et vtrum iustificet? Et dicendum q̃ vnsquodqz dicitur esse illud quod est in eo potissimũ id autẽ qd̃ est potissimũ in nouo testamento sive in nous lege et in quo tota eius virtus consistit est gratia spiritus sancti que datur fidelibus per fidem christi. Et ideo principaliter lex noua est ipsa gratia spiritussancti que datur fidelibus. Ro. viij. Lex spiritus vite liberauit me a lege peccati & mortis. Et Aug⁹ dicit in libro de spiritu & littera. Sicut lex factoria fuit in tabulis lapideis. ita lex fidelium scripta est in cordibus fidelium. Habet tamẽ lex noua quedam sicut disponentia ad spiritussancti gratiam et ad vsum huius gratie pertinentia que sunt quasi secundaria in lege noua de quibus oportuit instrui fideles christi verbis et scriptis tam circa credẽda q̃ circa agenda. Et ideo dicendũ q̃ principaliter lex noua sive nouũ testamentum est lex indita a spũsctõ. et secũdario est lex scripta. Yuⁱ⁹ ergo legis tam indite q̃ scripte. i. gratie spũssancti et eoruz que ad hanc gratiã hoies instruunt et disponunt dator et mediator & minister christus fuit. et per eum et per hanc gram homines hereditatem eternã accipiunt Ro. viij. Gratia dei vita eterna. Et ad Titum. iij. Non ex operibus iusticie que fe. n. iz scõm su. mi. sal. n. fe. Et per hoc patet solutio ad aliud sez an lex noua iustificet: quia vt dictum est ad legẽ nouam duo pertinẽt Unum quidem principaliter sez ipsa gra spiritussancti interius data. et quãtum ad hoc lex noua iustificat. Secundario pertinent ad legem nouã documẽta fidei & precepta ordinata ad affectum humanum et humanos actus. & quantum ad hoc lex nouа non iustificat. ij. Corinth. iij. Littera occidit spiritⁿ autem vivificat. Quod augustinus exponẽs dicit q̃ per litteram intelligitur quelibet scriptura extra hominẽ existens etiam moralium preceptoruz qualia in euãgelio cõtinentur. Unde etiã littera euangelij occideret nisi esset interius gratia fidei sanans. Quod patet. Quia illi qui gratiam dei non habent per euangelium non verificantur sed digni morte perpetua ostẽduntur. Et sic patet totum.

¶ Dominica in palmis de euangelio. Sermo. xliij.

Argumentum redemptionis nostre inuēta est humilitas. Omnis enim cura per cōtrarium debet fieri: quia contraria contrarijs curantur. Et ideo quia causa perditionis salutis fuit superbia, causa reparationis salutis debuit esse humilitas. ¶ Secundum est quia ipsa facit deum oculo misericordie respicere peccatorem. Isa. lxvi. Ad quem respiciam nisi ad pauperculum et contritum spiritu et trementem sermones meos. Obiectum enim visus est color et ideo nichil nisi lucidum et coloratum videri potest. Color aūt virtutum est humilitas et ideo sine humilitate nullus a deo respicitur oculo misericordie. Beatam virginem maxime respexit deus quia hoc colore hūilitatis maxime colorata fuit Lu. i. Quia respexit humanitatem suam. ¶ Tertium ē quia ipsa orationem facit deo acceptam et eam ab eo exaudiri Judith. ix. Humilium et mansuetorum semper tibi placuit deprecatio Grego. Est creatori nostro ad recipiēdum fletus humilium misericordie sinus. Exemplum de publicano et pharisēo. Nā publicanus per humilitatē fuit iustificatus et pharisēus ex superbia condemnatus. Lu. viij. Descendit hic iustificatus in domum suā ab illo. Humilitas ēm facit oratiōnem in conspectu dei introire vt patet Eccl. xxxv. Oratio humiliantis se nubes penetrat. Petitio aūt que non potrigitur coram papa nunq̄ ab eo exauditur. Sic ē de oratione coram deo. ¶ Quartū est quia liberat hominē a periculis. ps. cxiij. Humiliatus sum et liberauit me. iij. Re. xxi. Nonne vidisti achab humiliatum coram me. propter quod nō inducam malū. diebus suis. Ubi dicit Grego. Si humilitas tantum placuit in reprobo quantū placebit in electo Aug⁹. Humilitas custodit in omni tribulatione vt non crepet mens in fornace que non tumet vento superbie. Ideo castanes facit strepitum in igne: quia sub cortice continet ventum. Exemplū david qui ait. i. Re. xxiij. Quē psequeris rex israel quē persequeris canē mortuū psequeris et pulicē vnum. Et quia sic se humiliauit ideo deus de manu saul et omnium inimicorum suorū et de omni angustia eum liberauit. ij. Re. iij. Unxit dñs qui eruit animam meam de omni angustia. Humilitas enim facit hominē in imo iacere. Jacenti aūt in imo pauca pericula possunt contingere et paruū casum pōt facere. ¶ Quintum est qz exaltat hoiem valde. i. Re. xv. Nonne cum parvulus esses in oculis tuis caput in tribubus israel effectus es. Imo humilitas est mēsura exaltatiōis: vt quantum quis se humiliat tantum exaltetur. Exemplum in christo beata maria iohanne baptista et paulo. Nam christus super omnes est exaltatus: quia super omnes se humiliauit: et post ipsum beata virgo maria. De qua Aug⁹ dicit q̄ propter sui humilitatez est mater dei electa. Lu. i. Quia respexit humilitatē ancille sue. Johānes vero bap. quia post hos plus omnibus se humiliauit dum dixit. non sum dignus vt sol. cor. cal. ei⁹ scilicet christi. ideo pre omnibus christus eum commēdauit. Math. xi. Inter natos mu. nō sur. ma. io. bap. Et Crisi. dicit q̄ in nullo vnq̄ opere tantū meruit io. bap. sicut in hac humilitate quem cum iudei vellēt pro christo recipere dixit Non sum dig. &c. Paulus vero quia dixit se minimū apostolorum et dixit se non dignum vocari apostolum: ideo p excellētiā ecclesia vocat eum apostoluz. Job. v. Qui ponit humiles in sublime. ¶ Sextum est quia facit hominem dei gratie susceptuū Ja. iiij. Deꝰ superbis resi. hu. aūt. d. gra. Est enim humilitas fm Bern. aqueductus q̄ quez venit gratia dei ad hominē. Et ideo ait fluenta gratie tanto tempore defuerūt quia nondum interuenerat aqueductus. Et vocat aqueductum humilitatem dei te marie. Superbus autem est plenus vēto vane glorie et recipere dei gratiam nō potest. Sed humilis est totus in sui reputatione vacuus. ¶ Septimum est quia facit dei sapientiam in corde humilis habitare. Prouer. iij. Ubi humilitas ibi sapiētia. Ptholomeus. Inter sapientes ille sapientior est qui humiliot existit. Bern. humilitas clauis est scientie. Humilitas enim facit amicum dei. amicis autez secreta revelantur. Et ideo deus humilibus sua secreta revelat q̄ faciūt ipsos sapientes. Matt. Confiteor ti. pa. d. ce. et ter. quia abscōdisti hec a sa. et pru. et re. ea paruulis. i. humilibus. Et per hunc modum fuerunt sapientes omnes prophete et sancti. Beatus ergo Gregorius dicit q̄ sacra scriptura est quoddam pelagus in quo elephas natat et agnus peditat. Superbus enim super pelagus scripture natat et nichil intelligit humilis autem tangit profundum intellectus scripture. Unde Boetius dicit q̄ sapientia vel philosophia apparuit sibi in specie cuiusdam mulieris que modo sese ad mensuram hominum cohibebat modo summi cacuminis vertice celum tangere videbatur que dū caput altius extulisset ipsum etiam celuz penetrabat. Per humilitatem enim sapientia ad mensuram hominum se restringit et per superbiam caput extollit. ¶ Octauū est quia recuperat charitatem et nutrit eam. Gregoriꝰ. Solus virtus humilitatis est reparatio charitatis lese. Crisi. Nutrix dilectiōis est humilitas: mater oūm est superbia. Humilitas enim facit hominez subire sacramenta ecclesie per que charitas amissa et lesa reparatur. Sic reparauit eam paulus qui ait. Actu. ix. Domine q̄d me vis facere? et surgens baptizatus est. ¶ Nonum est: quia cōseruat anime bonum. Grego. Perit omne q̄d agitur si non solicite in humilitate custoditur. Idem. Qui sine humilitate ceteras virtutes congregat quasi puluerez in ventum portat. Augꝰ. Cogitās magnā fabricam cōstruere celsitudinis. de fundamento cogita humilitatis. Humilitas ēm est domus dei in qua deus manet. In domo autem dei sicut in deo omnia cōseruātur. August. Excelsus es domine et humiles corde sunt domus tue. Ideo in demonibus et primis parentibus dona gratie non sunt cōseruata: quia in humilitate nō manserunt. ¶ Decimum est quia facit hominem pacifice cōuersari quia sicut inter superbos semper iurgia sunt vt dicitur. Prouer. xiij. Sic per locum a cōtrario inter humiles est omnis sancta pax et p consequens nichil ita facit hominem deo et hominib⁹ placere sicut humilitas. Hieronimus. Nichil est q̄ ita nos deo et hominib⁹ gratos faciat q̄s si merito magni humilitate simus infimi. Bern. In alto non alium sapere: sed humilibus cōsentire nichil deo carius et apud homines rarius. ¶ Undecimū est quia facit hominem vincere dyabolum et eius figmēta. Unde in vitaspatrum legitur q̄ dyabolꝰ dixit sancto macario sola humilitas tua me vincit. &c. Humilitas enim dyabolo contrariatur directe. nichil autem destruitur nisi per suum contrarium vt ignis per aquam et tenebre per lucem. ¶ Duodecimuz est quia ducit hominem ad gloriam celi. Job xxij. Qui humiliatus fuerit erit in gloria. Mat. xviij. Nisi conuersi fueritis et efficiamini sicut parvuli non intrabitis in regnum celorum. Humilitas enim facit deum habitare in anima que est vita beata animarum sanctarum vt dicit Augꝰ. Ad quam nos perducat dominus noster Jesus christus Marie filius patre et spiritusancto vnus deus in trinitate perfecta per infinita seculorum secula. Amen.

¶ Dñica resurrectionis domini nostri Jesu christi de euangelio Sermo. xlv.

Maria Magdalena et Maria Jacobi et Salome emerunt aromata vt venientes vngerent Jesum Marci. xvi. In euangelio hodierno quatuor continētur. Primum est mulierum obsequium et deuotio operosa in principio euāgelij. Secūdō est angelorum ministeriū et apparitio gloriosa ibi. Et introeūtes in monumentū vīderunt in dextris iuuenē sedētem cooptum stola candida. Tertium est angelicū colloquium et resurrectionis christi affirmatio seriosa ibi. Qui dixit illis nolite expauescere. Jesum queritis nazarenū crucifixum. Surrexit non est hic &c. Quartū est promulgande resurrectionis mandatum et iussio fructuosa ibi. Sed ite et dicite discipulis eius et petro supple q̄ dominus surrexit qz precedet vos in galileā. ¶ Primo ergo ponitur istarum mulierū obsequium et deuotio operosaq̄ sollicita: quia valde mane surrexerunt et cū vnguentis aromaticis ad sepulchrū venerunt vt vngerent corpus iesu. ¶ Circa hoc primum mēbrū quattuor considerāda occurrunt. Primo de differentia euangelistarum. Secūdo de congruitate eorū que in resurrectione leguntur. Tertio de cōmendatione istarum mulierum. Quarto de moralitate et significatiōe earū. ¶ Circa primū scilicet differentiā euangelistaz nota q̄ matheus vnū angelum dicit apparuisse mulierib⁹ istis. Ait enim Angelus domini descendit de celo. Idem dicit mar. vt hic patet quia viderunt iuuenem sedentem in dextris. Jo. vero et lucas scribunt fuisse duos angelos in albis sedētes. Ait enim Johannes. Uīdit duos angelos in albis sedentes vnum ad caput et vnum ad pedes. Lucas vero ait. Ecce duo viri steterunt secus illas in veste fulgenti. Ad quod dicendū q̄ in rei veritate duo fuerunt vel plures. vt iohānes et lucas scribunt. sed quia vnus solus loquebatur ideo matheus et marcus vnū angelum fuisse scribunt. Itē Johannes vīdetur dicere q̄ domine iste nō intrauerūt monumentū Ait enim. Dū ergo fleret inclinauit se et p̄spexit in monumentū. Marcus autē et omnes alij dicūt q̄ intrauerūt et ppteres op⁹ est elucidatiōe Ait ēm marcus. Et introeūtes in monumentū. Ad qđ

dicendum q accipiendo proprie monumẽtum scz pro illo lapide magno in quo corpꝰ christi sepultum fuit non intrauerunt vt dicit Jo. Sed accipiendo large sepulchrũ p quodam circuitu murato circa sepulchrum sic intrauerunt vt dicit mareꝰ z alij euãgeliste. Item lucas dicit q angeli stabãt Ait enim. Ecce duo viri steterunt secus illas. Johannes vero dicit q angeli sedebant. Ait enim iohannes. Vidit duos angelos in albis sedentes. Ad qđ dicendũ q angeli sedebant vt iohannes scribit. scd ad aduentum dominarũ surrexerunt. qđ lucas scribit. Item marcus dicit. Maria magdalena et maria iacobi scz mater z salomone scz filia et mater filiorum zebedei due sorores virginis marie. Lucas autem dicit. Erat autẽ maria magdalena et iohanna z maria iacobi que iohanna fuit vxor cuze procuratoris herodis. Ad quod dicendũ q multe alie domine venerunt cũ istis tribus marijs ad monumentum ad corpus christi vngnendum vt Lucas scribit. inter quas fuit iohãna predicta. Sed quia tres marie fuerunt principales. ideo solum ipse nominantur a marco. Quia vero predicta iohãna venerabilis domina erat. ideo etiam ipsa a luca nominatur vt dictum est. Item marcus dicit q iste dñe venerunt de mane. vt in hoc euangelio pꝛ Matheus aũt dicit sic. Vespere autem sabbati venit maria magdalene et alia maria videre sepulchrum. Ad q dicendũ q iste dñe feria sexta sepulto domino notanerũt sepulchrũ vt patet mar. penul. ca. Et redeuntes parauerunt aromata et vnguenta pretiosa que habebant conseruare corpus a fetore et facere ipsum redolere. Sabbato autem secundum mandatum legis quieuerunt et beatam virginem visitauerũt. Primo autem sabbati que modo est dominica valde tempestiue. quod iohãnes dicit qđ fuit ante lucem. Idẽ dicit lucas. Marcus autẽ dicit q quando iam peruenerunt ad sepulchrum erat ortus sol id est illa pars orientis vbi sol oritur incipiebat albescere quod est signum q sol sit ortus quodvocatur diluculũ quod est medium inter diẽ et noctem in quo christus resurrexit. pꝛo. Exurgam diluculo. Quod ergo iohannes et lucas dicunt ante lucem et cum tenebre essent marcus determinat et dicit. Valde mane quando sol incipiebat albescere illã partem orientis quod diluculũ notatur et videtur adhuc nox. Sic ergo iste dñe ante diem surrexerunt. et cũ iam peruenissent ad sepulchrum erat diluculum. Quod autem math. dicit sic est intelligendũ scm̃ augustinum. qui dicit q marthe nomine vesperem noctem significat a parte totũ denominans. Est enim ibi synodoches. Et est sensus. Vespere autem sabbati id est nocte sabbati que lucescit in prima sabbati id est terminatur ad primã diez sabbati que modo est dominica. venit maria magdalene. Judei enim omnem diem vocant sabbatum. scilicet prima sabbati. secunda sabbati. z sic de alijs. Romani autem vocabant dies a planetis scilicet diem solis a sole. diẽ lune a luna. diem martis a marte. et sic de alijs quos etiam vsq modo nos sequimur excepto q diem solis vocamus dominicam. Ecclesia autem vocabat dies feriales. vt feria secunda. feria tercia. iiij. et sic de alijs preter sabbatum et dominicam diẽ. Et sic patet differentia euangelistarum. ¶

Circa scm̃ scz cõgruitatem eorum que in resurrectiõe legunt nota quattuor. ¶ Primo congruum fuit et decens ipsum mane surgere et diluculo quia eius resurrectio noctem mortis insimul terminauit. et diẽ gratie et glorie inchoauit. et ideo a resurrectione christi et citra nox precedit diem sed primo dies noctem precedebat. quia omnia inceperunt a die gratie et terminata sunt ad noctem culpe. mundus etiam a die incepit et desijt in noctem Gen. j. capi. Factum est vespere z mane dies vnus. In resurrectione autem christi omnia detenebris ad lucem transierunt ad gloriam perueniunt. ¶ Secundo congruum fuit tercia die resurgere ad ostendendum sicut in ternario numero omnis deus perficit. ita in christi resurrectione omnis deus perficit vel fuerunt perfecta et de imperfectione ad perfectionem deducta. Nam in trinitate deus est perfectus. Numerus etiã angelorum in ternario ierarchiarum et ordinum est perfectus et constitutus. Totũ etiã vniuersum tres partes cõtinet ex quibus perficit z complet. scz celũ mundum z infernũ. Celũ etiam in tria dividitur. scilicet celum empireum. christi allinum. et sidereum. Infernus similiter dividitur in tres domus. scz infernũ purgatoriũ z limbum puerorũ. Itẽ omnis creatura in tria dividit. qz aut est pure spiritualis. vt angelus aut pure corporalis. vt elemẽta aut ex vtroq̃ composita. vt homo. Itẽ anima habet tres potentias ad sui perfectionẽ scz intellectum. voluntatem. et memoriã et tres virtutes theologicas scz fidem spem et charitatem. Similiter omne corpus consistit in tribus. s. lõgo lato. et profundo. Item omne tẽpus in tria dividitur. scz in presens preteritum et futurum. Item penitẽtia per quem anima reparatur ad vitam in tribus consistit scz in contritione cordis. confessione oris et satisfactione operis. Cuz igitur omnũ perfectio in ternario numero consistit. et omnia fuerint per peccatũ deordinata. decens fuit q christi resurrectio in ternario perficeretur. cum per ipsam omnia sint reordinata et ad perfectionem deducta. Nã per ipsam deus est glorificatus. angelica natura reparata z restaurata. humana vero natura ẽ exaltata et reintegrata et breuiter omnis creatura renouabitur et liberabitur a seruitute corruptionis per christi resurrectionez. Propter quod dicit apostolus ad Ro. viij. q omnis creatura ingemiscit z parturit vsq adhuc expectans redẽptionem filiorum dei. Et ideo christi resurrectio debuit in ternario perpetrari p quem omnis perfectio designatur. Unde etiam phũs dicit q per hunc numerum. s. ternarium adhibuimus nos magnificare deum omnipotentem supereminentẽ pro prietatibus rerum creatarum. ¶ Tercio congruum fuit vt in resurrectione christi tria simul concurrerent scz christus resurgens et humanam naturam liberans. angelus resurrectionem affirmans. z mulier nuncium bonum portans. Nam in perditione humane nature tria per contrarium fuerunt. scz ydabolus suggerens. mulier nuncians viro. et vir comedens et naturã humanam corrũpens. Quis ergo christus in sua resurrectione naturam humanam reparauit cõgruũ fuit q ibi fuerit xps homo resurgens et naturam humanam liberans. et angelus bonam resurrectionẽ affirmans. z femina sancta nuncium ferens quia omnis curatio fit per contrarium: qz auctoritate medicoꝝ. contraria cõtrarijs curantur. ¶ Quarto cõgruum fuit vt hodie christus quinquies appareret. quos quinq̃ vices sacerdos in missa quinquies se verteus ad populum repꝛesentat. pꝛo eniz apparuit marie magdalene ad sepulchrum remanenti et flenti vt inquit Jo. xx. Secundo ipsi et alijs dominabꝰ redeũtibus a sepulchro. vt patet math. xxviij. Circa quod intelligendum nota q prout ex euangelistis colligitur. vt aug⁹. di. de cõsensu euãgelistarꝝ. maria magdalena z alie marie bis viderũt angelos z eis locute sunt. Primo cum venerunt tempestiue ad monumentum et viderunt duos angelos. et statim cucurrerunt discipulis nunciare. vt dicit matheus et mar. Secundo quando cum discipulis redierunt ad monumentum et tunc recedentibus discipulis angeli iterũz eis locuti sunt: vt di. Lu. et Joh. Similiter Jesus apparuit bis mulieribus. Primo marie magdalene quando secunda vice venit ad monumẽtum cũ alijs marijs et apostolis et recedẽtibus apostolis et alijs marijs ipsa remansit ad monumentũ fortis ploians et vidit iesum in specie ortulani. vt dicitur. Jo. xx. Secũdo magdalene et alijs marijs recedentibus secundo a sepulchro quando accesserunt et tenuerunt pedes eius. vt dicit matheus. Maria enim magdalena posteꝛ vt dit iesum in specie ortulani cucurrit post alias marias et inuenit eas in via. et duz essent omnes simul iesus apparuit eis vt dictum est. Tercio petro: sed nescitur vbi Luce. xxiiij. Et hoc signat sacerdos dum vertit se ad populum et non dicit dominꝰ vobiscum: scd silenter et plane dicit. orate pro me. Quarto duobus discipulis euntibus in emaus. Lu. xxiiij. Quinto omnibꝰ discipulis in absentia thome. Jo. xx. Et signat q quinquies debemus hodie et in omni die dominica apparere. scz in prima in qua missa celebratur. in tercia. in nona in vesperis. et in completorio ad regratiandum deo pro quinq̃ maximis beneficijs que a deo recepimus. Primo ergo debemus deo regratiari p bono nature. qꝫ nos ad imaginem suam creauit. et hoc signat prima. Secundo pro bono fortune. quia tam diligenter nos gubernat z regit vt omnia pedibꝰ nostris subiecerit et hoc signat tercia. Tercio p bono gratie. quia ita charissime nos redemit. et hoc signat nona. quia in nona christus mortuus fuit Quarto pro bono glorie. quia in fine vite nobis dare eternam gloriam est paratus. et hoc signant vespere. Quinto pro bono resurrectionis gloriose. quia in fine seculi nos resuscitabit non amplius morituros. et hoc signat completoriuz vltra quod amplius nichil extat. ¶ Circa tercium scz circa commendationem istarum dominarum nota q iste domine a sez̃ salubriter commendãtur. Primo a vera amicitia. qz in vita sequebantur christũ ministrantes ei de facultatibus suis. erin morte fuerũt iuxta crucem et post mortem inierunt ad sepulchrum eius corpus vngere cupientes

prouer. xvij. Omni tempore diligit q̃ amicus est. Amicitia mundi est solum in vita et solum circa prospera consistit Eccle. vi. Est amicus socius mense ⁊ non permanet in tempore necessitatis. ¶ Secundo commendantur ab eximia religione: quia cuz tantum diligerent xp̃m tam in vita q̃ in morte tamen propter custodiam sabbati non mouerunt se a hierusalem in sabbato sancto vt legem domini custodirẽt. Uade et tu fac similiter vt propter nullius timorem vel amorem pretereas legem dei. Sed heu hodie propter vnum denarium lex domini preteritur. et plus timetur et amatur homo q̃ deus. ¶ Tercio commẽdantur a sollicitudine magna: quia valde mane surrexerunt ad corpus domini requirendum et inungendum. Sic et nos tempestiue ad corpus christi videndum surgere debemus. p̃s. cxxvi. Surgite postq̃ sederitis qui manducatis panem doloris. Ephe. v. Surge q̃ dormis ⁊ exurge a mortuis et illuminabit te xp̃s Mich. vi. Indicabo tibi o homo quid sit bonũ ⁊ quid dominus requiret a te. vtiq̃ facere iudicium et diligere misericordiam ⁊ sollicitum ambulare cum deo tuo. ¶ Quarto cõmendãtur ab honestate mutua: quia non vna sola sed multe simul iuerunt. Eccle. iiij. Ue soli quia cũ ceciderit nõ habet subleuantẽ se. Quis susanna mansit in pomerio sola fuit confusa ⁊ condemnata ad mortem. Nunq̃ enim mulier alicuius valoris sola incedere vel stare deberet. ¶ Quinto cõmendant ab intentione recta: quia iuerunt vngere iesum. Iesum em̃ inungimus quando in bonis operib⁹ que exercem⁹ bonam intẽtionem habemus vt scz eis glorificamus ad dei honorẽ et proximi edificationẽ math. vi. Tu autem cum ieiunas vnge caput tuum id est christũ. Propterea ille quinq̃ virgines inuenientes clausã ianuam non intrauerunt ad nuptias q̃ non habuerunt oleum in lampadibus. i. bonã intentionem in operibus vt di. aug⁹. Et ideo lampades earum sunt extincte quia ignis spũssancti non potest ardere in operibus mala intentione factis. Bona ergo intentione debemus ad ecclesiam ire scz vt vngamus corpus iesu et non vt videamus vel videamur sicut multi et multe faciunt. ¶ Sexto commendantur a locutione honesta. quia non vana nec detractoria loquebantur sed dicebant quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumẽti vt scilicet possimus vngere corpus iesu. Quicunq̃ enim loquitur de deo deus est cum illo. Math. xviij. Ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo ibi suz ego in medio eorum. Quis hodie duo discipuli loquebantur de Jesu apparuit illis iesus Luce. xxiiij. Et quia iste dñe loquebantur de amotione lapidis/ vt vngerent corpus iesu apparuit illis angelus et cõplent de siderium earum lapidem amouendo. Prouer. x. Desiderium suũ iustis dabitur. Loquamur et nos de iesu vt amoueat lapidẽ id est duriciem a corde nostro vt possimus vngere corpus Jesu. id est opera pietatis in christi mẽbra exercere. Math. xxij. Q̃ vni ex minimis meis fecistis michi fecistis.

A Circa quartum scz circa significationem istarum dñarum nota q̃ tres marie tres amaritudines signant quas homo q̃ rens christum debet habere. Maria enim interpretatur amarum mare. Prima amaritudo debet esse de peccatis commissis. Secũda de bonis perditis. Tercia de penis incursis: quia priuatus est eterna hereditate et eternis. supplicijs deputatus Uel debet habere tres amaritudines. scz de peccatis cogitatis/ locutis/ ⁊ operatis.

B Tres pixides signant trinitatẽ trine substantie que fuit in christo: scz anima/ corpus/ ⁊ deitas. in quibus fides nostra consistit. quam querens deum debet habere in pixide cordis sui. et debet eam portare palam et publice tanq̃ pixidez in manibus: quia debet eam per opera manifestare. Jaco. ij. Ostende michi fidem tuaz sine operibus ⁊ ego ostendam tibi fidem meam ex operibus. ¶ Tria vngu⁹ ta/ in pixidib⁹ signific̃at tres amores quos querens deum debet habere secum. Primus est amor dei qui per amorem Marie magdalene significatur: que maxime et super omnia deum dilexit. Secundus est amor proprie salutis qui per vnguentum marie iacobi designatur/ qui tunc est quãdo anima regit corpus ⁊ mundum supplãtat et vicia et peccata. Jacobus enim supplantator dicitur. Tercius est amor proximi q̃ per vnguentum Marie salome designatur. qui tunc est quando homo habet cor amarum in miserijs peccatorum ⁊ proximorum. Salum enim idez est quod amarum vel amaritudo. ij. Corinthiorum decimo. Quis infirmatur et ego nõ infirmor quis scandalisatur ⁊ ego non vror. ¶ Uel tria vngnẽta sunt: spes/ fides/ ⁊ charitas. quibus dñs oleo leticie et omni gratia vngit eme cõiungitur anime ⁊ ipsam sodẽ oleo

leticie et omnis gratie et virtute vngit. Qui ergo vult videre christum resuscitatum et gloriosum hec omnia ferat secum sed non querat eum in sepulchro: quia ibi non fuit inuentus. Lu. xxiiij. Quid queritis viuentem cum mortuis. ¶ Sepulchrũ dealbatum est mũdus iste. qui a foris speciosus apparet sed intus est plenus ossib⁹ pungitiis et omni spurcitia. Recedam⁹ ergo de sepulchro mundi et christus occurret nobis sicut istis mulieribus fugientibus de sepulchro occurrit et dixit. Auete Matthei. xxviij. Que tunc accesserunt ⁊ tenuerunt pedes eius. Et sic patet primum ¶ Secundo ponitur angelorum misteriũ et apparitio gloriosa: quia intrantes in monumentum id est in ambitum muratum circa sepulchrum viderunt iuuenem sedẽtem supra sepulchrum ad dexteram partẽ coopertum stola candida. D In quibus verbis quatuor notãtur. primo etas resurgentium designatur quia angeli in etate iuuenili apparuerũt in qua christus resurrexit. in qua etiam omnes resurgemus. Ephe. iiij. Donec occurramus omnes in virum perfectum in mensuram etatis plenitudinis christi. Secũdo designat perennis gloria resurgentium quia sedentem in dextris viderunt. per dexteram autem beata futura vita. per sinistram autẽ presens seculum designatur. Tercio designatur claritas corpor̃ gloriosorum: quia in veste fulgẽt ⁊ stola cãdida coopertũ iuuenẽ viderũt. q̃ vestis fulgẽs et stola cãdida nichil aliũd fuit nisi quidã fulgor gloie et claritas luminis. Ex abundantia enim glorie anime redundabit quidam splendor in corpus sole clariorem et delectabilis ad videndum Math. xiij. Fulgebunt iusti sicut sol. ⁊c. Quarto designatur differẽtia resurgentium: quia vt dicit math. erat autem aspectus eius sicut fulgor. et vestimentum eius sicut nix. christ⁹ enim gloriosus et splendens apparebit iustis et bonis in iudicio. malis autem terribilis ⁊ formidolus propter quod dicent montibus operite nos a facie agni sedẽtis in throno Apoc. vij. Et sic patz secundum. ¶ Tercio ponitur angelicum colloquium. et resurrectionis affirmatio seriosa. In colloquio autez magna clementia demonstratur. Et hoc ẽ quod dixit. Nolite expauescere sed iudete timeant. vos autem qui feritis vnguenta preciosa scz virtutes et opera bona q̃ christo in vita et in morte semper obsecure fuistis que veraciter ipsum queritis et deuote nolite timere: quia timor non est in charitate sed perfecta charitas foris mittit timorem. i. Jo. iiij. vos autẽ perfectã charitatem ad christum habetis et ideo nolite timere. sed timeant iudei qui xp̃m occiderunt. timeant pagani qui in ipsum non credũt timeant mali christiani qui ipsum quotidie factis negant et ipsum iterũ crucifigunt. vos autem queritis iesum nazarenum id ẽ saluatorem floridum omni flore virtutum. iesus enim saluator nazarenus floridus interpretatur crucifixus pro salute hominuz nolite ergo timere. In affirmatione vero resurrectionis firma veritas elucessit quia surrexit non est hic.

¶ Ubi duo considerãda occurrunt scz resurrectionis pbatio et resurrectionis modus. E Circa primum scz resurrectionis probationem dupliciter procedamus Primo infringamus rationem iudeoz et dictum qui dicunt q̃ discipuli custodibus dormientibus furati sunt corpus xpi ⁊ dixerunt ipsum resurrexisse ⁊ hic error vsq̃ in presens marcescit in cordibus iudeorum. qui error habuit ortum vt ptz Matt. vltimo ex eo q̃ custodes sepulchri domini domino mane surgente exterriti sunt valde et facti sũt velut mortui pre timore terremotus et aspectus angelorum qui ibi apparuerunt. et fugientes ad ciuitatem ⁊ redeũtes hierusalẽ inuenerũt principes sacerdotum et phariseos quibus ea que contigerunt dixerunt xp̃m surrexisse affirmantes. Sacerdotes autem ⁊ pharisei cõsilio habito magnam pecuniam predictis custodibus sunt largiti rogãtes eos vt dicerent q̃ dormientibus eis venerunt discipuli et corpus christi furati sunt. Custodes autem corrupti pecunia cõsenserunt et sic dixerunt in populo diuulgantes predictum errorem. Hoc autem apparet falsum dupliciter. Primo quia aut custodes dormiebant aut non. Si dormierunt quomodo hoc scire potuerunt. Si non dormiebant quomõ cum custodes erant armati permiserunt apostolos qui erant persone viles et tremebundi rapere corpus iesu. Certe non est verisimile nec credibile. Secundo quia si discipuli fuissent furati corpus christi non trassent moram ad dispoliandum ipsum sed subito asportassent. Quis latro inueniens saccum plenum pãnis poneret se ad dissoluendum saccum. Sed intheamina quibus christi corpus fuit inuolutum in sepulchro posita inuenta fuerunt. Et ideo hec fictio ẽ valde irrationabilis. Sed vt dictum est iudei corruperunt custodes pecunia ⁊ eis sic loq̃ per-

suaserunt. Sed stulti iudei magis apparens et credibile mendacium fingere debuerunt. ¶ Secundo iudeoꝝ fictione exclusa xpi resurrectionem probemus et hoc quinq; modis scz p scripturas. per testimonium. per rationes. per figuras et exempla naturalia. Omnibus istis modis christi resurrectio conuenienter probat. ¶ Primo ergo probatur per scripturam noui et veteris testamenti quam impossibile est esse falsam vt pote a spūssancto dictatam. ps. xij. Ego dormiui et soporatus sum et exurrexi. Idem. psalmo centesimo vij. Exurgam diluculo. Nouū aūt testamēt ū totum est plenum christi resurrectione quia et euāgelia et epistole hoc affirmāt. ¶ Secūdo probatur per testimoniū quod fuit triplex. scz celeste terrestre ⁊ infernale. Celeste fuit testimoniū angelorū dicentiū. Surrexit non est hic. Qui apparuerunt in veste glorie. ad ostendendum q̄ gl'iose resurrexerat. Terrestre fuit triplex scz testimonium sanctarum dominarum et aliarum mulierum mulierum Luxxiij. Mulieres quedaz ex nostris terruerunt nos. ⁊c. qui dicunt eum viuere. Milites pilati qui semiuiui ceciderunt in terram et fugientes dixerunt: quia surrexit vnde dicitur Ecce quidam de custodibus venerunt in ciuitatē ⁊ nunciauerunt principibus sacerdotum omnia que facta fuerant. Et religiosorum apostolorum quoꝝ testimoniuz certissimum fuit quia fuit de visu et de tactu et de gustu. Luce. xxiij. Palpate et videte quia spiritus carnem ⁊ ossa non habet. Actu. x. Dedit eū manifestum fieri non omni populo sed testibus preordinatis a deo nobis qui manducauimus et bibimus cum illo postq̄ resurrexit a mortuis. Infernale testimoniuz fuit multorum qui cum christo resurrexerunt. Wathei vicesimo septimo. Multa corpora sanctorum qui dormierant surrexerunt et apparuerunt multis. ¶ Tercio resurrectio christi potest per rationes probari. ℣ Et possunt ad hoc adduci duodecim rationes. ¶ Prima est ex parte iusticie dei que est q̄ qui non peccat non punitur. sed christus in corpore suo nunq̄ peccauit immo multum valde meruit nec in ipso fuit concupiscentia mali ad malum inclinans sed originalis iusticia ⁊ innocentia pura. ergo id corpus non debuit per putrefactionem puniri: sz per resurrectionis gloriam premiari. ps. Non dabis sanctum tuum videre corruptionem. Et si ad horam gustauit mortem hoc fecit propter scelus humanam vt nos redimeret ab eo Isa. liij. Propter scelus populi mei percussi eum. Secunda est ex parte sapientie dei cuius est ordinare omnia et nichil inordinatū relinquere in mūdo sed omnis pars ordinatur in suo toto. et extra ipsum inordinata manet. Partes autem hominis sunt anima et corpus. ergo anima christi debuit corpori remitti facta redemptione humana propter quam fuerat a corpore separata. ¶ Tercia ex largitate et magnificentia dei ad quā spectat omnibus a se creatis tribuere omnes perfectionem et omne bonum quod secundum naturam suam eis competit ⁊ recipere possunt Jo. i. Qui dat omnibus affluenter. Sed corpus christi poterat recipere gloriam resurrectionis cum fuerat habitaculum dei quod magis fuit. ac etiam et secundum naturam resurrectionis glorie debebatur. quia corpus fuit gloriosi dei. Unde ab instanti conceptionis sibi gloria debebatur. et quod ad tempus ea caruit deus dispēsatiue fecit. ergo debuit per resurrectionis gloriam sublimari. ¶ Quarta est a maiestatis decentis: quis qui habet maius et principale debet habere minus et accessorium: vt qui habet equum debet habere frenum. ⁊ vir qui habz vxorem debet habere bona eius. sed corpus illud semper habebat deum qui omnib⁹ maior est: quia deitas nunq̄ fuit nec a corpore nec ab anima separata ergo illud corpus debebat habere gloriam que dei est secūdum quod ipsum capere poterat. hec autem est gloria resurrectionis. ¶ Quinta est ab anime inflāmatione. vt inflāmemur et accendamur ad bene agendū. Nā assueti corporalibus magis diligimus corporalia bona. Gloria autem corporis domum corporale est quam dum in christi corpore speculamur que etiam nobis promittitur. iuxta illud phil'. iij. saluatorem expectamus dominum nostruz iesum christum qui reformabit corpus humilitatis nostre cōfiguratum. corpori claritatis sue magis accendimur ad bene operandum. Si enim gloriam corporis in nullo conspiceremus caderet spes nostra de tali premio desperantes repidi et remissi effecti. Quia vt dicit Greg. Consideratio premij minuit vi flagelli. ¶ Sexta vt naturale desiderium compleatur qō frustrari non potest. eo q̄ ostenderet iperfectionē eternitatis dei: sed naturale desiderium inest

anime corpori reuniri ⁊ simul cū eo glorificari sed prout ꝓtouer. x. dicitur desiderium suum dabit iustis: ergo corp⁹ debuit reuniri anime ⁊ cū ea gloria potiri et eius virtute omnia alia corpora suis animab⁹ reuniemur: quia vt probat Apo. i. Cor. xv christi resurrectio est causa nostre resurrectionis et si christus resurrexit et nos resurgemus cantat enim ecclesia morte nostram mordendo destruxit et vitam resurgendo reparauit. ¶ Septima est a virtute supernaturali que fuit in christo quia totum virtutem habuit ad viuificandū q̄ adam ad mortificandum. vt dicit apostol⁹ ad Roma. v. Sed adam transmisit mortez in se ⁊ in oēs posteros. ergo multomagis christus suscitauit se et omnes alios p̄ virtutē sue potētie. i. Cor. xv. Sicut in adam omnes moriuntur: ita et in christo omnes viuificabuntur. ¶ Octaua ratio sūpta est a christi humilitate. Lex enim dei hoc sanxit vt qui se magis humiliat maxime exaltetur. Est enim humilitas magna exaltari omis vt supra in precedenti dominica est notatum est in sermone de epla ⁊ ecōuerso de superbia Luce. xiiij. Omnis qui se humiliat exaltabitur: et omnis qui se exaltat humiliabitur. Sed christus maxime et in suprēmo gradu se humiliauit ergo summe debuit exaltari quod per resurrectionē factum est q̄ nisi resurrexisset nō fuisset summe exaltatus. nam magis est in anima et in corpore exaltari et glorificari q̄ in anima solum. Philip. ij. Humiliauit semetipsum et sequitur. Propter quod et de⁹ exaltauit illum. Et ideo post resurrectionem christ⁹ ait Mat. xxviij. Data est michi omis potestas in celo et in terra. ¶ Nona est a christi obedientia. Inuenimus enim de multis sanctis q̄ eis omnes creature et mors et vita obediuerunt ad nutum ⁊ hoc quia ipsi obedientes fuerunt. Exēpla patent in nouo et veteri testamento. Sz christus sup omnes sanctos deo obediuit vsq̄ ad mortem nec eius mādatum vnq̄ preterriit Philip. ij. Factus est obediens vsq̄ ad mortem. Ergo mors et vita vt moreretur et resurgeret quando voluerunt debuerunt ei magis q̄ alicui sancto alio obedire Johannis. x. Potestatem habeo ponendi animam meam et iterum sumendi eam. ¶ Decima est propter reuerentiam fidei christiane et irrisionem in fidelium cuadē dam que maxime seqrek si xp̄s nō resurrexisset. Nā magis absurdū fidri xp̄iane ⁊ in conuenies apud exteros natiōes videtur q̄ nos dicimus q̄ deus fuit mortuus ⁊ sepultus cuz deus mori non posset/ eo q̄ est essentialiter vita perpetua ⁊ beata. Si ergo filius dei a mortuis non resurrexisset. tunc deus et dūs christianorum esset quidaz deus mortuus ⁊ sepultus. quod esset quoddam ridiculosum dicere. Nam si ad horam gustauit mortem inquātum homo vt nos iuste liberaret. resurrexit in virtute dei deuicta morte in qua ver⁹ de⁹ ostenditur. Wath. xxij. Non est deus mortuoꝝ sed viuentium. id est deus noster non est deus mortuus: sed deus viuēs. ¶ Undecima est ad fidem nostram confirmandam Nam hec est fides catholica vt credam⁹ et confiteamur: quia dūs noster iesus christus est deus et homo. Joh. xiij. Creditis in deum et in me credite. Sed si christus fuisset a morte victus sicut et ceteri nō habuisset omnipotentiam dei quam magis in eo q̄ mortem absorbuit demōstrauit que omnes vicit. et per consequēs nō fuisset deus. Similiter nō fuisset homo/ quia filius dei in triduo mortis non fuit homo cum anima fuit a corpore separata ex quibus coniunctis homo consistit. et ideo vt dicit apostolus. i. Cotinth. xv. Si christus non resurrexit a mortuis inanis est fides nostra. ¶ Duodecima est ad complementum felicitatis eterne que consistit in cognitione deitatis et humanitatis christi. Jo. xvij. Hec est vita eterna vt cognoscant te solum verum deum et quem misisti iesum christum. Humanitas in vnione anime ad corpus consistit que per mortem destructa fuit: quia in morte christus nō fuit homo. Ut ergo cōpleta sit felicitas nostra oportuit christum resurgere salute humana consummata per mortem. Jo. x. Ingredietur sz ad deitatem et egredietur sz ad humanitatem et pascua inuenient sz felicitatis et glorie. ¶ Quarto christi resurrectio probatur per figuras. Naz figurata fuit in sansone quem cum philistiim crederent detinere ipse media nocte surrexit ⁊ tulit portas geze ereas ⁊ egressus est ciuitatē vt patet Judicū. xvi. Sic christus iuit ad inferos ⁊ dum inferi crederēt ipsum detinere ipsum surrexit fractis portis inferi. ps. xv. Nō derelinquas animā meaz in inferno. Item figurata fuit in Jona quē cetus absorbens tercia die euomuit vt patet Jone. ij. Sic christus in vētre terre positus tercia die resurrexit. Wathei. xij. Sicut fuit Jonas in vētre cete tribus diebꝰ ⁊ tribus noctibus/ sic erit filius ho

minis in corde terre tribus diebus et tribus noctibus. ¶ Quinto resurrectio christi ꝓbatur non esse impossibilis per exẽpla naturalia. Nam de leone dicitur ꝙ facit filios mortuos quos tercia die cum rugitu resuscitat. Multo ergo magis deus pater filium suũ voce virtutis sue suscitauit et ideo christus in sua resurrectiõe leoni assimilatur sicut in sua passione agno. Apoca. v. Licit leo de tribu iuda. Similiter dẽ fenice dicitur ꝙ adunat ligna aromatica et vibrans alas in eis ignem accendit et seipsum combussit ⁊ ex cineribus femcles generatur vermis quidam qui in eandẽ auem transformatur et crescit. Sic christus in ligno crucis ex igne spiritussancti seipsũ cõbussit et tercia die idẽ resurrexit. Similiter dẽ cocodrillo dicit ꝙ est animal magnũ et pernitiosum et ydrus insidiatur. ydrus autẽ inuoluit se in lutum vt labilis fiat. et proficit se in os cocodrilli dormiẽtis. Quẽ cum cocodrill⁹ credit se denotasse ipse corrosis visceribus eius tercia die egreditur Cocodrillus est diabol⁹ cuius os est mors et venter infernus/ ydrus autem id est filius dei inuoluit se in luto mortalitatis nostre vt posset mori et mortuus est. Quẽ cũ diabolus crederet denotasse ipse corrosis eius visceribus dum animas sanctorũ inde extrahit tercia die resurrexit. ¶ Secundo videamus resurrectionis modum et significationem. ℣ Ubi nota ꝙ christ⁹ quicq̃ modis resurrexit scilicet cito immortalis/ caute sociatus et vere. Resurrectio autem christi corporalis significat resurrectionem nostram spiritualem. que vocatur resurrectio prima/ que est resurrectio animę qua a peccato resurgit. Nam et anima moritur morte sua. Apocalip. ij. Beatus qui habet partem in resurrectione prima. Si ergo volumus cum christo gloriosere surgere et in gloriosa resurrectione secunda cum christo esse resurgamus resurrectione prima et supradictis quinq̃ modis quibus christus a mortuis resurrexit. ¶ Primo resurgamus cito christus enim statim probata morte resurrexit quia humanum est peccare/ sed diabolicum in peccatis perseverare vt dicit Gregorius. In nullo alio peccato diabolum ita imitamur sicut in perseuerentia mali/ quia ille ab initio peccauit ⁊ semper perseverat in malo. ꝑs. Superbia eorum qui te ode. ascen. super. Contra quod dicitur Eccliesia. quito Ne tardes conuerti ad dominum et ne differas de die in diem. Et nota ꝙ cotinus emissus de arca nunq̃ redijt. et semper dicit cra cra. Sic faciunt multi. ¶ Secundo resurgamus immortales vt nunq̃ morte culpe per peccatum in anima moriamur/ quis christus resurgens a mortuis iam nõ moritur. mors illi vltra non dominabitur Roma. vi. Quis vt dicitur ad Hebreos. x. Uolũtarie peccãtibus nobis post acceptã noticiam veritatis iam non relinquitur nobis hostia pro peccatis. terribilis autem quedam expectatio iudicij et ignis emulatio que consumptura est aduersarios. Qui qui voluntarie peccat quantũ in se est dei filium crucifigit. vt dicit Apostolus ad hebreos sexto. Et ideo cum christi crucifixoribus iudicabitur. Stultum est valde immo insanum in carcerem diaboli voluntarie velle redire ac peccatorum cathenis denuo manciparii quia sic fiunt nouissima hominis peiora prioribus Johannis. v. Ecce iam sanus factus es vade et amplius noli peccare ne deterius aliquid tibi contingat. ¶ Tercio resurgam⁹ caute. Christus enim de mane tempestiue non fracto sigillo pilati caute resurrexit sic et nos resurgere debemus/ quia multa sũt que impedsunt nos resurgere scilicet mũdus/ caro/ demonia/ cõsanguinei/ et amici Epheso. quinto. Uidete quomodo caute ambuletis Unde Wath. v. Nesciat sinistra tua dd faciat dextra tua. Et nota ꝙ christ⁹ resurgens dimisit vestes in sepulchro. ita ⁊ nos pellem veterem peccati resurgendo ad vitam gratie deponere debemus Collo. iij. Expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis et induentes nouum hominẽ qui renouatur in agnitione dei. ¶ Quarto resurgamus cum societate/ quia multa corpora sanctorum cum ipso resurrexerũt vt sicut malo exemplo vel suggestione fecimus alios cadere ita nitamur eos et alios facere ad vitam resurgere. Et sicut fuit⁹ causa perditionis multorum/ sic simus causa salutis/ quia per hoc operiemus peccata nostra. Jaco. quinto. Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore vie sue saluabit animam eius a morte operit multitudinẽ peccatorum suorum quia vt dicit Augusti. Non est maius sacrificium deo ꝙ zelus animarum. Sic erat sollicitus apostolus qui multos peccare fecerat ⁊ multos reuocauit ad vitam. ij. Corinth. xij. Ego autem libentissime impendam et superimpẽdar ipse pro animabus vestris. ¶ Quito resurgam⁹ vere/ quia christus vere surrexit Lu. xxiij. Surrexit dñs vere. Cui⁹ tria

fuerunt signa scz palpatio. visio. et comestio. ℟ Nam discipuli christum palpauerunt. ipsum apertis oculis viderunt. et ipse cum eis et ipsi cũ eo comederunt Lu. xxiij. Palpate et videte. Similiter hec tria sunt signa ꝙ homo spiritualiter resurgit Primũ est palpatio. Si quis enim permittit se palpari a tribulationibus ⁊ non murmurat sicut Iob qui in omnibus nõ peccauit nec stultum qđ contra deũ locutus est signum est ꝙ vere resurrexit. Non enim in prosperis sed in aduersis cognoscitur si homo est vere viuus sicut sathan dixit domino de Iob. c. ij. eiusdem. Mitte iquit manũ tuã et tange os eius ⁊ carnẽ. et tunc videbis ꝙ in faciem benedicat tibi. Secundum est visus. Si quis enim oculo fidei recte videt christum et ipsum verum filium dei credit ꝙ salute hominũ passum ⁊ aspicit etiam in eum in cruce oculo pietatis et charitatis vt ei compatiatur et moriatur cum illo. signum est ꝙ vere resurrexit. ꝑs. Respice in faciem christi tui Hie. v. Domine oculi tui respiciunt fidem. Quia iustus ex fide viuit Ro. i. Tercium est comestio. Si quis enim cibũ anime scz verbum dei et corpus christi digne et deuote manducat et comedit. signum est ꝙ vere resurrexit et viuit. sic enim debet comedi. i. Corinth. xi. Probet autem seipsum homo et sic de pane illo edat et de calice bibat. Et sic ꝓz tercium. ¶ Quarto ponitur promulgande resurrectionis mandatum et iussio fruendi: quia ite et dicite discipulis eius et petro supple ꝙ resurrexit dominus: quia precedet vos in galileam ibi eum videbitis. Petro scilicet mandat dici ne propter peccatum quod cõmisit desperet. et quia caput erat apostolorũ. Unde quamuis petrus propter peccatum infidelitatis et negationis quod per soluz papam potest deponi iam amiserat principatum tamen ꝓpter penitentiam veram qz fleuit amare deus transtulit peccatum eius. q. d. christ⁹ Dicite petro. Sicut pro peccatoribus mortuus sum its pro peccatoribus resurrexi. quia scz deflent peccata sua vt iusti fiant. Ro. iiij. Traditus est propter delicta nostra ⁊ resurrexit ꝓpter iustificationem nostram. ¶ Et nota ꝙ christus asserit se in galilea videndum et non alibi quãuis alibi se ostenderet. quia galilea interpretat transmigratio. Omnibus enim qui se satagũt transmigrare de vicijs ad virtutes et de mundo ad celum. et de negligentia ad obseruationem mandatorum christus promittit se ostendere et manifestare Jo. xiiij. Qui habet mãdata mea et seruat ea ille est qui diligit me et ego diligam eum et manifestabo ei meipsum. Nec ergo dies charissimi boni nunci est si recuerimus ⁊ noluerimus nunciare sceleris arguemur. iij. Re. vij. Annunciem⁹ ergo mũdo christi resurrectionem ⁊ quanta miracula christus per mortem et resurrectionem est mirabiliter operatus. ℣ Sunt autem ser que hodie mundo nunciare debemus. ¶ Primum est triumphus christi nobilis mors enim et vita mirando cõstituere ducllo. Sed christus vita nostra vicit mortem dyabolum ⁊ mundũ. De primo Osee. xiij. Ero mors tua o mors. i. corin. xv. Ubi est mors victoria tua. Absorpta est mors in victoria. De sero aug. Manu inermi ⁊ affixa cruci debellauit aereas potestates De tercio. Jo. xvi. Confidite ego vici mundũ. Uade et tu fac similiter. Uincamus ergo dyabolum mundum et peccati mortẽ hodie. ¶ Secundus est spoliatio inferni mirabilis: qz christus rex noster ꝓfregit portas inferni. et patres nostros inde victoriose extraxit zach. ix. Tu autem in sanguine testamẽti tui eduxisti vinctos tuos de lacu in quo non erat aqua. Tanta est fuit victoria regis nostri ꝙ inuasit inimicum vsq̃ ad domũ suam et spolia que sibi placuerũt abstulit ipso in vinculis relicto. ¶ Extraham⁹ et nos charissimi alias parentum nostrorum de purgatorio beneficijs nostris et orationibus. ii. Mach. xij Sancta enim et salubris est cogitatio pro defunctis exorare vt a peccatis saluantur ¶ Tercium est spes humani generis infallibilis quia christus rex noster et caro et frater noster gloriosus in anima et in corpore hodie resurrexit. cui⁹ resurrectio est causa et forma nostre resurrectionis. ⁊ ideo firmiter sperare debemus ꝙ sicut ipse resurrexit et nos resurgemus. Annunciem⁹ ergo i hoib⁹ vt deinceps in spe beate resurrectionis viuant q̃ spes facit omnia aduersa patienter immo libenter tolerare. ¶ Quarrum est miseratio et affect⁹ venerabilis: quia licet christo post resurrectionem defuerit miseria non tamen ei defuit misericordia: quia quamuis summe fuerit sublimatus non tamen oblitus est suorum et nostri. Nam apostolis et multis alijs apparuit et omnes amicos est cõsolatus ⁊ eos dono spiritussancti repleuit Jo. xx. Accipite spiritum sanctum quorũ remiseritis peccata. ⁊c. proverbium est

honores mutant mores. Sed rex noster summe honorat⁹ in nullo mutat⁹ est quin semper circa nos paternum gerat affectū et nostri miserea|tur tribuens semp charis|matum bona et nobiscum maneat Matth. xxviij. Ecce ego vobiscum sum omni die vs.ad cō.se. ¶ Quintum est cōfidentia salutaris. Multuz enim debent peccatores confidere: quia christus resurgens primo apparuit peccatrici z negatori ꝫ alijs ad inuendum ꝙ sicut pro peccatoribus mortuus fuerat ita pro peccatoribus resurrexit. Mat.ix. Non veni vocare iustos sed pec i. Thi.i. Fidelis sermo et omni ac.di. quis iesus christus venit in hunc mundū peccatores saluos facere Nōne apparuit paulo dum iret ad persequendum mēbra sua et eū conuertit z gratiam sibi infudit et apostolum ipsum constituit. Sic quotidie peccatores paratos male agere z inuisibiliter conuertit et gratiam magnam facit. ¶ Sextum est recuperatio celestialis quia celestem hierusalem recuperatus est homo que est ciuitas nostra. Hebreo.xiij. Non habemus hic manentem ciuitatem sed fu.inqui. Accipiamus ergo baculum et capsellam vt peregrini et eam⁹ versus hierusalem quia recuperata est et via est secura quia inimic⁹ humani generis qui viam conturbabat et capiebat ambulantes per eam captus et catenatus est. Est etiam via abbreuiata nam olim circuibat per infernum sed modo recto tramite tēdit versus celum Isa.xxx. Hec est via ambulate in ea neꝯ ad dex. neꝯ ad sinist. Et sic patet quartum. ¶ Sed quia vt dicit apostolus.i.cor.xv.z.i.thes.iiij. christi resurrectio ē causa nostre resurrectiōis. Et sicut xps resurrexit. ita z nos resurgem⁹ Si enim inquit credim⁹ ꝙ iesus mortuus est et resurrexit ita et deus eos qui dor.p iesuz ad.cū e. Thessa. vbi supra. Jdeo de resurrectione nostra. xij. videamus.

W Primo vtrum corpotum resurrectio sit futura. Ad quod dicendum ꝙ omnino oportet credere ꝙ corpotum resurrectio sit futura et hoc propter quinqz rationes. ¶ Primo ratione iusticie dei. Justum est enim apud deum et homies ꝙ ille punia tur vel premietur ꝙ peccauit vel meruit. Sz omnis opera nostra sunt anime et corporis simul: quia vt dicit phūs actus suppositorum sunt. zc. Coniunctum enim ex anima et corpore operatur et non anima vel corpus. Sed vt manifeste videmus in vita illa nec boni premiuntur nec mali puniuntur. Quia vt dicitur iob. xij. abundāt tabernacula predonum et audacter pro. v. Multa etiam aduersa patiuntur iusti immo ꝙ multa tribulationes oportet nos intrare in re.ce. actu. xiij. In separatione autē anime a corpore anima vadit ad gloriam vel in penam. corpore hic in terra remanēte. Ut ergo iusta sit retributio oportet dicere ꝙ anima iterum coniungatur corpori vt simul cuz ipso premietur vel puniatur iuxta stipendia meritorum. quod per resurrectionē fiet. Hic cadit exemplū de illo qui pede pcusserat patrē suū z iuit ad sanctum iacobum et nullo modo poterat ecclesiam eius intrare donec sibi pedē amputauit. ¶ Secundo ratione desiderij naturalis. Naturaliter enim homo desiderat perfectum habere bonū et esse perpetuus in anima et corpore. ¶ Naturale autem desiderium non potest esse frustra. eo ꝙ demonstraret imperfectionem dei creantis naturā. quod est impossibile. Et ponas exemplum de feneſtra domus que nunqz aperietur si ignorantiam magistri demonstrarent. Ergo nisi homo ponat impedimentum oportet ꝙ perfectum bonū quod ſm naturā percipere potest aliquā do consequatur. Jn quo vt dicit boetius magna malox impotentia demonstratur. cum nūqz sit consecutura id quod semper desiderat. Boni autem et iusti perfectum bonum in resurrectione consequent. pro. r. Desiderium suum iustis dabitur. Omnis etiam creatura vt dicitur. Ro. viij. in gemiscit et parturit vsqz adhuc expectās reuelationem filiorum dei. qz et ipsa creatura tunc a seruitute corruptionis liberabitur. Ergo et per desiderium hois et per desiderium omnis creature probatur ꝙ resurrectio corpotum sit futura. ¶ Tercio ratione fidei et scripture. Nam fidei impossibile est subesse falsum quia est de prima veritate et de operibus prime veritatis. Sed vnus de articulis fidei est resurrectio mortuox. ergo resurrectionem oportet esse. Similiter scripturam impossibile est nō impleri mathei quinto. Jota vnum aut vnus apex non preteribit a lege donec omnia fiant. Sed scriptura dicit Osee decimotercio. Ero mors tua o mors scilicet per resurrectionem Et iob decimo nono. In nouissimo die de terra surrecturus sum et rur. cir. pel. zc. i. Corinthiorū. xv. Omnes quidē resur. ¶ Quarto ratiōnē virtutis et meriti christi. qz vt dictum est supra vbi probata fuit resurrectio christi maioris virtutis et efficacie fuit christ⁹ per suam obedientiam ad viuificandū ꝯ adam per superbiam ad occidendum sed in adam omnes moriuntur ergo per christum et in christo omnes viuificabuntur z resurgent. ¶ Quinto ratione sapiētie dei cuius est ordinare et nichil inordinatum relinquere. Sed omnis pars est inordinata extra suum ordinem. Partes autem hominis et humane nature sunt alia et corp⁹ ergo alia et corpus ab inuicem separata extra suum ordinem sunt et nisi coniungant extra ordinem suum manent. Cum ergo sapientis dei nichil in ordinatum relinquat oportet ꝙ resurrectio corpotum sit futura Jtem turpis et inordinata est pars que nō cōuenit suo toto. Sed vt dicitur ad ephe. i. Deus dedit christum caput super omnē ecclesiam. Jpse ergo est caput et corpus z nos omnes sumus membra eius. Ne ergo caput et corpus sit monstruosum oportet ꝙ sicut christus resurrexit z nos similiter resurgamus vt simus membra conuenientia capiti et corpori nostro in eadem similitudine permansura. Ω Secundo videamus an omnes tā boni ꝯ mali ac etiā pueri in veteris materno defuncti resurgere debeāt. Ad quod dicēdum ꝙ omnes resurgent et huius ratio tacta est supra qz sicut ipsi in corpore et anima meruerunt/ et demeruerūt ita in corpore et anima premiabuntur et punientur. Pueri etiam in vtero mortui resurgent quia christus reparabit totam naturam. sicut adam totam destruxit. Si enim status solis et lune et aliorum corporum perficitur / multomagis illi pueri omnem perfectionem naturalem habebunt. Omnes enim perfectiones tam anime ꝯ corporis habebunt que eis scōm naturam competere possunt/ gloriam autem dei non habebunt de quo secundum aliquos doctores nullum dolorē habebunt qz cognoscēt se non fuisse aptos per gratiā dei ad illā gloriam. Omnē autē perfectionem naturalem et bonum perfectum habebunt excepto ꝙ non comedent nec generationi vacabunt. Unde non est homo in mūdo nec vnqz fuit qui ita fuerit perfectus in vita ista scōm naturā nec tam tam delectationem habuerit sicut illi pueri habebunt. Et idem est dicendum de omnibus pueris qui ante annos discretiōis absq; baptismo decedunt. Hic cadit exemplum de illo milite qui iuit vltra mare cū vxore sua pgnata qui ad pdicationē magdalene fuerant cōuersi. Qui dū essent in mari vxor peperit et mortua est. Vir autē portauit eam ad quandam insulam inhabitatam. et posuit eam in quādā criptam et puerum cum ea et recommendauit marie magdalene z dum rediret post magnū tempus inuenit puerum ambulantem. Si ergo magdalena prestitit illi vitam multo magis christus dabit omnibus vitam.

O Tercio videamus an resurrectio sit naturalis: et an xpi resurrectio sit causa nostre resurrectionis. Ad quod dicendum ꝙ resurrectio corporum nullomodo potest esse naturalis: sed est omnino miraculosa/ quia nichil est in natura quod hoc efficere possit. nec in natura angelica/ nec in natura corporum celestium/ nec aliorum corporum/ nec in natura animarum. Non in natura āgelica/ quia materia corporea obedit angelo ad motum/ sed non ad nutum/ scilicet possit accipere puluereſ vel elementa in que corpus humanum est resolutum et inde formare corpus ad libitū Posset autem mouere quodcunqz corpus et vnum montem ad libitū. Aliqui tamen angeli ad resurrectionem cooperabuntur quia secz colligent puluereſ vel ossa mortuorum. Sed reformacio illorum ossium z puluerum in corpora fiet virtute diuina. Corpora etiam celestia nō possunt sine secundis agentibus perfecta animalia generare/ quia vt dicit philosophus. Homo generat hominem z sol artamen. Imperfecta animalia z semina possunt bene producere vt mures z ranas z fructus. Unde ex puluerib⁹ corporum incineratorū nō possunt corpora hominum producere. Similiter nec anima hominis vel quecunqz alia creatura posset ex illis puluerib⁹ corpus hominis formare. Et ideo illa mulier que dixit se concepisse de sole falsum dixit Similiter poete falsum dixerunt qui posuerunt planetas habere filios. Aduertē dum est tamen hic ꝙ mulier potest cōcipere bene et parere filium sine viro aut viri cōfortio: quia per incubos demones/ sed non sine semine viri. Sic ergo resurrectio non erit naturalis/ sed miraculosa/ cuius causa est resurrectio christi. Nam corpus christi ratione deitatis cui semper fuit cōiunctum accepit infinitam virtutem ad omnia alia viuificandum que sunt eiusdē nature et hoc potērimus faciet christus ad vitam ꝯ adam ad mortem fecit. pri. Cor. xv. Sicut in adam omnes moriuntur/ ita et in christo omnes viuificabunt. Et ideo si christus resurrexit z nos resurgem⁹/ vt

dictum est. ℙ Quarto videamus vtrum sit decens q̃ resurrectio corporum vsq; in finem mundi differatur. Quare enim non statim anima cum corpore premiatur vel punitur sicut cum meruit vel peccauit Ad quod dicendum q̃ magis fuit conueniens q̃ resurrectio corporum vsq; ad finẽ mũdi differretur q̃ si statim fieret. Et hoc propter tria. Primo propter meritum fidei quod de fide resurrectiõis habetur quod perderetur. est enim vn⁹ de articulis fidei resurrectio mortuorum in quo multum remur perfecte credendo. Secundo quia multa suffragia non fierent pro mortuis et multe elemosine non darentur de quib⁹ pauperes christi viuunt. Quia aut statim anima resumeret corpus et tunc astantes perpenderent si esset gloriosa vel non. Et sic nulla suffragia pro illo fierent nec pro eo elemosinam, darent quia in inferno nulla est redemptio. et in celo nulla est indigẽtia. Aut resumeret corpus postq̃ anima fierit purgata quod esset inconueniens q̃ non seruaretur vniformitas in mortuis cũ multi non vadant ad purgatorium sed ad celum vel inferum. Tercio quia magis est conueniens q̃ tota natura simul moueatur ad incorruptionem q̃ modo vnus et modo alius, quia per hoc ostenditur infinita esse potentia dei qui tantam multitudinem vno ictu ad incorruptionem reformabit. Similiter et hoc multi errores prouenirent ⁊ diceretur q̃ sicut natiuitas hominis est naturalis ita et resurrectio et q̃ corpora celestia hoc facerent nec tantum bonum cognosceretur quia bonum quod nõ suspiratur dilatum non cognoscitur datũ nec gratia resurrectionis cognosceretur facta fore p̃ christũ. Q Quinto videamus an anima idem corpus resumat in numero. Ad quod dicendum q̃ anima idem corpus resumet numero et idem numero homo resurget licet immutatus quod sic est intelligendum nullum corpus potest resolui in nichil sicut non potest et nichilo generari vt dicit p̃hus sed resoluitur in quattuor elementa et quibus est compositum et generatum. Unde deus illa quattuor elementa in que fuerit resolutum corpus hominis accipiet et reformabit idem corpus et dimensiones et colorem et omnia alia accidentia de nouo creabit. et per hunc modum erit idem homo numero q̃ de eadem anima et de ipsis elemẽtis quat̃ in que corpus fuerat resolutum reformabitur q̃ius nous accidentia ibi generentur. Sicut idem homo est egrotus ⁊ sanus q̃ius omnes humores precedentes et tota caro vetus sit consumpta. Hit exemplum de illo qui lacte suis fuit nutritus quia sicut sus in lutum se proiciebat quem magister guido de aretio sanauit quia totam carnem illam et omnes humores per maximam abstinentiã cõsumpsit et tamen idem homo fuit et ante et post eas. ℟ Sexto videamus an homo resurgat cum omnibus membris et cũ quat̃or humoribus et capillis et vnguibus. Ad quod dicendum q̃ homo resurget cum omnibus membris que viuus habuit vel habere debuit si natura non errasset ⁊ nulla monstra in resurgẽtibus erunt nec etiã in damnatis. Unde damnati cum suis deformitatib⁹ nõ resurgẽt. sed integris corporibus et perfectis q̃uis obscuris ⁊ gratuitis. Resurgent etiam cum omnibus intestinis preter putredinem et cum humoribus preter sudorem et etiam cum capillis quia hec omnia pertinent ad hominem sed omnes tam boni q̃ mali nudi erunt sicut homo factꝰ est nudus. S Septimo videamus an omnes in eadem etate ⁊ eiusdem statureresurgent. ¶ Ad quod dicendum q̃ omnes resurgent in eadem etate inueniti in qua christus resurrexit vt dicẽtũ est supra in qua etate hõ fuisset transiturus ad celum si non peccasset Ephese. iii. Donec occurramus omnes in virum perfectum in mẽsura etatis plenitudinis christi. Eiusdem autem statute non omnes resurgent. In illa autem statura resurgent ad quam natura si impedita nõ fuisset vel errasset quocunq; tempore perduxisset deus enim vt dictum est debet reparare naturam et ideo quicquid defuit supplebit.

T Octauo videamus an resurgentes amplius comedant vel dormiant vel generationi intendant. Ad quod dicendũ q̃ nec boni nec mali amplius comedent. Nam comestio diminueret gloriam in beatis et penam in damnatis, comestio enim et dilectionem habet et penam. Ad quid enim comederent beati cum nunq; famescant Apoc. vii. Non esurient neq; sitiẽt amplius. Dãnati autem et si famescãt nõ habebunt quod comedãt. Et si obijciatur q̃ christus post resurrectionem comedit: Dicendum est q̃ non comedit propter necessitatem vel delectationem sed vt ostenderet se illum esse qui prius cum eis comederat et biberat, et vt ostenderet severum et vinum hominem esse et nõ fantasticum

vnde dispẽsatiue hoc fecit. Similiter etiã non dormient, quia somnus diminueret gloriam in beatis, ⁊ penam in damnatis. Dormire enim est quasi bestia. Unde philosophus dicit q̃ in dimidio temporis id est in tempore quo dormimus non differimus a bestijs. Item somnus fit ex resolutione vaporũ a stomacho ad cerebrũ ascendentium qui vapores ex cibo ⁊ potu generantur: sed cum ipsi non comedãt neq; bibant, vt dictum est talis resolutio vapoꝝ non poterit ibi esse et per consequẽs nec dormitio. Et quo vlterius patet q̃ non intendant amplius actui generationis. Nã generatio fit ex superfluitate alimenti qõ ibi non erit. ¶ Item deficiente fine desiciunt ea que sunt ad finem, finis autez generationis est procreatio filiorum que ibi non erit cum numerus electorum sit completus et due ciuitates. scz babilon infernalis ⁊ hierusalem celestis tunc finem habebunt, vt dicit aug⁹ ex quo patet q̃ beatitudo quam iudei ⁊ sarraceni in alia vita ponunt scilicet de pluralitate vxorum. et q̃ stabunt extra duo flumina. vnum lactis et alterum mellis est falsa et impossibilis et irrationalis. Math. xxii. In resurrectione neq; nubẽt neq; nubẽtur sz fiũt sicut angeli dei. ¶ Et si obijceretur q̃ hoc non videtur esse conueniens scilicet q̃ beati nõ comedent neq; generationi intẽdent cum ex hoc magnas delectationes habeãt. Et fm Boe. Beatitudo sit perfectum bonum omnis bona in se continens. Iustus etiaz per hoc frustraretur mercede laboris abstinentie sue. ⁊ similiter tactus. Ad hoc dicẽdum q̃ gustus et omnes sensus semper erũt in felici ⁊ delectabili actu suorum obiectorum hoc tamen fm plus et minus sicut ⁊ gloria anime erit maior ⁊ minor. Erit enim coniunctus ⁊ labijs et linguis ⁊ faucibus beatorum quidam sapor dulcissimꝰ qui nunq; recedet ab eis. Unde sine comestione semper habebunt dulcedinẽ comestionis. Similiter auditus semper erit in delectabili armonia soni cantus ⁊ laudis. Tho. xiii. Per vicos hierusalem alleluya cantabitur. Et apo. xiiii. Vocem quam audiui quasi citharedorum citharizantiũ in citharis suis. Similiter semper erit in delectabili visione. videndo scz corpus christi et corpora aliorum sanctorum que speciosissima erunt. ac etiam seipsum videndo quilibet maxime delectabitur. Similiter olfactus semper erit in delectabili et suauissimo odore: quia corpora sanctorum mirabiliter et super omnia redolebunt. de quibus etiam putrefactis modo emanaz odor Apoc. v. Quattuor animalia et viginti quattuor seniores ceciderunt coram agno habentes singuli citharas et fiales aureas plenas odoramentorũ. Similiter tactus semper erit in quadam delectabili resolutione ex redundantia gloxie anime in corpus que maior delectatio erit q̃ sit delectatio venerea. Econtra de impijs quamuis non patiantur defectus nature puta febrem ⁊ famem ⁊ sitim ⁊ alias infirmitates tamẽ ex iusticia dei fiet vt omnes sensus eorum sint actu pene afflicti scõm tamen plus vel minus, sicut de beatis dictum est. U Nono videamus in quo principaliter consistat beatitudo et cuius sit sez anime vel corporis. que sint dotes corporis. Ad quod dicendum q̃ beatitudo consistit principaliter in cognoscendo ⁊ amando deum et possidendo et ideo beatitudo erit in anima que deum per essentiã cognoscet et non per aliquã similitudinez et ipsum perfecte amabit tanq̃ summum bonum. et perfecte possidebit in se tanq̃ proprium et intrinsecum bonum. Corpus autem talem beatitudinem non habebit sed habebit dotes suas. Quia nãz corpꝰ in omni bono opere coopertum est anime habebit quattuor dotes que sunt agilitas vt subito feratur quocunq; anima velit. impassibilitas vt a nulla re possit leedi vel pati, subtilitas ita vt montes penetret. et claritas delectabilis et perspicua non ledens oculos vt claritas solis. ita q̃ in ipsa claritate corporis claritas anime cognoscetur vel gloria, quia anima magis beata clarius corpus habebit ita vt quilibet possit cognoscere gloriam aliorum et omnia predicta habebit corpus ex redundantia gloxie anime in corpus. Econtra de corporib⁹ impiorum erit quia erunt grauia passibilia grossa et obscura. X Decimo videamus quid de illis qui cum christo surrexerunt sit factum an iterum sint mortui. Ad quod dicẽdum q̃ de hoc sunt due opiniones. Quidam enim dicunt q̃ illi qui cũ christo surrexerunt iterum sint mortui sicut lazarus. Sed hoc non est verisimile nec credibile. Quidam vero dicunt q̃ non fuerunt plus mortui immo cum christo in anima et corpore in celum ascenderunt. Et hoc dicit glosa super illud. Matheivicesimo sexto. Multa corpora sanctorũ q̃ dormierant surrexerunt. Hoc etiam dicit sanctus Tho. in. iiii. senten. Hoc etiam a

modernis tenetur. Hoc etiam dicunt sancti. Unde remigius. Querit autem aliquis quid de illis factuꝝ sit qui domino resurgẽte resurrexerunt. Credendum est ꝙ ideo resurrexerunt vt testes essent dominice resurrectionis. Quidam autem dixerunt ꝙ iterum mortui sunt et in cinerem conuersi sicut lazarus et ceteri quos dominus suscitauit. Sed istorum dictis nullo modo est fides accomodanda/ quoniam illis maius esset tormentum si iterum morituri essent ꝙ si non resurgerent. Incunctanter ergo debemus credere ꝙ qui resurgente domino a mortuis resurrexerunt ascendente eo ad celum et ipsi cum eo ascenderunt. Idem dicit rabanus. Hoc etiam rationabiler conueniens videtur. Inconueniens enim videtur ꝙ christus gratiam quã eis fecit statim abstulisset quod fecisset si ad penam et nõ ad gloriam eos resuscitasset. Sicut inconueniens esset ꝙ rex quando fit miles donaria que facit militibus quos secum accingit eis postea auferret et militia priuaret. Ad qđ ergo resuscitasset eos. Et ideo videtur ꝙ nunq̃ postea fuerint mortui. Propterea etiam antiqui pfes desiderabant in terra sancta sepeliri/ quia sperabant ꝙ christo resurgente resurgerent si deo placeret. Et ideo fide Joseph moriens de profectione filiorum israel memoratus est et de ossibus suis mandauit ad hebreos.xi. ꝙ Undecimo videam⁹ quando generalis resurrectio fiet. Ad qđ dicendum ꝙ completo numero electorum et consumpto mundo per ignem statꝫ fiet resurrectio mortuorũ. Postea omnis motus et omnis operatio cessabit/ qꝫ cessante primo motu olis generatio et corruptio et transmutatio cessabit: et tempus non erit amplius/ et per consequens mundus iste totaliter vacuus erit et remanebit.

Z Duodecimo videamus an damnati vel sancti aliquãdo redibunt ad hunc mũdum videndum. Ad ꝙ dicendum ꝙ non quia damnati nunq̃ poterunt de inferno exire. Sancti vero si vellent possent venire sed nunq̃ venient quia ipsi habebunt voluntatem bonam et sapientem et omni rationi conformatam. stultum autem esset dimittere celum locum pulcherrimum et beatum in presentis humanitatis christi et aliorum sanctorum et venire ad hunc mundum nullam delectationem habẽtem Et hec de resurrectione dicta sufficiant.

¶ Sermo de epistola.xlvi.

Expurgate vet⁹ fermentum vt sitis noua conspersio sicut estis azimi. i. Corinth.v. Apostolus in hac epistola ad communium spirituale nos inuitat Luce.xv. Epulari et gaudere oportebat quia hic frater tuus mortuus fuerat et reuixit. In qua epistola tria facit. Primo enim mundiciam mentis vt agnum paschalem possim⁹ comedere nobis habere mandat. In principio epistole. Secundo agnum paschalem esse paratum ad comedendum demonstrat ibi. Etenim pascha nostrum immolatus est christus id est assatus et preparatus ad comedendum. Tercio ad talẽ agnũ comedendum nos inuitat ꝛ modum comedendi insinuat ibi. Itaq̃ epulemur non in fermento veteri neq̃ in fermento malicie et cetera. A Primo ergo apostolus mundiciam mentis vt digne agnum paschalem possimus comedere nobis habere mãdat. Et quia primo deponitur immũdicia antեq̃ mundicia induatur/ ideo primo mandat immundiciam abiicere dicẽs. Expurgate id est mundando proiicite scilicet per veram confessionem vetus fermẽtum id est peccatum quod a vetusta concupiscentia carnis que vsq̃ ab adam processit traducitur suggeritur et perpetratur: quod sicut fermentum pastam corrumpit animam et facit eam crepare ac etiam omnes sensus. ij. Corinth. vndecimo. Timeo autem ne sicut serpens euam seduxit astucia sua ita corrumpantur sensus vestri et excidant a simplicitate que est in christo. Item sicut fermentum totam massam corrumpit. ita peccatum totam naturam. Secundo cum dicit vt sitis noua conspersio mandat nobis mundiciam assumere dicẽs vt sitis noua conspersio id est sic perfecte debetis fermentum expurgare vt sitis noua conspersio id est noue conspersioni similes vt sitis per veram penitentiam renouati spiritu mentis vestre a vetustate peccati Conspersio est farina aqua conglutinata sine fermento. Epheseo. quarto. Renouamini spiritu mentis et indu. nouum hominem qui secundum deum creatus est in iusti. et san. veritatis. Sitis ergo noua cõsperso sicut estis facti i baptismo sup. azimi id est mũdi et puri ab omni fermento malicie. zima enim in greco idem est quod fermentum in latino. Sicut ergo facti sumus in baptismo azimi id est sine fermento malicie ab a quod est sine et zima fermentum ita debem⁹ ab omni peccato per veram penitentiã emendari ꝛ in iesu christo nouo homine innouari vt digne ad tãtum sacramentuꝫ accedere valeamus. In cuius figura filij israel comesturi agnũ qui christum figurabat mandatum est ne fermentum aliquod in domibus ipsorum inueniretur per septeꝫ dies pasche in quo agnum comedere debebant. Exo. xiij. Septem diebus fermentũ non inuenietur in domibus vestris. Qui comederit fermentatum perdit. anima eius de cetu filiorum israel. Sic ergo sine peccato hodie corp⁹ christi comedere debemus si volumus ꝙ corpus christi suos in nobis operetur effectus. B Ubi nota ꝙ corpus christi digne sumptum sex effectus optimos operatur in nobis qui omnes per fermẽtum peccati mortalis impediuntur. ¶ Primus effectus est comedentis in xp̃m transformatio. quia iste cibus non conuertitur in comedentẽ sicut alij cibi sed comedens transformatur et conuertitur in christum comestum et sumptum Aug⁹. Cibus sum grandium. i. perfectorum cresce ꝛ manducabis me nec tu me mutabis in te sicut cibũ carnis tue. sed tu mutaberis in me. Peccatuꝫ sũt hũc effectum impedit: quia omnia potest deus facere preter peccatum. et ideo peccatorem corpus christi comedentẽ non potest in se mutare nisi prius abiiciat peccatum. Quis non est sic de hoc sacramento sicut de sacramento penitentie. penitentia enim dum sumitur a peccatore non facit ipsum iustũ sed magis impium. confert em gratiã iusto sed non peccatori. ¶ Secundus effectus est vite collatio. habz em corpus christi vitam conferre digne sumẽti. Jo. vi. Ego sum panis viuus qui de celo descendi si quis manducauerit ex hoc pane viuet in eternuꝫ. Si enim lignum vite plantatum in medio paradisi habebat vitam in hominib⁹ perpetuare multomagis corpus christi dat vitam eternam. peccatũ aũt infert mortẽ Ro. vi. Stipẽdia peccati mors est. Duo autẽ contraria a non possunt alicui inesse. et ideo existente peccato mortali in anima quod infert ei mortem non potest corpus christi eidem vitam cõferre nec ibi per gratiam habitare Sap. i. Nec habitabit in corpore subdito peccatis. ¶ Tercius effectus est mentis illuminatio. habet enim corpus christi mentem illuminare ꝛ quia ipse est lux. Si enim oculi tonarhe fuum mellis comedentis aperti fũt. vt dicitur pri. Regũ decimo quarto multomagis corpus christi digne sumptũ habet oculos mentis illuminare. In cuius figura dum christus frangeret panẽ aperti sunt oculi discipulorum. Peccatuꝫ autẽ excecat hominem. Sap. ij. Excecauit eos malicia eorum. Et ideo existente peccato mortali in anima quod ipsam cecam tenet corpus christi non potest eam illuminare nec cum ipsa participationem habere. ij. Corinth. vj. Que participatio iusticie cuꝫ iniquitate aut que societas lucis ad tenebras: aut que conuentio christi ad belial. ¶ Quartus effect⁹ est celestis ductio. habet enim corpus christi digne sumentẽ ad celum ducere. Quod figuratum fuit in pane subcinericio quem helias ab angelo sibi allatum comedit. in cuius virtute ambulauit. xl. diebus ꝛ. xl. noctib⁹ donec perueniret ad mõtẽ dei Oreb/ vt patet. iij. Reg. xix. peccatum autem ad infernũ ducit. Ps. xliij. Ueruntamen ad infernum detraheris in profundum lacus. Nichil autem vt dicit philosophus potest per se contrarijs motibus moueri. Et ideo existente peccato mortali in anima quod ducit eam quotidie ad infernum et a deo elongat/ corpus christi non potest eam ducere ad celum. ¶ Quintus effectus est angelorum assimilatio. quia cum corpus christi sit panis angelorum/ iuxta illud. panem angelorũ manducauit homo/ habet homines ipsum digne sumẽtes angelis assimilare ꝛ filios dei efficere. Ps. lxxxi. Ego dixi dij estis ꝛ filij excelsi omnes. Peccatum autem cũ sit cibus demonum. iuxta illud Luce. xv. de filio prodigo per quem peccator designatur ꝙ misit⁹ fuerat in villam vt pasceret porcos. i. demones qui peccatis hominum pascuntur habet homines demonibus assimilare et ipsos filios demonum efficere. vnde Joh. Uos ex patre dyabolo estis. Et ideo ipsos homines per peccatũ similes demonibus ac eoꝝ filios existentes non potest corpus christi angelis assimilare et filios dei efficere: quia similitudo alicuius non potest in aliquo introduci nisi similitudo contraria abiciat. ¶ Sextus effectus est omnis saporis suauitas ꝛ refectio. habet enim corpus christi digne sumenti omnis saporis suauitatem conferre: quia qui dat se omnia sua dare videtur. Ros. vij. Quomodo etiam non cum illo omnia nobis donauit. Qui ergo digne recipit corpus christi omnia que in christo sunt sibi sapiunt. Si quis autem corpus Christi diligenter masticauerit et deuote/ inueniet

in ipso omnis virtutis suauitatem et refectionem. Nam ibi est perfecta et completa fides quia. ibi tota christi diuinitas et humanitas continetur. de quibus duob⁹ est tota fides. Ibi est firma spes. quia in ipso ⁊ per ipsum salutem sperare debem⁹. Ibi est intensa charitas et amor eternus et nimio enim amore voluit sub tali sacramento hic in perpetuū remanere nobiscū Wath. xxviij. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad consummationem seculi. Et ideo inter omnia sacramēta hoc maxime vocatur sacramentum amoris: qz in eo reducitur ad memoriam passio. Iesu christi que maximi amoris signū fuit. Lu. xxiij. hoc facite l meā ꝓmemorationē ⁊. i. corinth. xi. Quotiēscunq; man. ps. hunc et ca. bi. mo. do. an. do. ve. Ibi est enim iustitie magna quia ibi est filius dei factus homo pro nobis mortuus vt iusta fieret satisfactio peccati humane nature quod per christi mortē iuste fuit delerū. i. Coz. x. Qui factus est nobis sapientia et iusticia. Ibi est summa prudentia: quia ibi sub humanitate latet diuinitas per quā fuit dyabolus prudenter captus qui omnes fraudulenter et nequiter capiebat. Job. xxvi. Prudentia eius percussit superbum. Ibi est immensa patientia ⁊ fortitudo: qz s pessimis peccatoribus permittit se capi qui proiciunt ipsum in latrinā peccatoꝝ. Ibi est maxima temperantia et abstinencia quia a ieiunio solūmodo debet sumi. ⁊ non in quantitate et sapiditate per modū aliorum ciborum, sed in magna temperantia et ꝓcitate. de quo apostol⁹ illos. coz. arguit. d. i. Corinth. xi. Conuenientibus vobis in vnū iam non est do. ce. man. vnus quisq; enim suam ce. ꝑ. ad man. Illi enim hunc cibum in magna quātitate sumebāt sicut alium panem. Et breuiter omnis virtus et omne exemplum saluris ad totam vitam nostram pascendam et informandā est in xp̄o vt dicit aug⁹. qui sub sacramento altaris continetur et sumitur. Hoc fuit figuratum in manna quod in ore comedē tium ad quod quisq; volebat conuertebatur. vt dicitur sap. xvi. Angelorum esca nutristi po. t. d. et ps. de ce. prestī. illis. omne' delecta. in se habentem et om. ia. sus. Sic ergo patet quomodo corp⁹ christi omnis saporis suauitatem habet. Peccatum autem insipiditatem. Et si aliquibus videatur sapidum hoc accidit propter palatī animę corruptionem. Sicut febricitanti propter corruptionem et infectionem palati dulcia videntur amara. et interdum amara dulcia. Augustinus. palato non sano pena est panis qui sano est suauis. Et ideo nisi peccatum quod amaritudinē infert anime ⁊ omnia vere sapida reddit insipida: expellatur. corpus christi nō potest suauitatem spiritus ⁊ sapores spirituales in anima generare. immo anima ipsum ex peccato mortali sumēs omnia spiritualia nauseat et fastidit. Exodi. xvi. Anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo. Expurgandum est ergo peccatum, vt possim⁹ digne recipere corpus christi. Quis qui cum peccato mortali ipsum sumit nō solum privatur effectibus supradictis sed etiam acquirit sibi iudicium eternale. i. Corinth. xi. Qui autem indigne mādu. et bi. iudi. sibi man. ⁊ bi. id est ita punitetur ac si christum ad mortē iudicasset. vt dicit glo. Nulli est dubium esse debet quin talis sumens corpus christi indigne plus peccet ꝙ si hominem occideret vel quamcūq; iniuriam proximo irrogaret. Et sic patet primū. ¶ Secundo apostolus agnum paschalē esse paratum ad comedendū demonstrat di. Et enim pascha nostrum immolatus est christus. q. d. Ideo azimi ⁊ puri esse debemus quia christus qui est pascha nostrū. i. agn⁹ paschalis. Wathei. xxvi. Ubi vis parem⁹ tibi pascha quod scilicet edere debemus, immolatus est in ligno crucis affar⁹ ⁊ preparatus ad comedendum. Christus ergo est pascha nostrum id est paschę vel transitus: quia per ipsum de vicijs ad virtutes. de dyabolo ad christum. de morte ad vitā de mundo ad celum. et de pena ad gloriā trāsire debemus. Item pacha dicitur passio ⁊ immolatio, a patin grece quod est pati latine. Ipse enim christus passus ꝓ nobis ē ⁊ immolatus tanq̄ agnus cuius sanguine liniti filij israel liberati sunt de seruitute pharaonis de egypto ad terram promissionis fideliter trāseūtes id est de mādo ad celum. Et sic quantuz ad vtramq; significationē recte christus dicitur pascha nostrū. Augustinus. pascha non sicut quidam existimant grecum nomen est sed hebreum. Oportunissime tamen occurrit in hoc nomine quedam congruētia vtrarumq; linguarum, quia enim patin grece pati dicitur latine, ideo pascha passio putata est vel hoc nomen a passione sic appellatū est. In sua vero lingua id est in hebrea pascha trāsitus dicitur. et hoc ideo: quia tūc primū pascha celebrauit populus dei quādo fugientes ex egypto rubrum mare trā

serunt. Nunc vero figura illa prophetica in veritate completa est. cum sicut ouis ad immolandum ducitur christus cuius sanguine limitis postibus nostris id est cuius signo signatis frontibus nostris a prodictione huius seculi et potestate dyaboli trā ꝙ a captiuitate vel seruitute egyptiaca liberamur. et saluberrimum agimus transitum cum a dyabolo transimus ad christū et ab illo instabili seculo ad eius fundatissimum regnum. Ideo quippe ad deum permanentem transimus ne cum hoc mundo transeunte pariter transeamus. Et sic patet secūdū. ¶ Tercio apostolus ad agnū paschalem edendum nos inuitat et modū edendi insinuat cū dicit. Itaq; epulemur q. d. Cum christus immolatus sit id est ad esum assatus et preparatus, itaq. i. ergo epulemur scilicet dictum agnum pachalē in craticula crucis assatum. Consequēter cum dicit non in fermento veteri, modum talem agnum edēdi insinuat. Et primo removet indignum modum. Secundo subiungit dignum ibi. Sed in azimis sinceritatis et veritatis. Dicit ergo. Epulemur sumamus predictum agnum, sed nō in fermento veteri in corruptione veteris hominis ⁊ peccati. Et statim diuidit per partes vetus fermentum d. Neq; in fermēto malicie quantum ad peccatum. in proximū et nequitie quantum ad peccatū in seipsum. Uel fermentum vetus appellatur originalis culpa. fermētum vero malicie et nequicie actualis que est vel in proximū vel in seipsum. ¶ Et nota hic ꝙ est fermentum bonum: scz caritas que mentem immutat et feruere facit, de quo Lu. xiij. Simile ē regnum dei fermento quod acceptum mulier abscondit id est emiscuit in farina satis donec fermētaretur totum. Et hoc est fermentum nouum ⁊ non vetus. Joh. xiij. Mandatum nouum do vobis vt diligatis inuicem. Et est fermentum malum, scz peccatum et hoc est fermentum vetus Exo. xi. Qui comederit fermētatū peribit anima eius de cetu israel. Peccatum enim feruere facit mentem et immutat ipsam ⁊ deffluere facit vt fermentum pastam. Isa. lvij. Cor impij quasi mare feruens quod quiescere non potest. ¶ Consequenter cū dicit. Sed in azimis sinceritatis, ostendit modum decentem ad esum huius agni dicens, sed in azimis supple comedamus. in azimis dico non materialibus: sz spiritualibus scilicet sinceritatis quantum ad effectus puritatem vt munda et pura sint desideria et affectiones. Et veritatis quātuz ad intellectus illuminationem vt in intellecta vera fides consistat. Uel sinceritatis conscientie interioris vt nullus peccati grauis conscientia nos remordeat, et veritatis operationis bone exterioris vt sint bona et sancta opera nostra. Uel vt dicit glosa sinceritatis vite quo ad seipsum et veritatis cordis oris et operis quo ad proximum. vt sicut sinceritatis excludit iminūdiciam vite, sic veritas duplicitatem fraudulentie Philippen. i. Sitis sinceres quātum ad vos. et sine offensa quantum ad proximum. Et sic patet tercium. ¶ Sicut patet ex predictis apostolus nobis duo mandat. Primo vt epulemur id est corpus christi sumamus. Hoc etiam mandat ecclesia vt quilibet christianus ad minus semel in anno digne corpus christi sumat. Cui⁹ mandatum its obligat sicut mādatum dei Luce decimo. Qui vos audit me audit: et qui vos spernit me, spernit. Est enim cib⁹ anime dans ei vitā. Johannis sexto. Qui manducat meam carnem et bibit meū sanguinem habet vitam eternam. Qui enim per totum annum parat cibum corpori. et semel in anno non satagit cibum anime dare. pena grauis est dignus. In cuius figura mandatum est numeri nono ꝙ omnis anima, que non comederit agnum tempore suo: qui significabat christum exterminabitur anima illa de populis suis nisi quis fuerit impedimento legitimo prepeditus. ⁊ tunc debebat comedere secundo mense. Ita similiter homo qui est hodie impeditus legitime debet corpus christi cras sumere vel in octaua. Et nota ꝙ nullus alienigena debebat de agno comedere. vt patet Exodi duodecimo. Quia corpus christi nullus debet sumere nisi sit christianus. Qui autem libenter vellet sumere sed nō potest audiat Augustinus. Crede et manducasti. Et sic intelligitur illud Johannis sexto. Nisi manducaueritis carnē filij hominis fidevel re non habebitis vitā in vobis. Sic ergo et qui non sumit peccat graviter. et qui indigne sumit peccat grauiter. Et ideo secundo apostolus vt in neutrum peccatum decidamus, mandat vt digne sumamus scilicet in azimis sinceritatis et veritatis id est in operibus sinceris et veris ¶ Circa quod nota ꝙ Exodi duodecimo mandabatur ꝙ comedēe agnū paschalem qui christum figurabat septem obseruare debebat, quorum significata sumens corpus christi obseruare debet.

¶ Primum est quia debebat renes accingere. Ait enim moyses. Sic autem comedetis illuz. Renes vestros accingetis. Et significat castitatem carnis quam sumẽs corpus christi debet habere. Lu.xij. Sint lumbi vestri precincti. ¶ Secũdum est q̃ debebat calciamenta in pedibus tenere. Unde ait. Calciamenta habebitis in pedibus. Et significat sanctitatem mẽtis: quia sumẽs corpus christi debet habere calciamenta in pedibus id est mundam seruare animam suam a luto peccatorum per munda desideria. Calciamenta enim cõseruãt pedes a luto. Numeri vnde in libro. Sanctificabimini cras enim comedetis carnes ¶ Tercium est quia debebat baculuz in manibus portare. Unde ait. Tenetes baculos in manibus. Et signat firmuz propositũ cauendi a peccato et proficiendi in bono: q̃e sumens corpus christi debet habere. Super baculum enim homo sustentat̃ et firmatur. Signat etiam q̃ comedẽs debet habere memoriam crucis christi et ante oculos cordis eam tenere. Quidam miseri eodez die quo corpus christi comedũt redeunt ad peccata et crucis obliuiscũtur et non deferunt christo. immo ipsum suffocant cum peccato. In quo facto homo magis similatur iude proditori cũ in aliquo peccato. Judas enim osculato christo statim eum inimicis prodidit et ostendit qui suspensus crepuit medius: et diffusa sunt omnia viscera eius: vt patet Actuum. i. q̃t diabolus asportãs animam eius detulit ori quo fuerat christum osculatus. et ideo non per os: sed per ventrem exiuit. Sic tales hodie christum osculantur et comedũt et statim postea ipsum produnt eius inimicam per peccatũ mortale intromittẽtes ¶ Quartum est quia debebat comedere caput et pedes agni cum omnibus intestinis. Unde ait. Pedes t caput cum intestinis vorabitis. Et signat q̃ comedens corpus christi debet habere veram t completam fidem. Debet enim credere q̃ in hostia illa vere sit deus qui per caput significatur et quod vere sit ibi caro christi que per pedes qui stant in terra significatur. t q̃ vere sit ibi anime christi que per intestina designatur. Et omnia illa creãt se sumere dum comedit corpus christi. Nã ibi est caro et vi conuersionis: quia substãtia panis in corpus christi conuertitur et trãs substantiatur: sed anima t diuinitas sunt ibi ex concomitantia: quia caro et corpus christi non est sine anima et deitate. semp enim caro christi diuinitati fuit contincta. quia quod semel assumpsit numq̃ dimisit. ¶ Quintum est quia debebat comedere festinanter. Unde ait. Et comedetis festinãter. Et signat q̃ sumẽs corpus christi non debet discutere quomodo in hostia illa sit verum corpus christi gloriosum cuz anima et deitate. quia omnis ratio ibi deficit. Sed debet facere sicut dicit apostol9 ij. Chorinth. x. In captiuitatem redigentes omnem humanum intellectum in obsequium christi. Voluntas enim in hoc facto debet intellectum captiuare vt faciat enim credere et confiteri quod intelligere et cognoscere non potest et quod sibi per rationem humanam impossibile videtur. ¶ Sextum q̃ agnum illum debebat cum pane azimo non fermentato comedere. Et signat puritatem et veritatem operum. q̃ sumens corpus christi pura et vera opera debet habere: vt dictum est supra. ¶ Septimum est quia agnum illum debebat cum succo lactuce agrestis qui ponebatur in cathino ad modum salse. Mathei. xvi. Qui intingit mecum manum. i. parapside hic metra. Et signat q̃ sumens corpus christi debet habere cõpunctionem et dolorem omnium peccatorum suorum: et debet agrestem passionẽ christi cum fletus amaritudine cogitare.

¶ In octaua pasche de euangelio. Sermo. xlvij.

Cum esset sero die illa vna sabbatorum Jo. vicesimo. In euangelio hodierno due apparitiones christi post resurrectionem recitantur quarum prima facta fuit ipsa die resurrectionis. Et hoc est q̃ dicit. Cũ esset sero die illa id est die resurrectionis. Secunda fuit facta octaua die resurrectionis scilicet hodie. Nam vt dictum est supra ipse filius dei in ipsa resurrectionis die quinquies apparuit similiter vt ex euangelijs colligitur quinquies apparuit post diem resurrectionis. primo octaua die in presentia thome vt hic patet. Secũdo discipulis piscantibus ad mare thyberiadis vt patet Johan. xxi. Tercio omnibus discipulis in galilea in monte thabor vbi cõstituerat illis ihesus vt patet Mathei. xxviij. Quarto in cenaculo in hierusalem in die ascensionis: vt patet. Mathei vltimo. Quinto in monte oliuet eodem die vt patet Actuum. j. Apostolus tamen. i. Corinth. xv. duas alias enarrat dicens. post hoc visus est iacobo deinde visus est plusq̃ quingentis fratribus simul. Et sm hoc euangelium presens pricipaliter scribitur ibi Thomas vnus ex duodecim. Uel ibi. Et post dies octo iterũ erant discipuli eius intus. Circa primam apparitionez apostolus quinq̃ ponit. Primum est aduentus salutis et saluatoris ibi. Cum esset sero die illa. Secundum est status virtutis ibi. Et stetit in medio discipulorum. Terciũ est affatus pacis ibi. Et dixit eis pax vobis. Quartum est missio salutaris ibi. Sicut misit me pater et ego mitto vos. Quintum est datio muneris ibi. Insufflauit t dixit eis accipite spiritum sanctum. ¶ Circa quod nota q̃ christus venit ad apostolos ꝓpter quinq̃ in eis efficiendum scz ad eos illuminandum ad eos confortandũ ad eos calefaciẽdum. ad eos letificandũ. et ad eos replendum. ¶ Primo venit ad eos illuminandũ quia ceci in fide effecti erant. Unde verba mulierũ que dicebant ipsum resurrexisse visa sunt ante eos quasi deliramentum vt dicitur. Luce. xxiiij. Sed tunc illuminauit eos dum aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas quoniam sic oportuit christũ pati t tercia die resurgere. Luce. xxiiij. O stulti et tardi corde ad credendũ in omnibus que locuti sunt prophete. ¶ Secũdo venit ad eos confortandum quia consternati erant et spes eorum perierat Lu. xxiiij. Nos autem sperabamus q̃ ipse eẽt redempturus israel. q. d. amplius non sperabimus Apostoli nãq̃ omnia reliquerãt totam spem suam in christo ponentes: sed hanc spem in passione perdiderant. ideo christus eos confortauit. d. Ego sum. nolite timere Lu. xxiiij. q. d. Ego sũ magister t pater vester in quo sperabatis qui mortuus fui sed resurrexi cũ magno triumpho cũ magna gloria t potestate magna Mat. xxviij. Data ẽ michi omnis potestas in celo et in terra. Et iõ nolite timere. ¶ Tercio venit ad eos calefaciendũ. quia in passione l ei9 amore nimis tepidi effecti erãt et tremebũdi. Unde qui prius parati erãt cũ eo et in mortem et in carcerem ire t occidere: fugerunt et clausis ianuis reclusi stabant. Sed christus eos inflammauit: quia ostendit eis manus et latus et pedes in quo maximus amor christi demonstratur. Terñ. Super omnia te michi amabilez reddit bone ihesu cultr passionis quem sumpsisti. Latus ostendit ad ostendendum q̃ amor erat preordialis. Manus ostendit ad ostendẽdum q̃ amor ille manifestar9 fuit per opera. pedes autem ad demonstrandum q̃ onera eor9 portauerat. q. d. Uidete qualiter ex corde vos dilexi: qualia opera feci. et quales penas pro vobis sustinui. Et ideo accẽdamini ad amorem meum. Luc. xxiiij. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis. ¶ Notandum autem hic q̃ cicatrices christi nõ ex impotentia sanandi remanserunt: sed propter quinq̃. primo vt sint signa sue victorie. Secundo: vt fidem sue resurrectionis astruãt: quia sicut gemme sunt in anulo. sic ille cicatrices sunt in corpore christi et erunt in corporibus martyrum: vt dicit augustinus. ¶ Tercio: vt ostendãt q̃ idẽ corpus quod fuit perforatum resurrexit. Quarto vt in iudicio sint terrorem maiorum pro quibus t a quib9 eas tulit. Apoc. i. Uidebit eum omnis oculus et qui cũ pupugerunt. Quinto: vt ostendat eas deo patri et per hoc moueat eum ad nobis miserandum. Bernardus. Securum accessuz habes o homo ad deum. vbi habes ante patrem filium: et ante filium matrem filij9 ostendit patri latus et vulnera. mater vero ostendit filio pectus et vbera. t cetera. ¶ Quarto christ9 venit ad apostolos ad eos letificandum. Fuerunt enim in passione nimio terrore affecti. iuxta illud. Tristes erant apostoli de nece domini sui. Et Johannis decimoseptimo. Tristicia implebit cor vestrum. Sed christus eos letificavit sue presentie ostensione quamuis non apparuerit eis in gloria corporis glorioso vt dicit Augustinus. quia oculi apostolorum illam claritatem ferre non potuissent Letificauit etiã eos. Sua blanda salutatione. quia pax vobis. Et sua leta comestione. Luce. xxiiij. Obtulerunt ei partem piscis assi et fauum mellis. Joh. xvi. Iteruz autez videbo vos t gaudebit cor ve. Et hoc est quod hic dicitur. Gauisi sũt ergo discipuli viso domino. ¶ Quinto ad eos replendum. ¶ Fuerant enim in eius morte omnes euacuati omnibus virtutibus et donis spiritussancti ac gratia dei et propter bonis que fecerant. quia cum omnes mortaliter peccauerint omnia supradicta perdiderunt. Eccle. ix. Qui peccauerit in vno multa bona perdet. Sed christus eos replenit omni virtute t gratia ac etiam preterita merita reddidit. Et hoc est quod dicitur hic q̃ insufflauit in eos sup. vt eos

repleret Actu.ij. Repleti sunt omnes.

¶ Si quis quereret quare christus hic quinq; apostolis contulit bona. Dicendũ q; propter quinq; laudabiles cõditiones que in eis erant vt ptz in presenti euangelio. ¶ perseverantia. quies mentis clausura sensuũ. vnitas mentis. et timor dei. ¶ Primo notatur in eis perseverantia in eo quod dr sero. Sero eni est vltima pars diei. Actu.i. bi omnes erant perseverantes in oratione Berñ. Inter virtutes sola perseverantis coronantur Wath. xxiij. Qui pseuerauerit vsq; in finẽ hic sal. erit. Nota q; mandatum fuit in lege q; caput et cauda in sacrificio semper deberent offerri. Aliqui offerunt caput et non caudã vt qui incipiunt in iuuentute facere penitentiam et in processu temporis dissoluũtur. Aliqui offerunt caudam sed non caput vt qui in iuuentute dissoluuntur et in senio agunt penitentiam. Offeramus et nos caput et caudam vt perfectum sit sacrificium nostrum. vt in adolescentia incipientes in senio terminemus et bene erit nobis. Treñ. iij. Bonũ erit viro cũ portauerit iugum ab adolescentia sua. ¶ Secundo notatur requies mentis quia vna sabbatorum sabbatum enim requies interpretatur. ℞ Sed nota q; triplex est quies. Prima ẽ quies mentis a tumultu seculi cum labore tamen corporis quam habent sancti viri in vita illa. Leviti. xxiij. Sabbatum requietionis domini est affligentis q; animas. mat. xi. Venite ad me om. qui la. et one. es. &c. Et sequitur. Et inue. re. ani. ve. Secunda est quies corporis a labore cum tumultu mentis quam habẽt aliquãdo peccatores. Hiere. xlviij. Requieuit moab in fecibus suis. Isa. lvij. Cor impij que si mare feruens quod quiescere nõ potest. Sic requieschat ille dives qui dicebat. Luc. xij. Anima. m. habes multa bona. repo. in an. plurimi requi. come. bi. epu. &c. Tercia est quies mentis et corporis quam hic habuerunt et habebunt sancti in gloria. Isa. lxvi. Erit sabbatum ex sabbato. In codex. xxxij. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis in tabernaculis fiducie et in requie opulenta. ¶ Tercio notatur in eis clausura sensuũ in hoc quod dr. et fores essent clause. Maxime autem duos sensus debemus claudere si volumus q; christus veniat scz visum et auditum: quia frequentissime per istas fenestras mors ingreditur Hiere. ix. Mors ingreditur per fenestras nostras. Sic mortuus est Dauid stans ad fenestrã et videns mulierem se lauantem ex aduerso. ij. Re. xi. Et ideo dicitur. ps. xx. Ingredere i petrã et abscõdere i fossa. ¶ Quarto notatur in eis mẽtis et corporis vnitas in hoc quod dicitur. vbi erant congregati Actuum. iij. Multitudinis credentiũ erat cor vnum et anima vna. Unde spiritus sanctus sup eos cõgregatos venit. ps. cxxxij. Ecce q; bonum et q; iocundum est habitare fratres in vnum. Triplex est enim vtilitas stare in congregatione. Prima qui cõgregati non possunt a dyabolo vinci: sed ipsum vincũt: quia omnis victoria in vnitate consistit et perditio in diuisione. Exemplum de acie militum. Eccle. iiij. Funiculus triplex difficile rumpitur. Canti. vi. Terribilis vt castrorum acies ordinata. Secũda est quia si vnus cadit ab altero iuuat. Eccle. iiij. Ue soli quia cũ ceciderit nõ habet sublevãtem se. Et paulo superius. Melius est duos esse simul q; vnum. habent esse emolumentum societatis sue si vnus ceciderit ab altero fulcietur. Tercia est: quia vnus provocatur ab altero ad bonũ. Eccle. iiij. Si dormierint duo fouebũtur mutuo vnus quomodo calefiet. ¶ Quinto notatur in eis timor cum dicitur/ propter metum iudeorum. Ber. In veritate dicici nichil eque efficax ad gratiã promerendã/ recipiẽdã/ retinendam/ et recuperandã q; si omni tẽpore inueniaris coram deo non altũ sapere: sed timere. Prouer. xxviij. Beatus homo qui semper est pauidus. Eccle. ij. Fili accedens ad seruitutem dei sta in iusticia et timore. Quia qui sine timore est iustificari non poterit. Timor iste est timor filialis quem habent iusti qui timẽt valde perdere deum et animas suas. Sed timorem seruilem et humanum plus habent peccatores qui plus timẽt perdere nummũ q; deum/ terram q; celum/ plus corp9 q; animã. plus transitoria q; virtutes et dona. De quibus omnibus non est timendum. ps. Illic trepi. ti. vbi non fu. ti. Charissimi habeamus et nos ista quinq; et nos recipiemus a christo alia quinq; supradicta. Et sic patet primum. ¶ Secundo ponitur status virtutis/ quia stetit in medio discipulorum. Omnis enim virtus in medio consistit vt dicit philosophus. Unde poeta. Medium tenuere beati. ℣ Ubi nota q; christus stetit in medio discipulorum et stat in medio omnium hominum propter septem proprietates medij que sunt. Illuminare colligare/ vinificare/ distinguere/ sustentare/ conseruare/ et letificare. ¶ Primo

medium illuminare habet vt patet de sole quia medius inter planetas celum et terram illuminat. Sic et christus priores et posteriores illuminauit. Joh. i. Erat lux vera que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Hoc patuit in transfiguratione vbi fuerunt patres no. et veteres. ¶ Secundo medium habet colligare vt calx et clauus. Sic et christus colligauit et vnuit in vnum diuersa scz diuinam et humanam naturam in vnitate persone et diuersos apostolos in vnitatem fidei Jo. xi. pphetauit scilicet cayphas q; iesus erat moriturus pro gente et non tãtum pro gente sed vt filios dei qui erant dispersi congregaret in vnum homines et angelos in eisdem sedib9 glorie. Mat. xxij. In resurrectione neq; nubẽt neq; nubentur sed sunt sicut angeli dei in celo. ¶ Tercio medium habet vinificare. Unde in terra que est medium totius celi omnia vinificantur et vitam recipiunt. Et cor in medio animalis vitam animali dat vel corpori. Sic christus est vita viuẽtium vt dicit aug9. et Actu. xvij. In ipso enim vivimus monemur et sumus. Sicut omnia per ipsum facta sunt vt dicit. Jo. i. ita omnia per ipsum subsistunt et viuunt Johã. v. Ego sum resurrectio et vita resurrectio corporum et vita animarum. ¶ Quarto medium habet distinguere et separare vt paries. Sic christus in iudicio separabit bonos a malis modo aũt sunt mixti. Mat. xv. Separabit eos ab inuicez sicut pastor segregat oues ab edis. Et ibunt hi in supplicium eternum iusti autez in vitam eternam vt ibidem dr. ¶ Quinto medium hz sustentare vt columna in medio domus. Sic et xps omnia sustentat et regit Hebre. i. portans ola verbo virtutis sue Gregor. Sicut omnia ex nichilo facta sunt ita in nichilum tenderent nisi manus omnipotentis teneret ea. Sed nota hic de columna sansonis cui innitus sanson mortuus est vt omnes occideret inimicos. Sic christ9 in columna crucis mortuus est vt omnes demones debellaret Aug9. Manu inermi et affixa cruci debellauit aereas potestates. ¶ Sexto medium habet conseruare et extrema dehastare. vt patet in tempore vt in vere quod est medium inter hyemem et estatem omnia terre nascentia conseruantur. Patz etiam in humoribus qui dũ medium tenent in corpore cõseruatur corpus in sanitate. Patet etiam in ciuitatib9 que dum medium per iusticiam tenent cõseruantur et crescũt. Exemplum de regno romanorum quod dum medium per iusticiam tenuit conseruatum est. Sic et christus omnia conseruat in bono Jo. xv. Manete in me et ego in vobis. Sicut palmes non potest a semetipso facere fructum nisi manserit in vite sic nec vos nisi in me manseritis. Si quis in me non manserit colligent eum et ignẽ mittent. Et hoc ostendit christus quando stans in medio discipulorum insufflauit in eos et dedit spiritum sanctum per quem seruati sunt in omni bono ¶ Septimo medium habet letificare vt patet in armonijs sonorum et in obiectis sensuum. que dum medium tenent letificant et delectant. Sic christus stans in medio divine et humane nature letificat omnes beatos in gloria. Jo. xvij. Hec est vita eter. vt cognoscant te solũ verum de. et q. mi. iesum christum. Quia fm diuinam naturam letificat angelos et animas. et fm humanam letificat corpora Jo. x. Ingredietur et egredietur et pascua inuenient. Ingredietur ad deitatem et egredietur ad humanitatem. Et sic patet secundum.

℣ Si vis plura dicere de medio nota q; christus quater stetit in medio ad designãdum q; quattuor virtutes cardinales in medio consistunt. Nam stetit in medio animalis in natiuitate per quod significatur prudentia. stetit in medio doctorũ per quod signatur iusticia. stetit in medio latronum per quod signatur temperantia. et stetit in medio discipulorum per quod designatur fortitudo. ¶ Tercio ponitur affatus siue imprecatio pacis: quia pax vobis. Circa quod nota tria. ℞ Primo q; triplex est pax bona. Prima est pax pectoris que consistit in subiectione animarum ad deum et corporis ad animas et inferiorum virium ad rationẽ. Quando hec tria obseruantur in homine habet plenam pacem pectoris Isa. Erit opus iusticie pax. Hanc p̃fecte habuit christus et beata virgo Jo. xiiij. Pacem meam do vobis. Secunda est pax temporis que consistit in pacifica conuersatione cũ proximo. Ro. xij. Si fieri potest q; ex vobis est cum omnibus hominibus pacem habentes. In hac pace natus est christus. ps. lxxv. In pace factus est locus eius. De hac pace loquit apostolus. Ad Hebre. xij. Pacẽ sequimini cum omnibus et sanctimoniã sine qua nemo videbit deũ. Hanc duplicem pacem christus annũciari fecit ingrediens mundum p̃dicauit vadens per mundũ. suis di-

scipulis reliquit exiens de mundo et suis discipulis apportauit rediens de inferno ad mundum. Tercia est pax eternitatis. q̄ consistit in visione dei. Isa. xxxij. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis. Primas duas paces christus dat nobis in presenti. terciā dabit nobis in futuro in octaua etate que est resurgentium. Et ideo in resurrectione eius in die pasche bis dixit pax vobis. in octaua vero die vt hodie semel dixit. pax vobis. ad designandū q̄ in resurrectione a peccatis debemus habere duplicem pacem predictam ⁊ in octaua resurgentium habebimus terciam phil. iij. Et pax dei que cruperat omnem sensum custodiat corda vestra et intelligentias vestras. ¶ Secundo nota q̄ christus fecit quadruplicem pacez. Primo fecit pacem inter deum et hominem. Et hanc fecit in carnis assumptiōe Ephe. ij. Ipse enim est pax nostra qui fecit vtraq; vnum id est diuinam et humanam naturam vniuit et pacificauit in se. Secundo fecit pacem inter homines adinuicem in passione scz inter pylatū et herodem et hanc fecit in sua predicatione et ordinatione quando omnes vniuit in vno ouili vni⁹ ecclesie. vni⁹ fidei. et vnius baptismi. Jo. x. Et fiet vnū ouile et vnus pastor. Tercio fecit pacem inter angelos ⁊ homines. Et hanc fecit in sua ascensione quando angelos et homines vniuit in eisdem sedibus glorie. Unicantamus. Redit turmis cum duabus angelis et animabus. Quarto fecit pacez inter animam ⁊ carnem. Et hanc fecit in spiritussācti missione qui ita solidauit corda discipulorum vt debitus ordo deinceps seruaretur inter animam et corpus. vt scz ratio dominaretur in eis. Hanc pacez perfecte faciet in corpotum glorificatione.

¶ Tercio nota q̄ triplex est pax mala. Prima est inordinata que est quando obedit superius inferiori vt dominus seruo aia corpori et ratio sensualitati. puer. xxx. Per tria mouetur terra per seruuz cū regnare ceperit. per stultum cum satiatus fuerit cibo. et per odiosam mulierem cuz in matrimonium assumpta fuerit. Iste seruus et stultus est corpus et mulier odiosa est caro. Secunda est simulata sicut fuit pax iude. Mathei. xxvij. Quēcūq; oscu. fuipse est ꝛc. eum. Similis fuit pax Joab ad Abner di. Salue mi frater. Et infixit gladium in viscera eius. ij. Re. xx. et Eze. xxij. Deceperunt populum dicentes. pax pax ⁊ non est pax. Talis est pax mundi quia que osculari videtur occidit. Jo. xiij. Pacem meam do vobis non quam mundus dat. Tercia pax est inquinata que inter peccatores est. ps. zelaui super iniquos pacem peccatorum videns. Lu. xij. Non veni pacem mittere sed gladium. Et sic patet tercium. ¶ Quarto ponitur missio salutaris quia sicut me misit pater et ego mitto vos id est ea charitate vos diligo qua dilexit me pater. vt dicit grego. Que charitas in predicta missione attenditur quantum ad septem. ¶ Primo quia sicut pater misit me in mundū mecū est et non reliquit me solum sic ego vos non desertā Mar. xvij. Ecce ego vobis. sum om. die vsq; ad cōsūse. Secundo quia sicut michi testimonium perhibuit. d. hic est filius meus dilectus ipsum audite. math. xvi. sic ego coram regibus et omni populo loquar pro verbo reddens testimonii veritati vestre et doctrine. mathei. x. Nolite cogitare quomodo aut quid lo. ¶ Tercio quia sicut pater dedit michi facere opera scz homines sanare. demones fugare. mortuos suscitare. celum aperire et consimilia que ostendunt me esse verum filium dei. iuxta illud Jo. decimo opera que ego facio in nomine patris mei hec sunt que testimonium perhibent de me ita ego dabo vobis similia opera facere per quem omnes cognoscent q̄ estis nūcij dei Jo. xiij. Qui credit in me opera que ego facio ipe faciet ⁊ maiora. fa. Exemplum de petro et iohāne. Nā ad vmbram petri sanabantur infirmi. ad tactum tunice iohannis suscitati fuerunt mortui. vt in ecclesiastica narratur hystoria quod de christo nō legitur. ¶ Quarto q̄ sicut pater constituit michi totum mundū disponere ⁊ ordinare. iuxta illud. Jo. xiij. sciens quia omnia dedit ei pater in manus ego plenarie vos mitto vicarios meos quicquid per vos fiet ratum habens Lu. x. Qui vos audit me audit. ⁊ qui vos spernit me spernit. secū. Corinthiorum quin. Legatione pro christo fungimur. Et ideo apostoli per totam ecclesiam ordinauerunt et sacramenta instituerunt. ¶ Quinto quia sicut pater plenariam potestatem dedit michi iuxta illud Mathei vndecimo. Omnia michi tradita sunt a patre meo. ita ego plenam potestatem vobis trado super omnia scilicet super celum et terram et infernum super angelos demones et homines. super vitā et mortem super totam naturam ⁊ omnem creaturā Luce. ix. Dedit eis potestatem super omnia demonia et vt languores curarent. ¶ Sexto q̄ sicut pater voluit me mori pro peccatorib⁹ vt salui fierent iuxta illud Johannis. xij. Sic deus dilexit mundum vt filium suum vnigenitum daret. ita ego volo vos mori ⁊ consummari in seruicio peccatorum vt ip si salui fiant. ⁊ mai⁹ meritū nobis crescat. Luce. x. Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Septimo quia sicut pater voluit me summe humiliari vt summe exaltarer iuxta illud philip. ij. Exinanuit semetipsum propter quod et deus exaltauit illum. ꝛc. ita et ego volo vos humiliari valde vt sum me exaltemini et sitis mecum in eadē gloria et honore. i. Pe. v. Humiliamini sub potenti manu dei vt vos exal. in tempore visi. Luce. xxij. Et ego di. vo. sicut dis. m. p. m. re. Unde pedes et ossa piscatoris osculant modo per ora imperatorum. Ergo recte dicit. Sicut misit me pater id est ex eadē benivolentia charitatis et ad eadem opera faciendā et ad idem premium recipiendū ego mitto vos Et sic patet quartū. ¶ Quinto ponitur datio numeris/ quia insufflauit et cetera. Non q̄ ille flatus esset spiritussanctus sicut columba que descendit super christum baptizatum non fuit spiritussanctus sed in illo signo scz flatu datus est eis spiritussanctus. Et hoc propter tria Primo quia sicut ille flatus processit a christo. sic spiritussanctus procedit ab eo/ ⁊ nō solum a patre. ¶ Secundo ad ostendendum q̄ sicut flatus est necessarius vite corporali. ita spiritussanctus vite spirituali. Tercio ad ostendendum q̄ sicut flatus est aer elevatus a terra. ita spiritussanctus fecit super terrena elevari Ezechielis. viij. Elevauit me spiritus inter celum ⁊ terrā. ¶ Manus ergo in quo omnia dona donā tur contulit eis dicens. Accipite spiritumsanctum quor⁹ re. pec. re. eis Jo. viij. Quomodo etiam cum illa omnia no. do. Sic ergo donauit eis munus absoluendi et dimittendi peccata. Sed contra solus deus remittit peccata Isaie. xliij. Ego sum qui deleo om. inquit. t. propter me Osee. xiij. Perditio tua israel tātumodo in me auxilium tuum. Solutio quantum ad culpam solus deus dimittit peccatum quod in ipsa contritione et propositiōe cōfitendi dimittitur. ps. xxxi. Dixi cōfitebor ⁊ tu re ꝛc. Sacerdos aūt dimittit aliq̄d de pena virtute clauium. Et hoc est q̄ dicit. Quor⁹ remiseritis remittere enim est partē pene relaxare. Dimittere vero est ex toto absolvere vt dicit hugo de scō victore. Uel pōt dici q̄ sacerdos absolut instrumentaliter. est enim instrumentum animatū dei et minister ei⁹. Hoc dns figurauit in lazaro quē suscitauit sed apīs soluere mādauit. Erē plum de potest ate qñ absolut aliquem in consilio et eius nuncij de cathenis ⁊ carcere solunt eundē. ¶ Itē videt q̄ nisi sacerdos habeat spīm̄ scīm̄ non pōt absolvere/ quia dicit primo accipite spīm̄ scīm̄ ⁊ postea subdit quor⁹ remiseritis peccā remittū tur eis Ambro. Talis actus talis vita absolut esto tu talis vt alios valeas absolvere. ¶ Ad quod dicēdū q̄ absoluere potest sacerdos dupliciter scz ex officio ⁊ vite merito/ et sic absolut solū bonus habēs spīritūsanctū vel ex officio solum ⁊ sic absolut etiam malus. Ad quod significandum christus dedit potestatem apostolis absoluendi a peccatorum. Ergo recte dicit. Sicut misit me pater id est ex eadē benivolentia charitatis et ad eadem opera faciendā et ad idem premium recipiendū ego mitto vos Et sic patet quartū. ¶ Quinto ponitur datio numeris/ quia insufflauit et cetera. Non q̄ ille flatus esset spiritussanctus sicut columba que descendit super christum baptizatum non fuit spiritussanctus sed in illo signo scz flatu datus est eis spiritussanctus. Et hoc propter tria Primo quia sicut ille flatus processit a christo. sic spiritussanctus procedit ab eo/ ⁊ nō solum a patre. ¶ Secundo ad ostendendum q̄ sicut flatus est necessarius vite corporali. ita spiritussanctus vite spirituali. Tercio ad ostendendum q̄ sicut flatus est aer elevatus a terra. ita spiritussanctus fac

post diem resurrectiõis que fuit facta die octaua. Et ista pars euangelij est quasi tota de beato Thoma in qua parte quattuor describuntur. Primum est peccatum quod thomas incurrit propter incredulitatẽ qz non erat cũ eis quando iesus venit. Secũdum est remedium quod recepit ibi. Post dies octo. Tercium est fides qua credidit ibi. Dominus meus et deus meus. Quartum est premium quod ex fide christus repromisit ibi. Quia vidisti me thoma credidisti bea. qui non vide. et cre. Primum procedit ex miseria hominis; secundum ex misericordia dei; tercium ex libertate arbitrij; quartum ex gratia dei. ¶ Primo ergo ponitur peccatum Thome qõ cõsurgit ex duob⁹ scilicet ex absentia sociali ⁊ partinacia mentali. Primo ex absentia sociali. qz non erat cum eis. Sed contra. Lu. xxiiij. Dicitur q̃ isti discipuli q̃ fuerũt in emaus reuersi sunt in hierusalem et inuenerunt congregatos vndecim ⁊ dñ narrarent que gesta erant in via iesus apparuit eis. Ad hoc dicendum q̃ dum discipuli narrarent que gesta erant in via thomas aliquo casu abcessit et tunc iesus apparuit vt dicit augustinus erat ergo thomas cum viris timoratis et perseuerantibus ⁊ sic recessit a societate bonoꝝ. ℣ Quod quidẽ apparet esse malũ ex tribus. Primo quia recedere a societate est contra naturam hominis. Nam hõ vt dicit phũs naturaliter est animal sociale Señ. rr. Non est bonũ hoiem esse solũ fa. ei ad si. tibi. Quia ceteris animalibus melius prudit natura vt sola possint viuere q̃ homini qz parauit eis victum et amictum homo autem multis indiget que vix vnus homo facere posset. ¶ Secundo quia homo in facto isto diabolum imitat; qui fecit diuisionem in celo et recessit a societate bonorum Isaie. xiiij. In celũ cõscẽdam sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis ⁊ similis ero altissimo. Exẽplum de illo monacho de quo dicit gregorius in dyalogo q̃ statim recedebat de choro quem vidit beatus benedictus extrahi per cappam a quodam puero nigro. Sapiẽ. ij. Imitantur autem illum qui sunt ex parte illius. ¶ Tercio quia talis recessꝰ est valde damnosus. Quod patet dupliciter. Primo quia homo multa bona percipit in societate. Nam recipit spiritumsanctum et dona eius. Et hoc patuit in penthecoste quando spiritussanctus venit in discipulos dum essent in vnum cõgregati ⁊ dedit eis charismatum dona. Itẽ recipit filium dei et dona eius Wath. xviij. Ubi duo vel tres cõgregati sunt in nomine meo ibi ego sum in medio eorum. Ps. cxxxij. Ecce q̃ bonum et q̃ iocundum est habitare fratres in vnum. Secundo qz homo multa malavitat in societate et propter societatẽ qz diabolus nõ potest frequenter hominẽ tenere in cathenis peccatoꝝ et suffocare eum propter societatem. Exemplum de illo puero monachoꝝ qui in infirmitate darꝰ erat draconi ad deuorandum quẽ propter precem fratrum comedere nõ poterat qui postea p̃fecte conuersus est vt patet in dialogo. Habemus etiam de hoc exẽplũ. Señ. xviij. quãdo angeli direxit abrae q̃ propter quinquaginta iustos ac eã̃ propter decem parcerent quinq̃ ciuitatibus. Et non solũ in vita ista quis euadit multa mala ꝓpter bonam societatem sed etiam in alia. Exẽplum de illo fratre qui fuerat deputatꝰ penis purgatorij trigita annis ⁊ socius eius dixit missam et otans pro eo liberauit eũ. ¶ Secundo peccatum thome fuit ex pertinatia mentali quia nullo modo voluit credere. Sed attendendum est hic q̃ dicitur Ecclesiastici. xviij. Qui cito credit leuis est corde. Et dicitur Jo. iiij. Nolite omni spiritui credere: sed ꝓbate si spiritus ex deo sunt. Sic credidit eua cito. Ergo tũc est peccatũ non credere quando nõ credit quis quibꝰ debet. quando debet; quomodo debet. Et illis tribus modis peccauit thomas. Primo non credidit quibus debuit; quia secũdum legem in ore duorum vel trium testiũ stat omne verbum; ipse noluit credere decem approbatis viris qui testificabantur de visu quod est verissimum testimonium. Secundo quia non credidit quando debuit quia et si nõ statim crediderit debuit tamen post vnum diem vel circiter cogitare in seipso et credere. Sed ipse sterit octo diebus in sua pertinacia et forte sicut ipse dixit nunq̃ credidisset nisi christus sibi apparuisset. Tercio quia non credidit sicut debuit: quia cum apostolus dicat; est autẽ fides sperandarum substantia rerum argumentum non apparentium Hebreo. xi. Ipse voluit palpare que ad fidem pertinent. Et sic patet primum. ¶ Secundo ponitur remedium quod thomas inuenit; qz christus ex magna sua benivolentia post dies octo iterum venit ad eos et statim dixit thome. Uide manus meas et af. ma. tu. et mitte in la. m. et cetera. Christus fecit thome ac si deberet solus saluari. vel si totus mundus staret ad fidem thome. Sed

vt dicit grego. Hoc non ex casu sed ex diuina dispensatione factum est. Egit nãq̃ mirro modo diuina clementia vt discipulus dubitãs dum magistri sua vulnera palparet carnis in nobis vulnera infidelitatis sanaret. Plus enim michi contulit ad fidẽ infidelitas thome q̃ fides credentiũ discipulorꝝ. Dum enim ille palpando ad fidem reducitur, mens nostra omni dubitatione posposita in fide solidatur. Uide inquit manus meas redemptrices tuas vt eas redemptrices conseruatrices tui vt eas amplecteris collatrices omnis boni vt eas diligas. et punitrices malorꝝ vt eas timeas. Et sic patet secũdum. ¶ Tercio ponitur fides perfecta qua thomas credidit ibi. Dominus meꝰ et deus meus. In quo verbo confessus est humanitatem cum dicit dñs meus. et deitatem quia et deus meꝰ. Ergo aliud vidit et aliud credidit. Et sic vbi abundauit delictum superabundauit et gratia Ro. v. Quia vni verbo credidit et statim credidit. et sicut debuit credidit in quibus tribus offenderat. Et sic patet tercium. ¶ Quarto ponitur premium qõ ex fide promittitur. cum dicitur. Quia vidisti me. immo videtur q̃ debuit dicere qz tetigisti me tho. credidisti. Augꝰ. Nõ ait tetigisti sed vidisti. qm̃ signalis quodãmodo sensus ẽ visus et ad oẽs sensus aptat. vt gusta ⁊ vide q̃ dulce ẽ audi ⁊ vide q̃ sonorũ ẽ. et sic de alijs. Quãuis dici possit nõ ausũ fuisse discipulũ tãgere vulnera magistri. Beati ergo qui non viderunt et crediderunt. Crediderunt in q̃ fide formata q̃ ex operibus demonstratur. Quia vt dicit Ja. ij. Fides sine operibus mortua est qõ autem mortuũ est nõ potest vitam conferre. Qui ergo credit in deũ fide viua beatꝰ erit. Abacuch. ij. Justus in fide sua viuet. Fides etiam de se habet vitam dare ei q̃ in on potest operari. Ro. iiij. Et vero qui non operatur. credenti aũt in eum qui iustificat impium reputabitur fides eiꝰ ad iusticiam. Quia abrãã per fidẽ sine operibus legis iustificatus ẽ. Exemplum de latrone pendente in cruce cui propter fidez dictum est. Hodie mecum eris in paradiso Et sic patet quartum. ¶ In fine nota q̃ xp̃s dat nonez exempla in sua resurrectione q̃libet debet habere si vult vt spũs iter resuscitetur. ℣ primum est q̃ post resurrectionem mundo se non immanifestit licet aliquibus bonis apparuit Lu. xviij. Memento vxoris loth. Que qz versa est retrorsum conuersa est in statuam salis vt ptz Señ. xix. Seneca. Nichil ẽ adeo damnosum bonis moribus q̃ in alienis spectaculis residere. Secũdũ est quod dixit magdalene. Noli me tangere. nõdum ascendi ad patrem meum. Nõ enim est homini securum tangere mulierem q̃dui est in vita illa. nec etiam cõsanguineam quia corpus femine ignis est. ignis vero nescit consanguinitatem. et ignis esꝰ vsq; ad consummationem deuorans Job. xxxi. Exemplum de illo sacerdote de quo dicit gregorius in dya. Qui laborans in extremis dum a presbitera sua seu concubina tangeretur ait. Recede recede adhuc igniculus viuit ¶ Tercium est q̃ pacem in ore portauit. Sic q̃ spiritualiter cupit resurgere debet habere pacem pectoris ⁊ pacem temporis vt tandem perueniat ad pacem eternitatis Jo. xiiij. Pacẽ relinquo vobis. pacem meam do vobis. ¶ Quartum est q̃ loca vulnerum ostendit sez latus. manus et pedes. Sic qui spiritualiter cupit resurgere debet ostendere peccata sua sacerdoti per confessionẽ. s. latus. i. cor. manꝰ. i. opera. pedes. i. affectiones. quia vt dicitur. Pro. xxviij. Qui abscondit scelera sua non dirigetur Isa. xliij. Narra si quid habes vt iustificeris. ¶ Quintum est q̃ insufflauit et dedit spiritumsanctum. Sic et nos debemus satagere alijs spũmsanctum dare et eos ad spiritũsanctum inflammare. Sed sunt quidam qui spirant et insufflant ignẽ iracundie discordie et malivolentie. Act. ix. Saulus autem adhuc spirans minaꝝ et cedis i discipulos domini. Sic spirabat vrot iob dicens. Benedic deum et morere iob. ij. ¶ Sextum est q̃ se tangi et palpari permisit. Sic quivere resurrexit permittat se palpari a tribulatione. qm̃ per multas tribulationes oportet nos intrare regnum dei Actu. xiiij. Sic permisit se palpari iob qui percussus est vlcere pessimo in corpore. et in filijs et in omnib⁹ que habebat passꝰ est dispendiũ. Sunt quidã sicut vitrũ habẽtes illud aposthema noli me tangere. ¶ Septimũ est qz comedit piscẽ assum et fauũ mellis. Piscis assus xp̃s est crucifixus. favꝰ mellis est verbũ dei. Qui ergo a peccato resurrexit debz xp̃m comedere in sacramento altaris: quia ipse est cibus omnis sapotis suauitatem habens Jo. vi. Caro mea vere est cibus. Ego sum panis viuus qui de celo descendi. Itẽ debet comedere verbũ dei qõ hz anime dulcedinẽ inferre sicut mel. Ps. cxviij. q̃ dulcia faucib⁹ meis eloquia tua. Et hz alia

illuminare sicut cera lumen fouet. ps. Lu cerna pe.m. ver.t. Aug⁹. Palatū feducitā tis hz cui mel celi insipidum est. ¶ Ocra tium quis christus resuscitatus redūt ad fratres suos et ad viam veritatis eos re ducere curauit. Unde et tu fac similiter vt sicut fuisti alijs ad ruinā ita eos ad salutē studeas reducere. Aug⁹. Nullū magis ac ceptum sacrificium deo q̄ zelus animaꝝ. Ja. v. Scire dz q̄ q̄ cōuerti fecerit pctōrē ab errore vie sue saluabit aiam ei⁹ a mor te et operit multitudinē pctōꝝ. ¶ Nonū est q̄ resuscitatus statim non iuit ad celū. sed stetit. xl. dieb⁹ in terra. Sic q̄ spūali ter resurgit nō credat statim ire ad celum sed primo oportet eū facere pñiam q̄ per. xl. dies designat. Wat. iij. Pñiaꝝ agite ap propinquabit enī reg. ce. Et sic ptz tercio.

¶ Sermo de epistola. xlix.

OMne quod natuz est ex deo vincit mundū. i. Jo. v. De virtute fidei tam in euange lio hodierno q̄ in epistola tractat. Fides enī in presenti vita mirabilia operat et tā dē ad vitā perducit eternā. De eo autem q̄ fides beatū facit in euāgelio hodierno tractatur. Beati inquit qui non viderunt et crediderunt. De mirabilibus autem q̄ fides in hoc seculo aut vita facit vel ope ratur in presenti epistola determinatur. de quibus etiam erit sermo. In hac ergo epistola beat⁹ iohānes duo principaliter facit. Primo ostēdit veritatē fidei vt ipsam firmi ter fateamur ibi. Et spūs est qui testificat q̄m rps est veritas. ¶ primo ergo ostēdit virtutē et efficaciā fidei vt ad ipsam accē damur: qz vincit mūdū et bona ei⁹. Circa q̄ tria facit. Primo ostēdit quis ē qui vin cit mūdū: qz q̄ natū est ex deo. Secō ostē ditur per quid vincitur mundus quia per fidē ibi. Hec est victoria que vincit mundū fides nr̄a. Tercio ostenditur per quā fidē vincitur mūd⁹ ibi. Quis est qui vincit mū dum nisi qui credit q̄ rps est filius dei.

¶ Circa primum nota q̄ dupler est nati uitas scz corporalis et spūalis. Spiritua lis fit in baptismo i vtero ecclesie: quia ba ptizatus habet ecclesiam matrem et rpm patrē. et ideo ex tunc vocatur christianus Jo. iij. Nisi quis natus fuerit denuo non pōt intrare regnū dei. Et in eodē. i. Dedit eis potestatē filios dei fieri. Et qz virtus rpi applicabitur nobis in baptismo qui ē efficax ad vincendum mūdum ideo baptis zatus filius dei fact⁹ in eadē virtute vicit mūdum Jo. xvi. Confidite q̄ ego vici mū dū. Quia cū talis ligetur cū christo vincit lo chartatis si rps vicit et ipse vincit. Et hoc est quod dicit. Omne quod natū ex deo vincit mūdū id est omnis qui regene ratus ē in baptismo dummodo in rpo ma neat cui iunctus est in baptismo a quo se paratur per pctm mortale vincit mundū id est victa mundi q̄ sunt tria scz ꝑcupiscē tia oculoꝝ ꝑcupiscētia carnis et superbia vite. Et nota q̄ dupliciter vincimus mū dum. primo abrenūciando bonis mundi. Et sic vincunt solum perfecti qui omnib⁹ spretis nudi nudū rpm sequunt in volun taria pauptate. Lu. xiij. Nisi quis renū ciauerit omnibus que possidet nō pōt m. es. disci. Secundo subiūciēdo nobis bona mundi ita vt simus domini et non serui bonorum mundi vt auarus est seruus pe cunie et dispensemus bona mundi ad ho norem dei Math. xxv. Euge ser. bo. et fi. quia super pau. fu. fide. supra mul. te ꝑst. Et sic vincūt oēs iusti serui dei in quocūq̄ statu. ¶ Secundo ostenditur per quid vi citur mūd⁹: qz per fidē Hebre. xi. Sancti p fidem vicerunt regna scz regnū mundi et regnum carnis. Circa q̄ nota q̄ fides nō solū vincit mūdū sed oēm tentationē. Q̄ sic patet. Quia omnis tētatio vel est a mū do vel a carne vel a dyabolo. Dyabolus tentat de superbia vt nō obediat deo nec obseruet mandata eius. Hoc remoue tur per fidē qua cognoscimus q̄ deus est omniū dominus. et ideo ei est ab omnib⁹ obediendū. i. pe. iiij. Vigilate quia aduer sarius vester dyabolus circuit q̄rens quē de. c. resi. sor. in fide. Mundus autē tentat vel alliciendo prosperis vel terrendo ad uersis. Hunc vincimus per fidez que facit nos meliora bona et pctōra mala. Et ideo prospera mundi despicimus et nō formi damus aduersa. Caro vero tentat inducē do ad delectationes momētaneas sed fi des nobis ostendit q̄ per has perdim⁹ eter nas. et supplicijs deputamur eternis Apo. xvij. Quantū glorificauit se et in delicijs fuit tm̄ da illis tor. et luc. hic cadit exēplū illius heremite qui cōbussit sibi digitos anteqū vellet ꝓsentire cū vna agere seu re habere volēs experiri si possz pati penas inferni. Cadit et exēplū de militib⁹ alexā dri q̄b⁹ dū eēnt parati ad bellū alexāder ait. Comedam⁹ qz hoc sero oēs cenabim⁹ in inferno. Propter quod verbuz fortiter

hīi cauerūt et vicerunt. Et ideo dicit apō stolus ad Ephe. vi. In omnibus sumētes scutū fidei in quo pōt oīa tē. ne. ignea erti ere. ¶ Nota q̄ doct⁹ miles vel pugna tor strēnuus omnes ictus recipit in scuto. Sic in scuto fidei omnes tentationes vin camus. Scutum enim fidei debet esse tri angulatum ita q̄ vnus angulus sit versus gaudia paradisi secundus versus penas inferni. tercius versus christum et labores eius et tunc omnes ictus vilipendimus. Treñ. iij. Dabis eis scutum cordis laborē tuum. Hoc fuit figuratum in captione hie rico que post tredecim circuitus corruit q̄ sunt. xiij. articuli fidei quibus perfecte cre ditis totus mūdus corruit. ¶ Tercio ostē ditur per quam fidem vincitur mundus/ quia iudei et sarraceni habent fidem suam et christiani similiter. Intendit ergo osten dere beatus iohannes q̄ solum per fidem iesu christi vincitur mundus quā christia ni confitentur et credūt. Qz namq̄ christ⁹ omnia bona mundi contēpsit vt alijs con temnēda monstraret vt dicit augn. et chri stum firmiter credunt omnia benefecisse et ipsum tanq̄ viā rectam ꝓ posse sequi ni tuntur ideo contēnūt ea que christus con tempsit et vincunt ea que christus vicit et abstinent ab eisdem. Et ideo hec victoria per fidem viuam habetur que est quando illud quod credimus per opera demōstra mus Jaco. ij. Ostendas michi fidem tuam ex ꝓperibus. Res enim mortua non potest vincere. Johannis. xiiij. Qui credit in me scz fide viua et vera opera que ego facio et ipse faciet. Vera autem fides iesu christi hec est quoniam ipse est verus filius dei per naturam. Et hoc est. Quis est autē qui vincit mundum nisi qui credit q̄ iesus est filius dei consubstantialis et coeternus et coequalis per omnia/ qui filius dei venit in mundum id est incarnatus in mūdo ap paruit. Venit ergo per aquam id est bapti zatus est vt tactu sue mundissime carnis vim mundatiuam et regenerātiuam con ferret aquis vt nos a peccatis mundarent et in dei filios regenerarent. Venit etiam per sanguinē qz in suo sāguine mortu⁹ est vt nos redimeret a peccatis. i. pe. i. Nō cor ruptibilibus auro vel argento redempti estis sed precio. sangui. agni incōtamina. Venit ergo filius dei per aquam et san guinē nos saluare vt aq̄ nos mūdaret et sā guine redimeret et nō venit saluare nos in aq̄ solū/ qz misit virt⁹ sāguis rpi operatur in baptismo aqua nichil faceret. Sz aqua in virtute sanguinis christi mūdat ab om nibus peccatis et per consequens saluat. Ezech. xxxvi. Effundam super vos aquam mūdā et mundabimini ab om. imū. vestris Hec ergo fides qua credimus q̄ christ⁹ est filius dei qui venit per aquaz et sanguinē nos saluare est qui vicit mundum id est vi cia mundi scz concupiscentiam carnis con cupiscentiam oculorum et superbiam vite. Ad que tria omnia peccata vincuntur. Et sic patet primum. ¶ Quarto ostēdit q̄ ta lis fides est vera vt ipsam firmiter tenea mus. Et circa hoc tria facit. Primo osten dit hoc per testimonium celeste. ibi. Et spi ritus est qui testificatur. Secundo per te stimoniuz terrestre ibi. Et tres sunt qui te stimonium dant in terra. ¶ Tercio con cludit hoc per locuz a minori q̄ talez fidē firmā et ratam habere debemus ibi. Si er go testimonium hominum accipimus. Di cit ergo q̄ spūs⁹ est qui testificatur id est deus qui spūs est. Jo. iiij. Spūs est deus testificat inq̄ quoniā christus est veritas i. fuit verus de⁹ et verus homo non fanta stic⁹/ vt manichei dicūt. Tota enī trinitas hoc testificata est qm̄ tres sunt q̄ testimo niū dant in celo scz q̄ christus est filius⁹ dei pater. Luce. iij. Vox de celo audita est tu es filius meus dilectus. Uerbuz. i. filius. Jo. v iij. Ego sum q̄ testimoniū phibeo de me. Et spūssanct⁹. Jo. iij. Cū autē venerit paraclyt⁹ scz spūssanct⁹ ille testimoniū phi bebit de me. Et hi tres vnū sunt. i. in vnuz concordāt/ scz q̄ christus est ver⁹ de⁹ et ve rus homo. Sicut ergo hi tres vnū sunt in essentia. ita vnū sunt i testimonio ferēdo.

¶ Secūdo hoc ꝓbat per testimoniū terre stre scz q̄ christ⁹ est ver⁹ homo. Homo enī ex anima cōstat et corpore sic cōpletionato scz q̄ habeat quatuor humores puta fleg ma/ sanguinē/ coleram et melācoliā. Isti sūt quatuor humores sūt mixti. Qui ergo ha bet animā rationalē et corpus humanū de quo fluit sanguis et aqua q̄ procedit a fleg mate vere est homo. et hoc est qđ dicit. Et tres sunt qui testimoniū dāt i terra scz q̄ christus est ver⁹ homo. Spūs. i. aia rationalis. Math. xxvij. Jesus autem clamans voce magna et inclinato capite emisit spi ritum. i. animaz. Jo. xij. Nunc anima mea turbata est. Aqua et sanguis que fluxerūt de latere eius. Jo. xix. Unus militum lan cea latus eius aperuit. et cōtinuo ex. san. et aqua. ¶ Tercio concludit per locum a mi nori dicens. Si ergo testimoniū hominuz accipim⁹/ quia in ore duorū vel trium sta

omneverum ⁊ tota trinitas testificata est q̄ christus est filius dei et vera aia et verū corpus ostenderūt q̄ erat verus hō. ⁊ testimoniū dei maⁱ est q̄ testimoniū hominū qz mentiri non potest: ergo q̄ christus est verus deus et verus homo firmiter credere debemⁱ et veraciter cōfiteri. Hebre. vi. Et hec est fides catholica quā firmiter ꝓfiteri debemus. Et sic patet secūdū. ❡ Ultimo autem ad edificationē nostram videamus mirabilia ⁊ virtuosa que fides in nobis per dilectionem operatur. Sunt autez hec numero decē. ¶ Primo enī anima per fidem deo despensatur Osee. ij. Sponsabo te michi in fide/in qua despensatione anima valde sublimatur. nam postmodum ab angelis tanq̄ sponsa regis eterni spiritualiter custoditur. Ps. nonagesimo. Angelis suis mādauit de te vt ⁊c. In qua despē satione alis deo nullas dotes largitur sed ab eo mirabiliter dotatur. Nā recipit possessionem oim virtutū et donorum spūsseti fit etiam particeps meriti passionis christi et omnium sanctorum et oim bonorū que fiunt in ecclesia/ fit etiam ciuis ciuitatis superne et recipit promissionem q̄ erit heres glorie dei. Ecce mirabiles dotes omnia bona cōtinētes Sapi. vij. Uenerūt mihi omnia bona pariter cum illo. Nunq̄ tales dotes fuerunt date alicui regie mundi. Et ideo non immerito beata agnes gloriabatur de tali despensatione dicens. Ipsi sum desponsata cui angeli seruiunt. Et nota mirabile q̄ beata virgo per fidem facta est sponsa dei scōm animam et mater dei scōm corpus. Et dicit beatⁱ aug⁹. q̄ beatior fuit beata maria percipiendo fidem xp̄i q̄ cōcipiendo carnē christi. Materna propinquitas nichil Marie profuisset nisi felicius christum corde q̄ carne gestasset. Et ꝓpterea dicitur Lu. j. Bta q̄ credidisti Nō dicit/ beata que cōcepisti. ¶ Secūdo per fidem hō a potestate diabolica liberat oēs enim nascimur filij ire per peccatū originale per qō sumus serui diaboli et sub eius potestate. sed p fidē quā in baptismo recipimus ab eius potestate liberamur et efficimur filij dei. Hic cadit miraculū de illo iudeo de quo narrat gregoriⁱ⁹ in dyalogo. q̄ veniēs romā iacuit de nocte in tēplo appollinis q̄ faciens crucē de lapidibⁱ⁹ iacuit in medio habēs cōfidentiā in crucifixo. et de nocte eum demones inuadere nō presūpserūt ꝛ visa cruce statī fugerūt dicētes. Heuvas vacuū sed signatū. Hoc fuit figuratū in occisione agni p cuius fidē id est

p fidē illius quā ille agnⁱ figurabat filij israel liberati sunt a seruitute et potestate pharaonis Hebreo. xi. Fide moyses celebrauit pascha et sanguinis effusionē id est habuit fidem in morte agni imaculati filij dei quē ille agnus qui dicebat pascha figurabat. per quā fidē erepti fuerūt de potestate pharaonis Wathei. xvi. Porte inferi non prevalebūt aduersus eā id est omnis potestas inferorum non prevalebit aduersus fidem. ¶ Tercio per fidē homo salvatur/et absolvitur a peccatis Lu. vij. Fides tua salvā te fecit. Hoc dictū est magdalene Exemplū de latrone crucis cui christus peccata dimisit et paradisū promisit propter fidem quā fuit protestatus de christo Roma. iij. Et vero qui nō potest operari credēti aūt in eum qui iustificat impiū fides reputat ad iusticiā scōm propositū gratie dei. Sic fuit salvata raab meretrix de excidio hierico ⁊ opposita populo dei/ vt patet Josue vi. vbi dicit. Sitq̄ civitas ista anathema et omnia que in eo sūt. sola raab meretrix viuat cum vniversis que cum ea in domo sunt/ abscondit enim nuncios quos duximus. ¶ Quarto per fidem homo liberat a triplici morte scilicet nature/ culpe/ ⁊ pene eterne. Unde Jo. xi. dicit. Qui credit in me et si mortuus fuerit viuet et omnis qui viuit et credit in me non morietⁱ in eternū. Mortem etiam nature trāsmutat in resurrectionem glorioſi corporis. i. Thes. iiij. Si enim credimus q̄ Jesus mortuus est ⁊ resurrexit. ita et deus eos qui dormierunt per iesum adducet cū eo Augⁱ⁹. Tantā dat fidei gratiā prestitit vt mors quā constat vite esse cōtrariā instrumentū fieret p qđ transiret ad vitā. Et ideo vere potest dici q̄ etiā morte nature non moriet. ¶ Quinto fides est primū sacrificiū quo deo cor nostrum et intellectū immolamⁱ⁹. per ipsā est captiuamus intellectū nostrū in obsequiū christi quod est valde mirabile. Quis vt dicit Bern̄ tria singularia mirabilia fecit deus in assumptione humane nature coniuncta enim sunt simul deus et homo/ mater ⁊ virgo/ fides ⁊ cor humanum. Et ideo primum quod respicit deus in sacrificio est fides. Hiere. v. Domine oculi tui respiciūt fidē. Est etiam fundamentum omnīū virtutum et sacramentorum ecclesie/ quia nisi homo habeat fidem nullam virtutem habere potest. Sacramenta etiam in fide ecclesie cōferuntur. Wath. xxvi. Super hanc petram edificabo ecclīam meā. i. supra fidē quam petrus ꝓfessus est. Et ideo infidelis nullū sacramentum potest percipere nisi primo in fide ecclesie baptismum recipiat. Tunc et ꝓ alio recipiat sacramentum non recipit rem sacramenti nisi credat. ¶ Sexto fides omnes versutias detegit diaboli. Nā diabolus per peccatum ducens hominem ad furcas inferni velat et oculos ne quo ducatur videat. Item sicut corvus primo oculum fidei nititur ei eruere. Item sicut malus mercator querens hominez decipere ducit in apothecam obscuram. Sic diabolus facit peccatori. Sed fides animam illuminat et elevat velamen ab oculis ⁊ totum cor purificat Actu. xv. Fide purificās corda eorum. ¶ Septimo fides recuperauit deo principatum mundi et diabolo/ abstulit quem totus mundus in ydolis adorabat Jo. xij. Nunc princeps huius mundi ej̄ cietur foras. Nam per fidē cognouit mundus vnum verum deum esse qui carnem pro salute nostra assumpsit et ipsum solum adorauit Wath. ij. Et procidentes adorauerunt eum. Ante vero plures deos adorabat mūdus. Erat enim populus gentium in ydolis excecatus qui per fidē christi est illuminatⁱ⁹ Isa. ix. Populus gē. qui ambu. in tene. vi. lu. mag. parvulus enim natus est nobis. ⁊c. ¶ Octauo fides facit nos transire per mare mundi illesos ⁊ omnia pericula eius euadere cum triumpho Martires enim per fidem tirannos et omnia eorum tormenta vicerunt ⁊ omnia diaboli tela Ephe. vi. In omnibus sumē. scutū. in quo poſ. om. te nequiſ. ig. extin. Unde prudentes poe. Prima petit campum dubia sub sorte duelli pugnatura fides.

❡ Et nota q̄ valde congrue fides assimilatur scuto. Nā sicut in scuto tres sunt anguli in vno ligno. ita in deo sunt tres persone et in christo sunt tres substantie scilicet anima caro et divinitas de quibⁱ⁹ est tota fides. Item in scuto est lignum vestitum corio animalis mortui ita deus fuit vestitus corio mortalitatis nostre de quo est fides. Item scutum appenditur ad collum et stat super cor. sic fides debet stare super cor et per guttur proferri Ro. x. Cor de creditur ad iusti. ore autem cōfes. fit ad sa. Item sicut docⁱ⁹ strēnuus vel bellator omnes ictus recipit in scuto sic sapiens fidelis omnes tentationes ⁊ tela diaboli recipit in scuto fidei vt dictum est supra. Videamus ergo veram fidem de paradiso et inferno et q̄ deus remunerat bona et punit mala et in tali fide omnes tcⁱ⁹ et insultus diaboli recipiamus ⁊ ola pericula euademus. Hoc fuit figuratum qñ moyses venit ad mare rubrum et percussit mare. xij. percussuris scōm q̄. xij. erāt tribus israel et quelibet tribus per viā suā illesa transiuit. Que. xij. percussure significāt. xij. articulos fidei in quibus tota fides cōtinetur per cuius virtutem homo trāsit mare mundi illesus Hebre. xi. Fide moyses trāsiuit per mare rubrum. Fides est nubes filiorū israel que de nocte contra tenebras lumē prestabat et de die faciebat vmbram ⁊ contra nimiū solis refrigerium prestabat/ que nubes erat egiptijs tenebrosa. Sic parimodo facit fides que illuminat intellectū et contra incendia viciorū refrigerium prestat que fides infidelibⁱ⁹ tota est tenebrosa ¶ Nono fides facit nos contēnere mūdū et bona eiⁱ⁹ que sūt tria scz honores delicie et diuitie Hebre. xi. Fide moyses grādis effectus negauit se esse filiū filie pharaonis ecce honores. Magis eligens affligi cum populo dei q̄ terrene iocūditatis habere peccatū ecce delicie. Maiores diuicias estimans thesauro egiptiorⁱ⁹ impertum christi/ ecce diuitie. Omnis enim sanctus ista tria contēnit propter fidē quā habet de futura vita/ qz vt dicit apostolⁱ⁹. i. Cho. xv. Si in hac vita tantū in christo sperātes sumus miserabiliores sumus oibus hominibus. Hoc fuit figuratū in captiōe hierico vt dictū est supra. ¶ Decimo fides est ianua et scala per quā ad celū ascendimⁱ⁹ ecclesie triumphantis/ et ideo sine fide impossibile est placere deo et ad celū venire. Hebre. xi. Justus aūt meus ex fide vivit q̄ si subtraxerit se nō placebit anime mee. Hoc fuit figuratū in scala quā vidit iacob que tangebat celū et dominⁱ erat innixus scale et pes scale erat supra petrā quā iacob supposuerat capiti suo et angeli ascendebant et descēdebant per scalā vt patet. Gen. xxviij. Scala ista est fides que habet xij. gradus qui sunt. xij. articuli fidei. Tota aūt fides est de humanitate et divinitate christi ⁊ ideo pes scale stabat supra petrā. i. supra hominē christū petrā fidei ⁊ capiti scale innitebat deus et angeli. i. predicatores ascendebāt ad deitatē et descendebant ad humanitatē predicando opera deitatis et humanitatis christi. Unde iacob euigilans ait. Nō est hic aliud nisi domus dei et porta celi. Et q̄ fides sit ianua celi patet/ qz per fidē mediatoris dei ⁊ hominū oēs patres nostri intrauerūt celū et qui in hac fide non sunt mortui nunq̄ intrabūt. Quod fuit figuratū in filijs israel

quis solum illi duo qui crediderunt scz caleph et iosue intrauerunt terram promissionis. Omnes aūt alij remanserunt mortui in deserto. Concludē t dic cum apostolo. Hebre.xi. Deficiet me tempus enarrātem virtutes et miracula fidei que a sanctis facta sunt. Tanta est enim virtus fidei q̄ mali t boni virtute fidei mirabilia operantur. Omnis enim miracula fidei attribuunt. Et q̄ etiam mali virtute fidei operentur pz per illū Math.vij. dñe nōne in nomine tuo propheta uimus et in nomine tuo demonia eiecim⁹/t in nomine tuo virtutes multas fecimus. et dicet illis nunq̄ noui vos. Et sic patet totum.

¶ Dominica prima post octauas pasche.
De euangelio. Sermo.l.

Ego sum pastor bonus Joh.x. Bonus pastor qui posuit animam suam p̄ ouibus suis. ppōnit se nobis in exemplū vt sequamur vestigia eius quia non debz candela sub modio occultari: sed omnib⁹ elucere. Unde cū ipse duobus cecis quos illuminauit dixerit. Videte ne quis sciat. Math.ix. Et tribus discipulis in trāsfiguratione mandauerit. d. Nemini dix. visionem. Math.xxvij. Manifestū est q̄ ad tacentiam nō dixit/ sed vt boni pastoris se nobis in exemplū daret t formā vt ipsum tanq̄ ducez in omnibus sequeremur. Joviij. Ego gloriā meā non q̄ro. Unde apostolus p̄pter eandez causam. di.ij. Corin. vij. Capite nos. Neminē lesimus/ neminē corrupim⁹ neminē circūuenim⁹. Et iterū. i. Cor.x. Sine offensiōe estote iudeis t gētibus t ecclesie dei sicut et ego per omnia omnibus placeo. Nos autem qui in multis quotidie offendimus t si dix. quoniam pec. nō ha. nosip. seducimus t ve. is no. nō est. i. Jo. i. cōmēdare nosipsos penitus nō debemus. Prouer.xvij. Laudet te alien⁹ et non os tuum: quis si preterita cogitemus multa cōmisim⁹ mala t cōmisim⁹ bona. si p̄sentia multi sunt defectus nostri/ si futura incerti sumus q̄d nobis accidēt q̄ sum⁹ acturi. Petrus multa promisit dicēs Dñe tecū parat⁹ sum t in carc. t in mortem ire Luc.xxij. et postea tripliciter christum negauit. Propterea dicit apostol⁹. i. Cor. x. Qui se existimat sta. vi. ne cadat. Sic ergo christ⁹ in hoc euāgelio ad imitationez nos p̄uocās bonū pastorē se nominat. In quo q̄dē euāgelio q̄nq̄ facit. Primo q̄dē introducit pastorē bonum t oppositum eius describit vt post ipsum eamus in principio euangelij. Secundo ostendit mercēnarium pastorem et ei⁹ describit vt ipsū reprobemus et fugiamus ibi. Mercēnarius autē est qui nō est pas. Tercio opus lupi sentientis vt ipsum caueam⁹ describit ibi. Lupus rapit et dispergit. Quarto ostendit operationem christi vt ipsa faciamus ibi. Et cognoscunt me mee. Quinto ostendit oportunitatē et congruentiā ouiū congregandarum in vno ouili christi vt dei gratiā cognoscamus ibi. Alias oues habeo que nō sūt ex hoc ouili. ¶ Primo ergo bonus pastor introducitur et opus eius describitur vt ipsum sequamur. Q Circa quod nota. q̄ ad bonū pastorē. vij. requirunt que omnia p̄fectissime fuerunt in christo scz virtus perfecta/ modus cōgruus/ cognitio vera/ charitas precipua/ ostensio vie/ pastus salutis et solers custodia. ¶ Primū ergo q̄ in bono pastore requiritur est virtus perfecta vt scz sit virtuosus et virtute perfect⁹ quis cum virtus sit que bonum facit habentem et opus eius bonum reddit vt dicit phūs. et augustinus dicit q̄ vit⁹ est qua recte vuit et nemo male vtit p̄fecto sic pastor si est virtuosus bonus erit et bene officium suum exequetur imo per nichil aliud potest esse bonus et digne officiū suū exequi nisi per virtutē. Sunt aūt quidā prelati qui solum docent alios virtutes sed ipsi eas habere non curant similes candelis que alios illuminant et seipsas consumūt Mathei.xxiij. Dicunt enim et non faciunt. Econtra de iohanne baptista dicit Joh̄. v. Ille erat lacerna ardens per charitatez quo ad se et lucens per bona exempla quo ad alios. Et de christo dicitur Actuum. i. Cepit Jesus facere et docere. Quia vt dicit Augustinus bene loqui et male vuere nichil aliud est q̄ seipsū sua voce dānare. Geneseos.xxvij. Vox quidem vox jacob sed manus manus esau sunt. ¶ Unde non solum pastores ecclesiarum debent virtutibus pollere sed etiam iudices et domini terrarum seculares. Exemplū de consilio ietro qui consuluit moysi vt eligere de omni populo viros timentes deum et qui diligerent veritatem et odirent auaritiam quos constitueret iudices super populum. Sapien. i. Diligite iusticiam qui iudicatis terram. Et nota hic exemplū socratis qui imitatus a rege spuit in faciem eius eo q̄ omnia erant deaurata preter faciem. Sic multi prelati t dñi omnia volūt pulchra et bona habere ad gloriam mundi per ani-

mam quam non curant habere bonam cū non curant virtutem habere que facit animā bonā/ vt dicit aug⁹. Jo.xij. Dilexerūt gloriā hominū magis q̄ dei. ¶ Secūdus quod in pastore requiritur est modus congruus: vt scz debito modo ouile ouium id est ecclesiam intret scz per christum qui est ostium ecclesie t non vt fur aliunde ascendat. i. Corinth.x. Ego sum ostiū si q̄s per me introierit saluabit. Ille intrat p̄ christum qui per rectam intentionez per verā fidem sufficientem scientiam et electionē ecclesiasticā intrat. Quia christus est via et ostium omnium iustorum. Jo.xiiij. Ego sum via veritas t vita. Debet prelatus et pastor rectam intentionē habere: vt scz in prelatione intendat animā suā in obsequio dei saluare. Et hoc debet eum mouere ad claritatem. Secundario debet querere bona tēporalia vt sustentet. Quia vt dicit apostol⁹. i. Corint. ix. Nemo militat suis stipendijs vnq̄. Et iterū ibidem. Si nos vobis spiritualia seminam⁹ nō est magnū si carnalia vestra metamus Lu.x. Dignus est mercēnarius mercede sua. Debet etiam verā fidem habere de christo. Debet etiam scire que ad ministerium suum spectēt. Osee.iij. Quia tu repulisti scientiā et ego te re. ne sacerdotio fungaris mihi. Debet quarto eligi t cōfirmari. Heb. v. Nec quisq̄ assumat sibi honorez/ sed q̄ vocat adeo tanq̄ aaron. Sed heu hodie/ quis quasi nulli intrant per ostiū/ sed ascēdunt aliunde. i. per alios gradus qui sunt quattuor. s. amicitia secularis/ parentela carnalis/ pecunia/ t potētia. Per illos gradus p̄hibet dñs ascendere clericos. Exo. xx. Nō ascēdas per gradus ad altare meū Nam quasi omnes mediāte tēporali mercede obtinent ecclesias t prebēdas. Sed illis accidet sicut giezi qui vendidit gratiam dei naamā syro t emit de pecunia acceptā vineta t oliueta: sed lepra naamā adhesit ei t semini eius vsq̄ in sempiternum iij. Re. v. quia peccata illoz quoz fuerūt bona ecclesiarum que sunt lepra anime adherent eis in sempiternum Actuum. viij. ¶ Pecunia tua tecū sit in perditionē quoniā existimasti regnum dei pecunia possideri/ qz vendentes et ementes bonaecclesiastica simoniaci nominant⁹. debent enim gratis dei t ecclesie beneficia dispensari. Mathei.x. Gratis accepistis gratis date/ quicūq̄ ergo non intrat per christum/ sed ptece vel pcio amicicia vel parentela non est verus pastor/ sed fur. Sed attende q̄ si amicicie vel parentele vel precibus coniungitur christus verus etiam est pastor. i. q̄ homo est dignus et bone vite q̄uis nō ob hoc fiat sed precc vel amicicia verus ē pastor. non dico precio qz quantūcunq̄ sit dignus si precio fiat non est pastor sz fur. et ideo tales pro nichilo habent christum ¶ Figura Petrus intromissus per ancillam in atriū a rne pontificis statim negauit christū. vt pz Jo.xviij. Sic qui intromittuntur in ecclesiam dei per carnalem et carnalis negāt christum et eius mandata contemnunt Tit. i. Confitentur se nosse deum factis aūt negant. ¶ Tercum q̄ in pastore requiritur est cognitio vera et q̄ oues suas cognoscat. p̄o. xxvij. Diligēter cognosce vultū pecoris tui tuosq̄ greges considera. Jn eodem. xij. Novit iust⁹ animas iumētoz suoz viscera aūt impioruū crudelia. Quidaz enim subditorum indigent misericordia t miseratione quidā virga et correctione. quidā p̄silio et directione. quidā auxilio t defensione. et sunt quidam tolerandi t quidam de ecclesia expellendi. sed illa pastor non posset facere nisi cognosceret oues suas. Jo.x. Cognosco oues meas et cognoscunt me mee. Jbidem et proprias oues vocat nominatim. Est etiam prelatus animaz medicus t iō oportet eum infirmitates cognoscere. hec autem cognitio fit per confessionem potissime et ideo ecclesia ordinauit vt semel in anno quilibet suo confiteatur prelato ei peccata sua omnia indicendo: quia vt dicit Boetius. Si operam medicantis expectas oportet vt vulnus detegas tuū. Deus autem cognoscit oues suas predestinatione eterna. Jo.xiij. Ego scio q̄s elegerim. t iō cognoscit eas. i. approbat. Exo.xxxij. Et te noui ex nomine. i. approbaui. Econtra de reprobis Math.xxj. dicitur. Amen dico vobis. nescio vos. id ē non approbo. ¶ Quartum q̄ in pastore requiritur est charitas precipua vt specialiter charitatē habeat. Et ideo petrus pastor a domino ordinandus de dilectione a domino fuit examinatus et specialiter requisitus Jo. xxi. Simō iohā. diligis me plus his. q. d. Cōmunis dilectio non sufficit tibi. Debet ergo in prelato esse charitas feruens t ordinata vt deum super omnia diligat t proximū propter deū et in deo. et plus debet diligere salutem proximi q̄ vitā suā corporalē t q̄ bona tēporalia acerbā consanguineos Bern. sup illo verbo petre amas me. s. pl⁹ q̄ te pl⁹ q̄ tua t pl⁹ q̄ tuos t nil

Universidad de Deusto
Biblioteca

ta perfecte diligas me hanc curā assume re nō presumas. Sic pastor christus oues suas dilexit vt pro eis animaz suam daret Jo.x. Animā meam pono pro ouib⁹ meis id ē vitā meā. Sic omnis pastor deberet esse paratus si necesse esset pro subditorū salute mori alias p̄deret aiam suā Jo.xij. Qui.a.a.su.per.eā. Et ratio quare pastor debet precipue charitatem habere quia vt dicitur.i.Cor.xiij. Charitas non querit que sua sunt sed facit omnia cōmunia prelatus aūt debet intendere vtilitati cōmuni subditorum.i.Cor.x. Nō quero q̄ mihi vtile est sed q̄ multis vt salui fiāt Item debet habere omnia cōmunia pauperibus christi: quia bona ecclesiaz cum sint de patrimonio crucifixi patris pauperum iure hereditatis sunt bona pauperū. Actu.ij. Erant istis omnia cōmunia et distribuebāt vnicuiq; prout cuiq; opus erat ¶ Quintū q̄ requirit in pastore est oblēsio vie vt antecedendo oues viam eis demonstret Isa.xxx. Hec est via ambulate in ea. Et hoc congrue facit salutaria exēpla populo prebendo. Debet enim prelatus tot⁹ ecclesie spiritualis exempla in se p̄bere cum subditos informare debeat. Exo.xxv. Omnia fac secūdū exemplar q̄ tibi in monte monstratum est.i.in christo. Prelatus autez personam christi gerit.ij. Cozin.v. Legatione pro christo fungimur Lu.x. Qui vos aa.me.au.et qui vos sperne sper. Unde.i.Re.ix. de saule dicitur q̄ ab humero et sursum eminebat super vniuersum popolum.in qno datur intelligi excessus virtutū pastorū super alios Greg. Tantum debet transcendere actio prelatis vitam populi quātum solet differre vita pastoris a vita gregis. Debet etiā prelatus esse quoddam speculum sine macula ante populum. ¶ Sextum quod in pastore requiritur est pabulus salutis vt oues ad bona pascua ducantur.i.Pe.v. Pascite qui in vobis est gregem domini. Debz em pastor ecclesie tripliciter pascere oues christi scz Ꝟbo veritatis. pane charitatis et corpore christi. et si opus est subsidio tēporalis necessitatis Johā.xxi. pasce oues meas. Ter dixit pasce ad designandū predictū triplicem pastū. Pasce ergo verbo veritatis. Ezech.iij. Dabo vobis pastores secundū cor meū qui pascent vos scientia et doctrina. Talis est cib⁹ anime. Mat.iiij. Non in solo pane viuit homo sed in omni verbo quod procedit de ore dei. Pasce corporali cibo Aug⁹. Talis debet esse pastor qui preponat verbum doctrine ignorantibus z mensam suam cōmunicet indigentibus. Libenter enim audit homo linguam eius loquentem. cuius dexterā sibi sentit porrigentem. Pasce tercio spiritualis alimento scilicet corpore christi pascere et sacramēta ecclesie ei ministrare que vere sunt cibus anime. Jo.vi. Caro m. vere est cibus. Debet etiam populum pascere quotidie pro eis orando z hostiam immolando. Col.i. Nō cessamus pro vobis orātes et deprecantes. Ro.i. Memoriam vestri semper facio in orationibus meis Joelis.ij. Inter vestibulum z altare plorabūt sacerdotes ministri dñi z dicēt. Parce domine parce populo tuo. Sic orauit christus pro ouibus suis dicens. Pater sanctifica eos in veritate. Jo.xvij. Et iterum. Non rogo vt tollas eos de mūdo: sed vt serues eos a malo. ¶ Septimū quod requritur in pastore est solers cura: vt bene custodiat gregem a lupis z ab alijs seuis bestijs nocere volentibus. Lupi sunt heretici: seue bestie sunt vicia z peccata que homines efficiūt bestiales. Et ideo ecclesia habet canes ad hec fuganda scz predicatores qui dentibus dilacerant vicia z linguis sanāt animas sauciatas. Ps.lxvij. Lingua canū tuorum ex ex. Ut beat⁹ dominic⁹ ordinis predicatoruz institutor in figura catuli est demonstratus matri. Unde pastor ecclesie vocatur speculator qui de turri habet conspicere inimicos venientes et fortiter clamare. Eze.iij. Fili hominum speculatorē dedit te domui israel: q̄ si dicente me ad impium morte morieris z tu nō annunciaueris ei vt auertatur a via sua impia: ipse ab iniquitate sua morietur: sanguinez vero eius de manu tua requiram. Propter q̄ dicit apostolus.i.Cozinth.ix. Ue michi si nō euangelisauero necessitas enim michi incumbit. Isa.lxij. Super muros tuos hierusalem constitui custodes z tota die z nocte non tacebūt. Uere tota die et nocte debemus clamare dicētes. Charissimi cauete: quia inimici appropinquant fortissimi scz demones et peccatores durissimū bellum dabunt. Debet etiam pastor habere rhetis pro claudendo sepē ouium.i. precepta et leges. Debet etiam habere baculū et virgam per quam excutiet z sequestret oues morbidas a grege ne ipsum inficiāt scz hereticos et publicos petēres. ¶ Debet etiam ecclesia duplicem gladium scz spiritualem qui est excommunicatio per quam peccatores sequestrat. Math.xvij.

Sit tibi sicut ethnicus z publican⁹. Et materialem per quem hereticos exterminari iubet quem gladium potestati seculari cōmittit ne manus deo consecrate polluantur sanguine. Lu.xxij. Ecce gladij duo hic Et respondit iesus. Satis ē. Et non dixit non est necesse. Et sic patet primū. R ¶ Secūdo describitur mercennarius pastor: vt ipsaz fugiam⁹. Ubi nota q̄ ad mercēnarium tria pertinere videntur. Primū est quando non intrat per ostium: sed prece vel precio potentia vel parentela. Mathei.xxij. Amice quomodo huc itrasti nō habens vestem nuptialem.i. debitam cōuenientiam. Secundū est quādo pro mercede tēporali z non pro deo custodit oues tunc enim non curat nisi mūgere z tondere oues. Ezechielis.xxxiij. Lac comedebatis z lanis operiebamini. Et tantum mungunt q̄ eliciunt sanguinē. Lu.xx. Attendite a scribis qui deuorant domos viduarū simulātes longam orationem. Augustin⁹ Sunt in ecclesia quidam prepositi de quibus apostol⁹ paul⁹ dicit sua querētes nō que iesu christi. quid est sua querētes. nō christum gratis diligentes: non deum p̄ter deum querentes: temporalia commoda sectantes: honores ab hominibus appetentes: hec quando amantur a preposito z propter hoc seruit deo. quisquis talis est mercēnari⁹ est. Nota q̄ quādo christ⁹ cōmisit oues petro non dixit. tonde oues meas: sed pasce. Tercium est quando non curat de ouib⁹. Et ideo nō antecedit eas ostendendo viā. nec pascit eas verbo vel exemplo: nec defendit eas a lupis: nec curat clamare. Jo.x. Mercēnarius autez vidit lupū. ve. z fugit. et non est ei cu. de ouib. quia mercen. est. S Notandum hic q̄ cuicūq; prelato tria debemus scilicet ratiōe dignitatis reuerentiam: ratione persone sustinentiam. z ex parte doctrine obedientiā Primo debemus ei reuerentiam ratione dignitatis. Prelatus em̄ loco dei est. Exo.vij. Constitui te deum pharaonis. Hoc dictum est moysi qui erat pastor ouium. De hoc habemus exemplū in caypha de quo. Jo.xi. q̄ cum esset pontifex anni illius p̄phetauit. Et quo patet q̄ donum prophetie ratione dignitatis fuit ei collatū et nō ratione meriti vel persone. Si ergo spiritussanctus honorauit dignitatem etiaz in malo conferendo donum prophetie eidez et nos debemus etiam honorare. De hoc etiā habem⁹ exemplū in paulo. Act.xxiij. ca. qui cum iussu summi sacerdotis esset percussus dixit ei percutiet te de⁹ paries dealbate. tu enim sedens iudicas me secundū legē et contra iubes me percuti. Et dum fuerit sibi dictum summum sacerdotem maledicis. statim tunc petijt indulgētiam. d. Nesciebam fratres / quia princeps est sacerdotum. De alexandro etiam dicit in hystorijs scolasticis q̄ venies hierusalem et videns et summū pontificē descendit de equo et adorauit eum z venerat⁹ est / qui tamen multos reges et principes suppeditauerat. Et dū alexander fuisset interrogatus quare hoc fecisset. Respōdit q̄ super caput summi pontificis vidit imaginem dei qui apparuit ei in grecia. Et ideo ait deum adorauī. et hominem veneratus sum. Secundo debemus ei sufferentiā ratione p̄sone vt donec ecclesia sustinet eū debet a populo sustineri nisi esset hereticus vel publicus peccator: et tunc suo superiori denunciandus esset. De hoc quidē habem⁹ exemplū de dauid de quo i.Re.xxvi. Dicitur q̄ noluit occidere saulē cū pluries potuisset sed ait. Nisi dñs percusserit eum aut dies eius venerit vt moriatur / aut in prelium descēdens perierit non mittam manū meā in christū domini. Quis enim mittet manū suā in christū domini et innocens erit. Tercio debemus ei obedientiam ex parte doctrine vt doctrine quā predicat obediamus Mat.xxiij. Super cathedrā magi sedebāt scribe et pha. omnia quecūq; dixerint vobis facite. Et sic patet scōm. ¶ Tercio ostendit opus lupi seuientis vt ipsum caueamus. Iste lupus seuiens z rugiens est diabolus. i. Pe.iij. Aduersarius vester diabolus tā. leo rugiens. circuit. quē deuo. tc. Ubi nota q̄ illius lupi seuientis scz diaboli / quia sunt opera. ¶ Primo enim separat animā a deo propria est operatio diaboli est separare et diuidere. Ipse enim in celo angelos diuisit a deo. in paradiso vero terrestri hominem. Unde primos parētes nostros de paradiso expelli fecit ad vallē huius miserie. Imitātur autē eū qui sunt ex parte illius Sapien.ij. Propterea vero dī abolus a deo separat animam / quia ēdium est deo coniuncta nichil potest ei nocere sed post separationem sicut Jo.iij. dicitur Manete in me. si quis in me non manserit mittetur foras et tollit. et in ignem mittent scilicet demones. Exemplū de pullis galline qui nō possunt ledi a cocuo donec ibi sit sub alis. Propterea christus ait. Matheī xxiij. Quotiens voluit congregare filios tuos quemadmodum gallī. congre. pullos

suos sub alis et noluisti. Ad hierusalē lo-
quitur. ¶ Secūdo posti3 separauit secat
eā vt non delectetur nisi in tenebris igno
rantie habitare. Jo.iij. Omnis enim qui
male agit odit lucem. De corpo dicitur q̄
homini suspenso primū eruit oculos. Sic
facit d̄ diabolus. Corrumpit etiam et totuz
appetitum vt dulce videatur ei amaruz z
econuerso. Jsaie.v. Ue qui dicitis malum
bonum: z bonum malum: po. lucem tene-
bras: z te. lu. ponentes: dulce in amarū et
amarū in dul. Aug⁹. Palato non sano pe
na est panis qui sano est suauis. Letatur
enim anima separata a deo in malis et in
bonis antiatur. Prouer.ij. Letantur cum
malefecerint z exul. in re. pessi. ¶ Tercio
posti3 cecauit vincit eum cathenis. z facit
circuire de vicio in vicium. ps.xi. In circui
tu impij ambu. Jo.xxi. Alius te cinget et
duc. quo. r. non vis. In cuius persona di-
cit apostolus. Ro.vij. Non enim quod vo
lo bonum hoc ago: sed q̄ nolo maluz hoc
facio. Exemplū de sansone quem philistei
separauerunt a suis. z eruerunt sibi ocu-
los z vinxerunt z fecerūt molere vt iumē-
tum: vt patet Judi.xvj. Et fortiorem ca-
thenā ponit dyabolus in gutture. vt non
confiteatur homo: quia tota vis lupi con-
sistit in ore. ¶ Quarto posti3 cathenauit
tormētat eā z quiescere nō pmittit. Jsaie
lvij. Cor impij quasi mare feruens. quod
quiescere non potest. Augustinus. Jussisti
domine et sic est vt pena sibi sit omnis in-
ordinatus animꝰ. Unde. i. Re. xvi. de sau-
le dicitur q̄ spiritus malus agitabat eum
et tormentabat. Exemplum. Sic facit dya
bolus sicut satelles capiens hominem vt
redimat se: quia separat eum ab homini-
bus fasciat ei oculos ponit in cathenis et
tormētat eū et aufert ei bona sua. ¶ Qui
to et vltimo ducit eam de hoc tormento
ad sempiternum. Luce xij. Stulte hac no-
pe. ani. t. a. te. tc. Job. xxij. Ab aquis ni
uium trans. ad cal. niuium. Sic transiuit
pharao et exercitus eius de suffocatione
ad infernuz. Exodi. xv. Et sennacherib ex
ercitus de flumine ad ignem eternum: vt
patet Jsaie. xxxvij. Et sic patet tercium.
¶ Quarto ponuntur opera omnium christi
vt ipsa facimus: quia cognoscit me mea.

U Ubi nota q̄ oues habent decē
conditiones que conueniunt fidelibꝰ chri
sti in quibus eorum operatiōe lucescunt. Pri
ma est malorum z fidei simplicitas. Quis
enim simplex animal est. Sic fideles sim-
plices sunt in malis et prudētes in bonis
Mat.x. Estote prudētes sicut ser. z simpli-
ces sicut colūbe. Similiter credunt ea que
fides dictat que impossibilia videntur. ij.
Corin.v. In captiuitatē redigentes omnē
humanum intellectū in obsequiū cristi sci
licet ad obediendū fidei Ambro. Tolle ar
gumenta vbi fides querit Eccle. iij. Que
precepit deus tibi cogita illa semper et in
pluribus opibus eiꝰ ne fueris curiosꝰ. Figura Exo.xix. Et si bestia tetigerit montē lapidibus obruet. Mōs est altitudo fidei que a bestijs. i. simplicibus et secularibus non debet tangi manibus id est per eaꝫ
tiam operum probari: sed debent credere moysi prophete et ea credere q̄ deus ei locutus est. Item ibidem. xx. alia figura. Si edificaueris inquit dominus michi altare de lapidibus impolitis edificabis illud. Altare lapideū est fidei fundamentum q̄ non debet edificari lapidibꝰ politis id est rationibus et argumentis acquisitis. Secunda est timor z fuga mali. Est enim ouis animal timidum. Sic fideles habent timorem filialem et non seruilem per quem timent valde offendere deū Prouer. xxviij. Beatus homo qui semper est pauidus Ecclesia. i. Timēti deū bene erit in extremis. Talis enim timor facit cauere a malo et bene operarari De primo Prouer. xv. In timore domini omnis declinat a malo. De scō. Eccle. xv. Qui timet deū faciet bona. Et ideo qui sine timore est iustificari non poterit Eccle. i. Item. Eccles. vltimo. Deū time et mandata eius serua. hoc est o hō.
¶ Tercia est par et concordia quia ouis pacificū animal est. Sic fideles christi cum omnibus querunt pacem Ro. xiij. Si fieri potest quod ex vobis est cū oibꝰ ho. pa. ha. Jo. xiij. Pacem re. vo. pa. m. do vo. Quarta est charitas perfecta. Nam ouis vt dicit augꝰ. implet mandatum de duabus nu
ptis quia vnum sez lanam dat hūti. Sic fideles christi omnia communicant. Actuū iij. Erant il. om. cō lu. ⁊ tr. Mimidum bo. m. do. pau. Job. xxxi. Si despexi pretereun
tem pauperem eo q̄ non habuerit indumentum et de velleribus ouium mearum calefactus est. ¶ Quinta est obedientia prōpta. Quis enim pastori obedit. Sic fideles christo et prelatis ecclesie Johan. x. Oues mee vocē meā audiunt z sequūtur me Mat. iij. Uenite post me. At illi continuo relictis retibꝰ secuti sunt eū. Qui vt dicit. Re. xv. Melior est obediēcia q̄m victi. Sexta est sobrietas magna. Est enim ouis animal valde sobrium herba contentū. Sic fideles christi in cibo et potu sunt valde sobrii et contenti modico vestimēto. i. Thi. vi. Habentes alimenta. et quibus te. his cōten. simus. ij. Co. xi. In fame et siti in frigore et nuditate. in ieiunijs. et crumā vi. mal. in fri. z nu
di. Hebre. xi. Circuierunt in melo. in pel. capti. egen. an. af. quibꝰ dig. nō erat mū.
¶ Septima est discretio q̄ in vngule scissione designatur. Quis enim scindit vngulam et ruminat et ideo animal mundum vocatur in sacrificium domini aptum. Sic fideles discreti sunt in agendis Hebre. v. perfectorum est solidus cibus eoꝝ qui p consuetudinem exercitatos habēt sensus ad discretionem boni et mali. Quis vt dicit Bern. Discretio est mater omnium virtutum tolle hanc z nulla virtus erit. In cuius figura mandatum est in lege q̄ omne sacrificium sale conditur Leui. ij. Rumi nant etiam et repetunt verbū christi. Lu. ij. Maria autem conseruabat omnia verba hec conferens in corde suo. Nam verbum dei debent masticari et comedi et nō desinere Ezech. iij. Fili hominis comedē volumen istud et comedi et factum est quasi mel dulce in ore meo. ¶ Quarta est innocentia vestra. Est enim ouis animal totuz innocens: quia nec dente nec calce nec vaginibus nec cornibus nocet. Sic christi fideles nec dentibus per detractionem. nec calcibus per percussionem. nec vnguibus per bonorum aliorum direptionē. nec cornibus potentie per expulsionem nocent. ij Corinth. vij. Neminem lesimus: neminez corrupimus: neminem circūuenimus. Ro. xij. Nulli malum pro malo reddentes sed econtrario vt. i. Pe. iij. dicitur benedicentes: Et si christi fideles per viam innocentie non cōtinuent ambulare statim ad viā penitentie redeunt et satisfaciunt plenarie prout possunt: vt vbi superabundauit delic. superabundet gratia meritorū. Ro. vj. Sicut exhibuistis membra vestra seruire immū. et iniqui ad iniquitatem ita nunc exhibete seruire iust. in sanctificationem. ¶ Nona est patientia firma. Quis enim interficitur et decoriatur et non reclamat. Sic christi fideles habēt in omnibus patientiā. Unde canta mus. Ceduntur gladijs more bidētiū non murmur resonat nō grimonia. sz corde tacito mens bene cōscia pseruat patientiam. Lu. x. Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos Hebre. x. Rapinā bo. ve. cū gau. suscepistis Ja. i. patiēcia opus perfectum habet. ¶ Decima est generalis vtilitas. Quis enim omnia hz vtilia: quia bona est lana/bonum est lac. bonus fetus. bonus morsus ac etiam bonus fimus. et omnia habēt bona preter carnes. Sic xpi fideles bonam habent lanam id est substantiam temporalem quia ipsam iuste acquirunt et possident bene dispensant in vita et bene relinquunt in morte. Bonum etiam habent lac id est doctrinam et scientiam. Bonum etiam habent fetum id est bona opera que sunt filij iustorum. Bonum etiam habeat morsum: quia dētibus suis vicia lacerant et bona comedunt. Bonum etiā hñt simum. z habent enim stercus musci qd̄ valde redolet: quia coram deo et sanctis redolent et fama eorum non fetet. ii. Corinth. ij. Christi bonus odor sumus alijs quidem odor mortis in mortem alijs autē odor vite in vitam. Hēn. xxvij. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni cui benedixit deus. Carnē suā christi fideles ita macerant et domant q̄ ad comedendū penitus nichil valet Augustinus. Carnem vestraz domate ieiunio et abstinentia esse et potꝰ ij. Corin. xiij. semper mortificationem iesu christi in corporibus vestris circunferētes. Unde beata agatha dixit quitimino consulari. Nisi diligenter feceris corpus meum a carnificibus attrectari nō potest anima mea in paradisum cum gloria martirii introire. Et sic pater quartū. ¶ Quinto ponitur oportunitas et cōgruētia ouis cōgregandaꝫ in vno ouili christi. et hoc ē Alias ones habeo que nō sunt ex hoc ouili. Que quidē oportunitas ex parte nostra est necessitas. et parte vero dei est cōgruētia. Ex parte enim nostra talis congregatio est omnibus nobis necessaria ad salutem: q̄ eramus ceci. per diuersa petā dispersi. sub ptāte dyaboli redacti. penis eternis obligati. et a gaudijs paradisi exclusi sed per reductionē ad ouile christi fidei lumen accipimus. a peccatis absoluimur et ad vnitatē ſtutū reducimur. a ptāte dyaboli liberamur. ptās inferni euademus et ad paradisum reducimur. Hec omnis fiet in ouili ecclesie dei. Mathei. xvi. Tu es christus filius dei viui. Ecce lumen fidei. Tibi dabo claues regni celorum. Ecce reductio ad paradisum. Et porte inferi non preualebunt aduersus eam. Ecce liberatio a potestate dyaboli et a penis inferni. Et quodcunq̄ solueris super terrā erit solutum et in celis. Ecce absolutio a peccatis. et ideo si volumus salui fieri necesse est vt ad ouile christi per baptismum dei gratiam reducamur Mathei. vltimo.

Qui crediderit et baptisat fuerit saluus erit. qui vero non crediderit condēnabit. Ex parte vero dei fuit decens et congruū propter sex. X Primo ad charitatem dei eximiam demonstrandam. i. Jo. iij. Uidete qualem charitatem dedit nobis de vt filij dei nominemur et simus. per talē enim reductionem filij dei sumus. ¶ Secundo ad dei potētiam ostendendam que maxime in tali reductione ostensa fuit. vt dicit augustī. quia per quosdam simplices et viles totum mundum diuersa colentem idola ad vnam fidem reuocauit. i. Corin. i. Uidete reuocationem vestram fratres: qz non multi potentes non multi sapientes. sed que stulta sunt mundi elegit deus. In quo dei omnipotentia demonstratur. Qz vt dicit aug⁹. maius est facere de ipto pīū q̄ creare celum et terram. ¶ Tercio ad dei iusticiam commendandam quia iustū fuit q̄ iudei qui noluerunt christum recipere dispergerentur et cecarentur et gentes que ipsum non viderunt et tamen in eum crediderunt vnirentur et illuminarētur Jo. ix. In iudicium ergo in hunc mundum veni vt qui non vident videant. et q̄ vident ceci fiant. ¶ Quarto ad dei sapiētiam cuius est ordinare insinuandam que ecclesiam christi de gentibus congregatā ita bene ordinauit et dilinxit. Ephe. iiij. Et ipse dedit quosdam quidem apostolos quosdam prophetas. quosdam autez euāgelistas alios vero pastores et doctores ad consummationem sanctorum in opus ministerij in edificationem corporis christi. ¶ Quinto ad maiestatem dei laudandam. Nunq̄ enim fuit deus ita cognitus et laudatus z veraciter adoratus sicut in ecclesia gentiū. Isa. xlij. Laus eius ab extremis terre. Ephe. iij. Quod aliis generationibus non est agnitum filijs hominū sicut nunc reuelatum est sanctis apostolis eius et prophetis. ¶ Sexto ad dei gratiam et gloriā diffundendā. Bonū enim vt dicit dionysius est suipsius diffusiuū. Et qz deus summe bonus est. decens fuit vt summe se communicaret quod et fecit carnē assumendo et gratiam suam in gentibus diffundendo et ecclesiam suam de gentibus congregando. Primo enim de gentium in iudea notus erat. sed mō sunt omnes pleni fide z gratia dei Jo. i. De plenitudine eius nos omnes accepimus gratiam pro gratia Isa. vi. Plena est omnis terra gloria eius. pſ. lxvij. Misericordia domini plena est terra. Si autē conuersionem et congregationem gentium considēremus prout est predestinata a deo et prophetata a prophetis et sanctis sic dicim⁹ q̄ ne cessarium fuit omnino q̄ istas oues. scz gentiles ad dei ecclesiam congregaret Math. v. Jota vnum et vnus apex non preteribit a lege donec omnia fiant. Celum z terra transibunt verba autem mea nō trāsibunt Luce vndecimo. Et sic patet totum de euangelio.

¶ De epistola. Sermo.li.

Christus passus est pro nobis relinquens exēplum. i. Pe. ij. Sicut dicitur. Job. vij. Militia est vita hominis super terram huius autem militie bellum non est carnale sz spirituale. Et ideo dicit apostolus. ij. Corin. x. Arma militie nostre nō sunt carnalia. sed spiritualia. Ephe. vi. Induite vos armatura dei vt possitis stare aduer. insi. dyaboli. quoniam non est nobis colluctatio aduer. car. et sang. sz aduer. pri. et ptā. tenebras contra spiritua. nequi. in celes. Et ideo beatus petrus qui fuit nobis datus a deo vexillifer et capitaneus in isto bello tāq̄ bonus capitaneus reducit nobis ad memoriam patris nostri iesu christi passionem vt ad prelium accendamur et fortiter dimicemus. habet enim passio christi virtutem acuitiuam quod figuratuz est. i. Math. vi. vbi dicitur q̄ obtulerunt elephantibus sanguinē vue id est xpi est morti id est aliox sanctox ad accendos eos in prelium. Ad litteram sic faciit capitanei in exercitu qz mortem violentā predecessox suox reducunt militibus ad memoriam vt fortiter accendantur ad bellum. Et quia isto tempore magis bellum instat quia magis tentamur propter abūdātiā sanguinis et amenitatem temporis ideo ecclesia tam in euangelio q̄ in epistola passionem christi nobis ad memoriam reducit vt fortiter dimicem⁹. In qua epistola beatus petrus tria principaliter facit. Primo enim reducit nobis ad memoriam christum passum ad imitandum. In principio epistole. Scdo ostendit ipsi⁹ xpi patientis perfectionem ad venerandum ibi. Qui pctm non fecit nec inuentus est dolus in ore eius. Tercio ostendit ipsius christi passionis multiplicez fructū ad possidendū ibi. Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo sup. lig. ¶ Primo ergo beatus petrus reducit nobis ad memoriam christum passum ad imitandū dicēs

Christus passus est glo. omne genꝰ passionis. Et ideo non determinat quid sit passus vt innuat omne genus passionis assū psisse. Determinat autem pro quibus sit passus: quia pro nobis tā apostolis q̄ omnibus alijs Ro. viii. Pro no. om. tra. i. Uobis scz gentibus que ipsum nō vidistis reliquens exemplum patiendi flagella et aduersa omnia ac etiam mortem sicut et ipse passus est. pō Omnes fluctus tuos induristi super me. Et hoc ē quod sequitur Ut sequa. vel. eius a lōge quia de propinquo sequi nō possetis. Et nota q̄ dicit vobis relinquens exemplum et non nobis: Apostoli enim fuerunt ab ipso christo informati vt pote quia in presentia omnia viderunt et perceperunt. et spiritussanctꝰ postea ola plene ipsis suggessit Jo. xiiij. Ille vos docebit omnia z suggeret vobis omnia. Et ideo passio christi erat imaginata in cordibus eorum. Gal. vi. Ego enim stigmata domini mei iesu christi in corpore meo porto. Et propterea in olibus christum sequebantur prout poterāt. et sic volebat petrus illos sequi iob. xxiiij. Uestigia eius secutus est pes meus. nec declinauit ex eis. ¶ Circa hoc membrum ad edificationē nostrā duo videam⁹ scz quare pro nobis christus passus est et in quibus vestigijs ipsum imitari debemus.

¶ Circa primum notandū q̄ propter nouem xp̄s passus est pro nobis. ¶ Primo passus est pro nobis abluendis: quia magnis sordib⁹ peccatorum inuoluti eramus Apo. i. Lauit nos a peccatis nostris. Exemplum sicut carduus propter sni consumptionem purgat pannos. ita christus per suam mortem et sanguinis effusionez purgauit et abstersit rubiginem peccatorum nostrorū. Malach. iii. Ipse enim quasi herba fullonum et purgabit filios leui. Erat enim macula peccati ita indurata in anima hominis ertia fortiter adherebat q̄ per nichil aliud nisi per sanguinē christi poterat leuari. ¶ Secundo passus est pro nobis redimēdis quia omnes sub potestate dyaboli tenebamur pro debito primorum parentū ad inferos descendentes Exemplū sicut paulinus episcopus nolanus dedit seipsum in seruū pro redimendo filio vidue a barbaris in affrica detento dicit vt dicit gre. in dya. sic et christus tradidit vsq̄ ad mortem vt nos liberaret Isa. liij. Uulneratus est propter iniquitates nostras. est propter scelera nostra. Et sic xp̄s nos lauit et redemit. In cuius figura de latere eiꝰ p̄cēdētis i cruce exiuit sāguis z aq̄ vt dr̄ Jo. xix. aq̄. scz ablutionis et sanguis redēptionis. Et ideo caros nos habet quia care nos redemit. i. pe. i. Non auro vel argen. redem. estis: sed p̄cio. sanguine incōta. Caram ergo z nos valde hāc redemptionem habere debemus. ¶ Tercio passus est pro nobis viuificādis: quia omnes in peccatis mortui eramus. Ephe. Mortem nostrā scz culpe morīēdo destruxit. Ro. vi. Uetus homo noster simul crucifixus est vt destruatur corpus peccati et vltra non seruiamus peccato. Exemplum sicut pellicanus effundēdo sanguinem suū super pullos suos mortuos z resuscitat et viuificat. pſ. ci. Similis factꝰ sum pelli. rc. ¶ Quarto passus est pro nobis sanandis quia omnes mortali infirmitate prostrati iacebamus. pe. Misit verbum suū z sanauit eos scz ad patiēdum. Augꝰ. Magnus itaq̄ medicus venit scz ad medicinā amaram confitiendam z pregustandam. quia magnus vbiq̄ iacebat egrotus. Nam de latere christi pendentis in cruce: vt dicit augꝰ. fluxerunt omnia sacramenta q̄ sunt anime languentis efficacissime medicine. Exemplū sicut medicus cōficit medicinas et pillulas z ipe aliquā sumit: vt assecuret egrotum. sic z christus penitentiam tanq̄ anime medicinā confecit in cruce z ipsam gustauit vt nos secure eam sumeremus. mat. xvi. Si quis vult venire post me scilicet: vt in anima sanetur. abneget semetip suz id est abstineat vite carnali sicut ego et tollat crucē suam. i. penitentiā: z sequatur me. ¶ Quinto passus est p nobis inflammandis: quia in dei amore nimis frigidi manebamus. Ro. v. Commendat autem suā charitatē deus in nobis quoniaz cū inimici essem⁹ reconciliati sum⁹ deo per mor. fi. eius. Exemplū sicut abrasā nō parcēdo vnigenito filio suo/ sed ipsum ad immolādū ducēdo apparuit eius magna charitas ita cuz deus pater traderet filiū suū ad mortē maximā eius charitas circa nos est ostensa. In quo facto ad suum amorez nos fortiter z super omnia inflammauit. Bern. Super omnia te amabilē michi reddit bone iesu calix quē bibisti opus redēptionis nostre. ¶ Sexto passus est pro nobis replendis et ditandis: quia omnibus veris bonis vacui eramus. Jo. xij. Si ego exaltatus fuero a ter. om. tra. ad meip. id est hominem in quo omnia communicant. et qui est quodammodo omnia trahaz ad participationem omnium bonorum. Exēs.

plum sicut vir moriens vxorem quam ma
rime diligit dimittit dominam domus et
omnium bonorum suorum. ita christus mo
riens ecclesie sponse sue reliquit thesau
rum meritū passionis sue quod infinitus est
thesaurus quē ecclesia quotidie applicat
filijs suis per ecclesie sacramenta. Insup
fecit eam dominam totius mundi. Simile
exemplum habetur de alexandro qui mo
riens diuisit regnum. xij. pueris suis qui
secum fuerant nutriti vt pz. i. mach. i. Sic
christus moriens. xij. apostolis et nobis i
illis qui sumus filij eorum totum regnum
suum diuisit ita q̄ cuilibet totū. Luc. xxij
Ego disposui vobis sicut dispsuit michi pater
meus regnum. ¶ Septimo passus est pro
nobis ad bellū animādis: qz in bello spi
rit⁹ nimis rethebaniur nimisq̄ vecordes
eramus. i. petri. iiij. Christo igitur passo
et vos eadem cogitatiōe armamini: quia
vt dicitur Luce. vi. Non est discipulus su
per magistrum neq̄ seruus maior domi
no suo. Job. xiij. Et Beñ dicit q̄ effemi
nat⁹ est miles qui eunte dño suo ad bellū
vult lasciuire in lecto. Exemplū sicut rex i
bello ponens se in principio aciei cereros
animat ad bellum sic et christus primus
crucē ascēdit vt oēs ad crucē penitētie alia
ret in qua maximū bellū istat. ¶ Octauo
passus est p nobis ad celū ciuitatē nostrā
reducēdis et intromittēdis a qua omnes
exulabamus Isa. xxij. Dabo clauē. i. cru
cē domus dauid sup hāerū ei⁹. Que cruz
dr̄ clauis. qz celū aperuit. quā dū rps sup
humer⁹ portauit et sup eam ascendit celū
nobis restrauit. Exemplū sicut rex vincēs
regem sibi inimicū qui terrā et fideles si
bi abstulerat vincit eū cathenis in carce
re. et bona eius diripit et oēs captiuos qs
tenebat liberat. et erules ad ciuitatem re
ducit. Sic christus fecit dyabolo quem in
cruce debellauit et in inferni cathenis vi
ctū misit. et holes quos captiuos tenebat
liberauit et ad celū reduxit. Et hoc est qd
ipse per quandā similitudinē di. lu. xj. Cū
fort. ar. cus. atri. s. in pa. sūt omnia que pos.
Si aūt fort. eo superue. vicerit eū vniuer.
ar. ei⁹ auf. in qu. pfide. et spo. eius distri
buet. ¶ Nono passus est p nobis resusci
tandis et glorificādis: qz oēs morte et mi
seria tenebamur. Mors em rpi ad gloriā
resurrectionis est terminata. Et ideo mor
tu⁹ est vt gloriosus resurgeret. Sed sicut
dicit apls. i. thes. iiij. Si enim cre. q̄ iesus
mor. est et resur. ita et de⁹ eos q̄ dor. per ie.
ad. cū eo. Quia rpi resurrectio ē causa no
stre resurrectionis. Et sicut christus resur
rexit ita et nos resurgem⁹: vt inquit apls.
j. co. xv. Exēplū sicut granū frumēti non
resurgit pulchrū cuz folijs suis nisi pri⁹ in
terra moriatur: sic neq̄ nos resurgem⁹ nisi pri⁹ moriamur in terra Jo. xij. Nisi gra
nū. ca. i. ter. mor. fr. ip. so. m. ¶ Secūdo vi
deam⁹ in quib⁹ vestigijs debem⁹ eū seq̄.

3 Ubi nota q̄ in nouez vestigijs de
bemus eū sequi. ¶ Primo in vestigio cha
ritatis vt sicut ipse p nobis animā suā po
suit: ita et nos debemus ad eius honorem
pro salute proximor⁹ animas nostras po
nere vt dicitur. i. Joh. iij. ¶ Secundo in
vestigio penalitatis: vt sicut rps multas
penas et aduersa sustinuit. ita et nos debe
mus aduersa tolerare. Quia vt dicitur ad
Hebreo. xij. Quē diligit dñs castigat. fla
autez omnem. si. quē recipit. co. xi. In plagis su
pra modū in mortibus frequēter a iudeis
quinquies quadragenas vna minꝰ accep
ter virgis cesus sum. semel lapidat⁹ sum.
¶ Tercio in vestigio largitatis: quia om
nis bona sua cōmunicauit. Ad vnū verbū
latroni suuz regnū donauit. In cuius lar
gitatis signū mortuus est manib⁹ pfora
tis Ro. viij. quomō etiā non cū illi. omnia.
donauit. Ita et nos debem⁹ pro ei⁹ amo
re pauperibus membris suis nostra bona
largiri Mat. xviij. Qđ vni ex minimis me
is fecistis michi fecistis. ¶ Quarto i vesti
gio pauptatis: qz cū eēt diues p nob⁹ ege
n⁹ fact⁹ est. ps. Simul i vnū di. et pau. Ita
et nos pter eū paupes spū fieri debem⁹
mat. xix. Ecce nos reliquim⁹ et se. su. te Jn eo
dē. v. Bti pau. spū: qm ip. ē reg. ce. ¶ Qui
to i vestigio hūilitatis: qz vt nos exaltaret
sūme se humiliauit Phi. ii. Semetipm exi
nā. formā ser. accipiens. Ita et nos hūiliari debe
m⁹ vt cū ipso in gl̄ia exaltemur. Job. xxii.
Qui hūiliat⁹ fuerit i gl̄ia erit. ¶ Sexto i
vestigio obedientie: qz p salute nostra pri
vsq̄ ad mortē obediuit. et volūtatē patris
et nō suā petiit adimpleri. Phil. ii. Factꝰ
obediēs vsq̄ ad mortē: Math. xxvi. Nō sī
cut ego volo sz sicut tu: Ita et nos debem⁹
mādatis ei⁹ obedire et volūtatē suā et nō
nostram facere Actuum. v. Obedire ma
gis oportet deo q̄ hominibus. Matthei.
xix. Si vis ad vitam ingredi serua mādā
ta. ¶ Septimo in vestigio patiētie: quia
despiatus/conputus/colaphizatus/ver
beratus/et ligatus ad columnam: false ac
cusatus/et morti condemnatus/et vltimo
cruci affixus/et lancearus non aperuit os
suum ita vt imitaretur prieses dicens:

Non respondes quicq̄/ vides in quantis
te accusant. Unde propter minimā patien
tiam spreuit eum herodes indutum veste
alba Luce. xxiii. Isa. liii. Sicut ouis ad oc
cisionem ducet et quasi ag. co. ton. se. ob
mu. et non aperiet os. Sic et nos debem⁹
patientes esse ad omnia et ad omnes. i.
Cor. iiij. Maledicimur et benedicim⁹ per
secutionez patimur et sustinemus blasphe
mamur et obsecramus Luce. vi. Beati eri
tis cum vos oderint et exprobrauerint et
ejecerint nomē vestrū tanq̄ ho. ¶ Octauo
in vestigio perseuerantie: quia crucis vsq̄
ad mortem in bono perseuerauit Jo. xvii.
Opus consummaui quod dedisti michi vt
faciam. Sic et nos opus virtutis cōsumma
re debemus et in eo vsq̄ ad finem durare.
Quia vt dicitur Mathei. x. Qui autē per
seuerauerit vsq̄ in finem hic saluus erit.
¶ Nono in vestigio victorie et corone/ qz
christus vicit diabolum et mūdum cū om
nibus pompis suis. propter quod fuit in
gloria coronatus Jo. xvi. Confidite quia
ego vici mundum. Sic et nos debem⁹ dia
bolum et mundum vincere vt in gloria co
ronemur. Quia vt dicit apls⁹. ii. Thi. ij.
Nemo coronabitur nisi qui legitime certa
verit. Apo. ij. Uincenti dabo edere de ligno vite. Et sic
patet primum. ¶ Secūdo beatus petrus
ostendit christi patientis pfectionē ad ve
nerandum que perfectio demonstratur ex
tribus. ¶ Primo ex innocētia quia pecca
tum non fecit. Secundo ex patientia/ quia
cum malediceretur nō maledicebat. Tercio ex voluntate quia tradebat se. Sic er
go christi patientis perfectio patet/ qz in
nocens fuit et patienter sustinuit et volū
tarie passus est. Innocentia autē eius osten
ditur hic ex duobus sz ex puritate a pec
cato interiori siue occulto vel exteriori si
ue manifesto/ vel ex peccato in opere et ex
peccato in locutione. Et hoc est. Qui pecca
tum non fecit sz in occulto/ vel in opere/
nec inuentus est dolus id est falsitas vel si
mulatio in ore eius id est manifesto/ vel in
locutione. Et tamē christus multū fuit ob
seruatus a scribis et phariseis Mar. xj. Et
observabant eū. Qui cū malediceret id est
cum mala sibi optarent et falsa imponerē
tur/ iuxta illō Mat. xxvii. Vach-q̄ destrues
templū. Et Joh. viij. Nūc cognouim⁹ qz de
moniū habes. Ipse tamē in oibus non est
cōmotus nec alicui maledixit sz ecōtra be
nedixit Ro. xij. Nulli malū p malo. red. i. Co
rin. iiij. Maledicimur et bñdicimus perse
cutionē patimur et sustinem⁹. blasphema
mur et obsecramus. Cum pateret tā gra
viter et dure et generaliter per totum cor
pus Tren. i. O vos omnes qui transi. per
viam atten. et videte si est dolor sim. sicut
dolor meus Isa. i. A planta pedis vsq̄ ad
verticē capitis nō est in eo sa. Et tū sic do
lorose patiens non cōminabat alicui Isa.
liij. Sicut ouis ad occisionē ducitur. Non
ergo cōminabat alicui sed econtra trade
bat sz deo patri iudicantes se iniuste et
ipsos deo patri recōmendabat sz orando
pro ipsis Luce. xxiij. Pater ignosce illis.
tc. Isaie. liij. Et pro transgressoribus ro
gauit. ¶ Uel scōm alia litteram. Tradebat
se sz voluntarie et non coactus Johan. x.
Ego pono animā meā et iterū sumā eam:
nemo tollit eā a me sed ego ponam eam a
meipso. Tradebat ergo se iudicanti iniu
ste sz populo iudaico qui iniuste eū iudi
cauit di. Jo. xix. Nos legē habemus et se
cundum legem debet mori. Uel iudicanti
se iniuste sz pilato qui sedens pro tribuna
li iniuste iudicauit eum vt crucifigeretur
vt patet Jo. xix. Et sic pz scōm A
Tercio beatus petr⁹ ostēdit ipsius christi
passionis multiplicē fructū ad possidendū
Et exprimitur hic quadruplex fructus pas
sionis dominice. Primus est pro peccatis
satisfactio. Et hoc est. Qui peccata nostra
id est penā nobis pro peccatis nostris de
bitam ipse pertulit in corpore suo super li
gnum scilicet crucis Isaie. liij. Dominus
posuit in eo iniquitatem omnium nostrō.
Sapien. xviii. Benedictum lignū per quod
fit iusticia. Secūdus fructus est a malo cō
seruatio et in bono profectio vel profect⁹
Et hoc est. Ut peccatis mortui vt scilicet
deinceps non peccemus Romano. vi. Exi
stimate vos mortuos quidem esse peccato
viuentes autem deo in christo iesu domi
no nostro. Justicie viuamus. Ecce profe
ctio in bono vt opera iusticie faciam⁹ que
sunt opera vite. Tercius fructus est men
tis sanatio. Et hoc est. Cuius liuore id est
cuius carne liuida effecta propter alapas
et verbera sanati estis scilicet in mente a
morbo pestifero peccatorum. Quart⁹ fru
ctus est ab erroze reuocatio et ad christum
conuersio. Et hoc est. Eratis enim scili
cet prius sicut oues errantes sup. per di
uersa vicia Isaie. liij: Omnes nos quasi
oues erauimus. Sed conuersi estis nunc
sz in passione christi ad pastorem scilicet
christū qui verbo et exemplo et carne suo
vos pauit et pascit Jo. x. Ego sum pastor
bonus. Et episcopum id est directorem

et visitatorem animarū vestrarū et bonorum spiritualium collatorē hebreorū. ix. Christus assistens pontifex futurorum bonorum. Et sic patet tercium.

¶ Dominica secūda post octauas de euāgelio Sermo.liij.

MOdicum et iam non videbitis me et iterū modicum et videbitis me Jo.xvi. Quēadmodum patriarcha iacob moriens duodecim filios suos congregauit et bona et mala eius futura predixit ac etiā testamentū fecit dicens q̄ ioseph extra fratres suos prediū quoddā haberet et tandē singulis benedixit Gen. xlviij. et xlix. c. sic et christus pauperum spū patriarcha prope mortē cōstitutus duodecim apostolis suis bona et mala eis ventura predixit ac testamentū dilectionis et pacis condidit nulla oblitione delendū Jo.xv. hoc mandatum do vobis vt diligatis inuicē. Jn eodem.xiij. Pacem relinquo vobis pacem meam do vobis. Et ad vltimū eleuatis manibus benedixit eis dum in celum ascendit vt patet Luce vlti. Jn presenti igit euangelio mala et bona eis ventura predicit vt in malis nō deficiant et in bonis non eleuent Eccle.xi. Jn die bonorum ne immemor sis malorum et econuerso. Jn quo quidem euāgelio quinq̄ p ordinem continentur. Primū est futurorū prenunciatio in principio euāgelij. Secūdum est circa ea que dicebātur apostolorū intelligentie obumbratio ibi. Dixerunt ergo ex discipulis eius adinuicem. Quid est hoc quod dicit nobis modicū ꝛc. Terciū est dictorū a christo decens explanatio ibi. Amen amen dico vobis q̄ plorabitis et flebitis vos. Quartum est dictorum eorundem per exemplum demonstratio ibi. Mulier cum parit tristiciam habet. Quintum est veri et firmi gaudij repromissio ibi. Iterum autē videbo vos ꝛ gaudebit vestrum. ¶ Primo ergo ponit futurorū prenunciatio. Et hoc est. Modicum ꝛ iam non videbitis me scz in triduo mortis sue tunc enim non viderunt eum. Et iterū modicum et videbitis me scz post resurrectionē vsq̄ ad ascēsionem quod tēpus licet fuerit. xl. dierum tamē q̄n in illis. xl. diebus modicū et raro eis apparuit ideo dicit q̄ modicū eū videbūt. Sicut ergo in triduo passionis non viderunt eū nec oculis corporis q̄ relicto eo omnes fugerunt sic nec oculis mentis quia de eo q̄ ipse esset saluator mundi desperauerunt Luce.xxiiij. Nos sperabamus q̄ redempturus esset israel quasi iam non sperarent. Post resurrectionem vero eius et eum oculis corporis viderūt q̄ a nisi sunt discipuli viso dño et oculis mētis Jo.xx. Q̄ vidisti me thō. credidisti. Tunc enim aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas Lu.xxiiij. ¶ Notandū autem hic q̄ dñs ser de causis presentiā suā subtrahit seruis suis. Primo vt in humilitate cōseruentur. Hanc causam videt apostolus innuere. ij. Cor.xij. Et ne magnitudo reuelationum extol.m.pa. est michi stimulus carnis mee. qui me colla. Jn quo stimulo dñs presentiā suā subtrahere videbatur. Secundo vt incauta securitas caueat que mater negligentie est et propinqua pericolo frego. Dum mens secura reddit in torporem relaxat Jdē. Multis sepe graue periculum incauta securitas fuit. Etiam corporaliter incauta securitas multa mala parit. Tercio vt ardentius querat Can. iij. Jn lectulo meo quesiui quē di. ani. mea. que siui illū et nō inueni sur. et circuibo ciuitatem per vias. que. quē dilexit ani. mea. Quarto vt inē tus fortius teneat Can. iij. Tenui eum et dimittā. Ubi dicit Ber. Jdeo subtrahit se vt audiat reuocet et fortius teneat/pretereuntes teneri vult abiens reuocari. Quinto vt patet ex eius absentia quod eius presentia conferat. Non em̄ cognoscitur sanitas nisi adueniente infirmitate/nec pax nisi bello querre. Q̄t vt dicit phūs. Contraria iuxta se posita magis elucescūt. Sexto vt ex hac tristicia perpendat q̄ male sit homini cum a deo separatur omnino quod fit in morte quia tunc homo omnia perdit ꝛ animam et corpus et bona fortune ꝛ bona nature et bona gratie et glorie/et omnia mortē mortis. et omnia mala incurrit Hiere. ij. Scito et vide q̄ malū et amarū est derelinquisse te dominum deum tuum Et sic patet primum. ¶ Secundo ponitur circa ea que dicebantur apostolorum intelligentie obūbratio/quia que dicebantur non intelligebant dicentes. Nescimus quid loquitur. Et revera mirabilia erant ꝛ supra omnem intellectum que in illo triduo erant facta que rps innuebat fienda. et ideo ea intelligere nō valebāt q̄ fuerūt nouē. ¶ Primo q̄ resurrectio corporū et vita animarū christus per quē etiā et mortui resurgunt ꝛ per quē oia viuunt mortal. hoc est valde mirabile Jo.xi. Ego sum resurrectio et vita/qui credit in me etiā si mortuus fuerit viuet. Secūdo q̄ virtus indeficiens et omnia substentans christi affligat sustentandus in ligno. hoc est mirū hebreoꝝ. i.

portans omnia verbo virtutis sue. Tercio q̄ oculi illius qui omnia illuminat in celo et in terra fascientur ꝛ velentur. hoc est mirādum. Jo.i. Erat lux vera que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Quarto q̄ ille q̄ nulli vnq̄ nocuit sed omnibus benefacēdo pertransiit ad clamorem populi sententiatur cum sceleratis tāq̄ iniquus ad mortem. hoc est obstupendū Actu.x. Qui pertransiit benefaciendo et sanando omnes oppressos a diabolo. Quinto q̄ fons et abundantia oim bonorum in celo et in terra cuius bona omnia participant sitibundus nullus et famelicus moriatur in cruce. hec cōprehēdi nō possunt. Jaco.i. Qui dat omnibus affluenter et non improperat. ps.cij. Qui replet in bonis desiderium tuū. Sexto q̄ ille qui est ipsa beatitudo angelorum et semper in gloria patris patiat ferocissime et inique. hoc omnem intellectum excedit. Jo.x. Ego et pater vnum sumus. i. vnius substantie et vnius gloriae. Septimo q̄ iste qui est vbiq̄ in celo et in terra tandē mortuus in sepulchro claudatur. hoc impossibile videtur Aug⁹. Deus est vbiq̄. Octauo q̄ iste qui erat confixus in cruce iret ad infernum vt confringeret portas eius et ibi demonioꝝ principem religaret. hoc videtur mirabile supra modū. ps xviij. Attol. por. pti. ve. ꝛ introibit rex glorie. Nono q̄ mortem que omnes vincit ipse mortuus vinceret ꝛ resurgeret gloriosus. Ineffabile hoc videtur Osee. xiij. Ero mors tua o mors. i. Corinth. v. Absorpta est mors in victoria. Charissimi omnia hec stupenda contingerunt in illo modico quo apostoli christum nō viderūt que omnia sunt incomprehensibilia nisi p fidem. Ro.xi. O altitudo diuiciaruꝝ sapiētie et scientie dei q̄ incomprehēsibiles sunt iudicia eius et inuestigabiles vie eius. Et propterea apostoli qui nondum erant in fide perfecti dixerunt. Nescimus quid loquitur. Et sic patet secundum. ¶ Tercio ponitur dictorum a christo decens explanatio. Et hoc est. Amen amen dico vobis quia plorabitis interius et flebitis exterius ꝛ hoc erit in primo modico quando me capi. verberari, ligari. et crucifigi videritis. et tūc mūdus. i. mundani iudei gaudebunt credentes me vicisse. et in eodem modico vos cōtristabimini credentes me victum et mortuum. Sed tristicia vestra vertetur in gaudium et hoc erit in secundo modico quando me gloriosum et omnipotentem videri a vobis surrexisse. Mathei. xxviij. Data est mihi omnis potestas in celo et in terra. Et ideo melior est tristicia sanctorum gaudio mundi cum in gaudium conuertatur.

O Unde nota tristicia quam habent sancti in mundo melior est letitia mundi propter decem. ¶ Primo q̄ deus tali tristicie benedixit et tali gaudio maledixit. De primo Luce sexto. Beati qui nunc fletis quia ridebitis. De secundo ibidē. Ue vobis diui. qui ha. hic. consolationem vestram Jaco.v. Agite nunc diuites plorate vlulantes. Charissimi quis audeat comedere cibum maledictum a deo id est mundi gaudium querere cui dominus maledixit Jo sue.vj. Maledictus vir qui suscitauerit et edificauerit ciuitatem hierico id est mundum qui vt luna mutatur. Hierico enim luna interpretatur. Exemplum de serpente quem omnes detestantur quia deus ei maledixit. Gen.iij. Maledictus es inter omnia animantia et bestias terre. ¶ Secundo quia sapientes preeligunt tristiciā letitie mundi. Eccle.ij. Risum reputaui errorem. Jn eodem septimo. Cor sapientiū vbi tristicia est et cor stultorum vbi letitia ps. Elegi abiectus esse in domo dei m. ma. q̄ ha. in tabernaculis peccatorum. Hebreo.xi. Moyses negauit se esse filium filie pharaonis magis eligens affligi cum populo dei q̄ terrene iocunditatis habere peccatum. ¶ Tercio quia talis tristicia erudit hominem ad salutem. Jsaie. xxviij. Sola vexatio dabit intellectum hieremie. Per omne flagellū et dolorem eruditeris hierusalem. Letitia autem mundi infatuat. Exemplum de salomone. Et ideo dicitur. Eccle. vij. Melius est ire ad domum luctus q̄ ad domum cōuiuij. in illa enim finis cunctorum admonet hominum et vi. co. quid futurum sit. Cogitat enim q̄ de omnibus diuitijs q̄s cum tanto labore acquisiuit michil nisi modicum cilicium reportabit. Item q̄ corpus quod in tantis delicijs enutrit vermibus tradetur deuorādum. Item q̄ consanguinei et amici quos tantum in vita dilexit se penitus derelinquent. Item q̄ honores quos tantum affectauit sibi omnino deficient. et in obscuris sub terra recondetur ab omnibus conculcandus. Item q̄ solū bona opera que pax dilexit ꝛ de quibus pax curauit ipsum sequentur. Et ideo talis q̄ sit cogitat omnem mundi gloriā ꝛ letitiam vilipendit. ¶ Quarto tristicia sērōrū est melior q̄ letitia nec conuenit loco nec tēpori in quo sumus. De loco di-

cit augustinus. In valle miserie sumus in qua eo magis est flendum quo minus flemus. Idem. Puer a ploratu incipit statim natus ploratat nec ridere potest sue calamitatis prophetā est. De tempore dicitur. Eccle.iij. Tempus ridendi et tempus flēdi. Tempus flendi est tota vita presens: quia vigilia debet precedere festum. Tota autem vita presens quedam vigilia est future solennitatis in qua est ieiunandū et flendum. Mundus autem festum ante vigiliam solennisat. Quidam vero volūt de festo ad festum transire quod esse non potest qz hic et in futuro gaudere nō possunt Hieronimus. Difficile est immo impossibile vt quis presentibus et futuris fruatur bonis. ꝛc. ¶ Quinto quia leticia mundi breuiter finitur et ad supplicium eternum perducit. Job. xx. Gaudium ypocrite id est mundi qui est totus ypocrita ad instar puncti. In eodem. xxi. Ducunt in bonis dies suos et in puncto ad infernū descendunt. Similiter tristicia breuis est et ad gaudium eternum adducit. i. Pe. i. Modicum nunc si cōtristari oportet in variis tēptationibus vt probatio fidei vestre multo pretiosior sit auro quod per ignem probatur Isaie. lxiij. Ad punctum in modico dereliquite et in miserationibus magnis congregabo te. ¶ Sexto quis tristicia iustorum habet annexam dulcedinem in corde. ps. Consolationes tue letificaue runt animam meam. Econuerso vero leticia mundi habet annexam tristiciam animi. Augustinus. Curre per singula tot inuenies anime tormēta quot vicia nec aliquo tempore ista diuiduntur vt vicium sit sine tormento animi vt nunq̄ sit dedecus culpe sine dedecore vindicte. Unde Boetius. ꝙ multis amaritudinib⁹ felicitatis humane dulcedo respersa est. Et ideo christus videns ciuitatem hierusalem gaudere et letari fleuit super ipsam di. Quia si cognouisses et tu sup. fleres. ¶ Septimo tristicia est preferenda quia tristiciam possidentes fortuna non ledit nec de ipsis curat. sed cum leticiam mundi possidentib⁹ fortuna mortaliter ludit. Boe. Hunc continuum ludimus ludum rotam volubili orbe versamus summa infimis infima summis mutare gaudemus. Idem et hos cuz quib⁹ blandissimā familiaritatem habet eludere nititur. Idem. Plena est presens etas exēplis et antiquoꝝ vetustas quanti reges felicitatem calamitate mutauerunt Quare cū fortuna leticiam mundi possidē tes ita decipiat et confundat est penitus relinquenda. Hic cadit exēplū de leone et vulpe quando vulpes dixit leoni se nunq̄ contubernium habere cum eo p eo ꝙ percussit vlsum quia male diuidebat predam prout sibi videbatur et omnes bestias quas cum eo habebat confundebat. ¶ Octauo quia talis tristicia ē via ad penitentiam. ij. Corinthi. vij. Que autem secundum deum est tristicia penitentiam in salutem stabilem operatur. Mitigat etiā iram dei. iij. Re. xxi. Nonne vidisti achab humiliatum coram me. propter quod nō inducam malum in diebus eius. Leticia autem mundi est vta et signum perditionis et comparatur leticie frenetici qui ridet imminente morte. ¶ Nono per talez tristiciam homo vadit per viam xpi vt verus xpianus Serñ. Legum⁹ iesum pluries fleuisse. tocasse autem et risisse nunq̄. ij. Thi. iij. Omnes qui pie volunt viuere in christo Jesu persecutionē patientur. Bo. super illud Jacobi. i. Omne gaudium. existimate fra. m. cum in tēta. va. incidertis. Non est christiane dignitatis in temporalibus exaltari sed potius deprimi. mali ei nichil habent in celo et vos nichil habetis in mundo sed spe illi⁹ boni ad quod tē ditis quicquid in via contingit gaudere debetis. et ideo qui hic non contristantur et flagellantur ostenduntur non esse filij christi Hebrorum. xij. ꝙ si extra disciplinam estis cuius participes facti sunt. omnes ergo adulteri et nō filij dei estis. Quē enim diligit dominus castigat. Flagellat aūt omnē filium quem recipit. ¶ Decimo quia talis tristicia in gaudium conuertet vt hic dicitur. Tristicia vestra vertetur in gaudium hiere. Conuertam luctum vr̄m in gaudium. Sed leticia mundi conuertetur in merorē. Prouer. xiij. Extrema gaudij luct⁹ occupat: quia necessitas est ꝙ vel homo dimittat leticiam mundi quod fit ꝙ mortem vel ꝙ leticia mundi dimittat hominē qō fit per aduersam fortunā et vrū ꝙ valde dolorosum est. De primo Ecclesiastici. xli. O mors ꝙ amara est memoratus. homo. habenti in substantijs suis. De secundo Boe. In omni aduersitate fortune infelicissimū genus infortunij ē fuisse felicē. Exēplū de diuite epulone et lazaro de quo Luc. xvi. Cū ergo leticia mūdi nichil boni ptineat et ad vltimū ad dolorosū finē adducat stultissim⁹ ē virox q̄ eā q̄rit. Et sic ptz tertiū. ¶ Quarto ponit dictorū demōstratio per exemplum mulieris parturientis q̄ est

conueniens demonstratio. ℣ Nā mulierem ptegnantem quadrupliciter possumus considerare. primo ante partum. et sic est in magno timore ne partus pereat vel ipsa periclitetur. Secundo in partu et sic est in magna angustia et pena. Tercio post partum cum scz peperit puerū et tunc est in leticia sed non perfecta/ quia nescit an puer sit ad perfectionē venturus. Quarto in processu temporis. quando iam puer est factus vir et tunc est in perfecta leticia prolis. In hoc quadruplici statu fuerunt apostoli/ propterea mulieri parturienti p rie comparantur. Nam primo fuerunt in magno timore quando in presentia christi erant timentes ne ipsis casu aliquo auferretur/ quia iudei semper contra ipsum machinabantur malum ipsum perdere cupientes Johan. vij. Quid me queritis interficere. Secundo fuerunt in tristicia vehementi quando christus ablatus est ab eis per mortē. Jo. xvi. Tristicia impleuit cor vestrum. Tercio fuerunt in leticia quā christus gloriosus resurrexit sed non perfecta qua christus apparebat eis et dispārebat Johan. xx. Gauisi sunt discipuli viso domino. Quarto fuerunt in perfecta leticia quando spiritum sanctum acceperunt et facti sunt viri perfecti et in gratia confirmati ita vt deum per peccatum vltra nō valent perdere. ¶ Moraliter ad edificationem nostram nota ꝙ mulier ista pertriens est anima iusti deo copulata per fidē Osee. ij. Sponsabo te michi in fide/ que concepit deum per fidem et per bona opera pertulit. Et nota hic de Bersabee que statim concepto fetu ab immundicia sua sanctificata est. ij. Re. xi. Quia anima iusti ita deuote concipit deum et bonum ꝙ in ipsa conceptione sanctificatur. Unde beata Maria in conceptione filij fuit perfecte sanctificata. Ista est illa mulier de qua dicitur Apo. xij. Signum magnum apparuit in celo mulier amicta sole et luna sub pedibus eius et in capite eius co. ste. xij. et clamabat parturiens et cruciatur vt pareat. Anima iusti amicta est sole id est iesu christo qui est sol iusticie id est virtutibus iesu christi scz charitate humilitate obedientia et ceteris virtutib⁹ iesu christi. Ro. xiij. Induimini iesū christū/ et luna est sub pedibus eius id est mundus qui vt luna mutatur nec vllam stabilitatem habet. Anima ergo iusti habet mundum et omnia mundana sub pedibus eius/ quia non confidit in eis sed a penitus vilipendit. Phil. i. ij. Omnia detrimentum feci et arbitrorvt stercora/ vt christū lucrifaciā. peccatores autem habēt lunā id est mundū et mundana super caput/ quia eis non dominantur sed seruiunt. Quarus enim seruus est pecunie. et gulosus gule et sic de aliis Amos ix. Quaricia in capite omnium est. Ponunt etiam totā spē suā in eis Isaie. xxxvi. Ecce confidis super baculum arundineū. super egyptum id est super mundū. Egyptus enim interpretatur tenebre et cōfusio que cōpetunt mūdo. Et in capite eius corona stellarum. xij. id est corona fidei q̄. xij. fidei articulis est conserta debet esse in capite. i. in euidēti parte/ qz fides debet lingua enunciari et per opera manifestari Ja. ij. Ostende michi fidem tuam ex operibus. Unde in lege est mandatū ꝙ quādo pontifex sacrificare deberet haberet I capite coronā xij. lapidum pretiosorū et clamabat parturiens et cruciatur vt pariat. Quia anima iusti habet magnum desiderium pariendi bonum id est operandi quod mente concepit et propter hoc clamat ad deū et nisi illud pariat in corde cruciatur Gall. iij. Filioli mei quos iterū parturio donec formetur christus in vobis. i. donec per opera ostendatis quod christus est in vobis.

℣ Nota hic nouem diuersitates parientiū. Nā quedā cōcipiūt sed nō pariūt morte preuēte/ quedā morituntur in partu quedā propter timorē nec cōcipiūt nec pariunt/ quedā pariūt sed ꝓiciunt. quedam pariunt monstra/ quedā pariūt filios mortuos scz abortiuos/ quedā pariunt solum femineos/ quedā solū masculos/ quedā sūt naturaliter steriles ita ꝙ nec parere nec concipere pñt. ¶ Prime scz que cōcipiunt sed morte preuente nō pariūt/ sunt hi qui habēt ꝓpositū penitēdi dicētes sicut corui cra cra Soph. ij. Uos cantātis in fenestra et coruus in superliminari Isa. xxxvij. Uenerunt filij vsqz ad partū et virtus non erat pariendi. Contra quos Eccle. v. Non tardes cōuerti ad dominū et ne dif. de die in diem/ subito enim veniet ira illius et disperdet te. Nota ꝙ coruus egressus est de arca nunq̄ rediit plus sic multi post ꝙ per peccatū mortale ab ecclesia exeūt nūq̄ per penitentiā redeunt. ¶ Secunde scz que cōcipiunt et pariūt sed moriunt in partu vt rachel sunt hi qui faciūt opera bona sed ipsis gloriant et de ipsis superbiunt. et per consequens pereūt cū eisdē. In cuius figura dicit. i. Macha. vi. ꝙ eleazar interfecit elephantē mortuus est sub eo ex vi-

ctorie vana gloria. Sic perijt phariseus / qui iactabat se et gloriabat de operibus suis Luce. xviij. Vel hi sunt qui solum in morte conuertunt vel confitentur. ¶ Tercie scz que ꝓpter timorē nec cōcipiunt nec pariūt hi sunt qui timēt ne bonū deficiat eis / et ideo nunq̄ concipiūt ꝓpositū abstinendi ab illicito lucro vel aliena reddēdi. Itē timēt in bono ꝑseuerare. et ideo nō incipiunt. ps. xviij. Jl. tre. ti. vbi nō est ti. Recte tales trepidant vbi nō est timor / qz deus omnibus prouidet etiā timētis. ps. cxlvi. Qui dat iumen. et ipsorū Wacha. vi. Noli te soli. es. di. qđ mā. aut qđ di. aut q̄ operē. Que. pri. reg. dei z hec omnia adij. vo. Itē timent in bono perseuerare. et ideo nō incipiunt sed non debet homo timere pententiam agere / qz deꝰ iuuat Jsaie. xl. Qui sperant in domino mutabunt fortitudinē assument pennas sicut aquile current z nō deficient. ¶ Quarte scz que pariunt sed proijciunt sunt qui non curant penitentiā continuare sed proijciunt eam post pascha Treno. iiij. Sed et lamie nudauerunt mā mam lactauerunt catulos suos / filia autē populi mei crudelis quasi struthio in deserto. Contra quos dicitur Math. x. Nō qui inceperit sed qui perseuerauerit hic saluꝰ erit. ¶ Quintum scilicet que pariunt mōstra sunt omnes peccatores qui per diuersa vicia que faciunt sunt totaliter transformati. Non oculos trahunt per terram. et pedes versus celum vertunt. Nam suarꝰ habet oculos in pedibus dum solum terrena contemplatur. Superbus autem habet pedes versus celum cum deo recalcitrat. Luxuriosus vero et gulosus totus ambulat super ventrem. Et quid plura. Vere peccatores sunt in bestias transformati totaliter. ps. xlviij. Homo cum in ho. es. non intel. compara. est iumentis. z si. fa. est il. Boecius. Hec est enim conditio hominis vt si se nosse desierit infra bestias redigatur. Augustinus dicit q̄ tēpore suo fuit quidam homo habens duo capita et quattuor oculos et duo brachia et duos pedes / ita quod in corpore superius erant duo corpora / inferius autem erat solum vnum. ¶ Sexte scilicet que pariunt filios mortuos / sunt hi qui in peccato infidelitatis vel in quocunq̄ altero peccato mortali existentes faciunt opera de genere bonorū que sunt opera mortua signata per lampades illarum quinq̄ virginum fatuarum que ꝓpter carentiam olei. i. caritatis extincte fuerūt. ¶ Septime scz que pariunt solum feminas sunt hē in quibus feminea vicia regnant scz inuidia / quia vt dicit Auicen. i femina naturaliter est inuida. Ira: quia femina faciliter trascit. Loquacitas: quia tota die clamat et loquitur. Inconstantia / quia modicam constantiam habet. Inspiētia / quia de facili credit et decipitur. et ideo serpens primo ad mulierem iuit quam statim decepit ij. Corinth. xi. Timeo ne sicut serpēs euā seduxit astutia sua ita corrumpantur sensus vestri. ¶ Octaue scilicet que pariunt solum masculos / sunt hi qui opera ꝑfecta faciunt qui corde bono z optimo verbum audiunt et referunt fructum centesimum. Jsaie. xxij. A facie tua dñe concepimus z ꝑturiuimus spiritum salutis. Sic cōcepit anna samuelem. i. Re. i. et elizabeth Johannem baptistam Luce. i. ¶ Et nota de rachel que accepit mādragoras / vt posset concipere. Sic iusti omnes experimentum faciunt vt possint concipere bonum z opera parere. i. Thes. v. Omnia probate quod bonum est tenete. Nota etiaz de rebecca vrore Jsaac in cuius vtero gemini collidebantur. Reg. xxv. quia in anima iusti bona et mala desideria pugnāt: sed bona vincunt et emittūt mala extra et terūt et supplantant ea. sicut iacob emisit esau z tenebat eum per plantā propter quod vocatum est nomen eius iacob. i. supplantator. ¶ None scilicet steriles que nec concipere nec parere possunt sunt omnes nō baptisati qui a natura trahunt peccatum propter quod non possunt bene operari nisi illud per baptismum remoueatur / et ideo in peccatis nascūtur et in peccatis morīūtur. Jo. iij. In peccatis natus es totus. In eodem. viij. In peccato vestro moriemini.

5 Alia moralitas. Mulier ista est ecclesia vel anima iusti que timet valde z anxiatur propter quattuor / vt di. Greg. primo recolendo vbi fuit. Secundo vbi est. Tercio vbi erit. Quarto vbi nō ē. ¶ Primo inq̄ tristatur recolēdo vbi fuit aliquādo scz in peccato. Mich. i. Faciam planctū velut draconū z luctū quasi struthionū. Dicitur q̄ draconi in insidijs latēti camelus calce percutit caput et tunc draco planctū magnū facit. Struthio autem facit ouū suū in puluere et relinquit ea / quando autem venit inuenit ea fracta / et tunc fortissime plangit. Sic homo in peccato debet plangere quia lesit caput suum scz christū qui est caput totius ecclesie Ephe. i. Et ipsum dedit caput super omnem ecclesiam. Item

Debet plāgere q̄ ouā sua id est bona opera et dona et virtutes perdidit ac etiā totius ecclesie. Tristatur etiam recolēdo q̄ bona potuit facere que non fecit. Eccles. ix. Quodcunq̄ potest facere manus tua instan. opera / quia nec opus nec ratio nec scia nec sciē. ap. inf. quo tu properas. ¶ Secūdo tristatur recolendo vbi est / quia inter pessimos inimicos Baruch iij. Quid est israel q̄ in terra inimicorum es. Cum quibus nos quotidie pugnare oportet Ephe. vi. Non est nobis colluctatio aduer. car. z san. sed aduersus principes et potestates aduersus mundi rectores tenebrarum harum contra spiritualia nequicie in celestibus. Item est in fornace ardenti scz in concupiscentia carnis Roma. vij. Video aliā legē in mē. meis repu. le. mē. mee. et captiuantem me in lege miserie et peccati. Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius. Itē est in pericu. mulris que enumerat apostolus. ij. Cor. xi. di ceno. Periculis fluminum / periculis latronum / periculis exge. pericu. ex genti. pericu. in ci. pericu. in solo. pericu. in mari / pericu. in fal. fratrib⁹. Quis ergo inter tot calamitates et aduersa posset nisi fatuus iocundari Eccle. iiij. Vidi calūnias que sub sole geruntur et consolatorem neminem / z laudaui magis mortuos q̄ viuentes. Flē dum est ergo Jere. vi. Luctum vnigeniti fac tibi planctum amarum. ¶ Tercio tristatur recolendo vbi erit scilicet in iudicio coram deo. Quia vt di. Grego. Desup erit facies irati iudicis. Propter qō dicit Jo. xiij. Quis michi hoc tribuat vt in inferno protegas me et abscondas me donec pertranseat furor tuus. Jere. x. Quis non timebit te o rex gen. Ante erunt peccata accusantia z protrahētia ad iudicium retro erit mundus expellens a dextris et a sinistris erunt demones in infernum demergentes / subtus erit gehenna ardens. Propter que omnia dicent modo ca. super nos et col. op. nos. Hic cadit exemplum illius regis qui semper tristis manebat q̄ vnam sedem de lignis putridis fecit fieri. et posuit eam supra fornacem z in ea fratrē suū sedere mandauit qui eum de tristicia reprehendit et ensis erat ligatus per filium super caput eius et quidam tenebat balistā extensam cum sagitta ante faciē eius / et fecit omnia instrumenta musicalia / et tubas fortiter resonare / et ille semper tristis stabat. Sic ait rex z ego semper sto tristis dō in putrida sede scilicet in carne fragili me conspicio / et infernum subtus ardentem attendo. ensem diuine sententie super me venturum considero et peccata mea tanq̄ sagittas acutas formido. ¶ Quarto contristatur recolendo vbi non est scilicet in gloria dei et ciuitate celesti. ps. cxx. Heu michi quia incolatus meus prolongatꝰ est. Debemus ergo flere pro incolatu presentis miserie et pro dilatione patrie. ps. xli. Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum quādo veniā z apps. ante faciē de. m. fue. mi. is. m. ps. die ac nocte dū dicitur michi quotidie vbi est deus tuus. Hoc figuratum est in asa filia caleph que sedens in asino suspirauit et petijt a patre terram irriguam. cui pater dedit irriguum superius et irriguum inferius / vt patet Josue. xv. Irriguum superius pro dilatione patrie. et irriguum inferius pro incolatu presentis miserie. Et sic patet quartum. ¶ Quinto ponitur veri z firmi gaudij repromissio quia iterum videbo vos et gaudebit cor vestrum. ℣ Quod quidem verum esse gaudium prout hic colligitur quantū ad quinq̄ mōstratur. ¶ Primo erigit gaudium perfectum et completum. Erit enim gaudium geminatū vel duplex scilicet anime et corporis Jsaie. lxi. In terra sua duplicia possidebunt. Et hoc est quod dicit. Iterum Apo. vi. Date sūt illis singule stole albe et dictum est illis vt requiescerent tempus adhuc modicum. Et tunc vt dicit Gregori. Singuli accipiunt stolas binas. Gaudium vero mundi est solum gaudium corporis Luce. xij. Anima mea id est vita mea habes multa bona reposita in annos plurimos / requiesce / comede / bibe / epula. ¶ Secundo quia erit gaudium de visione creatoris Jo. xvij. Hec est vita eterna vt cognoscant te solum verū deum. In quo omnia cognoscemus Grego. Quid est qō nesciant qui scientem omnia vidēt. Unde et cognoscemus et cognoscemur Johā. x. Cognosco oues meas z cognoscūt me mee Et hoc est quod dicit video vos. Gaudium vero mundi est de visione et vsu creaturarum. Sed illud erit de visione et de fruitione dei que in infinitum excedit Jsaie. lxiij. Oculus nō vidit deus absq̄ te que preparasti expectantibus te. ¶ Tercio quia erit gaudium intrinsecum scilicet cordis Jsa. lxvi. Tunc videbis et affluues et mira. et dila. cor tuum Gaudium vero mundi non est intrinsecum sed extrinsecum quia non gaudet de virtutibus et gratia dei que sunt in anima sed de applicatione sensuum ad obiecta sicut

de applicatione gustus ad comestibile/ et tactus ad tangibile/ et sic de aliis. Letatur etiam mundus de peccatis que sunt contra naturam et extra naturam hominis in xta illud apostoli.i. Cori.vi. Omne peccatum quodcunq; fecerit homo extra corpus est proue.iij. Letantur cū malefe. et exaltant in rebus pessimis. ¶ Quarto qz erit proprium nostrum gaudium. Et hoc est qđ dicit Bau.ve. Gaudium mundi non est nostrum quia non est de his que in nobis et nostra sunt/ sed est gaudium rerum mundi id est de bonis que sunt in rebus que sunt bona rerum et non nostra. Quia vt dicit Boe. Lux et pulchritudo gēmarum non est defectum sed est ipsarum gemmarum. Unde omnia bona creaturarum de quib⁹ homo gaudet extranea sunt a natura hominis/ et si starent loqui dicerent ista bona sunt nostra. Nonne pulchritudo pennarū pauonis est pauonis/ et pulchritudo auri est auri? Quinto gaudium illud erit perpetuum nec poterit auferri Ysaie.li. Letitia sempiterna super capita eorum. Gaudium et letitiam obtinebunt. Gaudiū vero mundi non est perpetuum immo cito transit et mille modis potest auferri/ et frequenter auferur.i. Jo.ij. Tran.mū. et concu. eius. Et ideo de ipso modicum est curādum. Et hoc est. Bau.ve.n.tol.a vobis. Et sic patet quintum.

De epistola Ser.liii.

OBsecro vos tanq̄ aduenas et peregrinos abstinere vos a carnalibus desiderijs. ſ.De.ij. Beatus petrus tanq̄ capitaneus militie christi ante hortatur milites christi abstinere ab his que vastant totam milinam christianam. Et hec sūt carnales voluptates et carnalia opera et non solū hec militiam spiritualem deuastant sed etiam carnalem et imundanam. Unde in ritoluto de militia hannibalis dicitur quem nec ferrum/ nec nives/ nec alpes/ nec viarum discrimina vincere potuerunt enerauerunt delicie campane. ¶ Nota de illo duce romanorum qui fuit missus ad reparandam quendam exercitum et militiā ob delicias deuastatas qui statim omnes mulieres expulit de exercitu et caupones ceteraq; aduoluptates imitātia et mādauit q̄ nullus haberet famulū et nemo haberet nisi vnū equū per qđ militiam reparauit. ¶ In hac ergo epistola bīus petr⁹ ad sex nos hortat principaliter que non seruata deuastant militā christianā et seruata roborāt et decorāt. Primū est abstinētia carnaliū voluptatū et earū refrenatio in principio epistole. Secundū est bona cū gentibus conuersatio et dictorum ratio ibi. Cōuersationem vestrā inter gentes habētes bonam. Tertium est subiectio liberorum ad maiores z huius cause reddino ibi Subiecti estote omni humane creature. Quartum est modi subiectionis declaratio ibi. Quasi liberi et non quasi velamen habentes malicie libertatem. Quintum est / ad obsequū subiectionis excitationē quorūdam insertio et positio ibi. Omnes honorate. fraternitatem diligite/ deum timete Sextum est ad dommorum suorū subiectionem seruorū exhortatio z cause huius assignato ibi. Serui subditi estote in omni timore dñis vestris. ꝛc. ℣ Primo ergo beatus petrus nos hortatur ad abstinētiam carnalium voluptatū/ et ad hoc tria allegat. ¶ Primum est. Si consideremus quid accidit primis parentibus qui carnale desiderium secuti pomum vetitū comederunt qui propteres de paradiso expulsi sunt et in hac valle miserie tanq̄ in exilio relegati et multis penis et tandem morti cum suis posteris cōdēnati. propter quod nos filij eorum omnes aduene nuncupamur. Aduena enim dicitur qui terram inhabitat alienam. Psalmista. Aduena ego sum apud te et peregrinus sicut omnes patres mei. Et hoc est quod dicit. Obsecro vos tanq̄ aduenas/ quasi diceret. Recolite q̄ ex peccato gule primorū parentū aduene estis id est de ciuitate vestra expulsi et multis malis addicti. Sic etiam faciunt capitanei exercitus mundi qui reducunt militibus ad memoriam mala que patres eorum ab aduersarijs sunt perpessi. Et sic patet q̄ deus expulit hominem de paradiso in hanc vallem miserie elegauit non vt hic faceret alū paradisum sed vt dicit Augustinus tanq̄ in exilio ad faciendum penitentiam Job.xxiij. Dedit ei deus locū penitentie et ille abusus est in superbiam Romanorum.viij. Debitores sumus non carni vt secūdum carnem viuamus. ¶ Secundum quod allegat est. Si consideremus qualiter positi in hoc mundo sumus. Non enim posuit nos deus in hoc mundo tanq̄ ciues et mansionarios mundi/ sed tanq̄ peregrinos mundi et ciues celi Epheseo. secundo. Jā non estis hospites et aduene sed estis cives sanctorum et domestici dei.

wich.ij. Surgite abite quia non habetis hic requiem. Et hoc est quod dicit peregrinos. Peregrinus enim est qui transit de loco ad locū. Sic et nos. Hebreorum.xiij. Non habemus hic manentem ciuitatem sed futuram inquirimus. Que est ciuitas et hereditas nostra continens summum z optimum bonum summas et perfectas delicias quibus priuabit omnis q̄ eas hic q̄rit in pria aliena Lu.xvi. Recordare quia recepisti bo.in vi.t. Et ideo abstinendum est hic a carnalibus desideriis vt ad bona perueniamus eterna. Hebreo.xi. Juxta fidem defuncti sunt omnes isti nō acceptis repromissionibus sed a longe eas aspicētes salutantes et confitentes q̄ peregrini et hospites sunt super terram. ℟ Et nota q̄ quantum ad quinq̄ que peregrinus queniūt sumus et esse debemus in hoc mundo peregrini. Primo quis peregrinus festinat ad ciuitatem suam redire et omnem terram quasi alienam preterit. Sic et nos facere debem⁹. Hebre.xiij. Non habe.hic ma.ci. Secundo quis peregrinus accipit solūz pecuniā necessariā ad victum z non granat se superfluis. Sic et nos facere debemus.i. Thi.vi. Habentes alimenta et qui.te.his pten.si. Tercio quis a terrenis irridetur et molestias patitur et non vlciscitur sed suffert omnia patiēter. Sic et nos facere debem⁹. Matv. Si quis percus.te in der.ma.prebe et z si. Roma.xij. Nulli ma.pro ma.re. Quarto quis lete recipitur/ sed stricte cum eo in critu computatur. Sic faciendum nobis cogitare debemus. Math.v. Non exibis inde.do.red.no.qua. In eodem.xij. De omner.o. quod lo.f.hō d.e.red.ra.in die iu. Ecclesiastes.xij. Cuncta que fiunt ad.d.in iu.p om.er.si.bo.si.malum sit Ber. Sicut nec capillus de capite sic nec momentum de corpe peribit. ¶ Quinto quia post recessum suum statim obliuioni tradetur sic et nos a mundo prorsus obliuioni trademur et apud posteros non cognoscemur. Et ō de fama et honore mundi modicum est curandum. Sapientie.v. Tanq̄ memoria hospitis vnius diei preteribitis. psal. preterit. memoria eorum cum so. Boet⁹. Jacetis ergo prosus ignobiles. ¶ Tercium quod allegat est quia carnalia desideria nos impugnant et in prelio spiritus faciunt nos succumbere inimicis. Et hoc est quod dicit. Que militant aduersus animam. Gall.v. Caro concupiscit aduersus spiritū z spūs aduer.car. hec enī sibimuicē aduersantur. Et nota q̄ non solū dicit abstineatis ab opib⁹ carnis/ sed etiā a desiderijs ps.cxxxvi. Beat⁹ q̄ te.z alli.par.su. ad.pe. Cui⁹ rō est: quia in pugna carnis petitio est mentis. Ro.vij. Video aliam le. in mem.me. repu.le.men.me. Et ideo nisi principio tētationis sez desiderio z cogitationi resistam⁹ necessario succūbem⁹ Poeta. Principijs obsta sero medicina parat. Unde in tentatione z in plio carnis duo sunt facienda: sez principio resistere z aspectus et contubernium fugere.i. Cor.vi. Fugite fornicationez. Si enī steterim⁹ omnino perdem⁹: quia nec fortiores sansone/ nec prudētiores salomone/ nec david sanctiores sum⁹: vt dicit Piero. Et puer.vi. Nūquid pōt hō abscōdere ignē in sinu suo: vt vestimēta sua non ardeant ꝛc. Uñ helias qui coram rege steterat imperterrit⁹ a facie iesabel in deserto fugit.iij. Regū.xix. Eccle.xviij. Fili post peccata.t.nō eas que fac te in gau.mi.tuis. Z Notāduū ergo q̄ a carnalibus desideriis abstinere debemus ꝓpter ser. Primo: qz sunt efficacissima tela ad vulnerandū vt dictum est eo q̄ in tali bello perditio est in carne ꝛc. Secūdo. qz sunt ignis grec⁹ siue ignis penarū q̄ ola ꝓsumit Job.xxi. Ignis est vsq̄ ad cōsummationem deuo. Tercio: qz sunt fluuius inundans z hominē submergens. Gene.xlix. Rubē effusus es sicut aqua nō creſces: quia ascendisti cubile patris tui. Hui⁹ exemplū habem⁹ in ꝑma' etate que in diluuio est consumpta ꝓpter peccatum carnis. Omnis dppe caro corruperat viaz suam: vt ptz Gen.vi. Quarto: quia sunt sicut venenū est animā mortificās prouer. xxij. Sicut regul⁹ venena diffundet. Jacobi.iij. Inquietum malum est plenum veneno mortifero. Unde sicut basiliscus inficit solo visu sic voluptas carnis testante. Mathei.v. Qui viderit mulierem ad concupiscendam eā iam mechat⁹ est in corde suo. Quinto sunt sicut laqueus ad capiendum et sicut vincula ad tenendum. Unde insidiose capiunt z postea fortissime tenēt Ecclesiastes.vij. Inuem amariorem morte mulierem que laqueus venatorum est et sagena cor eius vincula sunt manus illius: qui placet deo effugit eaz. Unde Valida ligauit sansonem septem licijs Judicum.xvj. Sic capt⁹ est sichen filius emor de dina filia Jacob z conglutinata est anima eius ad eam Geneſis.xxxiij. Et amon de Thamar sorore sua.ij. Regum decimo tercio. Et nisi per specialem gratiā homo

ab his vinculis absoluatur vel per longā infirmitatem nunq̄ soluitur post̄ his vinculis fuerit irretitus. Sap. vii. Sciui q̄n aliter ee non possum continens nisi deus dederit. Sexto q: sūt sicut pix ad denigrādam famam et honorem hois. Eccle. xiii. Qui tetigerit picē coinquinabitur ab ea. Sunt enīz petā carnalia maioris infamie q̄z spūalia q̄uis non sint tanti ponderis. Eccle. ix. Omnis mulier fornicaria quasi stercus in via conculcabitur. ¶ Unde de salomone dicitur. Eccle. xlvii. Inclinasti femora tua mulieribus et dedisti maculā in gloria tua. Et per hoc patet solutio ad questionem que posset fieri sz quare potī⁹ monet abstinere a carnalib⁹ q̄z a spūalibus cum spūalia sint maiora quia scilicz carnalia sunt maioris infamie z minus tolerari possunt q̄z alia et isti inter gētes nō conuersantur. Et ideo ad his monet abstinere que famam ledunt et conuersationē corrumpunt. Et sic patet primum. ¶ Secundo hortatur vt conuersationē bonam habeamus inter gentes dicēs. Cōuer. in ter gen. ha. bo. id est virtuosam. Quia dicit phūs. Virtus est que bonū facit habētem et opus eius reddit laudabile. Tunc ergo est conuersio bona q̄n est virtutibus plena quia sola virtus facit bonum hominem quia nec sapiētia nec scientia nec potentia nec diuitie nec dignitates possunt hominem bonum efficere nisi sola virtus Ubi nota q̄ cuz bonum sit quod omnia appetunt vt dicit phūs tunc conuersatio nostra est bona q̄n deo et hominibus placet Eccle. xlv. Dilectus deo et hominib⁹ mop fes. Nichil autem est p quod deo et hominibus magis placere possumus nisi per dilectionem. ℣ Nam per dilectionē deo placemus et hoc propter quattuor q̄ dilectio operat. Prio q: dilectio cū ignis diuin⁹ sit consumit rubiginē petōz. Pro. z. Uniuersa delicta operit charitas. Et iō facit hominem mundū et per p̄ns deo placitum. Prouer. xxii. Qui diligit cordis mūdiciam propter grām labioz suoz habebit amicum regem. Secundo cum dilectio sit vinculum ligans in vnum diuersa. Juxta illud Col. iii. Sup omnia aūt charitatem habete que est vinculus perfectionis Ligat enim hominem cum deo et facit in ipso manere et vnum esse cum deo. i. Jo. iii. Qui manet in charitate in deo manet et deus in ipso. Et per p̄ns deum diligēs placet deo cum sit vnum cuz eo et in eo manens. Tercio quia cum per dilectionem adoptemur in filios dei. Juxta illud Sap. viii. Misit de⁹ spiritū filij sui in corda nostra clamantem. abba pater. id est clamare nos facientem. z manifestum est q̄ per dilectionez efficimur carissimi filij dei. i. Jo. iii. Uidete qualem charitatē dedit nobis deus vt filij dei nominemur z simus. Et p consequēs deum diligens tanq̄ filius carissimus ei placet. Nam carus est per creationem: charior per fidez: sed charissim⁹ per dilectionem. Quarto cum plenitudo legis sit dilectio vt dicit Ro. xiii. Qui diligit deum mandata eius et precepta eius custodit. Joh. xiii. Si quis diligit me sermonem meum seruabit: qui autem seruat mandata eius diligitur a deo z placet deo Johā. xv. Uos amici mei estis si. fe. que e. pte. vo. ℣ Similiter per dilectionem placeam⁹ proximo etiā propter quatuor. Primo quia cum charitas nō querat que sua sunt: vt dr. i. Cor. xiii. Nō habēs dilectionē gaudet z curat de bono primi sui. i. Cor. x. Non querens q̄ mihi vtile est: sed q̄ multis: vt salui fiāt. Omnis autem q̄ sic est sollicit⁹ de primo suo merito placet ei. Secūdo: q: cum dilectio habeat amantē in amatū transformare: Juxta illd Hugonis de setō victo. Scio animam meam quia in eū quē diligis transformaris. homo diligens primū in proximum trāsformatur congaudens omnib⁹ bonis suis et malis cōpatiēs Ro. xii. Gaudete cum gaudentibus: flete cum flentibus ipsum imitacem sentietes. ii. Co. xi. Quis infirmatur et ego n. infir. q̄s scā. z e. n. vror. Qui aūt sic afficit ad primū merito placet ei. ¶ Tercio: quia cum charitas sit amor honestus et castus siue amor amicitie qui est q̄n de amat proximū propter proximi vtilitatem et nō sit amor vtilis siue concupiscentie q̄ est q̄n quis amat aliquid ꝓpter sui cōmodum et vtilitatem sicut est amor mūdi manifestum est q̄ habēs charitatē procurat et imprecatur primo omnia bona que potest et ab omni lesiuo cauet. i. Cor. xii. Ego autem libentissime impendam et superip. pro a. ve. Item in eodem. vii. Capite. Neminem lesimus: neminem corrupim⁹: neminem circūuenimus. qui ergo se sic curca proximū habet merito ei placet. Quarto quando charitas patiens sit. benigna sit. non agat perperam: non emuletur: nō inflet̄ur: non sit ambitiosa: non gaudeat super iniq. congaudet aūt veri. om. cre. omnia sustī. omnia sperat: vt dicitur. i. Cor. xiii. Manifestum est q̄ hūs charitatem de ne-

cessitate hominibus placet. i. Cor. x. Sicut et ego ꝓ omnis omnib⁹ placeo. ¶ Cōsequēter ostēditad quid et quare bonam cōuersationē habere debemus: q: non ad vanā gloriā vel deceptionē vt ypocrite sz solū vt de⁹ glorificet i nobis. Mat. v. Sic luceat lux vestra coram hoibus vt videāt ope. ve. bo. z glo. pa. ve. q̄ est in celis. Et hoc est qđ dicit. Ut in eo qđ detrectant de vobis id est in detrahēdo tractant vel obloquunt tanq̄ de malefactoribus id est q: vos malefacere reputant q̄n ydola respuitis et vnum deū colitis z alia opa xp̄iane religiōis sicut fideles xp̄i saluditer exercetis. Et bonis operib⁹ vos cōsiderantes glorificent deū per vos et in vobis cuius imitatores facti estis. i. Cor. vi. Glorificate et portate deū in corde vestro. i. sic agite vt de⁹ glorificetur in vobis. Et hoc q̄n Certe non nisi in die et in tempore visitationis sapple sue sz quando eos dns per gratiā suā visitabit. hoc est q̄n a peccatis conuertent ad penitentiam reuertentes. Non enim infideles et peccatores glorificant deū in operib⁹ fideliū donec manent in tenebris octōz: sed q̄n ad gratiā cōuertuntur. Isa. lxv. Ponā visitationē tuā pacē. Prouerb. xvi. Cum placuerint dño vie hois inimicos quoq̄ ei⁹ cōuertet ad pacē. ¶ Uel die visitatiōis vestre quādo vos dns per flagella visitabit z aduersa. Psal. Uisitabo in virga iniquitates eoz: misericordiā aūt meā nō dispergā ab eo. Qđ tē pus est tota vita p̄sens in qua dns fideles suos visitat p aduersa vt per patientiā deputentur. i. Pe. i. Modicū nunc si oportet cōtristari in varijs tentationibus vt pbatio fidei vestre multo pciosior sit auro qđ per ignē pbat inuenīat ad laudē z gloriā et honorem z revelationē iesu christi. Uidentes eīm infideles z peccatores iustos z fideles in tot aduersis nō deficere: sz gaudete Juxta illud Act. v. Ibāt apli gaudentes a conspe. cōsi. q̄m digni habiti sūt p nōie Jesu p tumeliā pati. Glorificabāt eū q̄ eos ita fecerat fortes. Uñde btō Dñico legit q̄ cū Tholose ipse cū socio suo per totam quadragesimam in pane et aqua iet unassent et in terra iacuissent hostes eorum q̄ erant credentes de consortio tamen hereticorum in dei laudes prozuperunt dicentes. Uere isti homies boni sunt. ¶ Uel in die visitationis qui erit in iudicio quādo vos recipietis premia et ipsi supplicia. tūc enim merito deum poterunt glorificare q̄ reddet vnicuiq̄ iuxta opera sua. Et sic patet secundum. Tercio hortatur liberos vt propter deum maioribus subijciantur et huius causam assignat. Et hoc est. Subiecti esto. om. ha. cre. propter deū id est omni homini per quēcunq̄ modū siue sit rex vel potestas vel episcopus vel hmōi qui sunt persone generales in dignitate posite. Et quia est mala subiectio vt quādo hō seruit alijs in peccatis. Ideo ad hanc remouendam subiungit propter deū sz habendum vt prepositio dicat vel finēvel ordinationē ad finem vt sit sensus q̄ seruitam⁹ dñis nō propter bona tēporalia cōsequenda sed vt in tali seruitio ipsū deū mereamur tanq̄ finem nostri seruitij Gene. xv. Ego merces tua magna nimis. et sic propositio dicit finem. Uel propter deū id est in his seruiamus dñis in quibus z ꝓpter q̄ ordinamur ad finem deū qui est finis oim. Et sic prepositio dicit ordinationē ad finē. Ordinamur autem ad finē deū per bona et iusta opera et ideo in operibus iustis et bonis debemus dñis seruire et non alijs. ¶ Cōsequēter specificat quibus subijci debeam⁹ dicēs. Sine regi q̄ alios in prāte pcellit siue ducibus. i. alijs minoribus dñis q̄ iure prātē hñt vt pote q̄ a rege dñi cōstituunt et mittunt ad alios regendū z iudicandū sz ad vindictā malefactorū id est penā. propter hoc enim data est potestas a rege terreno vt sz mali puniantur. Laudez bonorū que cōsistit in hoc q̄ nō sicut mali puniuntur. Ro. xiii. Uis non timere potestatē bonum fac et hēbis laudem ex ista. Uel laudē bonorū id est meritū laudis. nā eo q̄ in bonis et bene seruiūt magnā laudē merent. Sic ergo dominus tpalibus propter deū subēi debemus Ro. xiii. Oīs anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Nō est' esse potestas nisi a deo. Et sic patet q̄ non intēdit q̄ omni hōi nos subiciamus. ¶ Sed contra ad philip. ii. dicit. Superiores sibimuicem arbitrantes non que sua sunt singuli considerantes sed ea que aliorum Dicendum q̄ quedam est ratio subiectionis aliis ex parte se subiicientis sz eius humilitas. et scām hanc rationem quilibz debet omnibus subiici et de hac logitur apostolus ad phil. Quia in humilitate debemus omnes nobis superiores arbitrari id est cordib⁹ nostris existimare alios nobis esse superiores et dignriores apud deum et hoc inuicem vt sibi aliter alterutrum reputet dignioiem. Nec hoc ita debemus existimare vt fingam⁹ sed vere existimemus posse esse aliquod occultuz in ali-

quo quo nobis superior sit apud deū etiā filiorū nostrū quo illo sapiores videmur non sit occultū. Et ideo de omni iusto cāte mus. Non est inuctus similis illi qui conser.le.excel. vñ sextus gradus humilitatis ponit credere et pronunciare se ceteros viliorē scz secundū defectus occultos quos i cognoscit et scōm dona que in alijs latēt quod sine fictione fieri potest vt dictū est. Potest enim quis credere q multa dona dei in alijs lateant que ipse non videat et multos defectus ipse habeat quos alij nō vident. Unde sctō macharto oranti angelus dixit. Nondū ad mensurā duarum cognatarū in proxima ciuitate cōmorantium peruenisti. Et tandē alteri heremite dixit angelus q plus diligeret cartā suā q̄ beatus grego. oēs diuitias suas et cū beatus grego. esset in celo mansionē habiturus. Alia est ratio subiectionis ex parte illius cui subijci debemus scz potestas vel dignitas p̄sone scōm quā non oibus debemus subijci. Et de hac loquitur hic. ¶ Consequenter reddit causam quare subditi esse debemus d. q hec est volūtas dei qui de malis bonum elicit. neq; enim deus mala fieri sineret vt dicit augustī. nisi inde eliceret bona sicut sapiens medicus de veneno elicit tyriacā. Nos ergo in hoc deum imitari debemus vt etiam malis vtamur i bonum per bonā cōseruationē nostrā et humilem subiectionem eos ad penitentiam conuertendo. Hec ergo est voluntas dei vt benefacientes id est per bonam conuersationem vestrā et malis bene vtētes obmutescere faciatis/ subtrahendo illis occasionem loquendi z detrahendi. ignorantiam imprudentium hominum scz principum et dominorū qui ignorant quomodo er q̄ regere debeāt phili. octogesimo primo. Ne scierūt neq; intellexerunt in tenebris ambulant. Et sic ptz terciū. ¶ Quarto modū subiectiōis declarat d. Hec bona facite q̄si liberi id est sicut estis liberi. Uñ li quasi ē expressiuū veritatis quasi diceret. Sicut vere liberi estis sic dñis libere et voluntarie seruiatis in hoc vestrā libertatem ostēdentes vbi dicit glosa. Quo maiore libertate apud homines vtimur eo liberius domino famulatui subiugari studemus. Et nō habentes supple sitis libertatem quasi velamen malicie/ vt scz nolitis seruire q liberi estis sub mantello libertatis vos tegētes hoc autē dixit apl̄us cōtra quosdā qui dicebāt qz filius nos liberauit/ veri liberi sumus et nemini seruire debem⁹ et ideo principibus et superioribꝫ sua iura negabant. Tales erant iudei dicentes Johan. viij. Semen abrahe sumus et nemini seruiuimus vnq̄. De quibus Job. xi. Ut vanus in superbiā erigit et quasi pullū onagri se liberū esse putat. Reuera iam quidā hñtes libertatē quasi velamē malicie gaudentes priuilegio exemptionis a quadā libertate ne a suis ordinarijs visitētur. Quidā etiā religiosi habent quedā priuilegia exēptionis vt non sequant chorū que sunt velamē sue negligentie et parue deuotionis. Contra quos. i. Cor. vij. Si potes fieri liber. s. libertate exēptionis magis vtere scz seruitute Gal. v. In libertatē vocati estis fratres tantū ne libertatē detis in occasionē carnis sed sitis supple sicut serui dei id est humiliter seruientes. Ut enī dicit glo. seruitus dei humilitatē requirit vt scz principibus z dñis humiliter seruiatis. ū. Thi. ij. Seruū dei non oportet litigare sed mānsuetū esse ad oēs docibilē patientē z sic patet quartū. ¶ Quinto hortat ad quedam que sunt excitatiua ad obsequiū subiectionis dicēs. Oēs honorate interlinearis. i. vnūquēq; pro suo modo. fraternitatē diligite intantum vt vos qui superiores estis subiectos vobis vt ffes diligatis Hebreo. xiij. Charitas fraternitatis maneat in vobꝫ Deū timete/ quia q̄ timet deū faciet bona. Eccle. xv. et cauebat a malo. Prouerbiorum xv. Per timorē dñi declinat omnis a malo. Et ideo qui sine timore est iustificari non poterit. Regem honorificate reddendo ei que sua sunt Math. xxij. Reddite que sunt cesaris cesari et q̄ sunt dei deo. Et sic patet quintū. ¶ Sexto hortat seruos ad subiectionē dñoꝝ suorū z cām assignat. Uñ glosa dicit. Ducuscq; hortat⁹ ē liberos ad subiectionē/ nunc seruis loquitur vt ipsi subiecti sint dñis Dicit ergo. Serui subditi este dñis vestris in omni timore scz vt nec deum offendatis nec dominis seruire recuseris. ¶ Sed quomodo in oi timore ergo in seruili. Ad quod dicendū q̄ omne et totum et perfectum q̄nq; ictē dicimus et sic accipit hic. Unde in oīi timore. i. in perfecto timore pfectiōe sufficiētie z hoc est ad min⁹ in tiore initiali q̄ hz duos oculos vnū ad p̄mū z alterū ad penā. Et nō tñ subditi estote dñis bonis. i. fide z moru⁹ instructis z modestis. i. moderatis in iperādo et condēnādo si quid cōtra illos p̄missum est sed etiā discolis id est indisciplinatis et austeris. ¶ Consequenter huius subiectionis causam assignat. d. Hec est enim gra-

tia in xp̄o iesu dño nr̄o. i. per hoc acquiritur et p̄seruat gr̄a dei p quā accrescunt nobis merita in xp̄o iesu. Et sic patz totum.

¶ Dñica tercia de euangelio sermo. lxiij.

Vado ad eum qui me misit Johan. xvj. Christus fidelis et verus legatus pro q̄

venerat legatione parata. s. salute humana redūt ad eum qui misit ipsum Joh. vbi supra. Exiui a patre et veni in mūdum iterum relinquo mundum et vado ad patrē. Ec sicut ꝑm humanā naturam venit in mūdum ita ꝑm eandem reliquit mūdum. In quantum vero deus est semper et vbiq; ē. Nunc aūt suum recessum sicut pius magister et p̄ discipulis suis predicit. Et quia accessus iste est ad regnandum sicut aduētus fuit ad patiendum. ideo ne de recessu perturbētur promittit eis multa donaria mittere scz spīm sanctū a quo oia dona donantur. Ephe. iij. Ascendens in altum captiuam duxit cap. dona dedit hominibus ¶ In hoc ergo euangelio suum recessum predicit. in quo principaliter quinq; facit. Primo suum ascensum ad patrem predicit ex quo apostolorꝫ tristicia ē secuta. In principio euangelij. Secundo rationem z fructū sui ascensus assignat per que multa bona sunt habita ibi. Sed ego veritatem dico vobis expedit vobis vt ego vadam. Tercio vñ⁹ opus quod spūs sanct⁹ erat in suo aduentu facturus ponit per q̄ mundi malicia est arguta ibi. Et cum venerit. ar. mundū. Quarto aliud opus per spīm sanctum faciendū ponit p quod eis veritas est edocta ibi. Cum autem venerit iste spūs veritatis docebit vos omnem veritatem. Quinto tercium opus spūs sancti ponit per quod est xp̄i deitas vera demōstrata ibi. Ille me clarificabit. Et sic primū op⁹ spiritus sanctus facturus erat quātū ad totum mundum. secundū aūt p̄tū ad apostolos et apostolicos viros. tercium q̄nz ad xp̄m. ¶ primo ergo xp̄s suum ascensum ad patrē predicit dicēs. Vado ad eum qui me misit. i. in proximo est vt vadam. Qd enim est in fieri frequenter dicitur esse factum. Et qz xp̄i passio causa fuit talis ascensus et exaltationis. iuxta illud phil. ij. Humiliauit semetipsum. etc. propter quod z deus exaltauit illū q̄ tunc erat in ignis. nā quasta feria post cenaz xp̄s hec verba dixit q̄n iudei ad eum capiendū veniebāt ipse mortis traditurꝰ ideo dicit. Vado ad eū qui me misit. Oēs enim prope mortem constituti consueuerūt similiter dicere. Ecce ego morior. Dicit ergo. Vado ad eum qui me misit id est ad immortalitatem et gloriam patris ascendam ꝑ̄z naturā assumptā in qua ad penam et mortē descendi z nemo est vobis interrogat me quo vadis. i. ita patienter cotā vobis ad patrem ascēdam q̄ op⁹ non est interrogare Act. i. Uidentib⁹ illis eleuatus est in celum. Charissimi manifesta est via qua xp̄s iuit per mundum z qua iuit ad celum. Uia qua iuit per mundū fuit via magne paupertatis. Ma. viij. Vulpes foueas habent z volucres celi nidos filij aūt hois non hz. vbi ca. su. recli. Nat⁹ est sub diuo. nec erat ei locus in diuersorio. z ideo in p̄sepio mater sua eum reclinauit Luce. ij. Fuit via magne charitatis quia seipsum tradidit seruiens in luto et latere miserie nostrarum trigita annis vt nos ab eis liberaret Joh. iij. Sic deus dilexit mundum vt filium suum vnigenitum daret scz in nostrum seruicium et precium. Fuit via magne humilitatis Math. xi. Discite a me q̄ mitis sum et humilis corde. Fuit via perfecte obedientie phil. ij. Factus est obe. vs. ad m. m. aūt cru. Ma. xxvi. Non si. e. vo. sed si. tu. Fuit via summe et perfecte patientie Isaie. liij. Sicut ouis ad occi. du. et non. ape. os su. Mat. xv. Nō rūdes quicq̄ vi. in cp̄. te ac. Et fuit via perfecte victorie. Nam vicit mundum dyabolum et omnia opera pcti Joh. xvj. Confidite quia ego vici mundū Aug⁹. Manu inermi et affixa cruci debellauit aereas potestates. Per hanc ergo viam xp̄s iuuenet ī gloriosus et immortalis resurrexit et cum magno triūpho celos ascendit. Isa. lij. Ecce seruus meus exaltabitur et eleuabitur et sublimis erit valde. Si ergo volumus ad celum ascendere et cū xp̄o in gloria exalteri per suptadictas vias xp̄i nos ambulare opz Isa. xx. Hec est via ambulate in ea. ¶ Ista aūt via est valde difficilis et arta Mathei. vij. Arta est via que ducit ad vitam z pauci ambulant per eam. Et ideo iste inuenis cui xp̄s dixit. Vende oia que habes et da pauperibus et veni et sequere me abijt tristis vt patet Mathei. xix.

¶ Sequitur. Sed quia hec locutus sum vobis, Tristicia implebit cor vr̄m. Quia vt dicit. Beda. Magis tristabant de recessu quo eos deserebat q̄ letabant de ascēsu q̄ p̄em petebat. Magis em̄ hō de amissione rer̄ temporaliū dolet q̄ sp̄e futurę

rum bonorum letetur Et ideo inter mundanas discrimia perturbatur. Et quia apostoli adhuc homines erant et secundum holem ambulabant. ideo audito discrimine mortis xpi tristicia cor eorum implevit vt hic dr. Et sic patet primum. ¶ Secundo rationem et fructus sui ascensus assignat. d. Ego veritatem dico vobis et non curo vobis applaudere. Prouer. xix. Qui blandis fictisq; sermonibus loquitur amico suo rethe expandit gressibus suis. Expedit vobis vt ego vadã. i. presentiã meã corporalẽ ab oculis vestris subtrahamq; si hanc per recessum non subtraxero paraclitus non veniet ad vos. In qua ratione duo tanguntur scz carentia spũs sancti si non abierit. et presentia et aduentus eiusdem si christus abierit. Sed contra. Ubicunq; est filius dei ibi est pater et spũs sanctus et econuerso de patre et spũ sancto. Joh. xiiij. Philippe qui videt me videt et patrem meũ non credis: quia ego in patre et pr in me est. Sic ergo debuit dicere ecõuerso. scz si abiero paraclitus abibit et si sic sterero stabit. Ad qđ dicẽdum q ꝺ̃ diu xps cũ aplis corporaliter est motatus eus sicut dñm et magistrũ suũ carnaliter diligebant nec ipsum verum deum credebãt nec cognoscebant vt dicit Aug. Joh. xiiij. Tanto tpe vobiscũ sum et nõ cognouistis me: sed credebant eum esse messiam vẽturum in lege promissum. quem iudei dicũt non debere esse deum sed marinum dei propheram z specialem dei filium adoptiuum non aũt naturalẽ quẽ credebant venisse ad liberandum israel de manibus romanorum. Lu. xxiiij. Nos aũt sperabam⁹ q ipse redempturus esset israel. Et ideo vt carnales ipsum tm carnaliter cognoscebant et diligebant. Sic autem cognoscere amare te xpm non sufficit ad salutem immo opz vt cognoscamus ipsum verꝝ deum et verꝝ hominẽ Joh. xiiij. Creditis in deum et in me credite. In hocem catholica fides consistit sine qua nemo põt saluari. Hebre. xi. Sine fide impi. est pla. d. Hanc aũt cognitionẽ spũs sanctus aduenies post mortez xpi apostolis perfecte attulit quia xpm vt verꝝ deũ et verum hominem cognouerunt. Et ideo spãliter non carnaliter eum postmodũ cognouerũt. ij. Cor. v. Et si cognouimus secundum carnẽ xpm sed nũc iam nõ nouim⁹. Et sicut per spũm sanctum ipsum vt verꝝ deum cognouerũt. ita per eũdem spiritũ sanctum eum vt verũ deũ amauerunt Roma. v. Charitas dei diffusa est in cor. no. per spi. san. que data est nobis. Hoc est ergo quod dicit. Expedit vobis vt ego vadã. ad hoc vt. s. habeatis veram fidem et spẽ de me. z me vt verꝝ deum diligatis quas virtutes vsq; mõ nõ habuistis. Si ei nõ abiero paraclit⁹ nõ veniet ad vos. i. si presentiã meã corporalẽ ab oculis vestre carnis nõ subtraxero ad noticiam dei vos p inuisibilẽ spũm nõ perducovt dic. t greg. Si aũt abiero mittã eũ ad vos. i. faciã vos spũaliter viuere z per spiritũ scm̃ faciã vos verã fidẽ de me habere. Aug. Nunquid non hic positus spiritũ scm̃ nõ poterat mittere. Quid est ergo si nõ abiero paraclitus non veniet ad vos. nisi non poteritis capere spũm sanctũ ꝺ̃diu ꝺ̃m carnẽ nosse persistetis xpm. xpo autem ascendente corporaliter non solum spũs sanct⁹ sed et pater z filius illis spũaliter affuit. Et ideo sicut pueris expedit eleuari a lacte vt sumant solidiorẽ cibũ Sic expediebat apostolis vt ab eis christi presentia auferretur et ad spũalem noticiam ducerent helizeo. v. Omnis enim qui lacteis est particeps expers est sermonis iusticie. Perfectoꝝ autem est solidus cib⁹ Isa. xxviij. Quem docebit scientiã et quem intelligere faciet auditum ablactatos a lacte auulsos ab vberibus. ¶ Et nota hic q Abraam fecit grãde conuiuium qñ ablactauit ysaac Gen. xxi. Et anna dixit Samuelem ablactatũ in domũ dñi cũ tribus modis farine et tribus vitulis. i. Re. i. Ut magna gra est ad spũalem noticiã peruenire que per talẽ ablactationẽ intelligit. Psal. cxlvij. Non fecit taliter omni nationi. et iudi. f. non manu. eis Ephe. iij. Quod alijs generationibus non est agnitũ filijs hoim sicut nunc reuelatum est sanctis apostolis eius et prophetis. Cognoscamus ergo xpiani xpm per spm̃ scm̃ qui habitat in nobis. qt beati qui nõ vi. et cre. Joh. xx. Notandũ ergo q sicut apostolis expedibat vt ab eis xpi pitia subtraheretur ita multis expedit vt ab eis bona pitis subtrahantur. quia aliter ad deũ cognoscendum non accedunt. sed in ipsis bonis credunt totaliter deum esse in ipsis finẽ suũ ponentes. Psal. Beatum dixerant populũ cui hec sunt. Sic Job denudatus ab omnibus ait. Nunc oculus meus videt te ergo penitentiam in faulla et cinere. We. v. Beati pauperes spiritu qm ipsi deũ videbũt. Et sic p3 secundũ. ¶ Tercio ponit vnũ op⁹ siue officium qđ spũs sanct⁹ in aduentu suo facturus erat qđ est arguere mũ

dum. Et hoc est. Cum venerit ille arguet mundũ. i. faciet vos et vestros sequaces apros et idoneos ad mundum et mundanos arguendum. Non enim aliter dicitur spũs sanctus mundũ arguere nisi quia facit hos in quibus habitat mundus arguere loquens per os eorũ sicut potestas mittit bannum et erbannit et rebannit per pones suos et totum hoc potestas facere perhibetur War. xiiij. Nõ enim vos estis loquentes sed spũs sanctus Isa. lxi. Spũs dñi super me. eo q vnxerit me euangelisare pauperibus misit me. ¶ Notandum ergo q quadrupliciratione dicitur spũs sanctus arguere. O primo ad ostendẽdum q ille maxime se arguit qui spm̃ scm̃ recipit abundantius Greg. super illo verbo Job. Nunc oculus meus videt te. idcirco reprehendo me. Quanto quis maioris lumen recepit tantomagis reprehensibilem cognoscit. sicut pulvis apparet in radio solis qui non apparebit in vmbra. Secundo ad ostendendum q arguere non ẽ alienum a benignitate et amore eum spũs sanctus qui est ipsa benignitas z amor dicatur arguere Isa. xl. Egredietur virga id ẽ correctio et disciplina de radice Jesse i. de incendio amoris Jesse nãq; interpretatur incendium. Apocalipsis. iij. Ego quos amo arguo et castigo. Tercio ad ostendẽdum q mansuetudo spũs sancti in arguẽdo penitus est seruanda. Gal. vi. Vos qui spũales estis hmõi instruite in spũ lenitatis. Seneca. Vicia animi sicut vicia corporis leniter tractãda sunt: quia generosus est animus hominis et facilius ducitur q trahitur. ¶ Quarto quia spũs sanctus talem facit hominem qui dignus et idoneus est alios arguere z docere. Tria em̃ argutionem et disciplinam impediunt. s. reprehensibilitas. ignorantia et timor. Hec autem omnia spũs sanctus aduenies removet z depellit: quia purgat illuminat et corroborat mentẽ. Ideo in specie ignis qui hec tria operatur super apostolos apparuit et venit. Nam ignis purgat rubiginem metallorꝝ. illuminat et corroborat lateres. Quod aũt reprehensibilitas impediat arguentẽ ostendit Greg. d. Superitas sordes tergere non valet manus que iuxta tenet. Wathei. vij. ypocrita ejice primo trabem de oculo tuo z tũc videbis ejicere festucam de oculo fratris tui. Ro. ij. Qui predicas non furandum furaris. In quo enim alij iudicas teipsum condẽnas. Impedimẽto vero ignorantie dr. Wath. xv. Si cecus ceco ducatũ prebet ambo in foueã cadũt. Osee. iiij. Quia tu scientiam repu. re. te. ne. sa. fun. mi. Officiũ aũt sacerdotis est arguere. De impedimento aũt timoris dr Eccle. vij. Noli querere fieri iudex nisi valeas virtute irrumpere iniquitates ne forte extimescas faciem potentis Spũssanct⁹ vero vemẽs super apostolos purgauit eos ex omni peccato. illuminauit ab omni ignorantia: et corroborauit z fortes fecit contra mortem z omnia tormẽta et per cõsequens fecit idoneos ad mundũ id est mũdanos arguẽdũ. ¶ De trib⁹ autem apostoli z eoꝝ sequaces arguerũt et arguũt mũdũ: scz de petõ. de iusticia et de iudicio. De petõ qõ fecerũt z faciunt quia nõ imitant nec hñt. et de iudicio qõ neglexerũt et negligũt. Arguet em̃ mundũ spũs sanct⁹ de petõ scz infidelitatis quia nõ crediderũt in me. qõ p excellentiã dr peccatõ sicut paulus per excellentiã dr apls: quia in ipso ola peccata cõtinenr. z in eius contrario scz fide omnia dimittuntur: vt dicit Augusti. Luce. vij. Fi. t. sal. t. fe. va. in pa. ¶ Item arguet mundus de iusticia. s. xpi quã fideles habẽt quam ipsi mũdani non sunt imitati. que iusticia fuit i hoc q quia se christus summe humiliauit summe exaltatus fuit. Phil. ij. Humiliauit semetipsum. Et sequit. Propter qõ de⁹ exaltauit illũ. Ista est iusticia fidei quã fideles hñt de xpo quẽ nõ vidẽt. Jo. xx. Beati qui nõ vi. et cre. In qua fide omnes iusti vivunt Ro. i. Just⁹ aũt ex fide vivit. Et hoc est qđ dicit. De iusticia quidem quia ad patrem vado et iam nõ videbitis me: scz mortales et infirmum. Justum quidem fuit vt quia filius dei se summe humiliauit q ad gloriam patris et ad immortalitatez trãsiret. Istam iusticiam fideles non solum de christo credũt: sed etiam de seipsis: quia si humiliauerint se pro christo credunt cum ipso tanq; membra ei⁹ pariter exaltari. Quia sicut dicit Augustinus. Sicut factuz est in capite ita fiat in membris. i. Thes. iiij. Si enim credimus q Jesus mortuus est et resurrexit. ita et deus eos qui dormierunt per ipsum adducet cum eo. Jo. xvij. Volo vt vbi ego sum et illi sint mecum. Et quia fideles hanc iusticiam credunt. ideo eam toris viribus amplexantur. et eligunt hic affligi et humiliari vt cum christo exaltentur ad patrem pariter ascẽsuri. i. Cor. iiij. Maledicimur et benedicimus persecutionem patimur et sustinemus blasphemamur et obsecramus tã q purgamẽta hui⁹

mundi facti sumus. Istam iusticiam mundus nec credit nec habet et ideo est merito arguendus. ¶ Item arguet mundum de iudicio quod ſm Aug. sic exponitur. Christus iudicauit in morte sua dyabolū principem mundi et in inferno reclusit. vt dī Apo.xx. Qui scz habitabat in cordib⁹ infidelium a quo captiui ne recte crederēt et bene agerent tenebantur. Sed cum ipse sit iudicatus et in inferno reclusus non habēt amplius excusationem q̄ quia ab eo captiui tenentur non p̄nt vere credere et bene agere cum mares et femine parui et magni efficiantur martires pro fide et nomine christi quinq; et bona operantur. Et hoc est quod dicit. De iudicio aūt quia princeps huius mundi iudicatus est. De hoc ergo iudicio quod x̄ps pro salute mūdi fecit dum dyabolus iudicauit vt posset bene agere et recte credere q̄ totus mūdus non cognoscit de ipso curat dum non satagit bene agere est merito arguendus ¶ Uel aliter arguet mundum de pctō.s. quod commiserunt q; non crediderunt in me. In quo omne pctm̄ ꝓtra deum ꝓmissū cōprehendit: quis ois qui peccat in deum non credit in eum. Credere enim in deum est fidez quam ꝓtestatur bonis operibus ostēdere et in deum sperare et ipsam amare. Ja.ij. Ostendas michi fidem tuam ex operibus. Hoc autem non fatit mundus. ¶ Item arguet mūdū de iusticia scz quā non seruauerunt. ꝛ hoc ē tum ad proximū quia nec iusticiam distributiuā que consistit in remunerando dignos secundum ꝓportionē ac recompensando mercedem: nec iusticiam punitiuam que consistit in emptionibus et venditionibus nec iusticiam punitiuā que consistit in malox̄ punitione seruauerunt. Et quia iusticia et iusticia sunt ꝓtraria immediata et cuicūq; horum non inest alterū inest et ideo sequit q̄ ad proximum iniusticiam seruauerunt. Et in hoc omne pctm̄ ꝓmissum contra proximum continet. Quia cum ad iusticiam pertineat vnicuiq; reddere quod suum est et proximo debemus benivolentiam cordis et loquelam oris et veritatem operis et solum his tribus modis peccatur contra proximum sequitur q̄ quandocūq; cōtra proximum peccatur nō seruatur ei iusticia. Et q; finis ꝓtinet in virtute ea que sunt ad finem. et mors est finis omnis iniurie et omnis iniusticie que contra proximum committi p̄t. ideo in morte x̄pi. ois ei⁹ iniusticia ꝓtinet. ¶ Et q; x̄ps ē caput omniū iustox̄: et quod de ipso dicit de ꝓximo intelligit ideo ponendo exemplū de morte sua omnē ꝓximi iniusticiā dat intelligi. Et hoc est quod dicit. Arguet mundū de iusticia quam michi ꝛ mēbris meis nō seruauerūt sed supple iniusticiā: quia me et meos occiderūt. Mat.xxiij. Hierusalez hierusalem que occidis ꝓphetas ꝛ lapidas eos qui ad te missi sunt. per quā mortem ego recedo de mundo ꝛ ad patrem vado et amplius nō videbitis me suple mortalem. ¶ Item arguet mundū de iudicio qō scz nō timuerūt quia cum peccēt quotidie cōtra deū ꝛ primū iudicium dei ventura timere debuerūt: quia si dyabol⁹ magister ꝛ princeps eox̄ tam iudicat⁹ est solum pro vno cogitatu: multomagis ipsi ꝓ multis sceleribus iudicabūtur quia si rex punit militem: multomagis vasallum. Locus est a maiori: quia si illud quod magis videtur ineſſe nō inest nec illud qō minus videtur: sed magis videtur parcēdū comiti q̄ vasallo igitur. ꝛc. ij. Pe. ij. Si enī deangelis peccātibus nō pepercit: sed rudētibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos in iudiciū reseruari. ꝛc. ergo multomagis nobis peccantibus nō dimittit. Sic ergo arguet mūdū de pctō qō cōmiserūt: quis nō crediderunt in me. De iusticia quā michi et meis nō seruauerūt propter quā mortu⁹ sum ꝛ ad patrē vado et de iudicio qō nō timuerūt quod timere debebant cū princeps eox̄ tā iudicat⁹ sit.

P Ubi nota q̄ mūdus arguēdus est de triplici iudicio. Primo de iudicio ad se nō ptinenti quod sibi vsurpat. Math.vij. Nolite iudicare/ ꝛ nō iudicabimini. Ro.xiij. Tu quis es q̄ iudicas seruū alienum. Secūdo de iudicio ꝓprio de quo nō curat. i. Cor.xi. Si nosmetipsos diuiderēmus iudicaremur. Uercio de iudicio dei qō nō timet ꝓtra qō Eccl.vij. Memorare nouissima ꝛ in eternū. pec. In eodē.xxxviij. Memor esto iudicij mei sic enim erit ꝛ tuū. ¶ In fine nota q̄ mūd⁹ ē arguēd⁹ de octo maximis sceleribus que sūt q; expellit magistrū sapiētie. occidit vitā anime. exsiccat fontē misericordie negat ministr⁹ pudētie nō audit ꝺdicatorē penitentie extinguit lumē intelligētie ptēnit bona glorie ꝛ non timet penas gehenne. Primo est arguēdus q; expellit magistrū sapiētie. Joh.xvi. Qui dixerunt deo. recede a no. scz. vi. tu. no. Mūdus docet scientiam suaz que est terrena. animalis/ et dyabolica: vt dicitur Jacobi iij. Nam docet lucra iniusta/ deceptiones

sophisticationes ꝓtroversias guerras ꝛ huiusmodi ꝓpter. vi. Omnis calumnia in medio eius. Hec scientia expellit dei sapientiam que est omni virtute plena nam docet virtutem facere. non decipere proximū. verum dicere. finem considerare/ celum amare/ deum timere ꝛ ab omni malo cauere Job.xxviij. Timere deū ipsa est sapientia et recedere a malo intelligentia. Item magister sapientie dicit. Transit mundus et concupiscentia eius. Jo.ij. Mundus autem dicit. hec requies mea in seculū seculi hic habitabo quoniā elegi eā. Item magister sapientie dicit q̄ diuitie delicie et honores sunt norte. Prouer.i. Ubi quo stulti ea que sibi sunt noxia cupient. Sed mundꝰ dicit q̄ tria supradicta sunt optima. Psal. Beatum dixerunt populum cui hec sunt. Item magister sapientie dicit q̄ aduersa mundi sunt utilia quia eruditant et cōpellunt ad deum accedere vt dicit Gregorius Mala que n. h. pte. adde. ire compel. Boe. Plus hominibus reor aduersam q̄ ꝓsperam prodesse fortunam. Illa fallit hec instruit. Itaq; illam videas ventosam fluentem suisq; ignaram. Hanc autem sobriā sue cinctam et ipsius aduersitatis exercitatione prudentem. Mundus hec verba delirantem reputat et hec patientem inimicū dei et infortunatum existimat supra modū Et breuiter de omnibus que sapientia dei docet mundus contrariū dogmatizat. Hoc figuratum est in nube filiorum israel que ipsis erat lucida ꝛ egyptijs tenebrosa. Sic est in propositio quia sapientia est seruis dei clara et impijs obumbrata. Secundo est arguendus/ q̄ia occidit vitam anime que est amor dei. Augustinus. Scio anima mea quia amor est vita tua. i. Johan. iij. Qui nō diligit manet in morte. Sed amor mundanus est venenum illius amoris ꝛ ipsum radicitus extirpat/ qui est amor parētum amor mundanorum bonorū. amor carnalium delectationum et amor consanguineorum. Omnes istos amores docet mundus et tenet. et plus diligit parentes q̄ deum plus mūdana bona q̄ dei dona plus carnales delectationes q̄ virtuales operationes plus consanguineos quā sanctos plus mundum quā celum. plus gloriam hominum quā dei Johannis. xij. Dilexerunt gloriam hominum magis quā dei. Tercio est arguendus quia exsiccat fontez mie q; non remittit iniurias. sed pro alapa reddit vulnus pro vulnere mortē expellit inimicos et destruit bona eorum. Non parcit prostratis: sed interimit persequendo. non miseretur pauper. ꝛ pupillox̄: sed decoriat eos iniustis, exactionib⁹ et vsuris. Sapiē. ij. Sit fortitudo nostra lex iusticie circūuentamus iustū. Quarto est arguendus: quia negat ministrū prudentie. Ipse ē⁹ dei filiꝰ prudentia sua omnia dirigit ꝛ gubernat. ꝛ omnibus prouidet ſm decentiam singulox̄. Mathei.xi. Omnia michi tradita sunt a patre meo. Sed mundꝰ omnia dicat o casu ꝛ fortuna euenire eo q̄ bona eque proueniunt bonis ꝛ malis: et similiter mala et similiter lucra ꝛ victorie et cetera raltum. In quox̄ ꝑsona dicitur Job. xxij. Circa cardines celi pambulat nec nostra cōsiderat. Et Ecclesiastes. ix. ¶ Uidi sub sole nec velocium esse cursum. nec fortium bellum. nec sapientum panē. nec doctorum diuitias/ nec artificū gratiam: sed tempus casumq; in omnibus ꝛc. ¶ Quinto est arguendus: quia non audit predicatorem penitentie. ¶ Christus enim quotidie predicat per p̄dicatores suos dicēs. Penitentiam agite appropinquabit enim regnum celorum. Mathei tercio. Et nisi penitentiam egeritis omnes simul peribitis Luce decimotercio. Sed mundus dicit. Letare iuuenis in adolescentia tua Ecclesiastes decimoptimo. Item Sapien. ij. Fruamur bonis a iuuentute celeriter ꝛ non sit pratum q̄ non pertrāseat luxuria nostra quoniaz hec est pars nostra et nostra est agnitus qui sit reuer. ab inferis. Sed hoc deberet eos magis terrere scz si nullus vnq̄ rediit de inferno: quia signuz est q̄ omnes devorat. ¶ Sexto est mundus arguendus quia intelligentie lumē extinguit. Nam deus vult hoc nos intelligere et hoc per scripturam suaz docet q̄ omnis homo est liber ꝛ potest bene ꝛ male agere Eccle.xv. Deus ab initio constituit hominem et reliquit eum in manu consilij sui. Item apposuit tibi ignē ꝛ aquā ad quod cunq; volueris porrige manum tuam. Et ante hominem vita et mors/ bonū/ et malum et quilibet fecerit saluabitur: qui vero male egerit condemnabitur. Sed mundus dicat q̄ omnia sunt predestinata ꝛ de necessitate euenient et q̄ deus ꝓpter opera nostra in sententia nō mutatur Numeri.xxiij. Non est deus/ vt homo vt mentiatur nec vt filius hominis vt mutetur. Unde quicunq; sunt ꝓfecti quicquid agant de necessitate damnabuntur. Cuius contrarium dicitur Jeremie.xviij. Si penitentiam egerit gens illa a malo suo q̄ locutus sū aduersꝰ eā agā ꝛ ego penitētiā

super malo/ quod cogitaui vt facerem ei. Exemplum de nimiuitis quibus per tonaz dñs dixerat. Adhuc.xl.diebus niniue subuertetur. Quoz̄ penitentiam dñs respexit et non sunt submersi vt patet Jone tercio. Sed mirum est valde/ quia vt dictū est supra mūdus dicit q̄ omnia casualiter euenīunt et circa hec inferiora dei prouidentia non consistit quomodo ergo omnia necessario euenīūt. Cuius ratio est quia vnū malum alteri malo contrariatur vt prodigalitas illiberalitati. Sed bonum nunq̄ contrariatur bono. Et ideo bonorum vna est sententia sed sentētia malorū est diuersa et vna contrariatur alteri. Prouerbi.xi. Inter supbos semp̄ iurgia sunt. ¶ Septimo arguendus est/ quia contēnit bona glorie. Deus nāq̄ promittit magnā gloriam corpori et anime se daturū si homo caueat se a peccatis.i. Coz.vi. Quod oculus non vidit nec auris audiuit. nec in cor ho. as. q̄ prepa. de h. qui di. il. Luce. xxij. Ego dispono.si.m.dis.pa.m.regnū vt eda. et bi. sup men. meā in regno meo. Sed mundus hic contēnit dicens. Cui bene est hic/ etiam bene erit in futuro. Scio quia habeo sed nescio quid habebo Psal. Pro nichilo habuerunt terram desiderabilē Treñ.i. Omnes amici eius sz̄ mūdi spreuerūt eā. si gloriā celi. ¶ Octauo est arguendus q̄ nō timet penas gehenne. Deus enim minatur peccatoribus magnas et et intolerabiles penas Isa.xxxiij. Quis poterit habitare ex vobis cum ardoribus sempiternis Psal. Ignis grando nix glacies spiritus procellarum pars calicis eoz̄ū. ¶ De his omnibus mundus non curat immo quod peius est omnia derider Treñ.iij. Factus sum in derisū omni populo. Et ideo est arguendus merito mundus et forti verbere corrigendus. ¶ Quarto ponit secundū op⁹ sue effectus spiritus sancti qui est apostolos in omnem veritatē inducere. Apostoli enim ex grossitate intellectus et ex tristicia magna que eos tunc tēporis deprimebat nō poterāt capere altā veritatē de xpo et de multis aliis necessariis ad salutem. Et hoc est quod dicit. Adhuc multa habeo vobis dicere sed nō potestis portare modo id est non estis capaces ad ea intelligēda/ sed/ spūs sanctus aduenies faciet vos capaces omnis veritatis et plenos amouendo sz̄ duriciā intellectus fugādo tristiciam corporis et desup sapientiā infundendo/ quia ois sapientia et verum a spū sancto est. Damasce. Omne verum a quocūq̄ dicat a spū sc̄to est. Et hoc est quod dicitur. Cū venerit ille spūs veritatis docebit vos omnem veritatē sz̄ vite et doctrie vie et patrie necessariā ad salutē/ ita q̄ sit distributio pro generibus singulorū et nō pro singulis generū vt dicit victor. Qz̄ vt dicit Augu. Nō arbitror in quoq̄ hoc posse impleri in hac vita vt omnē veritatē sciat cū apostolus dicat nūc cognosco ex parte id est imperfecte et videmus nunc p̄ speculum in enigmate. i. Coz. xiij. Sed spūs sanctus oēm veritatē docet/ qz̄ et hic docet ea necessaria ad salutē iuxta illud. Joh. ij. Unctio eius docebit vos de omnibus. Et in futuro ad cognitionem dei p̄ducit in quo omnia cognoscuntur. Grego. Quia est quod nesciat qui videtē omnia videt. Docebit ergo vos omnem veritatem fidei scilicet de vnitate et trinitate/ dei et de incarnatione et vita christi et morte de creatione et fine mundi/ de angelis et animabus de celo et mundo et inferno/ de preceptis et virtutibus/ de sacramentis ecclesie. Et breuiter omnem veritatem ad salutem vestram vel aliorū necessariā vos docebit. Non autem docebit vos sophismata Aristotelis vel problemata. Euclidis vel leges Aureliani vel ymeta. Anerroys et cetera non expedientia ad salutē. ¶ Vel aliter ea que sunt ad finem continent virtute in fine. Sapientia autem dei est finis omnis sapientie et scientie Sapien. vi. Cogitare enim de illa sensus est cōsummata et omnes scientie seruiunt ei sicut famule domine Prouer. ix. Sapientia edificauit sibi domum excidit colūnas septem et misit ancillas suas vt vocarent ad arcez. Septē columne iste et ancille sunt scientie humane scilicet septem artes liberales quibus sapientia dei ad suum ministerium tanq̄ ancillis vtitur vt grāmatica ad cōgrue loquendum dyaletica ad verū a falso discernendum rethorica ad pulchre loquendum et sic de aliis. Et ideo spūs sc̄us docendo apostolos dei sapientiam docuit eos omnem veritatem cuiuscunq̄ scientie. i. Coz. ij. Non iudicaui me scire aliud inter vos nisi christū Jesum. Et ne doctrina spiritus sancti esset suspecta tanq̄ ꝓpria et singularis hoc remouet dicēs q̄ non loquet a semetipso sup. singularit sine patre et filio sed loquet q̄cūq̄ audiet sz̄ in trinitate eius audire est scire et esse vt dicit Augu⁹. Quia in trinitate diuina sunt idee omniū rerum et ideo de⁹ viādo et scīdo se videt et cognoscit omnia vt dicit Augu. Cum ergo in ore duoz̄ vel trium stet omne verbū et quecunq̄ spūs sanctus dicit pater et filius dicit ergo eius doctrina est vera. Simili modo xp̄s de se dicit. Joh. xij. Ego ex meipso non sum locutus. Et quia spūs sanctus est verus deus sicut pater et filius: nō scit futura vt deus. Et ipse docuit eos futura mala et bona que super eos erant vēnura et q̄ gentes ad eoz̄ predicationem conuertende erant. et q̄ cum gloria martirū ad deum rediturī erant finaliter coronandi. Et hoc est quod dicit. Et que ventura sunt annunciabit vobis. Et sic patet quartuz. ¶ Quinto ponitur tercīū opus siue effectus spūs sancti quod est xp̄m clarificare. Erat enim tunc temporis xp̄s valde obscurus in cordibus apostolorum et aliorū quia nec ipsum nec eius opera cognoscebant. propter quod xp̄s ait. Petro Matth. xvi. Vade post me sathanas quia non sapis ea que dei sunt. Hec ergo clarificatio in hoc fuit q̄ spūs sanctus sup omnes apostolos veniens fecit eos cognoscere et credere et predicare q̄ xp̄s erat verꝰ deus et verus homo pro salute humana incarnatus et passus quod ante nō cognoscebant. Itē spiritus sanctus clarificauit xp̄m non solū respectu apostoloz̄ sed etiā respectu totius mūdi. inq̄tum dedit apostolis et etiam aliis sanctis virtutē faciendi in nomine xp̄i miracula et potestatem super ois demonia et super omnem creaturam propter quod xp̄s in magna reuerentia vt verus deus est habitus a toto mundo et adoratus et per ꝓphs clarificatus. Itē clarificauit xp̄m qz̄ in virtute nominis eius totum mundum ydolatrie debitum ad fidem xp̄i cōuertit qō solus deus facere potuit vt dicit Aug. Actuū. iiij. Neq̄ enī nomen aliud est sub celo datum hominibus in quo nos oporteat saluos fieri. Itez̄ clarificauit xp̄m qz̄ homines per diuersa vitia et diuersos errores dispersos ad vnā fidem vnū baptisma et ad vnam xp̄i ecclesiā reduxit et adunauit Joh. x. Alias oues habeo que non sunt ex hoc ouili et illas oportet me adducere et fiet vnum ouile et vnus pastor. R Charissimi si volumus scire si spūs sanctus habitet in nobis et operetur nobiscū clarificemus xp̄m vt apostoli. quia hec glorificatio vsq̄ ad finem durabit. Et primo clarificemus eum p̄ veram fidem que per opera demōstretur. qz̄ vt dr̄ Jac. ij. Fides sine operibus mortua est. Et ideo clarificari non pōt. Secundo clarificemus eum vt in nostris eius miraculis operemur. que tunc facimus qñ in igne carnalis concupiscentie non comburimur qñ in aquis tribulationum non submergimur. quando demonia expellimus. nec ab eis superamur. et qñ creaturis omnibus dñamur. Ois ista magna miracula sunt et ea non nisi in dei virtute possumus operari Eccle. xxxi. Quis est hic et laudabimus eū fe. e. mi. in. vi. s.

¶ Tercio clarificemus eum vt peccatores de uersis pctōz̄ vodolis scrutentes. vt suarum pecuniē. et gulosus vētri et sic de aliis Juxta illud ad phil. iii. quoz̄um deus venter est. per predicamenta verboz̄ et exemplа bonoz̄ operū ad deum salubriter conuertamur Jac. v. Scire debet qñ qui conuerti fecerit peccatorē ab errore vie sue saluauit ani. e. a. m. et ope. m. pec. Quod ad dei gloriam spectat. Quia vt dicit Aug. Nullum maius sacrificium placet deo q̄ salus animarum. ¶ Quarto clarificem⁹ eum vt in vnitate cordium et voluntatum. in vinculo pacis et dilectionis inuicem habitem⁹. Ephe. iiij. Solicite seruare unitatē spūs in vinculo pacis sicut vocati estis in vna spe vocationis vestre. vn⁹ dñs vna fides vnū baptisma. Actu. iiij. Erat illis cor vnū et anima vna in dono spūs. Psal. cxxxij. Ecce q̄ bo. et q̄ to. ha. fra. in vnum. Et sic patet totum.

¶ De epistola. Sermo.lv.

Omne datum optimum et omne donum perfectum de sursum est. &c. Ja. i. In hac epistola beatus Jacobus inducit nos ad cognitionem bonoz̄ et donorum que a deo recepimus et per ꝓphs ad dei amorem nos allicit et inducit. quia ex quo optima que q̄ nobis a deo donantur. ad deū diligendum maxime incitamur quia munera et dona recepta incitatiua et causatiua sunt dilectionis. Durus enim est animus qui et si nolit dilectionem impendere saltem nolit rependere. Nulla autem est maior inuitatio ad amandum vt dicit Bernar. q̄ preuenire amādo. Dum ergo ondit q̄ omnia bona sunt a deo vt ipse hominib⁹ abūdanter tribuit et non improperat nos valde ad amorem eius accendit. Hoc ergo in hac epistola demonstrare intēdit. In qua quidem epistola quattuor principaliter oñduntur. Primo enim beatus Jacobus ostēdit q̄ ois bona a deo emanant. In principio epistole. Secundo ostendit q̄ hec bona deus gratis nobis donat ibi. Voluntarie enim genuit nos verbo veritatis. Tertio

tio et quo tot bona nobis donat. eius doctrinam nobis audire mandat ibi. Sit autem omnis homo velox ad audiendum. ꝛc Quarto ad recipiendum cum effectu eius verba similiter nobis iperat ibi. Propter quod abiicientes omnē immundiciam et abundantiā ma. in mansuetu. su. insi. ver. Primo ergo ostēdit q̄ omnia bona nobis a deo emanant dicens. Omne datum optimum ꝑtum ad virtutes et spiritus sancti dona et omne donum perfectum quantuz ad bona glorie de sursum est. Optima eīm que in ista vita haberi possunt sunt virtutes et spiritus sancti dona. Sed bonum perfectum cui nichil deest quod deus gratis nobis donat est vita eterna Roma. vi. Gratia dei vita eterna et ad Titum. iij. Non ex operibus iusticie que fecim⁹ nos sed ſm̄ suā misericordiam saluos nos fecit. ¶ Omne ergo datum optimum et donum perfectum a deo est. et hoc pōt tripliciter exponi. Primo quantum ad ipsas res in seipsis consideratas. Quedam enim sunt bona que hñt solum esse vt corpora superiora et elementa et lapides et ista sunt bona. Quedam hñt viuere ꝛ sentire vt animalia et ista sunt meliora. Quedam hñt esse viuere et intelligere vt hō ꝛ angelus et ista sunt optima quibus deus perfectum donum donauit sez vitam beatam que de⁹ est. Quia vt dicit phūs. Perfectuz est cui nichil deesse quod solū est vita beata. Perfecta agit in genere suo multa sunt. Sed perfectum simpliciter et bonū non est nisi deus. Math. v. Nemo bonus id est perfectus nisi deus. Omnia ergo supradicta sunt a deo que omnia per se sunt bona sz adinuicē ordinata sunt optima. Et ideo de singulis dr̄ in genī. Vidit deus q̄. ꝛc. Et postea de omnib⁹ simul dicitur. Vidit deus cūcta que fecerat ꝛ erāt valde bona. Et sic pz q̄ omnia sunt a deo. ¶ Secundo pōt exponi quantum ad bona que hominibus a deo dantur. quedaz enim sunt bona vt bona fortune sez diuitie et dignitates. quedam sunt meliora vt bona nature. s. sanitas. fortitudo ingenīū et similia quedam optima vt virtutes et dona spūs sancti. Debite. xiij. Optimum ē gratia stabilire cor. Sed glorie bonum est bonum perfectum vt dictuz est supra. Omnia enim hec bona dantur a deo hominibus. Psal. viij. Omnia sub. sub pe. e. o. et bo. ꝛc. Quia cum bona fortune ordinent ad bona nature et bona nature ad bona gratie et bona gratie ad bona glorie. ꝛ eaque sunt ad finem includūtur in fine ides in dato optimo et dono pfecto omnia bona intelliguntur. ¶ Tercio potest exponi ꝑtum ad ipsum deum gratis nos ad bonum perducētem. Nam q̄ deus nos creauit fuit bonum sed q̄ nos redemit et in filios per spūs sancti grām adoptauit fuit melius sed q̄ nos in corpore et anima beatificauit hoc est donum optimum et donū perfectuz: quia vt dicit Aug. Homo ē creatus vt cognosceret deum per bonum nature et cognoscendo amaret per bonum gratie et amando possideret et frueretur per bonum glorie. Et qui donat aliquid donat omnia sine quibus illud haberi nō potest. ideo deus dando nobis datū optimum et donum perfectum id est seipsum omnia nobis bona donauit. Ro. quō etiā cum illo non omnia nobis donauit. Omnia ergo bona sunt a deo patre. Recte ergo dicit. Omne datum optimum et omne donum perfectū de sursum est descendēs. ita est per gradus procedens: quia in collatione bonorum gradus seruantur vt dictum est. ¶ A patre luminum. Pater luminū est ipse deus qui est pater luminis nature Psal. iij. Signatum est super nos lumen vultus tui domine. Item est pater luminis gratie quo sedentes in tenebris illuminauit Isa. lx. Surge illuminare hierusalem quia venit lux tua. ꝛc. Idem. ix. Populus qui ambulauit in tenebris vidit lucem magnam. Item est pater luminis glorie. Psal. In lumine tuo videbimus lumē. Et ne credatur sicut est varietas in bonis creatis. ita sit varietas in deo patre omnium creatore addidit apud quem nō est transmutatio: quia semper idem maneno ois operat vnde Boetius. Immobilis stabilisq̄ manēs das cūcta moueri. Malach. iij. Ego dominus et non mutor. Nec etiaz apud deum est vicissitudinis obumbratio vt sez modo det bona modo mala. Mala enim obumbrant et in vmbra fiunt et ad vmbras inferni ducunt. Joh. iij. Omnis enim qui male agit odit lucem. Mat. xxij. Ligatis manibus et pedibus mittentes eum in tenebras exteriores. Deus ergo nunq̄ obumbratur per malū quia nec malum vult nec malum operatur nec malum infert nisi malum pene. Amos. iij. Non ē malū in ciuitate q̄ dominꝰ nō fecerit. Et sic patet q̄ inter bona presentis vite nulla optia sunt nisi bona gr̄e. s. ꝛtutes ꝛ dona spūs sancti. Et q̄ tot⁹ mūd⁹ hic erat re

putādo bona nature et bona fortune optima bona / bona vero gr̄e pro nichilo habet ¶ Probem⁹ hic q̄ bona gratie sint optima bona. Quia vt dicit quidā sapiens. Ratio malis nature vera perfectio est vnūquōq̄ rem tanti estimari quanti habenda est Sene. Maxime necessarium est precia rebus imponere. ¶ q̄ autem virtutes ꝛ dona spūs sancti sunt bona optima patet ex quatuor. Primo ex parte dantis quia a solo deo dantur teste augusti. qui dicit. Virtuo est bona qualitas mentis quam deus nobis sine nobis infundit. Exēplū de papa qui semper sibi magna reseruat vt facere cardinales / conuocare concilium et similiter quidam alij dñi faciunt. Excellentia ergo virtutum ex hoc patet q̄ eas deus sibi soli reseruat ad eas hominibus largiendum nec alicui eas dare cōmisit. Ephe. ij. Saluati estis per fidem et hoc non ex vobis / dei enim donum est non ex operibus Omnia vero alia bona deus creaturis cōmisit vt solt illuminare / lune humectare / igni calefacere / terre fructus producere / ꝛ sic de aliis. Justificare autem impium qd̄ fit per gratie et virtutū infusionem solus deus facit Ysaie. xlij. Ego sum qui sum de leo iniquitates tuas propter me. Secūdo idem patet ex oleo vnde veniunt / quia de celesti patria optimo loco. Optimus autez locus optima producit. De celo autem veniunt optima bona corporalia vt lux calor et motus per que omnia producuntur ꝛ cō seruantur ineisse et viunt. Cū igitur vt hic dicitur virtutes et dona de celo veniāt meliori loco mundi ex loco optimo vnde veniunt patet eorum perfectio. Exemplum de emptoribus qui interrogato de loco erēdunt statim bona esse que ibi nascūtur vel fiunt. Idem patet de naui venienti de oriente / et de vitramarinis partibus de qua ꝓsumitur q̄ optimis sit onusta. ¶ Tercio idem apparet ex parte personarū q̄b⁹ dona ꝛ virtutes donantur quia solum sanctis et filiis dei regis eterni dantur Joh. xiij. Ego rogabo patrem et alium paracli tum dabit vobis in quo ꝛ cum quo omnes virtutes et dona donātur dabit inquit vobis qui estis a deo in filios adoptati et ad regnum eternū electi. Jo. xv. Ego vos elegi de mundo. Alia vero dona dantur omnibus et bonis et malis Math. v. Qui solē suum oriri facit super bonos et malos. Virtutes vero et dona solum ꝓelectis ad vitam eternam dantur. Mathei sexto. Nolite sanctum dare canibus / nec vitentes margaritas vestras ante porcos. Purpura super omnes pānos excedit: q̄ olim soli reges ipsam induere poterant ꝛ portare. ¶ Quarto idē patet ex parte scripture que mentiri non potest. Nam vet⁹ et nouum testm̄ētum et omnes sancti doctores persuadent et mādant vt virtutes super omnia amplectamur ꝛ bona alia cōtemnamus. Mat. vi. Querite primum regnum dei et iusticiam eius. Super omnis charitatem habete. i. Joh. ij. Nolite diligere mundum nec ea que in mundo sunt. Sex alias rationes ad hoc idem require infra dominica. xviij. post festū trinitatis in sermōe de epystola. Et sic patet primū. ¶ Secundo ostendit q̄ omnia bona de⁹ gratis nobis dedit ꝛ dat. Et hoc est quod dicit. Uolūtarie enim id est gratis genuit nos in filios adoptionis: vt sez simus heredes bonorum eius. Quia vt dicitur ad Ro. viij. Si autē filij et heredes / heredes quidem dei coheredes autē christi. ij. Pe. j. Per quem maxima ꝛ preciosa nobis promissa donauit. Genuit ergo nos verbo veritatis in baptismi collatione in quo accedit verbum ad elementum et fit sacramentum: vt dicit Augustinus cuz dicitur. Ego te baptiso in nomine patris et filij et spiritussancti. In hoc ergo verbo veritatis: scilicet quod ipsa veritas instituit nos deus generat. Nam in baptismo quedaz spiritualis regeneratio celebrat. Et ad hoc significandum super christum baptisatuz venit verbum dei de celo dicens. Hic est filius meus dilectus. Mathei. iij. Hec autē generatio necessaria est ad habendum bona dei. Joh. iij. Oportet vos nasci denuo quia nisi quis renat⁹ fuerit ex aqua et spiritusancto non potest introire in regnum dei. Et ad Titū. iij. Secūdum misericordiam suam saluos nos fecit per lauacrū regenerationis et renouationem spiritus sancti. Item genuit nos verbo veritatis in doctrine ꝛ vite reformatione: quia multa dixit et fecit in quibus tota vita nostra salubriter informatur. Math. xi. Discite a me: quia mitis sum et humilis corde. Johan. xiij. Exemplum enim dedi vobis vt quemadmodum ego feci vobis ita et vos faciatis. Istis duobus modis dicitur aliquis pater spiritualis alicuius scilicet in baptismi collatione et in doctrine. et vite informatione. i. Cor. iij. In christo Jesu per euangelium ego vos genui. Et idem. Galath. iij. Filioli mei quos iterū parturio donec formetur xp̄s in vobis. Ad tuz

primo. Tito dilecto filio secūdū cōmunem fidem que scz in baptismo infunditur gratia et pax. Istis ergo duobus modis dñs nos germinauit vt essemus aliquod inicium creature dei id est vt essemus inicium gratie inter homines. Nam creatura dei et precipue homo est ad imaginem dei factus vt patet Genesis.i. Propterea deus nos genuit verbo veritatis in baptismo et doctrina vt simus inicium creature eius id est vt simus primicie gratie spūs sancti inter omnes homines mundi ad habendū datum optimum et donum perfectum id est bona gratie et glorie dei. Apostoli esū et eorum sequaces qui per apostolos sunt conuersi quibus tunc Jacobus loquebat fuerunt primicie christi quia primo fidem et doctrinam christi per spiritum sanctum receperunt Romano. viij. Nosipsi primicias spiritus habentes glo. tempore et dignitate. ij. Thes. ij. Debemus gratias agere deo qui nos elegit primicias in salutem in sanctificatione spūs. Inicie autē ponitur pro dedicare et consecrare et renouare mediantibus eccl'ie sacramētis. Per hanc ergo genituratū iniciat nos deus in creaturarum nouam id est in filios adoptiuos ij. Cori. v. Si qua noua creatura in christo vetera transierūt ergo in christo Jesu neq; circuncisio aliqua valet neq; prepuciū sed noua creatura vt dicit apostolus Galla. vi Et dicit inicium aliqō quo hic iniciamur in parte per gratiam dei quia tantū in anima sed in futuro inicisabimur in toto scilicet p glorią anime ⁊ corporis Isaie. lxi. In terra sua duplicia possidebunt. Et sic ptz secundum. ¶ Tercio er quo tot bona et talia nobis fecit inducit nos ad eius pcepta et doctrinam sollicite audiendam. d. Sit autem omnis homo velox ad audiendum scilicet precepta et doctrinam christi. Inter ceteros enim sensus auditus magis disipline deseruit vt dicit phūs Eccles. vi. Si dilexeris audire sapiens eris Prouer. i. Audiens sapiens sapiētior erit. Sed ad quid audiendum sit omnis homo velox. Ad audiendum vana et mala certe non. Eccles. vij. Sepi aures tuas spinis et noli audire linguam neq;. Quia vt dicit i. Cori. xv. Corrumpūt enim bonos mores colloquia prava sed sit velox ad audiendum verbum dei doctrinam sanam et vtilem Grego. Nullum adeo euidens predestinationis signum est vt libenter audire verbum dei Luce. vndeci. Beati qui audiunt verbum dei et custodiunt illud. Sed nō sic est de loquela sicut de auditu quia debet esse omnis homo tardus ad loquendum quia in multiloquio peccatum nō deerit. Prouer. x. Panc autem tarditatē ostendit natura in eo q̄ dedit homini oūs sensus geminatos vt duas aures duos oculos ⁊ sic de aliis. sed solum vnam linguaz et hanc conclusit duplici muro scz labijs et dētibus. Propterea petebat propheta dicens. pone domine custodiam oris mei et ostium circunstantie labijs meis.

¶ Ubi nota q̄ in locutiōe quatuor obseruare debemus. Primo vt raro ⁊ parū loquamur. Eccle. xix. Est tacēs et ipse est prudens. Et infra. xx. Qui autem precox est ad loquēdum odibilis erit. Sen. Tardiloquium te esse iubeo ⁊ propenbi erit deus. Secundo vt horam apti tempore obseruemus. Eccle. xx. Est tacens non habens sensum loquele ⁊ est tacēs sciens tēpus apti temporis. Prouerbi. xxv. Mala aurea in lectis argēteis qui loquitur verbum in tēpore suo Eccle. xx. Et ore fatui reprobabitur parabola. non enim dicit illam in tempore suo. Tercio vt dum loquimur bona ⁊ vtilia loquamur. i. Pe. iij. Si quis loqtur quasi sermones dei. Isa. xlvi. Ego dñs deus tuus docens te vtilia. Quare vt vere et non ficte et adulatorie loquamur Prouer. viij. Veritatez meditabitur guttur meum et labia mea detestabuntur impium. In eodem. xxix. Qui blandis fictisq; sermonibus loquitur amico suo rethe expandit gressibus eius. Isa. iij. Populi meus qui beatū te dicunt ipsi te decipiūt Grego. super illo verbo Luce. ix. Sine mortuos sepelire mortuos suos. Tunc mortui mortuos sepeliunt quando peccatores fauorib⁹ peccatores premūt. ¶ Si militer sicut homo tard⁹ debet esse ad loquēdum ita tardus debet esse ad iram ne tam de facili iracatur immo nunq̄ si possibile est nisi sit ira per zelum vt quando iracimur malis et peccatis hominum et hominibus Psal. iij. Iracamini et nolite peccare. Aug⁹. Sic diligendi sunt homines vt non diligantur eorum errores sed odiantur. Aliud est enim odisse quod faciunt et aliud odisse q̄ facti sunt. Sic iracatur pater filio. Sic iratus est phinees contra zambri ⁊ scortum machantem quā do intrauit lupanar ⁊ arrepto pugione p fodit ambos in locis genitalibus Nume. xxv. Sic christus per talem zelum iratus est quando facto flagello de funiculis eiecit ementes et vendentes de tēplo. Jo. ij.

Unde ibi sequit q̄ discipuli recordati sunt quia scriptuz est. zelus dom⁹ tue comedit me. ¶ Et quare iracti non debemus assignat rationem dicens. Ira enim viri iusticiam dei non operatur. Ira viri dicit quia iracimur hominibus siue deo siue diabolo siue nobismetipsis. Talis ira est vnum de septem capitalibus vicijs et potest esse mortale vel veniale peccatum. Nam si ira est leuis vel preuenit iudicium rationis et cito transit peccatum veniale est. Si enim sit fortis ira et a ratione deliberata et permanet et est contra proximum eius mortale peccatum est et ideo iusticiam dei non operatur sed iniusticiam. Sed ira per zelū meretur. Nam phinees per zelū ipsius iremeruit sacerdotium sempiternum et placauit iram dei vt patet ibidem. Et sic patet terciū. ¶ Quarto inducit nos ad dei verbum et doctrinam cum affectu recipiendū dicens. Propter quod abijcientes omnem immundiciam et abundantiam malicie. Et quia verbum dei est totum sanctum et purum. ideo oportet nos esse mundos ad audiendum ipsum et recipiendum quia vt dicitur Sapientie. i. Non ha. in cor. sub. peccatis viere. xiij. Novate nobis novale et nolite serere inter spinas. Et ideo optz nos omnem immundiciam deponere cūtū ad peccata carnalia et abundantem maliciam quantum ad peccata spiritualia quia peccata carnalia magis sunt immūda cū spiritualia sed spiritualia maioris ponderis extant. Vel omnem immundiciam dicit quantum ad peccata propria que immundam faciunt animam et deformem. abundantiam autem malicie dicit cūtum ad peccata que contra deum et proximum directe cōmittuntur. Tunc enim malicia abundamus quando eam vsq; ad proximū extēdimus vel in deum directe peccamus. Sic ergo mundari a peccatis in mansuetudine et tranquillitate mentis debemus insituz verbum recipere id est christū qui est insitum verbū humane nature sicut circulus pteclectus trūco siluestri Joh. i. Verbum caro factum est et habitabit in nobis. qui truncus ante amaros fructus ferebat. Nā anteq̄ verbum dei humane nature insereretur non producebat fructus dignos penitentie sed per insertionem translata est in deū sicut transfert trūcus in naturā sui culi et fecit fructus dulcissimos in vitam eternam ducētes Jo. xij. Ego si exaltatus fuero a terra omnia trahā ad meipsum. i. Joh. iij. Nos scim⁹ qm̄ translati sumus de morte ad vitam. Hoc ergo verbū sic insitum ⁊ vnitum nobis debemus deuote q̄ fidem et amorem suscipere interius in corde et exterius in corpore vt referam⁹ fructus ei cōuenientes sicut in eum translati sumus. ¶ Uel suscipite insitum verbum: id est verbū euāgelij predicatum vobis a nobis de insito verbo dei id est. de verbo dei incarnato quod verbum est insitū cordi nostro sicut ramus trunco qui cōuertit truncum in naturam sui. Sicut em trūcus anteq̄ inserat ei ramus facit fructus asperos ⁊ amaros aptos solū porcis: sic homo anteq̄ recipiat verbum dei in corde facit opera aspera solum demonibus aptaq̄ sed postq̄ verbum dei insertum fuerit menti eius per amorem ⁊ fidem facit fructus dignos penitentie et est arbor dei in medio paradisi afferens fructus duodecim id est duodecim opera misericordie: vt dicitur Apoca. xxij. Debet ergo verbum dei esse insitum cordi nostro vt ramus veteris cōuersationis abscidatur a trunco cordis et nouus inseratur que renouetur de die in diez. Ro. xi. Tu autem cum oleaster esses insertus es in bonam oliuam. i. in bonam gratiam ⁊ misericordiā. Uerbuz ergo dei pure et deuote acceptum potest cum effectu animas nostras saluare. q̄a ipsas quotidie saluat ⁊ ab omni morte liberat Joh. viij. Si quis sermonem meum seruauerit mortem non gustabit in eternum. Actū. xiij. Uobis qui timetis deum verbuz salutis missum est. Dicit autez potest. ne libertas arbitrij excludatur quia nō saluat nisi volentes. Et ideo verbum per potest nos saluare si ei cōsentimus. alias pentus nō saluat Hebre. v. Factus est omnib⁹ obtēperantibus sibi causa. salutis eterne. Et sic patet quartum et consequenter totuz.

Dominica quarta de euāgelio. Ser. lvi.

Amen amen dico vobis si quid petieritis patrē in nomine meo dabit vobis. Joh xvi. Quia christus inquantuz homo ē advocatus hominum apud patrem in curia celi. vt dicit. i. Joh. ij. Advocatum habemus apud patrem Jesum xp̄m iustum qui quando hec verba dixit post cenaz in die ascensionis statim et in breui erat ab apostolis recessurus et ad curiam patris iturus. Jō in Ihs pmissis xp̄s docet apostolos et inducit ad petēdū et formādū petitiōes suas ad patrē. Petite iq̄ens. Que parabola est temporis instantis. Quia secundū rez

sentationē ecclesie aduocatus et frater noster christus in breui est iturus ad celū vbi facta nostra examinantur et iudicantur et vnde nobis omnia prouenient Jacobi. i. Omne datum optimum t omne donū perfectum de sursum est. Et ideo christus in verbis premissis in persona apostolorum nos hortatur et docet petitiones nostras formare / quia ipse eas est patri fideliter porrecturus ac etiam effectui mandaturꝰ. Unde ait. Amen amen dico vobis ꝛc. petite et accipietis. In quibus verbis quatuor continentur. Primo diuina largitas demonstratur t nostra negligentia redarguitur / quia inuitat nos ad petendum et omnia dare promittit. In principio euangelii Secundo tempus clāritatis et obscuritas circa christi opera insinuat ibi. Hec in proverbijs locutus sum vobis. venit hora cū iam non in proverbijs lo.vo. Tercio magna virtus perfecte oratiōis innuitur ibi. Et non dico vobis quia ego patrem rogabo de vobis. Quarto apostolorum intelligentia fuisse erecta ad christum declaratur ibi. Ecce nunc palam loque. et proverbiū dī. nunc cog. quia scis omnia X

Primo ergo diuina largitas demōstratur que patet quantum ad quatuor. Primo qr iurat omnia petita largiri vt petere nō debeamus dubitare. Amen amen inquit qui est modus iurandi in nouo testamento. In veteri testamento iurabat deus per seipsum. Genesis vicesimo secundo. Per meipsum iurauī dicit dominus Balaras sexto: Abrahe nanqꝫ promittens deus cum non haberet maiorem per quem iuraret per semetipsam iurauit. Secundo qr docet vnā rem in qua t per quam omnia nobis bona donantur / scilicet nomen iesu christi vt faciliter impetremus. Si quid inquit petieritis patrem in nomine meo dabit vobis. Dsalmista. In nomine dei nostri inuocabimus Actuum quarto. Non est aliud nomen sub celo datum hominibus in quo oporteat nos salvos fieri. Propter quod dicitur Isaie.xxvi. Domine nomen tuum et memoriale tuum in desiderio anime. Tercio quia inuitat et instigat ad petendum vt non verecundemur. Petite inquit. Homines diuites questuarios fugere scient sed christus inuitat Mathei vndecimo. Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis et ego reficiam vos. Johannis.vii. Stabat iesus et clamabat. si quis sitit veniat ad me et bibat Apo. iii. Ego sto ad ostium et pulso. si quis aperuerit mihi intrabo ad illum sup. portans mecum omnia bona ad Romanos.viii. Quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit. Quarto quia optima bona promittit scilicet gaudium plenum vt libenter petamꝰ. Petite inquit et accipietis vt gaudiū vestrum sit plenum. ij. Petri.i. Per quē maxima et preciosa promissa nobis donauit. Homines mundi dant pauperibus solum petra vt panem et vinum et vestes fractas et omnis putrefacta. Sicut Cayn obtulit deo quecunqꝫ pessima et abel meliora. Et ideo deus respexit ad abel et ad munera eius. ad cayn autem et ad munera eius non respexit Gene.iiii. Quia talia data deus modicum acceptat. Sed deus dat optima. Qr vt dicit Bernardus. Animā ad imaginem suam creauit angelos ad nostrū seruitium deputauit gratiam et virtutes ad meredū vitam eternam nobis donauit. Filiuꝫ suū ad nos liberādū et redimendū nobis trāmisit celum t gloriam suam nobis preparauit. corpora nostra putrefacta gloriosa resuscitabit. Ecce optima et innumerabilia bona. Hic cadit exemplum de alexādro q̄ petitus vt daret vnam domum dedit ciuitatem. In centuplo plus facit christus. Isaie.lxiiii. Oculus non vidit nec auris audiuit absqꝫ te que preparasti diligentibus te. Propter quod admiratur David dicēs Psalmo octauo. Quid est homo q̄ memor es eius.ꝛc. Gloria et honore coronasti eū domine et constituisti eum super opera manuum tuarum omnia subiecisti sub pedibꝰ eius. Et sic diuina largitas patet in quantū propter que omnia nostra negligentia est valde redarguenda Augustinus. Erubescant humana pigricia plus vult ille dare q̄ nos accipere plꝰ vult misereri q̄ nos a miseria liberari. Debemus ergo orando petere et petendo orare. Charissimi hec dies boni nunciī est in qua dicitur. Pete et accipietis. O si diceretur mortuis hec verbum quale gaudium haberent. sed ei non dicitur. Unde iam sunt plus q̄ mille anni q̄ ille dives epulo petit guttā aque et adhuc non habet. Et ideo non effugiemus iudicium dei si tantem negleximus salutem vt dicit apostolus Hebreorum secundo. Que negligentia magis egrauatur si consideremus q̄ sumus in multorum seruis et periculis constituti Apocalip.iii. Nescis q̄ tu es miser et miserabilis t pauper et cecus et nudus. Et ideo necesse habemus non solum orando petere sed desiderare vt scribit.j.Macha.iiii. Et nō cessare

nus in celum et miserebitur nostri deus noster. ¶ Tria enim solent homini esse occasio clamandi scz ignis.aqua q̄ hostes. Hec tria omni die nos incitant ad clamandum. Nā ignis carnalis concupiscentie semper nos comburit. Ro.vii. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis mee t captiuantem me in lege miserie et peccati. Job xxxi. Ignis ē vsqꝫ ad consummationem generās. Aque tribulationum vndiqꝫ nos circundant. Psal.lxviii. Saluum me fac domine quoniam intraverunt aque vsqꝫ ad animam meam. Infixus sum in li. profun. Et sequitur. Laboraui clamans rauce fac. sunt fame. Grego. Pestilentias sine cessatione patimur. ij. Cor. xi. Periculis flu. pericula. peri. ex ge. pericu. ex gen. ꝛc. Propter q̄ omnia dicit Salomō Ecclesiastes. iii. Et laudaui magis mortuos q̄ viuentes. Itē hostis infernalis quotidie nos insequit. i. Petri. v. Aduersarius vester diabolus tanq̄ leo rugiens circuit querēs quem devoret. ꝛc. Clamemus ergo fortissime Isa. lviii. Clama ne cesses quia non cessant q̄ te infestant cū vero cessaverint sile. ¶ In fine istius membri nota duo circa orationem. scz quomodo sit orandum. et que impediunt orationem exaudiri. ℨ Circa primum nota q̄ decem conditiones debet habere oratio pfecta. ¶ Primo enim oratio debet fieri cum fiducia impetrādi Ja. i. Postulet autem in fide nichil hesitans. Fides ei multam facit ad impetrandum. Marci. ix. Si potes credere omnia possibilia sunt credenti Mathei. viii. Vade et sicut credidisti fiat tibi. ¶ Secūdo debet fieri cum reverentia. Eccle. xxxij. Oratio reverentia accedet tibi bona gratia Augustinus. Citius exauditur vna oratio obedientis q̄ decem milia ptemnentis. Sic reverenter orabat chananea que veniens adorabat xp̄m. Mathei. xv. et iō fuit exaudita. Sic reverenter petebat ille leprosus quinquagenarius helye vt nō despiceret animam suam. et ideo non fuit combustus sicut alij duo. iiij. Regū. i. ¶ Nota hic q̄ quidaꝫ sunt sicut milites pylati qui genu flectebant et percutiebant xp̄m. sic multi genuflectunt et percutiunt xp̄m in peccatis suis immo crucifigunt vt dicit apostolus ad Hebre. vi. Rursum crucifigentes sibimetipsis filiū dei et ostentui habentes. ¶ Tercio debet esse decens vt petat decentia a deo Augustinus. Oratio est petitio decentium a deo Jacō. iiij. Petitis et non accipitis eo q̄ male petatis. Mater filiorum Zebedei non fuit exaudita eo q̄ petiuit indecenter: quia ex parentela voluit filijs regnum dei dari. Mathei. xx. Nescitis quid petatis. Ubi nota fm Augustinū tria sūt genera bonorum scz infima media et suprema. Infima sunt bona nature et fortune que sunt bonis et malis communia. Et nō debemus simpliciter a deo petere sed sub conditione scz si expediant et prosint. Augustinus. Si temporalia petitis cum modo petite et cum timore et illi committite vt si prosint det si autem scit obesse non det. Quid autem prosit et obsit medicus scit et non egrotus. Hec etiaꝫ debemus cū moderamine petere. Prouer. xxx. Mendicitatem et divitias ne dederis michi sed tribue tm victui meo necessaria Mathei. vi. Panem nostrum quotidianū da nobis hodie. i. Thi. vi. Habentes alimenta et quibus tegamur his contenti simꝰ. Media sunt bona gratie scz virtutes et dona spūs sancti que solum bonis infūs Hec debemus simpliciter et feruenter petere Luce. xi. Petite t dabitur vobis. querite et invenietis pulsate et aperietur vobis. ¶ Suprema sunt bona glorie. Hec tāq̄ finem omnium petere debemus et tanq̄ perfectum bonum. Johā. xvi. Petite vt gaudium vestrum sit plenum Bern. Reuera illud est plenum t perfectum gaudium quod non de creatura sed de creatore concipitur quod cum possideris nemo tollit a te cui ois aliud iocunditas comparata meror est omnis suauitas dolor et omne dulce amarum et omne decorum fedum. ¶ Quarto debet esse humilis et devota. Eccle. xxxv. Oratio humiliantis se nubes penetrat. Exemplum de publicano qui iustificatus est quia humiliter orauit. Hec humilitas magis attenditur quādo orās non confidit de meritis suis sed in virtute christi se credit obtinere. Et hoc est quod hic dr. Si quid petieritis in nomine meo. ꝛc. Et ideo etiam in fine omnium orationum statuit ecclesia dicendum per dominum nostrum iesum xp̄m. ¶ Quinto debz esse proficua oranti aliter non exaudiret. Luce vndecimo. Si vos cum sitis mali nostis bona data dare filijs vestris quanto magis pater vester celestis dabit spiritum bonum petentibus se. Exemplum de paulo quem christus non exaudiuit pro stimulo auferendo quia non petebat profectū sibi. Et hoc est qđ hic dr. Si qđ petieritis pr̄z in noīe meo ꝛc. Augustinus. Nō pe

titur in nomine saluatoris quicquid contra salutem petitur. Qui in nomine eius petit et si non contra salutē petit accipit qñ debet accipere. Quedam enim non negantur sed vt congruo dentur tempore differuntur. Beda. Apostolus non in nomine saluatoris petijt vt tētatione careret quā ob custodiam humilitatis acceperat. si enī hac caruisset saluus esse non potuisset.

¶ Sexto debet esse digna vt orans sit dignus recipere vt pote amicus dei. Quia vt dicit Grego. Cum is qui displicet ad interpellandum mittitur irati iudicis animus ad deteriora prouocatur Exemplum de moyse cui oranti pro pcō totus populi dominus dixit. Et ex hoc suscipiam preces tuas. te enim noui et nomine id est ex speciali amicitia. Hec autem dignitas in duobus attenditur scz vt orans dimittat peccata et obediat deo. Quantum ad primum dicit Isidorus. Sicut nullum proficit in vulnere medicamentum si adhuc in uolutum ferrum sit sic nichil proficit oratio ipsius cuius adhuc peccatum in mente vel odium manet in pectore. Ecclesiastici. xxxiij. Unus orans et vnus maledicēs cuius vocem exaudiet dominus. Quantum ad secundum inquit Grego. Quid mirum si postulantes a domino tarde exaudiunt qui precipientem dominum tarde aut nullo modo audiunt. Prouer. xxviij. Qui declinat aurem suaz ne audiat legem oratio eius erit execrabilis. ¶ Septimo debet esse ordinata scz vt primum petantur celestis et spūalia. deinde terrena et corporalia Wathei. vj. Querite primum regnum dei et iusticiam eius. Hic cadit exemplum illi⁹ mulierij qui omni mane petebat tria scz sanitatem in se et conseruationem in multis. et bonum tempus. et pro his dicebat omni die tria pater noster. Sic multi faciunt qui solum temporalia petunt. Jo. iij. Da michi domine hanc aquam vt nō sitiam neqz veniam huc haurire. Sic christus docuit ordinate orare in pater noster In quo omnium primo petitur sanctitas et regnum dei. Mat. vi. Sanctificetur nomen tuum. ¶ Octauo debet esse breuis. Wathei. vi. Cum oratis nolite multum loqui sicut ethnici faciunt. putant enim q in multiloquio suo exaudiantur. Sic autē dicetis. Pater noster qui es in celis. In q septem petuntur et dicuntur. ¶ Nono debet esse cum attentione cordis. Quidam enim dicunt solum labijs sed minime corde. Isa. xxix. Populus hic labijs me honorat cor autem illoz longe est a me et Johij. Veri adoratores adorabunt patrez in spiritu Grego. Si eternam vitam ore petimus non tamen corde desideramus clamantes tacemus. et econuerso si corde petimus silentes clamamus. Exemplum de moyse cui dominus dixit. quid clamas ad me moyses cum tū moyses sileret. Exodi. xiiij. Multi dicunt tota die deus in adiutorium meum intende et gloria patri. nichil attendunt. Figura habetur Gen. xv. Ubi dicitur q Abraam abigebat et fugabat aues a sacrificio. Aues sunt demones qui orantes faciunt mala et vana cogitare qui deuorāt sacrificium orationis vt nō referat fructum et ideo debent fugari.

¶ Decimo debet esse continua t cum perseuerantia Luc. xviij. Oportet semper orare t non deficere. Augustinus. Bonum desiderium oratio est et si continuum est desiderium continua est oratio. Justus nūqz desinit orare nisi desinat esse iustus. Semper orat qui semper benefacit Luce. xj. Si perseuerauerit pulsās dabit ei quotquot habet necessarios. In cuius figura mandatum est in lege q semper cauda animalis deberet poni in sacrificio Ecclesiastes vij. Melior est finis oratiōis qz principij Quidam sunt sicut symera que habet caput leonis. medium capre et caudam serpentis. quia feruenter incipiunt. tepide mediant. t in fine ita frigescunt q non audent caput leuare. Et sic patet que requirātur ad veram orationem. Hec omnia notantur in hoc quod dicit. Dabit vobis scz apostolis t eorum sequacibus qui omnia supradicta decem perfecte habuerunt et ideo omnia impetrarunt. Et per hec cadēpatet quare oratio frequenter non exaudiatur; quia scz deficiunt supradicte conditiones. Osee. xiij. Dabo eis regem in furore meo. Augu. Exaudit⁹ dyabolus petens Job ad tentandum et non exauditur apostolus petens stimulum amoueri. Exaudiuit quem disposuerat damnare et nō exaudiuit quem disposuerat saluare. Et sic patet primū. ¶ Secundo tēpus obscuritatis et claritatis circa opera xpi ipsius tur cū dr. Hec in proverbijs locutus sum vobis. venit hora. tc. que obscuritas t claritas potest multipliciter considerari.

A Primo considerando vetus testamētum ad nouū quia in veteri testamēto omnia opera xpi fuere prefigurata in quedā nube et caligine. vt patet in agno et edo. Exodi. x. et in duobus hircis quorum vn⁹

Deberet occidi et alius emitti in desertum Leui. xv. Et similiter in vacca rufa que debebat occidi extra castra et ibi comburi et cineres debebant mitti in aquam lustrationis qua spergebantur immundi Nume. xix. Et similiter in serpente eneo quē dominus mandauit suspendi in palo. In eodem. xx. Ubi. i. Cor. x. Omnia in figura contingebant illis Hebre. x. Umbrā enim habens non ipsam imaginem rerū. Et ad hoc significandum per totum tempus in quo filij israel fuerunt in deserto nunqz defuit eis columna nubis per diem Exodi. xiij. Et similiter quando templum fuit dedicatum impletum est nebula. iij. Regum. viij. Similiter omnia dicta de christo in veteri testamento erant velata et quasi prouerbia vt dicit Basilius. Aliter sunt accipienda hic prouerbia aliter apud seculares apud quos prouerbium dicitur probatum verbum quod ab omnibus intelligitur. hic autem dicitur prouerbium obscurū Xpō. Uñ hec in prouerbijs locutus sum vobis id est in obscuritate et enigmate. Basilius. Prouerbiorum nomen habere in vulgaribus verbis consuetudo hominum solet id est ea que ex traditione antiqua traduntur. Sed hec vulgi opinio est communis. Nobis autem prouerbium est sermo habens aliquid vtilitatis in aperto plurimum autem sensum contegens in occulto Augusti. Quod intelligenti est verbum non intelligenti est prouerbium. Et secundum hunc mundum omnia dicta de christo in veteri testamento erant quasi prouerbia nobis autem sunt verba et luce clarius manifesta. Et ad hoc signandum in morte christi velum templi scissum est in duo a summo vsqz deorsum Johan. xviij. Ego palam locutus sum mūdo t in occulto locutus sum nichil. Et hoc est quod dicit. Uenit hora cum iam non in prouerbijs loquar vobis sed palam de patre meo annunciabo vobis. ¶ Secūdo potest considerari comparando hominem in statu peccati ad hominem in statu gratie et spiritualis resurrectionis. Homini enim existenti in peccatis omnia dicta t facta christi sunt prouerbia id est obscura et tenebrosa Ephese. quarto Tenebris obscuratum habentes intellectum alienati a vita dei. ij. pe. j. Cui hec presto non sunt cecus est et manu tentans. tc. Que omnia homini existenti in gratia sunt clara et manifesta Augustinus. Oculis egris ochosa lux est que puris est amabilis Ephe. v. Fuistis enim aliqñ tenebre nunc autez lux in dño. Spiritussancti⁹ enī reuelat mysteria dei. i. Cor. ij. Spūs oēs scrutatur omnia etiam profunda dei. vñ. Greg. Sancti inquantum vnum sunt cum dño sensum dñi non ignorant. et. i. Johā. v. Dedit nobis sensum vt cognoscamus deum verum. Uñ ponit exemplū Greg. de radio solis transeunte per domum qui facit minimos pilos videri. Simile ē de spū sancto existenti in anima. Hoc fuit figuratū in columna ignis filioz israel existentiū in deserto. Columna ignis erat filijs israel lucida et egyptijs tenebrosa. Et hoc est quod dicitur. Uenit hora post resurrectionem et spiritussancti missionem quādo nō in prouerbijs loquar vobis: sz palam de patre meo annunciabo vobis. Lu. xxiij. Tunc aperuit illis sensum t intellectum scripturarū. Spūssanctus enī veniens omnia docuit eos. Joh. xiij. Ille vos docebit omnia. Per statū ēm apostoloz in xpi passione figuratur status pcōris: quia in passione omnes peccauerunt Per statum autem eorum post resurrectionē significatur stat⁹ iusti qui resurrexit a morte peccati. Ephe. v. Surge q dormis et exurge a mortuis t illuminabit te xps.

¶ Tercio potest considerari cōsiderando populuz dei ad omnes alios populos qui omnes sunt cecati t omnis scriptura est eis prouerbiū et enigma. Wathei. xiij. Vobis datuz est nosse mysteriū regni dei ceteris autē in parabolis vt videntes nō videāt et audientes non intelligāt. Isa. vi. Excea cor populi hui⁹ et aures eius aggrana et oculos eius claude: ne forte oculis suis videat t auribus suis audiat. Jo. ix. In iudiciū ego in hūc mundū veni: vt q non vidēt videant t qui vident ceci fiant. Et quod pius in istis est: quia nec credunt nec intelligūt se nō intelligere t errare. omnes enī dicunt se intelligere t habere veram fidē et nos condemnant. quod est pessima conditio: qz sic stando t credendo nunqz possunt saluari. Joh. ix. Si ceci essent peccatū non haberetis. nūc autem quia dicitis videmus peccatum vestrum manet. Populo autem dei omnis scriptura dei est aperta et non prouerbium. Hebre. iiij. Omnia autem aperta t nuda sunt oculis ei⁹. Unctio enim docet de omnib⁹: vt dicitur. i. Joh. ij. Actuum. xx. Non subterfugi quo minus annunciarem vobis omne consilium dei.

¶ Quarto pōt considerari comparando statum ecclesie militantis ad statum ecclesie triumphātis: quia in presenti sunt om

nis nobis obscura et proverbia. nec aliqd perfecte cognoscere possumus. 1. Cor. xiij Videmus aute nūc per speculū in enigmate Et ecclesiastes. vij. Dixi sapiens efficiar et ipsa longius recessit a me. In vita aute beata omnia clare videbimus. 1. Corinth. xiij. Nunc cognosco ex parte tunc autem cognoscam sicut cognitus sum quia sicut deus per suam essentiam cognoscit nos sic et nos in eadem essentia cognoscemus deum et omnia Psal. In lumine tuo videbimus lumen Grego. Quid est quod nescit qui videntem omnia vident. Et isto quarto modo exponit beatus Augustinus qui ait. Possem et ego hanc horam futurum seculum intelligere in quo videbimus eum sicuti est. qō apostolus dicit facie ad faciē. Qō ergo dicit hec in proverbijs locut⁹ sum vobis. apostolus dicit per speculū in enigmate. Quod autem dicit venit hora cum iam non in proverbijs vobis loquar sed palam de patre meo annunciabo vobis. apostolus dicit facie ad faciem. Et sic patet secundū. ¶ Tercio magna virtus perfecte orationis innuitur cum ait. Et non dico vobis / quia ego rogabo patrem de vo. ꝛc. id est tanta virtus erit vere orationis facte in fide qua creditis me a deo exisse per eternam generationem et in mundū venisse per carnis assumptionem et a mundo recedere per eiusdem carnis subtractionem et facte in charitate qua me diligitis super omnia q̄ non indigebitis apud deū aliquo intercessore sed ꝛ ipsa oratio vestra sic facta in fide et charitate omnia obtinebit. Hilarius. Caret apud deum intercessionis necessitate perfecta de filio fides que q̄ exiuit a deo credit atq; amat. et per seipsam et que audiri meretur et amari natum ex deo filium missumq; confessa Augusti. Exiuit enim a patre / quia de patre est. in mundum venit. quia mundo suum corpus ostendit mundum reliquit corporali discessione perrexit ad patrem hominis ascensione. nec mundum deseruit presentie gubernatione / quia sic in mundum venit exiens a patre vt non desereret patrem. Unde sicut secundum corpulentam substantiam in mundum venit per nativitatem sic secundum eandem de mundo exiuit per mortem. Quāuis ista verba scilicet et credidistis quia a deo exiui. non sint accipienda pro illo tempore sed pro futuro scilicet post resurrectionem ꝛ post spūs sancti missionem / quavt dicit Augustin⁹. Mundum erant apostoli tales quales eos dicit nec

sic credebant sed fiendi erant tales. Unde credistis quia a deo exiui. id est credetis preteritū ponit pro futuro propter certitudinem dicti sicut prophete propter eandē certitudinem preteritū pro futuro posuerunt Isaie. ix. Parvulus enim nat⁹ est nobis ꝛc. Unde aug. dicit q̄ apostoli p̄dicta verba non intelligebant nec se non intelligere cognoscebāt. Et ideo dicūt. Ecce nūc palam loqueris et proverbium nullum dicis. Sed quomodo hoc est verū qr ipse pater amat vos / quia vos me amastis. immo econuerso / quia pater amat vos. ideo vos me amatis cum scriptum sit. j. Johan. iiij. In hoc apparuit charitas dei non quasi nos dilexi. d. sed qm ipse pri. di. n. Ubi nota q̄ charitatē et omnes virtutes gratis et amore nobis deus infundit Wathei. x. Gra. ac. g. d. Qui ergo virtutibus a deo sibi datis bene vtūtur et ex amore ipsum re amant. et hoc deus iterū diligit eos ꝛ magis diligit. Et ideo amor noster ad deū est effectus et causa / qr a deo p̄cedit ꝛ ad deū reflectitur. ppter quā reflectionē deus diligit nos p̄ouer. viij. Ego diligētes me diligo Augusti. Quia ille amat nos amam⁹. Ille enim prior dilexit nos ergo hinc factum est vt diligamus / quia dilecti sumus per suptadicta ergo patet ista sit virtus orationis perfecte scilicet facte in fide et charitate / quia per scipsam q̄ dēt impetrat. Et quia tempus rogationum et. orationum instat ideo hic aliquid de oīonis virtute inseram⁹. ℬ Ubi nota q̄ oratio in fide et dilectione facta duodecim miracula facit. nam cogit deum / aperit celum / imperat soli et lune / ligat elementa / fugat demones / expellit morbos / suscitat mortuos / vincit scripturam / mutat naturam / impetrat veniam / acquirit gratiam / et confert gloriam. ¶ Primo cogit deum Exo. xxxij. Dimitte me vt irascat furor meus cōtra eos. Hoc dñs dixit moysi oranti pro populo vbi dicit Grego. Quid est dicere servo dimitte me nisi pensa ejrum apud me vales as et cognosce qr obtinere poteris quicqd pro populo oras Isaie. lxiij. Non est q̄ invocet nomen tuū qui cōsurgat et tenear te scilicet per orationem. ¶ Secundo aperit celum Luce. iij. Jesu baptisato et orante apertū est celū. Idē ptz in beato stephano qui gentibus positis ostia vidit celos apertos Actu. vij. Psal. lxxxvij. Intret oratio mea in conspectu tuo. Ubi dicit glosa. Magna est virtus orationis que quasi quedā nuncia ante deū pdit et mandatum pe

fit quo caro peruenire nequit. ¶ Tertio imperat soli et lune. Exemplum de Josue qui orans ait. Sol contra gabaon ne moueris et luna ptra vallē hayalon. Steteruntq; sol et luna Josue. x. ¶ Quarto ligat elementa. Nam ad orationem helye non pluit annos tres et menses sex vt dī. Jac. v. et. iij. Re. vij. vivit dñs si erit ros aut pluuia nisi iuxta oris mei verbum. Et tres pueri in camino ignis orantes nō fūt leſi. Danie. iij. ¶ Quinto fugat demones Luce. x. hoc genus demoniorum non ejcitur nisi in ieiunio et oratione. Unde ad orationē dare filie raguelis angelus raphael relegauit demonium in superiora deserti Thobie tercio. ¶ Sexto expellit morbos Marci. xvi. Super egros ma. im ponent et bene habebunt. Eccle. xxxviij. Fili in tua infirmitate ne despicias te sed ora deum ipse curabit te. vnde Jac. v. Infirmatur quis ex vobis inducat presbyteros ecclesie et orent pro eo et oratio fidei saluabit infirmuz. ¶ Septimo resuscitat mortuos. Exemplum de helya qui ait Obsecro dñe reuertatur anima pueri huius in viscera eius. et sic factum est. iij. regum xvij. Sic resuscitauit Johannes euangelista drusianā. et petrus thabitam vt narratur in hystoria scolastica. ¶ Octauo vicit scripturam. Exemplum de ezechia cui prophetauit Isayas dicēs. Disponе domui tue quia morieris tu et non. vi. Qui convertit se versus parietem templi et cum fletu oravit. ꝛ ideo deus videns orationem et lachrymas eius mutauit sententiam licet non p̄silium et pepercit sibi. et adiecit vite eius quindecim annos. Isaie. xxxviij. Et per p̄ns pphetie scriptura ē victa quā vincere difficile⁹ est q̄ per ire celum et terram Luce. xxi. Celum et terra transibunt verba aūt mea non transibunt. ¶ Nono mutat naturam Nam zacharias de mulere sterili accepit filiuz Luce. i. Ne timeas zacharia qm exaudita est oro tua et elizabeth vxor tua pariet tibi filiū. Idē ptz in abiaā Hen. xxi. ¶ Decimo ipetrat veniā. Nā David dicēti dño peccaui. ꝛ orāti pro venia. ait. Nathā pphet⁹. Trāstulit dē pctm tuū a te. ij. Re. xij. Et publican⁹ descēdit iustificat⁹ ab oōe Lu. xviij. Et gre. vt dicit augustin⁹ p oīonē fecit pci trayano impator in inferno existēti. qō a seculo nō ē auditū. sm illō qr in inferno nulla ē redēptio. ¶ Undecimo acqrit gram ꝛ spūm scīm. Nā orantib⁹ apostolis spūs sanctus sup omnes venit Actu. ij. Et nō solū quis per orationem acquirit sibi gram sed etiā alijs Sic monica mater augustini acquisiuit gram dei augustino. Et stephanus acquisiuit orās gram et veniam paulo. Unde augustinus dicit q̄ si stephanus non oraſſet ecclesia paulum nō haberet. ¶ Duodecimo confert gloriam Johā. xvi. Petite et accipietis vt gaudium vestruz sit plenum. Gaudium plenum non potest inueniri in mundo isto sicut nec perfectum bonū et ideo de gaudio glorie intelligitur. Augu. Hoc gaudium non carnale sed spūale est quod quia tantum est q̄ ei aliquid addi non p̄t procul dubio erit plenum Hoc fuit figuratum quando beatus stephan⁹ orans vidit gloriaz dei Et quid plura breuiter omne bonum corporale ꝛ spūale homo per orationem obtinebit et ab ōni malo liberatur quia petrus per orationez ecclesie fuit liberat⁹ a carcere herodis Actu. xij. Oratio autem fiebat sine intermissiōe ab ecclesia ad deum pro eo. Et ideo recte possumus dicere illud sapiētie. vij. Uēnerunt michi omnia pariter cum illa. Et sic patet tercū Quartū Nō dimittat ad pñs.

De epistola. Sermo. lvij.

Estote factōres verbi et non auditores tantum Jacobi. i. Quia non audire sed facere facit hominem beatum. Juxta illud Joh. xiij. Beati eritis si feceritis ea. et in observantia verbi dei vera religio consistit ideo vt beati simus beatus Jacob⁹ in principio epistole. Secundo vanū religiosum demonstrat ibi. Si quis putat se religiosum esse. Tercio ostenditur in quo religio vera consistit ibi. Religio munda et immaculata hec est. ¶ Circa primuz nota q̄ tripharie homines diuiduntur circa verbum et legem dei. Quidam audiūt et non faciunt et isti sunt mali qui sūt acriter verberandi. Luce. xij. Ser. sci. vo. d. s. et nō fa. ꝛc. Quidam nec audiunt nec faciunt et isti sunt pessimi quis contemnūt ꝛ audire et facere. Et quodlibet potest esse mortale peccatum. quia quamuis aliqua ignorantia excuset secundum illud. 1. Thi Ideo misericordiam consecutus suz quia igno. s. in incredulitate tamen ignorantia crassa et supina nō excusat immo de se potest esse peccatum mortale. cum separet a regno primo. Corinthe. xiij. Qui ignorat ignorabitur. Quidam audiunt et faciunt

et isti sunt beati. Luc. r. Beati qui audiūt verbum dei et custodiūt illud. ¶ Ad hoc tercium genus hominum beatus Jacob⁹ nos inducit dicēs. Estote factores verbi et non auditores tm̄. Hoc verbū vt aug⁹. dicit est ille aduersarius noster de quo dicitur. Mathei. v. Esto consentiens aduersario tuo cito. Hoc verbum debemus facere vt hic dicit Jacobus et ad hoc allegat duo. Primum est malum quod homo inde incurrit si hoc non facit. Secundum est bonum quod inde sequitur si hoc facit ibi. Qui autem perspexerit in lege libertatis perfecte. Malum quod homo incurrit si audit verbum dei et non facit est duplex Primo quia fallit seipsum. Secundo quia est aliis in exemplum derisionis. et ideo comparatur viro cōsiderāti maculas suas in speculo et eas non tergenti D Fallit autem seipsum propter quattuor. Prio quia ostendit q̄ perfecto spūalis consistat solum in audiendo bonum quod est falsū. Roma. ij. Non enim auditores legis iusti sunt apud deum sed factores legis iustificabuntur. Apo. Sicut fecit facite illi et nō dixit sicut docuit vel audiuit. Quia si predicare verbum dei et docere impios aut etiam miracula facere aut virtutes ostendere in nomine xp̄i non facit hominem iustum. multominus audire: sed hec vez predicare verbū dei. ꝛc. Non faciunt hominē deo acceptum Matth. vii. Domine nonne in nomine tuo prophetauim⁹ et demonia eiecimus et virtutes multas fecimus ꝛ dicet illis. Amen dico vobis nescio vos.

¶ Secundo quia ostendit q̄ sicut homo perficitur in scientia per auditum sic perficitur in bonitate per auditū. quod est falsum. Nam magno tempore audiendo efficiuntur aliqui magni iudices et magni medici: sed magno tempore audiendo nō fit homo bonus et perfectus. Hebre. vii. Nichil ad perfectum adduxit lex. Unde abraham non audiendo legem iustificatus est apud deum vt dicit apostolus ad Ro. iiij. et israel audiendo legem ꝛ vocem prophetarum que per omne sabbatum leguntur in lege iustis non peruenit ad eosdem.

¶ Tercio quia ostendit q̄ sicut per legem est cognitio peccati. ita per legem vitetur peccatum. quod est falsum: quia lex solum ostendit vulnus sed nō sanat. Ro. iij. Per legem enim cognitio peccati. Nam concupiscentiam nesciebam esse peccatum nisi lex diceret non concupiscas. Ro. vii. In cuius figura sacerdos et leuita viso sauciato pertransierunt. Lu. r. quia lex nō sanat que per sacerdotem et leuitam intelligit sed solum ostendit. Item non solus lex nō adiuuat vitare peccatum immo incitat ad peccatum Ro. vii. Peccatum enim occasione accepta per mandatum operatuz est in me omnem concupiscentiam qua nitimur in vetitum. Et non solum lex non iuuat sz occidit. ij. Cor. iii. Littera occidit spiritum autem viuificat. Ubi dicit aug⁹. q̄ per litteraz intelligitur omnis scriptura extra hominēs existens etiam moralium preceptoꝝ qualia in euangelio continentur vbi etiā littera euangelij occideret nisi esset interius gratia saluās. ¶ Quarto fallit quia ostendit q̄ fides que per auditum causatur. auditus autem per verbum dei vt dicit apostolus. Romanorum. r. sufficiat ad salutem. quod falsum est. Quia vt dicitur Jacobi. v. Fides sine operibus mortua ē. Nam demones credunt et contremiscūt. Et ideo propter hec quattuor talis fallit seipsum. ¶ Item est ali⁹ in exemplum derisionis. Valde enim esset deridēdus qui tota die teneret speculum in manu et non lauaret scenum quod haberet in facie. sic est ille qui tota die audit verbū dei et maculas peccatorum non abstergit. Et hoc ē quod dicit. hic comparabitur viro considerāti vultum natiuitatis sue in speculo Secundum glosam vultus natiuitatis nostre est macula corporis et anime in qua cōcepti sumus et nati. Sicut ergo qui considerat in speculo rationis viitatem natiuitatis sue et maculas peccatorum quib⁹ coram deo et hominibus est sanctis fetet et non humiliatur et hoc nec curat abstergere sed in oblitionem predictorum vadit. sic ꝛ ille qui tota die audit verbum dei et non facit. Et ideo proprie dicit q̄ talis comparatur viro speculanti se et non mulieri. vir enim respicit se in speculo ex quadam virositate et si videt se nigrum nō curat se dealbare. et si videt se pallidum non curat se rubricare. Sz mulier cum magna diligentia se aspicit et speculatur. et si se videt nigram procurat se dealbare. ꝛ si videt se pallidam procurat se facere rubeaz et cum vnguentis et diuersis loturis facit violenter se pulchram et omnes maculas a se abstergit. Sic debent facere qui audiunt verbum dei. Bonum vero quod homo consequitur si audit verbum dei et facit ē quia in tali facto beatificatur hic q̄ gfam et in futuro per gfiam. Et hoc est quod dicit. Qui sūt aspexerit in lege pfecte libertatis tanq̄ in speculo Grego. Specula dei sunt precepta dei in quibus sancte anime se semper aspiciunt et si que in eis sunt se dictates aspiciunt. Unde mandatum est in lege q̄ sacerdotes sacrificaturi in lege seu in templo haberent specula affixa vbi lauabantur ad videndum et abstergendum maculas suas Exo. xxxviij. Fecit labrum eneum cum basi sua de speculis mulierum Qui ergo sic perspexerit ad videndum et ad tergendum maculas beatus in facto suo erit. i. ex facto ꝛ opere suo beatificatur mediante sup. gfa dei. Quia vt dicit apostolus. Gfa dei vita eterna. Ro. vi. ¶ Nota hic de tigride quō ꝓpter imagines speculoꝝ proiectoꝝ in via quas respicit perdit filios suos. Sic multi non aspiciunt efficacia in speculo legis dei sed tot⁹ aspectus eoꝝ est ad ista bona mundi in quib⁹ aliqua imago veri boni relucet: quia omne bonum continetur in vero bono vt dicit. Boetius et in istis tantum aspiciunt q̄ filii eorum id est anime deportantur a dyabolo in infernum. ¶ Item nota q̄ dicit in lege perfecte libertatis. Revera perfecta libertas non est nisi in amando ꝛ obseruando legem dei Johan. viij. Si manseritis in sermone meo veri discipuli mei eritis et cognoscetis veritatem et veritas liberabit vos. ¶ Et hoc propter quattuor Primo quia vt dicit phūs liber est qui cā sui est. Qui autem obseruat legem dei omnia que facit sunt ad suam vtilitatem Ro. viij. Diligentibus deū omnia cooperant in bonū. Secundo quia qui obseruat legē dei liberatur ab omni lege. i. Thi. i. Justo non est lex posita sed patricidis et matricidis et ceteris talibus vnde. Aug. in regula. Non sicut serui sub lege sed sicut liberi sub gratia constituti. ¶ Tercio quia seruās legē liberat a seruitute peccati q̄ ē pessima seruitus a qua quicūq̄ liberatur vere est liber Ro. viij. Lex spūs vite liberauit me a lege peccati Johannis. viij. Si filius vos liberauit veri liberi eritis. Et quicunq̄ ab ea tenetur totaliter est seruꝰ quia omne peccatum a quo quis tenetur turpiter dominatur et et quod peccata tot domini hiere. vi. Seruietis dīs qui non dabunt vobis requiem. Dū peccatorum sunt peccata. Phil. iij. Quorum deus venter est. ¶ Quarto quia qui seruat legem liberatur a seruitute hominum. nam transfertur in conditionem filij quia seruit ex amore Romano. xiij. Nemini quicq̄ debeatis nisi vt inuicem diligatis. Et ex ē em differentia inter seruum et filium. quia filius ex amore seruus autem ex timore seruit. Si autem transit in conditionez filij fit liber vt filius Gal. iiij. Itaq̄ iaz non est seruus sed filius. q̄ si filius et heres per deū Prouer. xvij. Seruus sapiens dominabitur filiis stultis et inter fratres hereditatem diuidet Et sic pz primum. ¶ Secūdo vanum religiosum demonstrat dicens Si q̄ tis putat se religiosuz esse ꝛc. Ubi nota q̄ vanum vt dicit phūs est quod non icludit finem ad quez est. Religiosus autē dicitur homo religatus et restrictus in operibus bonis et ideo quicunq̄ est sub aliq̄ regula potest dici religiosus vnde omnes xp̄iani dicuntur religiosi quia sub regula euangelij religantur et multa eis nō licēt q̄ alijs licent. et ob hoc xp̄ianitas xp̄iana religio vocatur. Quia vero clerici magis religantur ideo magis sūt religiosi q̄ laici seu communes xp̄iani. Sed quia monachi et eorum sequaces maxime religātur ideo per excellentiam vocantur religiosi. Loquitur autem hic beatus Iacobus omnibus quocūq̄ modo religatis qui largo modo religiosi vocātur. Omnis autē xp̄ianus ad hoc religatur sub regula euāgelij vt habeat hic gfam dei et in futuro gloriam effugiatq̄ penam eternam. Qui ergo non refrenat et lig at linguam suam inuanum se religauit sub regula euangelij. q̄ non consequetur vitam grē ꝛ glorie nec effugiet penam eternam et per consequens non consequetur finem: propter quem se religauit quia hunc finē habet lingua dare et auferre Prouer. xvij. Mors et vita in manibus lingue. In eodem: xij: De fructu oris sui vnusquisq̄ replebitur bonis. Isa xxxij. Erit cultus iustitie silentiū Jac iij. Universitas iniquitatis sup. est lingua vbi dicit glosa q̄ fere omnia peccata procedūt ex lingua scz blasphemia. murmuratio defensio peccati periurius mendatium detractio adulatio maledictio cōuicium contentio prauum consilium. disseminarium discordie peccatuz bilinguiū indiscreta comminatio multiloquium et turpiloquium. Ergo lingua custodita anima custoditur et non custodita anima perditur Jaco. iij. Si quis in verbo non offēdit hic perfect⁹ est vir. Propter quod petit. Dauid dicens Psalmo. cxl. Pone domine cu

stodiam oris meo ⁊ os circū. la. me. Et sic patet q̄ de essentia xp̄iane religionis est custodia oris. Prouer. xxv. Sicut vibs patens et absq̄ murorum ambitu sic vir qui non potest in loquendo cohibere spm̄ suū Exemplum. Cum quacunq̄ custodia custoderetur castrum si solum vna porta vel vna fenestra dimittamur aperta tanua inuanū custoditur. Similiter quantumcūq̄ ligetur veges et reparetur si modicus pertusus dimittatur apertus inuanum religatus ē Sic est in proposito: quia quantumcunq̄ homo religet sensus suos et claudat ac̄t omnes actus et impetus suos refrenet si dimittit habenas lingue inuanum omnia facit Jac. iij. Si quis totam legem obseruat offendat autem in vno factus est omnium reus. Et maxime ad religiosos pertinet custodire linguā. Quia vt dicit apostolus. i. Cor. xiij. Spectaculum facti sumus mundo et angelis et hominib⁹. Omnes attendunt ad verba nostra et iō oportet q̄ valde simus circūcisi. in lingua Dicit. xiij. Circūcidimini domino viri iuda Col. iij. Sermo vester semper in gratia sale sit cōditus vt sciatis quomodo oporteat vos vnicuiq̄ respondere. Hic cadit exemplum illarum heremitarū de quibus dicit gre. in dya. q̄ nimis molestabant seruum suū quibus beatus benedictus mādauit nisi cor rexeritis linguam vestram excommunicovos que post morte sepulte sunt in ecclesia. et cum ex more diaconus clamaret qui non communicat det locum nutrix earum videbat eas exire de sepulchris. Itez aliō exemplum de illa sanctimoniali que carnis continentiam habuit sed lingue procacitatem non declinauit. Et factum est vt mortua sepeliretur i ecclesia. Custos autem ecclesie vidit media nocte corpus ei⁹ exhumari et afferri ante altare et per medū secari ⁊ media pars igne cremabatur et media intacta manebat et de mane apparuerunt marmora ante altare igne combusta. Hoc i dyalogo ē. ¶ Nota q̄ anima ita valde ferocia catenantur et ideo natura ad ostendendum ferocitatem lingue inclusit eam inter duos muros et posuit ante eam murum et antemurale. Ja. iij. Omnis natura bestiaꝝ volucrum et serpentū domatur et domata sunt a natura humana. linguam autem nullus hominum domare potest inquietum malum plenum veneno mortifero. Et ideo refrenanda est vt de Eccle. Verbis tuis facito stateram et ori tuo frenos rectos. Exemplum lingua stat in humido et est labilis vt anguille ⁊ nisi in fotamine orie teneatur tota fluit. ¶ Nota etiam q̄ dicitur. Qui non refrenat linguam suam non solum incurrit malum sed seducit cor suum. Cuius duplex ratio. Prima quia os est ostium cordis et lingua ostiarius Jaco. iij. Lingua constituitur in membris nostris tanq̄ ostiarius Wath⁹. xij. Et abūdantia cordis os loquitur: quia sicut dominus iubet sic ostiarius respondet. Sicut ergo ostiarius intromittens inimicum pdit dominum. sic lingua et os dum propter maliloquium intromittunt mortem in animam seducunt cor ⁊ hominem dum animam occidunt a qua procedit vita. Sapien. i. Os quod mentitur occidit animam. Secunda ratio est quia os et lingua deseruunt cordi ad manifestandum conceptus eius. Unde dicit philosophus q̄ voces sunt note earum que sunt in anima passionum Wath. xv. Que autem procedunt de ore de corde exeunt. Sicut ergo seruitor infirmi perderet eum si daret ei nocius aliqua que petit cum sit ei datus ad sanitatem recuperandam. sic lingua seducit cor si nociua que cupit profert et manifestat: quia non bene custodit ipsum. Unde lingue dicitur. Prouerbioꝝ xiij. Omni custodia serua cor tuuꝝ quoniā ab ipso vita procedit. Et sic patꝫ secundū. ¶ Tercio ostendit in quo religio vera cōsistit. Et dicit beatus iacobus q̄ in duob⁹ consistit scilicet in faciendo opera misericordie et in cauendo a peccatis seculi que animam maculant Aug. Due sunt partes iusticie scilicet facere bonum et declinare a malo. Tunc ergo christiana religio alicuius est munda quantum ad cor et immaculata quantum ad opera mie quādo. xij. opera mie exerceet circa proximum et seipsum a peccatis immaculatum conseruat. Per vnum enim opus mie quod hic ponit scilicet visitare pupillos et viduas in tribulatiōe positos dat intelligi omnia alia opera misericordie: quia eadem est ratio de vno et de omnib⁹. Nam vt dicit phūs. Eadem est natura vnius glebe et totius terre. et probata q̄ vna gleba terre ē grauis probatum est q̄ tota terra est grauis. ¶ Et sic patet q̄ in duobus christiana religio consistit. Primo in faciendo opera misericordie. Sapien. Deum maxime imitabitur qui nichil iudicauerit esse pretiosius q̄ misereri. Summa ergo virtus religionis est misericordia. Wathei. ix. Euntes discite quid est misericordiam volo et

non sacrificium Sunt autē duodecim opera mie que in his versibus cōtinentur Uesta poto cibo tego redimo visito cōdo Cōsule castiga solare remitte fer ora. quoruꝫ Ser prima sunt corporalia ad corpus pertinentia. alia sex. sunt spūalia ad animam pertinentia. et ideo sunt perfectiora ⁊ meritoria meriti. ¶ Ad opera misericordie facienda nouē nos inducunt. Primuꝫ est quia per misericordiaꝫ dei gram impetramus et in dei filium homo adoptatur. Eccle. iij. Esto pupillis misericors vt pater et prouide matri illorum et. eris tu velut filius altissimi obediens et miserebit tui magis q̄ mater. Secunduꝫ est quia p misericordiam dyabolus vincitur. Augu. De nulla re ita vincitur inimicus sicut de misericordia Eccle. xxix. Super scutum et lanceam pugnabit pro te contra inimicum suum. Tercium est quia per misericordiā factam alijs misericordia super ꝓpijs mis̄ijs impetratur. Wathei. v. Beati misericordes quoniam ipsi misericordiam consequentur. Quartum est quia per misericordiam impetus peccatorum refrenatur. Eccle. iij. Ignem ardentē extinguit aqua et elemosina resistit peccatis. Quintuꝫ est quia misericordia a peccato liberat Thobie quarto Elemosina a morte et ab omni peccato liberat. Exemplum de. Cornelio cui dictum est Actuum. x. Orationes tue et elemosine tue ascenderunt in memoriā in conspectu dei Et missus est petr⁹ ad eū vt eum absolueret a peccatis. ¶ Sextum est quia misericordia non soluꝫ a peccatis sed etiam a pena peccatorum absoluit Da. iiij. Peccata tua elemosinis redime. Hic cadit exemplum de illo qui in monte dimisit equum cognato suo vt videret et precium eius daret pro anima sua et non fecit. Cui iste mortuus apparuit dicens. Si mi fisses michi elemosinam de equo meo citius fuissem liberatus a pena Nunc autem ad deum vado et te cito ante euꝫ vt michi respondeas de equo qui cognatus statim mortuus est ⁊c. Septimum est quia misericordia non derelinquit hominem in morte cum omnia alia derelinquunt. Ambro. Non sunt bona hominis que secum portare non potest sola misericordia comes ē defunctorū. Octauum est quia in iudicio finali saluabit hominē. Wath. xxv. Uenite benedicti patris mei percipite paratū vobis regnum a constitutione mundi. Esurui et dedistis michi manducare ⁊c. Uñ ibi fit solum disceptatio de operibus misericordie. Nonum est quia misericordia distribuit mansiones in regno celorum Ecclesia. xvi. Omnis misericordia faciet locū vnicuiq̄ secundum meritum operum suoꝝ Et breuiter misericordia ad omnia valet et hic et in futuro. i. Thimo. iiij. Pietas ad omnia vtilis est promissionem habens vite que nunc est et future. ¶ Et nota q̄ nichil est miserius anima peccatoris quia ipsa est vidua derelicta ⁊ pauperrima. Est enim separata a sponso suo christo. a patre suo deo a matre sua ecclesia. a fratrib⁹ suis angelis et sanctis Treno. i. Omnes amici eius sprenerunt eam. Est etiam expoliata omnibus bonis Wathei. xxij. Ab eo autem qui non habet et quod habet auferetur ab eo. Et ideo nulla misericordia ē ita magna et tam grata deo q̄ homo misereatur anime sue Ecclesiastici. xxx. Miserere anime tue placens deo Prouerbioꝝ. x. Benefacit anime sue vir misericors. Et similit nichil est miserius impio non miserante seipsum vt dicit Augustinus Ecclesia. iij. Qui sibi nec̄ est cui bonus erit. ¶ Secūdo religio christiana consistit in custodiendo se immaculatum a peccatis seculi que sunt tria i. Johan. ij. Omne quod est in mundo. aut est concupiscentia carnis aut concupiscentia oculorum aut superbia vite. Ad hec tria omne peccatum reducitur. Ista peccata maculant animam turpiter immo efficiunt eam leprosam ita vt nisi a solo deo mūdari possit Isa. xliij. Ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me. ¶ Ubi nota q̄ duo sunt modi immaculatum se custodiendi ab his peccatis. Unus est et magis tutus de mundo exire id est de loco vbi mundani habitant Apo. xviij. Exite de medio eius populemeus ne participes sitis delictorū eius quia vt dicitur. i. Johannis. v. Totus mundus in maligno positus est. Et hiere. v. Hec est ciuitas visitationis omnis calūnia in medio eius et ideo impossibile est cum mundanis conseruari et nō inquinari. Frego. Impossibile est q̄ lingua secularium mentem non inquinet quā tāgit Seneca. Quotiens inter homines fui minor homo redū. Unde arseni⁹ audiuit vocem dicentem sibi. Arseni fuge homines ⁊ saluaberis. ¶ Alius modus est non immiscere actibus mundi quia vt dicitur Eccle sia. xiij. Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea. ij. Cozin. x. In carne enim ambulantes non secundum carnē militamus. Et sic patet tercium et consequenter totum.

¶ In ascensione domini de epistola Sermo. lviij.

Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem dedit dona hoibus Ephe. iiij. Festiuitas hodierna secundum Bernar. est felix clausura et totius itinerarij ihū dei consummatio gloriosa. Unde Mathei. xvi. Et dominus quidem iesus postq̄ locutus est eis. assumptus est in celum et sedet ad dexterā dei. i. requiescit in gloria dei/ que per dexteram significatur, quia in quantum deus sedet in equalitate patris inquantum vero homo manet in bonis potioribus patris. ¶ Siquidem dei filius propter nostram salutem quatuor itinera peregit. D Primū fuit de celo in terram veniendo quando carnem assumpsit de virgine gloriosa Johā. xvi. Exiui a patre et veni in mundum. Secundum fuit de mundo ad inferos descendendo/ quando sedentes in tenebris visitauit Eccle. xviij Penetrabo'oēs inferiores partes terre/et inspiciam omnes dormientes. Tercium fuit de inferno ad mundialem machinam redeundo quando cōfractis inferis cū preda magna a mortuis resurrexit Col. ij. Expolians principatus et potestates traduxit confidenter palam triumphans eos in semetipso. Quartum fuit de mundo ad celum ascendendo. quando vt hodierna die videntibus discipulis est super omnia elevatus Actu. i. Videntibus illis eleuat⁹ est et nu. suscēp. eū ab oculis eorū. Primum iter fuit penosum/ quia nature humane penalitates assumpsit Esa. liij. Vere languores nostros ipse tu. et do. no. ipse por. Secūdū fuit victoriosum/ quia portas inferi fregit vbi et ligauit insatiabilem homicidam et spolia eius diripuit. vt dicit Bernar. Luce xi. Cum fortis armatus custodit atri. su. in pa. sunt om. que po. &c. Augu. Manu marmi et affixa cruci debellauit ereas ptātes. Tercium fuit gloriosum/ quia gloriosus et immortalis in anima et corpore resurrexit Ro. vi. Christus resurrexit ex mortuis iā non moritur mors illi vl. non dominabitur Quartum fuit gaudiosum quia cū magno gaudio angelorū remeauit ad celos Psal. xlvi. Ascendit deus in iubilatione et dominus in voce tube. ¶ De isto quarto itinere scilicet de ascensione ad celos est sermo habendus ad pñs que in premissis verbis describitur tribus modis. Et primo describitur virtuosa ibi. Ascendam in altum. Secūdo describitur fructuosa ibi. Captiuam duxit captiuitatem. Tercio describit gratiosa ibi Dedit dona hoibus. Ex quibus tribus elicitur alia tria horum consecutiua. Nam quia virtuosa ideo admirabilis/ quia fructuosa ideo imitabilis quia vero gratiosa ideo venerabilis. Est ergo ascensio saluatoris virtuosa fructuosa et gratiosa admirabilis imitabilis et venerabilis. Primum inquā ascensio saluatoris est mirabiliter virtuosa vt virtus hic pro potētia actiua sumat. et hoc patet ex quinq̄ scilicet ex distantia quam ascendit ex personis quas secū traxit ex impedimento quod remouit ex loco vnde extraxit et ex duratione qua semper trahit. Primo virtus istius ascensiōis ostenditur ex distantia quam ascendit/ quia secundum philosophum omnis ascensus et motus est ab aliqua virtute mouente et tāto ascenditur velocius quanto virtus est maior. Exemplum in vaporibus virtute solari eleuatis/ et in sagitta virtute arcus ascendente. Christus autem propria virtute quasi in momento ascendit de terra vsq̄ ad celum empireum infra quod preter machinam elementarem sunt nouem celi scilicet celum Christallinum/ celum syderium/ celum saturni/ celum ionis/ celum martis/ celum solis/ celum veneris/ celum mercurij/ et celum lune. Et dicit Ra. moyses q̄ quodlibet celum septem planetarum habet grossiciem quingentorum annorum id est si aliquis homo iret in sursum omni die. xl. miliaria pertransiret grossiciē vnius celi in quingentis annis et inter celum et celum est spacium similiter quingentorum annorum vt dicit idem ita q̄ vsq̄ ad celum empireum eundo omni die in sursum. xl. miliaria vix perueniretur in octo milibus annorum. Et non videbatur hoc absurdū/ quia hoc est verisimile et rationabile. Verisimile videtur/ quia vt dicunt astrologi. quelibet stella est maior tota terra et tamē videtur parua vt quoddam speculum. Itē sol qui est longe inferior q̄ sydera est centum. xl. vicibus maior q̄ tota terra, et tamen videtur ita paruus quod attestat maximam distantiā esse celi a terra. Hoc etiā videtur rationabile/ quia secundum suam proportionem locatorum adinuicem est proportio loci ad locum. sed bona glorie que sunt in celo empireo/ quia ibi gloria dei manifestatur excedunt in infinitum bona que sunt in mundo ergo locus ille debet excedere istum in omni bonitate loci quasi infinitum. Sed vna de bonitatibus

loci est vt dicit phūs q̄ sit altus. quia in ista terram sunt multe corruptiones et infectiones et plus in paludibus q̄ in montibus quia ergo inuisibilia dei per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur. Ro. i. Voluit deus per immensam altitudinem loci ostendere immensitatem boni. quod est ibi. Christus autem in vno momento propria virtute super omnes celos ascendit et pernenit ad magnum celum sancte trinitatis et hoc inquantum homo: quia inquātum deus semper fuit in illo magno celo Joh. iij. Nemo ascendit in celum: nisi qui de celo descendit filius hominis qui est in celo. Eph. iiij. Qui descendit ipse est et qui ascēdit super omnia celos et sic ascēsio saluatoris ostenditur fuisse magne potentie et virtutis et velocissimo transitu. ¶ Secundo hoc idem apparet magis euidenter ex personis quas secum traxit. q̄ omnes anime que ascenderunt in celū vel que vsq̄ ad finem mundi ascendent in virtute huius ascensionis ascendunt: quia sicut dicit Apostolus. i. Cor. xv. Si christ⁹ resurrexit et nos resurgem⁹ ita si xp̄s ascēdit et nos ascendemus et multom agieq̄ difficilius est resurgere q̄ ascēdere: quia resurgere est super totam naturam Joh. xij. Si ego exaltatus fuero a terra omnia traham ad meipsum. Exemplū cuspis ferrea ponitur in canda sagitte propter magnam potentiam arcus et quanto maior ē virtus arcus. tanto maior ponitur cuspis Sic christus ponens multos alios in ascensu suo magnam virtutem ostendit propter quod petebat sponsa. Cant. i. Trahe me post te cur. in od. vn. tu. ¶ Tercio idē patet si consideremus impedientia tractum scz peccata totius mundi. Nam quodlibz peccatum mortale grauius est tota terra: quia si tota terra esset vbi erat lucifer in magno tempore non descenderet quo descendit lucifer in momento propter vnum peccatum. Et quare certe propter grauitatem peccati. Sed omnia peccata non potuerunt impedire istum ascensum quin humana natura ad celum ascenderet non q̄ peccata ascenderent: sed peccata remouit vt homines ascēdere possent. Si ergo volumus virtute istius ascensionis ascendere permittamus q̄ christus peccatum a nobis amoueat ac etiam nos deponamus. Hebreorum decimo secundo. Propter qō deponentes omne pondus et circunstans nos peccatum per patientiam curramus ad propositū nobis certamē. ¶ Quarto idē patet si consideremus vnde christus extraxit animas ad secum ascendendum q̄ de manu demonum principum potentissimorū quorum potentia omnem potestatē superat vt dicitur Job. xli. et Osee. xiij. Ero mors tua o mors morsus tuus. &c. Quito idem patet ex continuitate. quia quanto maior est virtus tanto magis durat ascensus et motus vt patet in sagitta. Sed virtus istius ascensus durabit vsq̄ ad finem mundi donec non solum animas: sed etiaz corpora sanctorum omnium ascendere faciat et in infinitum duraret si mūdus non q̄ deficeret. Charissimi nondum trahimur oremus vt trahamur: vt dicit Aug⁹. Et sic patet q̄ ascensio christi fuit magne potentie et virtutis et ideo admirabilis. Admiramur enim homines magne potentie et virtutis vt sansonem salomonem. a sic de ceteris. Et ideo cātat ecclesia. Stāt suspensi vultibus. De ascēsione etiam angeli admirati fūt dicētes. Esa. lxiij. Quis est ille qui venit de ed. gra. in mul. vir. iu. et sic patet primum. ¶ Secundo ascensio christi describitur fructuosa: quia cap. ij. cap. Ubi nota quinq̄ fructus ascensionis christi. ¶ Primus est reductio captiuorū in ciuitatem suā. Deu. iij. Reducet te dñs deus tuus de captiuitate t. Zach. ix. Tu autem in sanguine testamēti tui emu. vin. t. de lacu in quo non est aqua. Hic cadit exemplum paulini episcopi nolani qui tradidit seipsum seruum pro filio vidue vadēs in africam a inde reduxit omnes captiuos ciuitatis a terre sue. Sic fecit christ⁹ Joh xiij. Si ego abiero iterum veniam et assumam vos ad meipsum: vt vbi ego sum et vos sitis. ¶ Secundus est ostensio vie et apertio celi. Mich. ij. Ascendit pandens iter ante eos. Hebre. iiij. Habētes pontificem magnū qui penetrauit celos iesum filium dei. Siquidem ante tanuaz paradisi fuerat prohibitus rōphea collocata quā nullus vnq̄ potuit amouere nisi qui habet clauem dauid qui aperit a nemo claudit. claudit a nemo aperit. Apoc. iij. ¶ Tercius est restauratio ruine angelorum. Nā draco ille magnus et serpens antiqu⁹ tertiam partem stellarum traxit secum ad terram cauda sua: vt patet Apocal. xij. et sic fuit magna ruina in quolibet ordine angelorum: quia de quolibet ceciderunt. Anime autem non faciunt ordinem de se in vita eterna quem fecissent si angeli nō cecidissent: sed ad sedes angelorum qui ceciderunt assumentur: quibus completis

tenebris et lumen celi non video. ¶ Tercio quibus spūs sanctus datur ostenditur quia quem ego mittam vobis.s.apostolis et apostolicis viris.qui erant fide illuminati spe elenati charitate diffusi.prudentia insigniti.iusticia armati.fortitudine roborati temperantia precincti.seipsos humiliantes.mundum contemnentes.corpora sua macerantes.prelia vincentes.et proximos verbo et exemplo edificantes ꝛ conuertentes dico primo fide illuminati. Wath.xvi. Tu es xp̄s filius dei viui. Similiter et omnes dixerunt vt patet Lu.ix Secundo erant spe elenati Jo.vi. Domine ad quem ibimus. Tercio erant charitate diffusi. Ro.v. Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spūm sanctum qui datus est nobis. Quarto erant prudentia insigniti Wath.x. Estote prudentes sicut serpentes. Quinto erant iusticia ornati. Ephe.vi. Induti loricam iusticie. Sexto erant fortitudine roborati Jo.xi. Eamus et nos moriamur cum illo.pri. Corin.iiij. Maledicimur et benedicimus persecutionem patimur et sustinemus. blasphemamur et obsecramus. Septimo erant temperantia precincti. Lu.xij. Sint lumbi vestri precincti.i. Thi.vi. Habentes alimenta et quibus tegamur his contenti sum⁹. Octauo erant seipsos humiliantes. Luce ix. Nos aūt nō sic. sed qui maior est vestrū fiat sicut minor.i. Chor.iiij. Nos stulti propter christum vos autē prudentes in christo nos autem infirmi. vos autem fortes vos nobiles. nos autez ignobiles. Nono erant mundum contemnentes Wath.xix. Ecce nos reliquimus omnia.et secuti sumus te. Decimo erant corpora sua macerantes.i. Cor.iiij. Usq; in hanc horaz esurimus et sitimus.et nudi sumus et laboramus operantes manibus nostris. Hebre. xi. Circuierunt in melotis in pellib⁹ caprinis egentes angustiati afflicti.ꝛc. Undecimo erant prelia vincentes Hebre.xi. Sancti per fidem.ꝛc. obturauerunt oza leonū extinxerunt impetū ignis effugarunt aciē gladij con.de infir. fortes facti sunt in bello castra verterunt exterox. Duodecimo erant proximos verbo et exemplo edificātes et cōuertentes Wath.v. Uos estis lux mundi ¶tum ad verbum. vos estis sal terre quantum ad exemplum.ij. Thi.ij. Omnia sustineo propter electos vt et ipsi salutē consequantur. ¶ Charissimi si volum⁹ spūm sctm recipere in primo die penthe. satagamus esse tales et vt sumus tales rogemus deuote spiritum sanctum. ¶ Quarto ostenditur q̄ spiritus sāctus est firmissima veritas quia spiritus veritatis esse perhibetur. Ipse enim est spiritus veritatis qui aduenies apostolis ipso ꝛ nos in illis omnem veritatem docuit. Job.xiij. Iste vos docebit om.et vt non sit qui fugat eius doctrinā propter proluritatem hre uissime totam doctrinam necessariam saluti in duobus concluſit scilicet i dilectione dei ꝛ primi Ma.xxij. In his duob⁹ mādatis vniuersa lex pēdet ꝛ pphete. ¶ Et notandum q̄ quantum ad quicq; apparet q̄ spiritus sanctus est spūs veritatis. primo quia veritatez scripture sub vmbra legis latentez deterit que sic tecta erat mortifera et aperta et spiritualiter intellecta salutifera.ij.Corin.iij. Littera enim occidit spiritus autem viuificat et in huius figurā velum templi scissuz est. quia tunc incepit spiritus sanctus. s. post mortem christi. Job.xvi. Si enim non abiero paracitus non veniet ad vos si autē abiero mittam eum ad vos. ¶ Secūdo quia vanitatem mundi sub vmbra dom decipientem contemni fecit et facit. et ideo omnes viri spirituales contemnūt mundum. Phi.iij. omnia arbitratus sum ſtercora vt xp̄m lucrifacerem. Unde tempore apostolorū omnes qui recipiebant spiritum sctm vēdebant omnia et ponebant ad pedes apostolorum. Actu.iiij. Quotquot autem habebant agros aut domos vēdebant et pcia eorum ante pedes ap̄lorum ponebant Hoc figuratum est quando Helias translatus est in curru igneo et dimisit pallium. Per pallium bona mundi signāt que non cooperiunt nec caput nec pedes quia nudi nascimur ꝛ nudi morimur vt dicitur. Job. i. Currus autem igneus sanctum spiritum significat qui duas rotas amoris in homine generat. scilz dei et proximi. ¶ Tercio apparet quia simulationem ypocritarum sub specie honesti latitantē condemnauit Wathe.xxiij. Ue vobis scribe et pharisei ypocrite. Unde beatus. Petrus spū sancto motus auaricm ꝛ saphiram ad mortez cōdemnauit quia simulabāt se omnib⁹ spretis velle sequi ap̄los Act.v. Cur tentauit sathanas te mentiri spūi sctō. ¶ Quarto q̄ errores gentilium ydolis ꝛmorātes destruxit quia ostendit i ydolis demonis habitare et vt ipsa destruerētur fecit ap̄los miracula operari. Esa.xix. Ecce dñs ascendet super nubem leuem ꝛ ingredietur egiptū et mouebuntur simulachra egipti a facie eius.i.cōfringentur. ¶ Quinto quia sententias phōx de beatitudine falsas esse ostendit: quia neq; in potentia. neq; in diuitijs. neq; in delicijs. neq; in honoribus ſz i vero bono beatitudinē cē ondit. de q̄ h⁹ st. Secrtij. Beatū dixerūt pp̄l's cui hec sunt. Sed spū sctō dicit Aug. pp̄l's cuius dominus deus eius. Hoc fuit figuratum in statua Nabuchodonosor Dani.ij. quaz vnus paruus lapillus abscisus de monte sine manibus totā cōfregit. i. xp̄s per spiritum sctm natus et per ipsum locutus statuam mundi confregit que quatuor continet. scz aur. argentum es et ferrum. i. diuitias delicias et honores et potentias. Nunc ergo spūs veritatis non capit inideus vmbris figurarum adherens non capit mundus spūm vanitatis tumens. non capit ypocrita sanctitatem mentiens. nō capit gentilis spiritibus errore intendēs Non capit phūs doctrinis vanis credēs. Ad Hebre.xiij. Doctrinis variis et peregrinis nolite adduci. ¶ Quinto ostenditur a quo spiritus sanctus procedit. q̄ a patre procedit. Ubi nota q̄ greci ex hoc verbo arguunt q̄ spiritus sanctus est a solo patre procedens: sed hoc manifeste apparet esse falsum et per hic dicta et per rationem. Nam hic dicitur. Cum venerit paraclitus quem ego mittam vobis. Mittit ergo paraclitus et a filio et a patre Joh. xiij. Paraclitus aūt spūs sanct⁹ quē mittet in no. meo. Sicut ergo mittit a patre ꝛ filio ita ab vtroq; procedit. nequaq; enim mitteretur nisi procederet. Mitti enim dicit respectū ad creaturas. Procedere autē dicit respectum ad personas diuinas. quo modo ergo posset mitti a filio nisi ab eo p̄cederet. nisi diceremus q̄ spūs sanct⁹ minor esset filio et ab eo in essentia separat⁹ quod est falsum. Filius etiam mittitur a patre quia procedit ab eo per modum generatiōis. pater aūt quia a nullo eox per aliquem modum procedit ideo nunq; ab eis dī mitti. Idem etiam per rationem patet: quia spūs sanctus est amor quo deus pater diligit filium. sed eodem amore filius diligit patrem. sicut ergo spiritus sanctus procedit a patre per modum amoris ita p̄cedit a filio per modum amoris. et sic ptz primum. ¶ Secundo ponitur effect⁹ quē facturus erat spūs sanctus. qui ē testimonium reddere xp̄o. et hoc est ille testi. per hū. de me scz q̄ sum verus deus et verus hō. perhibebit etiam testimonium operibus meis scz naturali mortī et ceteris

alijs. et vos testi. perhibebitis: quia non aliter spūs sanctus michi testi. perhibuit nisi quia faciet vos aptos ad testificādum michi in his que vidistis et audistis quia ab initio ince predicationis mecum fuistis. Esa.xliij. Uos estis testes mei dicit dominus. ✠ Fecit autem spiritus sanctus apostolos et eox sequaces aptos ad testificandum xp̄o tripliciter. Primo mundando eos a peccatis. ne exceptione repellerē tur Jo.xx. Accipite spiritum sāctum quox remise. ꝛc. testis enim infamis repellitur Secundo instruendo eos. ne ignorantia confunderentur Mar.xiij. Non enim vos estis loquentes ad spūm sanctum. Tercio roborando eos. ne prece vel precio. timore vel odio a testificatione resilirent. et iō postq̄ apostoli spūm sanctum acceperunt totus mundus non potuit eos auertere. quin testimonium christo redderēt Actum quarto. Non enim possumus que vidimus et audiuimus non loqui. ¶

Nota q̄ xp̄s habuit testi. de omni loco et de omni creatura et omnia testificata sunt xp̄m suum actorem esse. Nam de celo habuit testimonium patris et spūs sancti Lu.iij. Descendet spūs sanctus corporali specie sicut columba in ipsum et vox de celo audita est. tu es filius meus dilectus. Item testimonium angelorum Lu.ij. Euāgelizo vobis gaudium magnum quia natus est nobis hodie saluator. De paradiso et inferno habuit testimonium Moysi et Helye. Mathe.xvij. Apparuerunt illis Moyses et helyas. Item multa corpora sanctoruz surrexerunt in eodem.xvij. Itē demones ei testimoniū reddiderunt. Lu. iiij. Exibant demonia a multis clamantia et dicentia: quia tu es xp̄s filius dei viui. De mundo habuit testimonium. xij. apostolorum. lxxij. discipuloxm et multorum alioz. Actu.iiij. Uirtute magna reddebāt apostoli testimonium resurrectionis ihesu xp̄i. Itē habuit testimoniuz ab omni creatura. Nam stella noua eum in sua natiuitate testificata est Wath.ij. Uidimus stellā eius in oriente. Sol obscuratus est in morte et protestat⁹ est. Ware dum se ei solidō prebuit deum ipsum confessum est. Eodē modo aer dum per ipsum ascēdit. celi quo q̄ dum ipso orante aperti sunt eum protestati sunt vez deum esse. Infernus dum quos tenebat reddidit ipsum vite auctorem esse confessus est similiter terra dum ipso resurgente tremuit. similiter panis ꝛ pisces. dum ad eius imperium multiplica

ti sunt ipsum esse deum demonstrabant. Jo.x. Opera que ego facio testimoniū perhibebunt de me. et breuiter omnis creatura preter peccatorem qui ipsum negat testimonium xpo reddit. Ad tbi.i. Confiteantur se nosce deum factis autem negant. peccator autē pro vno denario et pro vno obolo negat ipsum et in nomine eius dierat. et sic ptz secundū. ¶ Tercio ponit causa quare xpz apostolis mala z bona eis ventura predicit. que est duplex. Una. s. ne scandalizetur in malis et hoc est. hec locutus sum vobis vt non scandali. Secunda vt in bonis deum glorificent. Et hoc est. hec locutus sum vobis vt cum venerit hora eorum reminiscamini quia ego dixi vobis et sic me vt verum deum laudetis quia futura vobis predixi. Esa.xli. Annunciate nobis futura et dicemus quia dū estis vos. est ergo prima causa. ne scandalizent. ¶ Ubi nota q duplex est scandalum. scz actiuum et passiuum. Math.xviij. Ue mūdo ab scādal. ve homini per quem scādalum venit quia vtrumq scandalum potest esse peccatum mortale. quandoq vero vtrumq ē veniale.. Scandalum actiuum est dictum vel factum minus rectum prebens alteri occasionem ruine. propter quod aliquis turbatur et peccat. Scandalum passiuum est quando aliquis propter dictum vel factum alicuius scandalizatur contra deum vel contra proximum. in quo consistit peccatum et quandoq mortale et quandoq veniale. Propter nullam autem rem debz homo contra deum scandalizari. Rom.ix. O homo tu qui es qui respondeas deo. nū quid dicit figmentum ei. qui se finxit quid me fecisti sic. an non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud q dem vas in honorem aliud vero in contumeliam. et ideo apostoli patientes mala et recordantes quod xps eis predixerat z per hoc cognoscentes ipsum esse verum deum. in nullo malo eis pro xpi nomine illato scandalizabantur. sed libenter sustinebant. Act.v. Ibant apostoli gaudentes a conspectu consilij qm digni habiti sunt pro nomine xpi contumeliam pati. sic superficialiter patet tercium. ¶ Quarto excōicatio iniusta z mors temeraria aplis inferē da predicitur Et primo excōicatio iniusta exponitur. quia absq synagogis et ecclesijs facient vos. Synagoga est nomen hebreum et ecclesia nomen grecum. sed idez signant. id est tanq excōicatos z infames ejciēt vos de suis synagogis vitātes vos in actibus suis. ¶ Ubi nota q excōicatio dicitur iniusticis tribus modis vt habetur in decretis. s. ex animo. ex causa et ex ordine iuris. Ex animo quando ex odio vel vindicta vel rancore proferitur. Ex causa quando non ex iusta causa infertur. non enim pro omni re debet fieri excōmunicatio. sed solum modo pro pctō mortali vel pro contumacia. Ex ordine iuris quando non proceditur secundum formā et ordinem iuris. scz quādo nō subest causa rationabilis et manifesta et non premittitur competens ammonitio et sic de aliis

¶ Excommunicatio igitur apostolorum a iudeis fuit iniusta. primo ex animo. qr ex magno odio hoc fecerunt. Unde dum essent Stephanū extra ciuitatem strz debant dentibus in eum tanq iratī. Act. xvij. Deuouerunt se quidam ex iudeis ne q māducaturos neq bibituros donec occiderunt Paulum. ¶ Secundo ex causa q fuit qr confitebantur veritatem et xpo testimonium reddebat Jo.ix. Jam enim conspirauerunt iudei et quicunq ipsum confiteretur xpz extra synagogā fieret. ¶ Tercio ex ordine iuris quia nullum ordinem iuris eis seruabant. Debebant enim citari accusari et examinari et testes induci: sed ipsi erant accusatores iudex et testis. Actu.xvij. Ciuem romanum icēnatum. i. nullo ordine iuris convictum vt dicit glo. Missistis in carcerem. ¶ Et nota hic q ēnis excommunicatio iniusta sit timenda z seruanda est: quia si contemneretur. esset peccatum. et si seruatur est magni meriti tum ex humiliate. tum ex obedientia. Et debet sic excommunicatus procurare vt absoluatur. Simile est de interdicto: quia quāuis aliquis non dederit de interdicto causam. michilominus debet seruare sicut et qui causam dedit. nec debet audire diuina nec per rimas ecclesie ispicere qr peccat: sed si seruat multum meretur ex humilitate et obedientia vt dicit Aug. ¶ Excōmunicatio aūt iuste lata mirabiliter est timēda. Est el maior pena q possit inferri in ecclia dei. Est ergo valde timēda z cauēda propter tria. Primo ppter periculū qi excōicatus separat a deo. z traditur sathane extra ecclam. Unde in primitiua ecclesia excōicat⁹ statim eripiebatur a dyabolo z verabat. q hoc ē qō apostolus dicit. i. Coz.v. de illo fornicario q habebat vxorem patris. Ego autē iudicaui eum qui sic operatus est tradere hutusmodi huiusmodi horiz sathane in interitū carnis vt spūs saluꝰ fiat

¶ Item est periculum quia excōmunicatus multos inficit quia omnes quasi participāt ei. Unde est morbus contagiosus sicut lepra. ideo ab hoibus sicut lepra debet vitari. i. Coz.v. Si quis frater nominatur fornicator aut auarꝰ aut ydolis seruiens cum huiusmodi nec cibum sumere. Augu. Eam nominationez hic vocat aplūs que fit cum sententia et in quēcūq ordine iudiciario z cum integritate profert. Exēplum quidam demoniacus interrogatus quod peccatum plus placebat dyabolo. respondit excōmunicatio/ quia per illam plures inficit. et quādoq ducētos inficit vno die. ¶ Secundo ppter damnū/ quia sicut excōicatus priuat merito passionis christi et omnium sanctorū. et omnibꝰ suffragijs et indulgentijs ecclesie. omnibus bonis proprijs. et oibus virtutibus z domus spūs sancti. et oino et totaliter remanet nudus et miser et miserabilis sicut q omnino perlustr Apo. iij. Nescis quia tu es miser et miserabilis et pauper et cecꝰ et nudus. ¶ Tercio propter infamiam Magna enim infamia est et vituperium expelli de ecclesia sicut canis et vituperari ab hominibus sicut leprosus. Unde excōicatus est magis infamis q̄ iudeus vel saracenus / quia cum illis possumus loq sed non cum eo. Et hec tria dicit Augusti. Nichil debet christianus sic formidare. sicut separari a corpore christi scz per excō municationem. ¶ Et nota q doctores ca uonum magnū peccatū dicunt esse participare cum excōicato. Sed peccatis nostris exigentibus de excōicatione hodie parū curatur. et de participatione cū excōmunicatis nichil et non solū seculares sed z clerici et religiosi de tali participatione nichil curant. Et ideo domin⁹ ait Mat.xviij. Ue vobis scribe et pharisei excolentes culicem camelum autē deglutientes. ¶ Secundo mors temeraria subiungit/ qr venit tempus in quo omnis rc. Et sic videt q iudei erāt perplexi/ qr si interficiebāt peccabant. et si non interficiebant similiter peccabant ex quo conscientiam habebant si non interficerēt eos peccare et meri si interficerent/ qr etiā si homo bonū facit credens malū facere peccat. Un Augu. Intētio tua operi tuo finē imponit. Et dicendum q erant perplexi/ qr ipsi habebant zelū dei sed non secundū scientiam. vt dicit Apostolus ad Ro.x. Ideo debebant deponere pscientias erroneas z credere i christū. Quas rationabiliter depo-

nere potuerunt cum viderent tot miracula in nomine christi fieri. Cuz etiam ex scripturis testimoniuz redderet et omnis que fecit per scripturas possunt pbari. Jo.v. Scrutamini scripturas in quibus vos putatis vitam habere. he sunt que testimonium perhibent de me. Sed ipsi erant ceci et nolebant illuminari. immo dicebant se videre ideoq multum peccabant Joh. ix. Si ceci essetis non haberetis peccatuz nunc autē qr dicitis videmus peccatū vestrum manet. et hoc quod hic dicitur. Et hec omnia vobis fient qr non nouerunt patrem neq me. i. non nouerunt deū esse patrem meū. neq me esse filiū dei. sed deū in quantū bene cognoscebant qr notus in iudea deus Psal.lxxv. ¶ In fine nota q talis mors que pro fide christi infert nullo modo est timēda sed summe desideranda. i. Petri. iij. Si qd patimini propter iusticiā beati. qr per talem mortē hō transit de morte ad vitā. et finit et terminat oēs miserias huius vite et omnia peccata totaliter dimittuntur et tandē corpus gloriosum rehabebit Lu. xij. Nolite timere eos qui corpus occidūt. et post hoc nō amplius habēt quid fa. Ostendā autē vobis quē timeas ti. e. qui postq occ. habet potestatem mittere. i. in gehennam.

¶ De epistola Sermo. lxi.

Estote prudētes et vigilate in orationibus vestris. i. Petri. iij. Quia omnes fideles in proxima dnica debēt spīm sanctum recipere. Ideo beatꝰ petrus nos in hac epistola hortat ad preparationē condignam tantū hospitē recepturos per virtutū exercitiū faciendam. in qua epistola quinq facit. Primo nos hortatur ad habendam prudentiā ibi. Estote prudētes. Secundo ad orationū instantiā ibi. et vigilate in orationibus. Tercio ad charitatē mutuam ibi. Ante omnia autē mu. in vo. Quarto ad hospitalitatis opus et aliorū operū misericordie efficaciā ibi. Hospitales inuicē. sine murmuratiōe vnusquisq sicut acce. gra. Quito nos hortatur vt sem per verba dei loquamur et ofa faciamus ad eius laudē et gloriam ibi. Si quis loqua. se. dei si quis mi. ta. ex ver. Primo ergo hortat ad prudētiā possidendā vt per ipsum preparemur ad tanti hospitis susceptionē Prouer. xviij. Acceptus est regi miser intelligēs. ¶ Ser aūt prudēter ntelligere debemus. Primo si intellexeris

mus vt prudentes q̄ spūs sanctus est vi-
ea viuentium iuxta illud Psal. Centesimo
tercio. Emitte spiritum tuum et creā. Et
non habitat in corde subdito peccatis q̄
occidunt animam. Mundabimus corpora
nostra a pctis vt acceptꝫ habitare nobiscū
ſ. Corin. xij. Mundemus nos ab omni in-
quinamento carnis et spūs. Figura colūm-
ba emissa a noe non inuenies vbi requi-
escere ad eum redūt. Gene. viij. Non eñ
voluit supra corpora mortuorum requie-
scere sed coruus ibi requieuit. Sic spūs
sanctus missus a deo patre. ad eum redit
si non inuenit vbi requiescat. Super ho-
mines enim mortuos i peccatis nullo mo
do requiescit. quia ibi coruus. i. dyabol⁹
requiescit. Duo autem contraria non pos
sunt eidem ſiſ. in esse. vt dicit phūs. ¶ Se
cundo si intellexerim⁹ vt prudentes q̄ spi
ritus sanctus ignis est. iuxta illud ad He
bre. xij. Eteniz deus noster ignis cōsumēs
est desiccabimus per orationem ⁊ ieiunia
corpora nostra vt ab ipso intentius accen
damur. Eze. xxxvij. Ossa arida audite ver
bum domini. Ecce ego immittā in vos ſpi
ritum et viuetis. Sic enim apostoli fecerūt
spūm sanctum expectantes. quia isto tem
pore ieiunijs ⁊ orationibus vacauerūt vt
extenuati et exiccati igne spūs sancti me
lius inflammarētur. Actu. i. Hōnes erāt
perseuerātes in oratione cuz mulieribus
et maria matre iesu et fratribus eius vn-
de hoc tēpus vocatur quadragesima apo-
stolorum. ij. Corin. vi. In fame et siti et ie
iunijs multis Ro. xij. Obsecro vos per mi
sericordiam dei vt exhibeatis cor. ve. hos.
vi. san. deo pla. ¶ Nota q̄ ab hostia incē
denda totus sanguis distillabat primo vt
melius incenderetur. sic in nobis vita ⁊ sā
guis debet consumi vt a spū sācto viatur
qz caro et sanguis regnum dei nō possi de
bunt. i. Corin. xiij. Debemus etiam corpo
ra nostra postēp per abstinentiam fuerint
desiccata inungere oleo mle. i. opera pieta
tis facere vt a spiritu sancto inflāmemur
quia res vncta melius vtitur. Mat. v. Tu
autem cum ie. vn. ca. tu. ¶ Tercio si intel
lexerimus vt prudentes quia spūs sāctus
amor ē. Iuxta illud Jo. iij. Deꝰ charitas
est satagemus esse boni per virtutem ade
ptionē vt ab ipso amemur nichil enim dili
gitur nisi bonum per virtutem autem su-
mus boni. quia vt dicit phūs. Virtus est
que bonū facit hñtē ⁊ opē eius reddit bo
nū. ij. Thi. ij. Tu vero sectare insticiā pie
tatem/ fidem/ et charitatē/ patientiam et
mansuetudinem. ¶ Quarto si intellexeri
mus vt prudētes q̄ spūs sctūs est spūs ve
ritatis. vt dicit in euāgelio hodierno. in
veritate fidei eū veraciter expectabimus
quod tūc est cū opus exterius respondet
fidei interiori. Quia vt dicit phūs. Veri
tas est adequatio rei ad intellectū. Cū au
tem opus exterius non rñdet interiori fi
dei. non est fides vera. sed mortua ⁊ fal
sa. sicut hō mortuus nō est hō Jac. ij. Fi-
des sine operibus mortua est. Ostēdas er
go michi fidem tuā ex operibus tuis. Nō
ergo recipiet spm̄ sanctū qui fidem fictam
habet. Sapi. i. Spūs sctūs discipline effu
git fictū. ¶ Quinto si intellexerimus vt
prudētes q̄ spūs sanctus est verus deus
iuxta illud Jo. iiij. Spūs est deus. et p cō
sequens dñs oim in omni obedientia ⁊ re
uerentia ⁊ obsequemur tanq̄ domino nos
tro Philip. ij. Nos sumus circuncisio q̄
spiritu seruimus deo. Actu. v. Obedire
oportet magis deo q̄ hominibus. Non
sic impū non sic. sed contrarium facinꝰ.
Actu. viij. Vos semper spiritui sancto resi
stitis. Contra quos propheta. Hodie si vo
cem eius audieritis nolite obdurare cor
da vestra. Vox eius est vt secundum spiri
tum ambulem⁹ Gal. quinto. Spiritu am
bulate et desideria carnis non perficietis
¶ Sexto si intellexerimus vt prudentes
q̄ spiritus sanctus est ipsa bonitas. Iuxta
illud sapi. xij. O q̄ bonus et suauis est do
mine spiritus tuus in nobis petemus de
nobis ab eo cum bonum sit sumptius dif-
fusum vt se et dona sua nobis communi-
cet dicentes. Veni sancte spiritus reple tu
orum corda fidelium et tui amoris. ⁊c. Et
sic patet q̄ sex modis debemus esse prudē
tes vt spm̄ sāctū recipiamus. Primo mū-
dando nos a peccatis que occidūt animā
quia ipse est vita. Secundo desiccando
corpora nostra per abstinentiam/ quia ip
se est ignis. Tercio adispiscēdo virtutes
vt boni simus/ quia ipse est amor amatus
et amans. Quarto in vera fide ambulan
do/ quia ipse est veritas. Quinto in omni
obedientia et reuerentia ei obsequendo
quia ipse est deus. Sexto ipsum deuote
precando/ quia ipse est bonitas. ¶ Scien
dum autem q̄ non solum prudentia est
nobis necessaria ad receptionem spiritꝰ
sancti sed ad prudenter dimicandū in pu
gna spirituali postēp spiritū sanctum rece
pimus quia tunc fortior instat pugna. Ec
clesia. ij. Fili accedens ad seruitutem dei
sta in iusticia et timore ⁊ prepara animam

tuam ad tentationem. Pugnat enim con
tra nos dyabol⁹ astutia et prudentia sua
Hoc fuit figuratuz in eo q̄ dyabolus itra
uit serpentem qui erat callidior cunctis a
nimantibus ad expugnandu primos pa
rentes vt patet Gen. iij. et ij. Cor. xi. Ti
meo ne sicut serpens seduxit euā astutia
sua ita corrumpantur sensus vestri. Simi
liter mundus et caro pugnant contra nos
astuta et prudentia et quia contraria cō
trarijs impugnantur vt ignis aq̄ et tene
bra luce. et prudentia spūs et prudentia
carnis sunt contraria. quia prudentia car
nis mors est prudentia autem spūs vita ⁊
pax vt dicitur. Ro. viij. ideo contra mun
dum carnem et dyabolum prudentia spi
ritus est pugnandum quia prudentia spi
ritus omnem prudentiaz inimicorum vin
cit si homo vult ea vti. Hoc fuit figuratuz
quando virga moysi conuersa in serpentē
deuorauit serpētes egiptiorū. Virga moy
si est disciplina christiana q̄ conuertitur
in serpentem coram pharaone et pruden
tiam mundi deuorat quando cum dyabo
lo prudentia et astutia pugnat. ij. Cor. xij
Cum essem astutus dolo vos cepi. Sic ce
pit et percussit luciferum xp̄s in cruce pru
dentia sua vnde. Job. prudētia eius per
cussit superbum. et fecit xp̄s sicut facit pi
scator ad hamum quez cooperit. verme sic
diuinitatem cooperit humanitate Job. xl
Nunquid capies leuiatham hamo ⁊ fune
tuo fortes linguam eius. ¶ Hec ergo prude
tia spūs in bello spirituali vti debem⁹ tri
pliciter secundum quod tres sunt partes
prudentie. D primo ad prouisionez
et tutelam futurorum quia prouisio futu
rorum est tercia pars prudentie Sene. Si
sapiens fuerit animus tuus tribus tēpo-
ribus dispensetur futura precaue presen
tia dispone et preterita memorare vnde.
Sapi. viij. Attigit a fi. vsq̄ ad fi. for. e disti
omnia suauiter. ſ. prudentia. Ubi illa anima
de quibus dicitur Ezechielis. i. p que
viri spūales designantur erant oculis vn
diq̄ plena. quia viri spūales omnia p spi
ciunt. ſ. preterita ⁊ futura. i. Corin. ij. spūa
lis autem diiudicat omnia. Exemplum de
Ioseph qui septem annis fertilitatis con
gregauit vt sibi et alijs tempore famis p
uideret. Peccator autem sicut bestia nō cō
siderat nisi presentia. Contra quod dicit.
Eccle. vij. Memorare nouissima tua. et in
eter. non pecca. Hanc prudentiaz nos for
mica docet. Prouer. vi. Vade ad formicaz
o piger ⁊ ꝑsidera vi. eiꝰ. ¶ Scōo debem⁹
vti prudentia ad dispositionē et ordinatio
nem presentium. vt sez sic vtamur diuitijs
vt in paupertatem non veniamus sic nego
ciemur vt non condemnemur. sic domine
mur vt non seruiamus sic honorem reci
piamus vt non vituperemur. ¶ Et omnis
cauet prudentia que est virtus moralis ac
quisita etiam in hominibus mundi. Sic
etiam hec cauet prudentia que est virtus
cardinalis infusa in seruis dei. Nam non
vult ditari et delectari in presenti ne in p
petuum paupertatem habeat et dolorem
Luce. vi. Ue vobis diuitibus qui hic ha.
cō. ve. In eodem. xvi. Recordare q̄ recepisti
bona in vita tua. Sed vult hic pau
pertatē habere. vt semper sit dues. Mat.
vi. Beati pauperes spū qm̄ ipsorū est reg-
ce. Hic cadit exemplum cuiusdam qui fuit
sacrus domin⁹ cuiusdam ciuitatis in que
erat consuetudo q̄ dñs vnius anni in se
quenti anno debebat mitti ad quandam
insulam ibi in perpetuum morat⁹. Qui
sicut prudens prouidit sibi et omnia bona
ciuitatis sue premisit ad insulam illaz. ita
q̄ ista insula facta est ciuitas deliciarum.
¶ Item sic negociatur q̄ non condemnat
imo optime remuneratur. Matꝫ. xxv.
Simile est regnum celorum ho. pe. pfici.
qui vo. ser. ſ. ⁊ tra. ti. bo. ſ. Et sequitur. Eu
ge serue bo. ⁊c. ¶ Item sic dominatur cre a
turis. quibus preest q̄ nunq̄ seruit vicijs
vel demonibus Jo. viij. Semē abrahe su
mus et nemini seruiam⁹ vnq̄. et hoc ideo
quia tale dominiuz recognoscit esse a deo
et ipso ad laudē dei vtitur. i. ad. Cor. xij.
Sive mundus sive vita sive mors sive pre
sentia sive futura omnia vestra sunt vos
autem christi et ideo sive mā. sive bi. vel
aliud quid fa. oia in glotiam dei fa. in eo
dem. x. ¶ Item sic honore et dignitate fu
gitur quod nō confunditur: quia in ipsis
non eleuatur sed humiliatur. Exemplum
de paulo qui postēp raptus fuerat in para
disum dixit. Ego sum dignus vocari apls
i. Cor. xv. Similiter abrahā magnus pa
triarcha dicit. Loquar ad dominum meū
cum sim pul. et ci. Beñ. xviij. Et quia iu
xta sententiam veritatis omnis qui se hu
mi. exal. ideo talis prudens exaltabitur
super modum. Esa. lij. Ecce fām. exaltabit
et elevabitur et sublimis erit valde. ¶ Om
nia autem hec prudentia mundi in contra
rium facit: quia solum hic vult ditari ⁊ de
lectari et honorari et dominari et quid se
quatur non curat et mala presentia fugit
et nō curat incidere i futura similis equo

ymbrātico. qui propter ymbras in magnū precipitium se proiecit. Et similis cani portanti carnes supra pōtem qui propter ymbras carnium dimittit carnes. Omnia mala et bona presentia sunt quasi ymbra futurorum bonorum et malorum. Et attende q magis est necessaria prudentia in dispositione presentium vt homo discernere sciat virtutes a vicijs virtutum specie pretendentibus Isido. Quidam vicia virtutum speciem pre se ferunt. Unde pernicioſius suos sectatores decipiunt. q se sub similitudine virtutum tegunt. nā sub pretextu iusticie crudelitas agitur. et remissa segnicies mansuetudo creditur. Sapiens. Nulle sunt occultiores insidie q̄ que latent sub similitudine officij. De quibus dicitur Esa. v. Ue qui dicitis bonum malum. et malum bonum ponentes lucē tenebre. et tenebre lumen. ponentes amarum in dulce. et dulce in amarum. ¶ Tercio vt debemus prudētia in bello spirituali ad memoriam preteritorum vt scz memoremur quot mala propter peccata euenerunt. vt ab ipsis caueamus et quō deus iustos exaltauit vt ad iusticiam animemur. Sapiens. Felix qui nouit ex alieno periculo sibi cauere. et similiter felix qui ex aliena malicia iustus effectus est. Recordamini carissimi q̄ dyabolus et omnes angeli mali propter vnum motum superbie de celo ejecti sunt in abissum in perpetuum cruciādi ibidem. Similiter primi parentes propter vnum peccatū scilicet propter inobedientiam de paradiso in hanc vallem miserie sunt emissi. et infinitis miserijs ac etiam morti cum tota posteritate sua pariter sunt adducti. Nonne propter peccatum carnis deus omnes homines in diluuio suffocauit preter octo. nonne propter eadē. peccato quinq̄ ciuitates subuerit. Nonne pharaonem cum toto exercitu suo. et senna cherib cū exercitu suo occidit. Nonne plus q̄ seccenta milia virorū filiorum israel propter infidelitatis peccatum in deserto dās prostrauit et diuersis mortibus interemit et solū duo de filijs israel terrā promissionis intrauerunt. Nonne propter peccata regna et ciuitates destructa sunt. Ubi est troia vbi est ninive vbi carthago. vbi babilon. Apoc. Cecidit cecidit babilon illa magna et facta est habitatio demoniorū. Eccle. x. Regnum trāsfertur a gente in gētem propter iniusticias et iniurias et contumelias. quid ergo fratres putam⁹ effugere iudicium dei si peccauerimus et neglexerimus tantam salutem certe nō Roū. Ignoras quoniam benignitas dei ad penitentiam te adducit ſm dariciam autē tuam et cor impenitens thesaurizas tibi iram in die ire. Et sequitur. Ira et indignatio et angustia tribulatio in omnem animam hominis operantis malum. sed ſpendum est quia patientia dei est multis occasio peccandi Eccle. viij. Quia non profertur cito contra malos sententia filij hominum absq̄ vllo timore perpetrant mala

F Similiter memorare debemus quomodo de⁹ iustos exaltauit vt eos imitemur. Nonne ioseph factus est dominus egipti: quia custodiuit mādatum. Nonne moyses constitutus est dominus pharaonis et dux super populum domini. qui negauit se esse filium filie pharaonis magis eligens afflīgi cum populo domini q̄ terrene iocunditatis habere peccatum. Nōne dauid pascens oues. factus est rex et in sua misericordia consecutus est sedem regni in secula. Nonne salomō propter vnā bonam petitionem sapientissimus est effectus et super omnes reges terre magnificatus. Quid dicam de apostolis piscatoribus quorum ossa ora imperatorum cum magna deuotione et reuerentia osculātur. Charissimi nunquid manus domini est abbreuiata. certe non. Si ergo operabimur vt illi. exaltabitur vt illi. Sequamur nos opera et sequentur nos premia. Non sim⁹ vt cattus qui vult comedere piscem. et nō vult tangere aquam. Iuxta illum versum Cattus amat piscem sed non vult tangere flumen. Filij zebedei in sua petitione redargutti sunt: quia petebant regnare. nō laborare vt patet Mathei vicesimo. et sic patet primum. ¶ Secundo ad orationum instantiam nos hortatur vt spiritum sanctum deuote recipiamus. Nam super apostolos orantes spiritus sanctus descendit et quia de oratione in precedenti dominica in sermone de euangelio multa dicta sunt nichil dicamus de ipsa hic et sic patz secundum. ¶ Tercio ad charitatem mutuam nos hortatur: quia eniz spūs sanct⁹ amor est et omne simile suo simili associat ideo vt spūs sanctus ad nos veniat nobis scīz maneat: oportet q̄ virtus amoris in nobis sit. et nos inuicem diligamus. Et q̄ ola opera nostra bona spūs sanctus in nobis operatur iuxta illud Esa. xxvi. Omnia opera nostra operatus es in nobis. do. et. ſ. in nobis non nisi per charitatem manet. ideo oportet ante omnia charitatez habere. vt

opera nostra a. ſ. sint. et hoc est quod dicit. Ante omnia id est ante omnem operationem ita q̄ operatio viam a charitate precedat mutuam in vobismetipsis a charitatē habētes id est diligatis alterutrum. vnde a doctoribus. Charitas dicitur esse forma virtutū. et ideo sicut omnis actio est a forma. ita omnis operatio virtuosa est a charitate. Et quia dupler est amor. ſ. honestus et vtilis. vel amor amicicie. et amor cōcupiscentie dicitur q̄ amor noster sit honestus ita q̄ vnus diligat alterū propter seipsum et non propter bona sua / quia talis esset amor vtilis. vel concupiscentie qui non procedit a virtute. et hoc est quod dicit i vobismetipsis. ita q̄ causa dilectionis sit natura et persona proximi et non res sue. Et hoc debemus facere / quia talis dilectio operit multitudinem peccatorum. Est em̄ charitas vestis turpitudinem peccatorum operiens. Et ideo primi parentes statim quā do hac veste exuti fuerūt. verecundati sunt et cognouerunt turpitudinē suam. Apoca. xvi. Beatus qui custodit vestimenta sua ne nudus ambulet et videant turpitudinem eius. ¶ Secundo charitas est calorem vite conseruans. i. Jo. iij. Qui non dilig. manet in mor. Unde fratres Joseph nudauerunt eum primo tunica talari dum eū occidere vellent / quia nunq̄ homo potest occidi in anima habens hanc vestem. ¶ Tercio est vestis nuptialis sine qua anima deo non desponsatur nec ad nuptias agni introire potest Mathei. xxii. Amice quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem. Hec est ista tunica inconsutilis christi super quam peccatores mittunt sortem et nichil curant de ea. et tamen est ea ita virtuosa vt illius pati aliquid mali possit donec ipsam induat immo omnia cedunt sibi in bonum Roma. viij. Diligentibus deum omnia co. in b. Et sic patet terciū. ¶ Quarto ad hospitalitatem. et ad omnia opera misericordie hortatur / quia nanq̄ spiritus sanctus est dulcis hospes anime et cum peregrinis hospitatur et peregrinatur. ideo si volumus talem hospitem recipere peregrinos et pauperes hospitemus. Mathei vicesimoquinto. Quod vni ex minimis meis feciſtis michi feci. Hic exemplum habemus in abraham qui credens recipere peregrinos recipit angelos dei et in eis cognouit trinitatem et vnitatem dei / quia tres vidit et vnum adorauit Geneſis. xviij. Accepitq̄ ab eis filium. et heredem. Idem patet in beato Grego. Qui recipit xp̄m̄ pu

tans se recipere pauperem. non solum debemus peregrinos et pauperes hospitare. sed etiam alia opera misericordie facere secundum q̄ possumus. Et hoc est quod dicit. Unusquisq̄ sicut accepit gratiam scz a spū sancto illā refundat ad proximum ad honorez spiritussancti Mat. x. Gratis accepistis gratias date. Et sic faciendo erimus boni dispensatores multiformis gratie dei. Gratis dei dicitur multiformis qz in vno et eodem multos effectus facit in diuersis diuersos. i. Corinthi. xij. Diuisiones gratiarum sunt vnus autem spiritus Et nota. q̄ dicit dispēsatores, quia omnia bona que habemus nō sunt nostra. sed nobis dispensanda traduntur. i. Corintheo. iij. Sic nos existimet homo vt mi. christi. et dispen. mi. dei. Basilius. Si fateris ea tibi diuinitus proueniſſe an iniustus est deus res inequaliter distribuens. Cur enim tu abundas et ille mendicat. nisi vt tu bene dispensationis premia consequaris. ille vero patientie brauiū decoretur. Est ergo panis famelici quem tu tenes. et vestimentum nudi quod in fude inardescit. et argentum pauperum quod possides. quo circa tot iniurias incurris. quot subuenire noluerīs. Luce. xvi. redde ra. vil. tu. Et sic patet quartum. ¶ Quinto nos hortatur: vt omnia ad laudem dei faciamus qz vt dictum est principale operans in omni opere nostro bono debet esse spiritus sanctus ideo tanq̄ principali agēti omnis opera nostra debemus ei attribuere et bene cogitare et bene loqui. et bene operari. ij. Corinth. iij. Non enim possumus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis sed sufficiētia nostra ex deo est. i. Corinthi. xiij. Spiritus autem loquitur misteria: et hoc est quod dicit. Si quis loquitur quasi sermones dei sermo dei est: qui ad laudem eius proferatur: et si quis ministrat aliquid proximo reputet se hoc facere ex virtute. et gratia quam ei deus administrat et non ex se. i. Corintheoū. iiij. quid habes quod non accepisti: si autem accepisti quid gloriaris quasi non acceperis et sic patet quintum.

¶ In die sācto penthe. de epi. Ser. lxij.

Dies pēt heco. erāt oēs discipuli pariter. i. eodē loco Act. ij. hodie. sācta mater eccl'ia vnū de trib⁹ principalibus festis recolit reuerenter. et deuote ad vnius in trinitate persone scilicet. ſ. reuerentiam ordinatum. In quo ipsius visi-

dilem missionem venerabiliter recolimus congregate ecclesie factam. et istud videtur magis solemne/ quia in ve. et no. testamento celebratum. Magis devotum/ quia devotius est receptum. Magis generale/ qz in natiuitate honoramus patrem mittētem et filium missum. Similiter in resurrectione patrem resuscitantem et filium resuscitatum. Sed hac die sanctissima honoramus patrem et fi. mittentes et. ss. missum qui dignatus est venire et nobiscū in perpetuum permanere Johā. xiiii. Aliū paracletum dabit vo. q̄ ma. vo. in eter. qz ens christus sponsus ecclesie receserat ad pfectum et regnum suum et per spūs ecclesia remanserat viduata ibo pa. z fi. mia mori ne diu in viduitate maneret. ss. miserunt vt eā in omnibus consolaretur et magnis dotaret muneribus et donis ineffabilibus releuaret. vt sic dotata et relenata illud Psalm. Dosset veraciter eructare hec mutatio dextere excelsi. sic ergo visibilem missionem spūs scti hodie devote recolit san. ma. ec. Circa quam in epistola hodierna quatuor enarrantur. Primo tempus quo spūs sanctus missus est ponitur/ quia dum completi. di. penthe. i. tēpus quinquaginta dierum. Secundo modus quō scz miss⁹ est. z signū in quo missus est describit ibi. Factus est repente de ce. so. Tercio ipse aduētus spiritus sancti et eius effectus subiungit ibi repleti sunt omnes spū sancto et ceperūt loqui. Quarto admiratio et stupor ex predicto effectu consurgens innuitur ibi. Facta autem hac voce conuenit multitudo z mente confusa est. ¶ Primo ergo tempus quo spūs sanctus missus est ponitur cū dicitur. Dum cōple. dies pēthe. Circa quod nota q̄ quadruplici ratione quinquagesima die a resurrectiōe spūs sanctus est missus. scz ratione cōpletionis/ remissionis/ perfectionis/ et figurationis. Primo ratione completionis. Nā vt patet Exodi. xxxi. Ler fuit data quinquagesima die ab agno immolato. Quia ergo vt dicit apostol. Plenitudo legis est dilectio spūs sanctus autē est principium et fons omnis dilectionis et per modum dilectionis procedit vt ostēdatur q̄ plenitudo et complementū legis est a spiritu sancto. ideo eodem tēpore quo ler fuit data spūs sanctus super apostolos descendit. Non enim poterant legem implere nisi per spiritū sanctum z hoc ppter difficultatem intellectus z effectus vtrāq; autem difficultatem tollit spiritus sanct⁹. De primo Johan. xvi. Docebit vos omnē veritatem. De secundo Mathei. xi. Tollite iugum meum super vos in. emm me. suē est et onus meum le. Et cui leue. certe amāti et habenti spm̄ sanctum. Alijs autē intolerabile. hanc rationem tangens glo. dicit q̄ ler quinquagesima die data fuit in monte synai et spiritus sanctus in monte syon. ¶ Secundo ratione remissionis qui quagenarius enim numerus qui penitentiam significat vt supra dictum est er partibus suis surgit. nam septē sunt partes quas quinquagenarij scz. xx. x. viii. v. iii. i. que septem partes simul sumpte faciunt quinquaginta. que septē partes quinquagenarij signant septem partes pñie. que penitentia per quinquagenariū numerum designantur/ que sunt contritio de preteritis propositum a futuris malis abstinendi. confessio. et satisfactio. que habet quatuor partes/ que sunt restitutio alienorum largitio propriorū per elemosinas/ oratio et ieiuniū. Quia ergo septem partes quinquagenarij signantes septem partes pñie simul sumpte surgunt in quinquaginta. et per quinquagesimum numerum remissio peccatorum designatur. Nā predicte partes pñie que in quinquagenarium numez surgunt plenam remissionem faciunt. z remissio peccatorum a spū sancto est. iuxta illud Johannis. Accipite spiritum sanctū quorum remi. pe. re. ze. Ideo ad ostendendum q̄ remissio peccatorum est a spū sancto propter hoc quinquagesima die super apostolos venit. Et ad hoc signandum in quinquagesimo anno scilicet iubileo omnia debita dimittebantur. vt infra dicetur

¶ Tercio ratione perfectionis. Septem enī sunt septenarij qui perficiunt ecclesiā militantem scz. vij. sacramenta quibus virtus diuina. et beneficium passionis christi homini letalit sauciato applicātur. Septē sunt virtutes tres theologice q̄bus ala ordinatur ad deum scz fides/ spes/ et charitas. Et quatuor morales quibus homo in actibus suis disponit et ordinatur quantū ad se et quantum ad proximum. scz prudentia/ temperantia/ fortitudo et iustitia. Septem sunt dona spūs sancti. quibus omnes vires tam inferiores q̄ superiores disponunt ad obediendum motioni et instinctui spiritus sancti scilicet donum sapientie et intellectus/ donum consilij et fortitudinis scientie et pietatis/ et donum timoris domini. Septem sunt beatitudines de quibus dicitur Mathei quinto. Scz paupertas spūs. mititas mentis. luctus penitus

esurire et sitis iustitie affluentia misericordie munditia cordis et pax mētis. Hec beatitudines sunt tanq̄ operationes et actus procedentes a predictis septem donis spūsancti quibus virtus ipsorū donorum manifestatur. Septem sunt ordines quibus prās ministris ecclesie confertur ad reliquum populum dirigendum et sanctificandum. Septem sunt petitiones pater noster quas deo facere debemus. Septem sunt etiam articuli fidei humanitatis xpi et septem diuinitatis xpi. quibus de credendis illuminamur quoz oim pfectio a spiritu sācto est. i. Cor. xii. Hec omnia operatur vnus atq; idem spūs di. sin. prout vult. Septem autez septenarij facūt xlix. et ideo in fine hoz septenariorum scz quinquagesima die spūs sanctus missus est. vt ei perfectio totius ecclesie et omnium que sunt z fiunt in ecclesia attribuatur vt principali agenti. Isa. xxvi. Omnia opera nostra operatus es in nobis domine. Matthe. x. Non enim vos estis qui loquimi sz spūs patris pa. ve. qui lo. in vo. ¶ Quarto ratione figurationis vel completionis figure. Nam in iubileo scz in quinquagesimo anno quinq; debebant fieri vt patet Leui. xxvi. que figurabant quinq; que spiritus sanctus veniens sup apostolos fecit pīcarie et quotidie facit. Nam in iubileo rei et captiui solvebātur. exules in patriā revocabantur hereditas amissa reddebatur et serui libertati donabantur et sic fiebat plena remissio. Similiter per spūm sānctum fit plena remissio in ecclesia. Nā primo per spūm sanctum rei eterne mortis z captiui dyaboli soluuntur Romano. viij. Ler spūs vite liberauit me a lege peccati et mortis. Secundo debita peccatorum p spiritum sanctum dimittunt. Proverb. i. x. Universa delicta operit charitas. i. spiritussanctus. Tercio exules propter malefi cia peccatorum per spiritumsanctum reuocantur in vitam eternam siue in patriam ecclesie militantis. Psal. cxlij. Spūs tuus bonus deducet me in terrā rectā propter nomen tuum. Terra recta est ecclesia iustorum: quia nō tangit mundum obliquū. nisi in puncto necessitatis. i. Thi. vi. Habentes alimēta z quibus tegamur his cōtenti sumus. Rectum est non tangit obliquuz: nisi in puncto. Quarto hereditas p pter peccatum primorum parentum amissa scz vite eterne nobis per spiritū sanctuz recuperatur: quia cū per spūmsctm efficiamur filij dei per regnationem spirituales et si filij z heredes vt dicitur Ro. viij. Manifestum est q̄ per spm̄ sanctū hereditas amissa nobis restituit Jo. iij. Nisi quis renatus fuerit ex aqua z spiritu sancto non potest intra. regnum dei. ¶ Quinto serui peccatorū et funib⁹ peccatorū ligati p spm̄ sanctum liberi redduntur/ quia vbi spūs dñi ibi libertas vt dr. ij. Cor. iij. Gal. iiij Itaq; iā non sumus ancille filij/ sed liberi et sic patet primū. ¶ Secundo modus et signum in quo spiritus sanctus missus est ponit/ quia factus est repente de celo sonus. Dū esset apostoli essent hierusalē in superiori parte cenaculi vbi christus cū eis agnū paschalē cenauerat et ibi orarēt hora diei iā tercia subdito vehemens venit vent⁹ et quidā radij ignis formati ad modum lingue apparuerūt in domo et sederunt super capita apostolorū et in illis linguis ignitis spūs sanctus sup eos descēdit et mansit. et sic patet q̄ in vehementi spiritu id est in vento et in liguis igneis spūs sanctus super eos venit. Cui⁹ ratio est ad designandū q̄ spūs sanctus veniēs in hominē tria facit. Nam primo tanq̄ magnus ventus omnes nubes erroris ab anima expellit et veritate fidei replet animam. Jo. xvi. Docebit vos omnē veritatē et per consequens expellit omnem falsitatem. Secūdo tanq̄ ignis fortis omnia peccata consumens. et per consequens animam purgat. Gregorius super illo verbo Luce vij. Dimissa sunt ei peccata multa. quoniā dilexit multū. Vis amoris in eo cōsūpsit rubiginem peccatorum. Tercio posīq; anima est illuminata in intellectu et purgata et inflammata i affectu tanq̄ linguis ignita feruētissime z deuote loquitur verbum dei. Prouerbium est q̄ nec amor nec tussis potest celari. Psal. xxxviij. Concaluit cor meum intra me et in meditatione mea exardescit ignis et sequit. Locut⁹ sū in lingua mea. et ideo apostoli recepto spiritu sancto statim loqui ceperunt. ¶ Circa hoc membrum tria videamus scz quare spūs sanctus in linguis igneis apparuit et quare simul in liguis igneis. z quare potius in igne quaz in alio elemento.

P primo ergo queramus. quare spiritus sanctus in linguis apparuit et ad hoc ser rationes assignentur ad presens scilicet ratione manifestationis, ratione vnionis/ ratione saluationis/ ratione predicationis/ ratione gubernationis/ ratione legationis. Primo spiritus sanctus apparuit in linguis ratione manifestatiōis spi

Universidad de Deusto
Biblioteca

stasticar. Vidi sub sole nec velocium esse cursum nec fortium bellum nec artificum gratiam nec sapientum panem nec doctorum diuitias. sed tempus casumq; in omnibus sed vere sicut est i supradictis que videmus ita est in istis contingentibus quorum ordinem non videmus Boetius. Sed tu huius causam tante dispositionis ignores tamen horum bonus rector mundum temperat recte fieri cuncta ne dubites. Cum ergo omnia sic ordinate procedant et sint ita diuersa inter se impossibile. est quin ab vno regantur et disponant. alias omnia miscerētur et confunderētur et deficerent. Exemplū de ciuitate que nō haberet dominū Luce. xi. Omne regnū in se diuisum desolabitur. et ideo phūs concludit. xi. metha. vnus q̄ princeps. ¶ Hāc rationem tangit Bo. in secūdo de conso. Hunc ne inquit phia mundū temerarijs agi casibus fortuitisq; putas an nullum ei regimen inesse rationis atq; inquā nullo existimauerim modo vt fortuita temeritate, tam certa regantur vnum operi suo cōditorem presidere scio deum. ¶ Secunda ratio sumitur a virtute et perfectione vnitatis. oportet enim vt quicquid boni et perfectionis est in creatura eminentius sit in creatore, quia nemo dat quod non habet et causa est potior effectu. sed omnes creature desiderant vnitatem sicut dicit Boetius. li. de consolatione philosophie sicut id in quo consistunt et cōseruant, qr omnes creature tandiu subsistunt et p̄seruantur q̄diu sunt vnū. deficiunt aūt cū diuiduntur et vnitatem perdunt. Exemplū in edificijs et in animalib⁹ et arboribus et ciuitatibus tādiu enim est animal q̄diu corpus et anima vnita manet. cum autem separantur non est plus animal. et simile apparet in omnibus, qz vt dicit phūs vnū et ens cōuertunt et Boe. dicit q̄ omne qō est ideo est, quia vnum numero est. maxima ergo est virtus vnitatis et perfectio oportet ergo q̄ hec virt⁹ et perfectio eminentius sit in creatore et ideo deus est maximus vnus et tres persone. s. p̄r et filius et spūs sanctus magis sunt vnus deus q̄ aliqua res sit vna numero et ex hoc etiā sequitur illarum trium personarū sit omnino vnum esse. vnum nosse vna potentia vna virtus et vna operatio Augustin⁹. Indiuisa sunt opera trinitatis Deu. vi. Audi israel dominus deus tuus deus vn⁹ est. Ad idem, Sicut dictum est ola conseruant in vnitate cum ergo ola conseruent in deo oportet necessario q̄ deus sit vnus alias esset oppositū in obiecto Actu. xvii. In ipso enim viuimus mouemur et sum⁹ ¶ Tercia ratio sumit ex pfectione primi principij oportet enim necessario vt probat phūs q̄ primum principium sit summe perfectum et q̄ et nichil desit. si ergo sunt plura prima principia quod tunc esset si tres persone essent tres dij. oportebit q̄ vnūquodq; sit summe perfectū. Aut ergo erunt omnino idem. ita q̄ quicquid habet vnum habet aliud et tūc erunt superflua. Deus autē et natura nichil producunt superfluum neq; frustra siue vt melius dicā tunc erunt omnino vnum, quia quecunq; nullo modo differunt omnino sunt vnum. aut differunt in aliquo. ita q̄ vnum habebit aliquid bonī et perfectionis quod nō habebit alterū et per phūs illud quod non habebit illud boni et perfectionis nō erit summe perfectum. et sic patet q̄ est tantū vnum principium. et per consequens tres persone diuine nō sunt tres dij. sed vnus deus. et sic patet primum. X Secundo probatur q̄ deus sit trin⁹ in personis id est q̄ tres persone sint in vno deo per tres rationes. Prima sumitur a creaturis vbi est ymaginis signaculum. Secunda a creaturis vbi est trinitatis vestigiū. Tercia a creaturis vbi est iocunditatis solacium. ¶ Prima ergo sumitur a creaturis vbi est ymaginis signaculum que talis est In omni creatura facta ad ymaginem dei vt in homine et in angelo est quedam trinitas in vna essentia, quia ibi est intellectus in quo veritas est. ibi est volūtas. in qua est amor, et est memoria. in qua conseruantur intellecta. Si ergo in creaturis perfectis factis ad ymaginem dei inuenitur quedam trinitas oportet q̄ perfectiori modo reperiatur in creatore cuz ex hoc ipso q̄ sunt vnum et tria dicātur facta ad ymaginem dei et quicq̄d est in creatura eminentiori modo sit in creatore Gene. i. Faciamus hominem ad ymaginē et similitudinem nostram. Est ergo in deo quedam trinitas personarum. Nā ibi est pater per modum conseruantis ola. ipse est omnia creauit regit et conseruat. est ibi filius per modū intellecte veritatis, quia ipse est veritas Jo. xiiij. Ego sum via veritas et vita et ibi spūs sanctus per modū amoris quo scilicet pater amat filium et filius amat patrem. Ipse enim spiritus sanctus amor est. i. Jo. iiij. De⁹ sup. spūs sanctus charitas est. Sicut ergo est vna ala t

vnus angelus t in ipsa sunt tres potentie s. memoria intellectus et voluntas. ita est vnus deus et in ipso sunt tres persone scz pater. verbum et spūs sanctus. ¶ Secunda ratio sumitur a creaturis in quibus est trinitatis vestigium vt in sole. Nam vt dicit Aug. in sole, est quedam trinitas et vnitas representans trinitatem et vnitatem dei tanq̄ vestigium pedis representat pedem. anima vero hominis et angelus hoc idem representat tanq̄ speculum ymaginem et magis perfecte. In sole enim est ipsa substantia solis tanq̄ pater quia a nullo generatur a quo generatur radius splēdoris sicut filius dei a patre et ab vtroq; procedit calor scz a sole et radio eius sicut spūs sanctus a patre et filio. et hec tria sūt simul tempore sicut in illa eternitate, quia statim q̄ sol fuit emisit radium et eodem tempore virt⁹ calorifica ab vtroq; processit sic deus ab eterno generauit filium et ab eterno spūs sanctus ab vtroq; processit. t sicut radius splendoris a principio a sole natus est semper nascitur ab eo et calor a principio processit ab ambobus t semper procedit sic filius dei ab eterno fuit genitus a patre. et semper gignitur siue generatur t spiritus sanctus ab eterno processit ab vtroq; et semper procedit. et sicut radius splendoris manens in sole omnia et totum mundum implet lumine. ita filius dei splendor glorie manēs in patre est vbiq;. Et sicut calor procedens a sole et radio eius totum mundum calefacit. Sic spiritus sanctus a patre et filio procedens corda omnium hominum calefacit et propteres in specie ignis apparuit. Et sicut sol per splendorem suū omnia illuminat. sic deus per filium suum Jo. i. Erat lux vera que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. et sicut sol per calorem et radiū splendoris omnia operatur. ita de⁹ per filium et spiritum sanctum omnia operatur et regit. quia indiuisa sunt opera trinitatis. vt dictum est. Mirabiliter ergo vestigium trinitatis relucet in sole. ¶ Tercia ratio sumitur a creaturis vbi est iocunditatis solatium. quia homo solus existēs non potest plenam iocunditatem habere. quia est animal sociale secundum naturā. Vñ Gen. ii. Non est bonum hominem esse solum fa. ei adiu. simile si. Animalia etiam multum affliguntur sūdo solitarie vt canis in cathena. consistit autem perfectio societatis humane in tribus. s. patre et filio et vxore. Si enim est pater filius et vxor plenam iocunditatem habent quātum ad societatem. Cum igitur in deo vt sic plena et perfecta letitia oportet q̄ ibi eternalis societas reperiatur scilz pater et filius et amor tanq̄ vxor cui totum bonum suum vult deus. quia si iocunditas societatis reperitur in hominibus que quidem societas ex tribus perficitur vel complet. opz q̄ talis iocunditas societatis eminentius sit in deo. quia vt dictum est quicquid boni et iocūditatis est in creatura eminentius est in creatore. Et sic patet q̄ trinitas est in deo. Jo. v. Tres sunt qui testimonium dant in celo. pater verbum et spūs sanct⁹. et sic pater secundum. ¶ Tercio probatur q̄ tres persone in diuinis sunt pater et filius et spiritus sanct⁹. Et primo q̄ ibi sit pater et filius probemus. Nam pater t filius dicuntur relative. et ideo probato q̄ ibi sit pater. probatum erit q̄ ibi sit filius Circa quod sciendum q̄ tunc res dicitur perfecta secundum phūm quando habet propriam operationem. Est autem duplex perfectio prima et secunda. prima pfectio est quando res est perfecta ad esse. Secunda quando ē perfecta ad operari. In deo autem oportet ponere omnem perfectionem ergo propriam operationem oportet ibi esse. Est autem duplex operatio vt dicit phūs. vna est que transit in exteriorem materiam que non perficit operantem vt secare et talis non est perfecta nec propria operatio rei. Alia est que non transit in exteriorem materiam. vt intelligere et amare. et ista est perfecta et propria operatio creature rationem habētis scz intelligere veritatem et velle et amare bonum. Cum igitur deo solum optima et perfecta sine attribuenda. solum iste due operationes vel actiones erunt in deo. s. intelligere veritatem et velle bonum per amorem. Nā omnis alia deus facit per solum imperiū volūtatis. qz dixit et facta sunt. Ps. cxlviij. De aūt due operationes sunt naturales deo. quia sm naturam suam sibi cōuenisse nec ab eo separari possūt quia si deus est oportet q̄ intelligat et amet. propria autē et perfecta operatio patris inq̄tū pater est vt possideat et generet filium similem sibi. Cum igitur in deo sit perfecta ratio paternitatis et perfecta paternitas a qua omnis alia paternitas notatur. vt dicit Apostol. Ephe. iij. Oportet q̄ deus pater generet filium Isa. lvi. Ego qui generationem alijs tribuo nunq̄ sterilis ero. Talis autē gñatio oportet q̄ sit intellectualis. s.

simplex f. fectio. rei

per intellectum non carnalis: quia generatio carnalis trāsit in exteriorem materiā que vt dictum est deo conuenire nō potest Deus ergo intelligendo se generat filiuz qui vocatur verbum patris: quia cum intellectum inquantum tale sit sua perfectio intelligentis. et deus sit vna pfectio oportet q̄ solum seipsum intelligat et omnia alia in se. et ideo talis relatio q̄ est in deo prout est intelligens et intellectum est paternitas et filiatio. et ideo deus inquantū intelligit seipsum est deus pater et inquātum est intellectus a se est deus filius. Et sic patet q̄ eiusdem nature et eiusdē essentie est pater et filius: quia deus intelligēs et intellectus eiusdem nature et essentie est. Jo. x. Ego et pater vnum sumus. Et q̄ nullum accidēs potest deo inesse: quia aut cotrumperet vt febris. aut perficeret vt scientia quorum vtrumq̄ est impossibile in deo. ideo oportet q̄ talis relatio que ē inter patrem et filium sit in deo realiter non enim in deo relationes sunt affixe extrinsecus essentie diuine sicut relatio paternitatis in petro est affixa extrinsecus persone petri sed sunt ipsa essentia diuina et ideo relationes in deo. s. paternitas et filiatio et spiratio sunt per se subsistentes et sunt ipse persone diuine. Nam pater et filiꝰ et spūs sanctus sunt tres persone subsistentes. ¶ Et quia deus ab eterno intelligit. ideo ab eterno generat filium. Psal. ij. Ego hodie genui te supple ab eternitate. Semper ergo generat filium: quia in eternitate non est prius et posterius. Iste ergo filius dei oportet q̄ sit per oīa equalis patri in potentia et scientia et in omni re. quia ad perfectionem patris generantis pertinet vt generet filium per omnia similem sibi et equalem. Quia pater diligit filium sicut seipsum et omne bonum suum libenter daret ei vnde pater bene compleionatus et pulcher et sapiens et in oibus perfectus. libenter generaret vnum filium talem et ad magnam perfectionem patris pertineret si posset talem filium generare et ad defectum pertinet q̄ non pōt talem filium generare. Cum igitur deus sit summe perfectus. nec in eo aliquis sit defectus. oportet q̄ generet filium p oīa sibi equalem. Et hoc est quod dicitur Jo. x. Pater quod dedit michi maius omnib⁹ est. i. dedit michi totum bonū suum quod est maius omnibus rebus ergo deus filiꝰ est omnipotens oia continens et omnia diponens sicut deus pater. ¶ Sed 2tra dr Jo. xiij. secundū naturā humanam q̄ assumpsit. Et etiam ab angelis fuit minoratus secundum naturam non autem secūdum gratiam quia etiam inquantum homo habuit maiorem gratiam oibus angelis Psal. viij. Minuisti eum paulomin⁹ ab angelis scz secundum naturam gloriꝰ et honore coronasti eum scilicet super omnes angelos p gratie et glorie plenitudinem. Jo. i. Vidimus gloriam eius gloriā quasi vnī a patre. Ista ratio q̄ filius sit equalis per omnia patri est ad populum. quia melius satis potest demōstrari q̄ filius est p omnia equalis patri. Et quia hunc et omnes alios sermones ad populum facto. ideo aliam rationem ad hoc ponere non curo. ¶ Secūdo probem⁹ q̄ in diuinis est tercia persona que vocatur spiritus sanctus. Quod sic patet. quia sicut dictum est supra quicquid bonitatis et virtutis et perfectionis est in creatura oz q̄ eminentius sit in creatore sicut in causa et in dante. Sed amor in creaturis inter omnia perfecta et virtuosa obtinet primum locum. Nam inter angelos ordo seraphin est suprem⁹ qz dominatur. Ab incēdio amoris dicūt esse incendentes. Inter celos illud suprem⁹ est quod denominatur ab igne amoris scz celum empireum. Inter elementa illud est superius quod assimilatur amori scz ignis inter virtutes amor obtinet principatum. immo est forma et dans esse omnibus virtutibus et sine ipsa nulla virtus operatur vt dicit Apostolus. i. Corinth. xiij. Videmus etiā in inferioribus q̄ omne agens mouet amatos. Aliqui diligunt diuitias. aliqui delitias. aliqui honorem et potentiam. et ideo propter ista omnes mundani operantur. aliqui diligunt deum super omnia et ideo tales propter amorem dei omnia predicta contemnunt et nudi nudum crucifixum sequuntur in artissima paupertate. Si ergo in creaturis inuenitur amor tam virtuosus vt per omnia operentur oz necessario q̄ eminentius reperiatur in deo cuius ratio est quia vnū quodq̄ tanto fortius amatur q̄nto melius cognoscitur. et q̄ deus cognoscit se vt infinitum bonum ideo summe infinitez se amat. Et q̄ filius dei est idez infinitū bonū q̄ pr. ideo eodē amore de⁹ se amat et filiū suū et ecōuerso filius eodē amore amat se et pfez et iste amor vocat spūs sācꝰ q̄ procedit ab vtroq̄. Nā a pfe in filiū et a filio i pfez. Et iste spūs sācꝰ siue amor oz necessario q̄ sit tcia p̄sōa trinitate q̄ sic p2. In nobis amor est accidēs q̄ pōt

adesse vel abesse. in deo autem vt dictum est non potest esse aliquod accidēs. Unde oportet q̄ omne quod est in deo sit subsistens vt verus deus q̄ omne quod est in deo est deus. Cui ergo hoc probatū sit q̄ in deo sit amor. oportet q̄ talis amor non sit accidens sed per se subsistens. Ad hoc autē q̄ aliquid per se subsistat in rationabili et intellectuali creatura accipit nomē persone. nā persona est rationalis nature indiuidua substantia. In diuidua autem substātia per se subsistit. Et ideo spūs sanctus cū p se subsistat in diuina natura est tercia in trinitate persona. ¶ Ulterius iste spūs sanctus oportet q̄ sit eiusdē essētie et nature cum patre et filio. Cuius ratio est quia natura amoris est vnire nam transfert amantem in amatū vt dicit dyonisius et Augustinus. Si ergo amor qui est in nobis hanc virtutem habet multomagis amor diuinus ergo spūs sanctus qui est amor patris ad filiū et filii ad patrem vnit patrem cum filio in eadē essentia et natura propterea spūs sanctus vocat vinculum amoris. et quia in essentia dei nichil est quod non sit deus ideo spūs sctūs cum sit in eadē essentia cū patre et filio est verus deus sicut pater et filius. et sic patet q̄ est vnus deus et q̄ sint tres persone et q̄ iste tres persone sunt pater et filius et spūs sanctus et q̄ iste tres persone sūt vna et eadē essentia. et per ꝓ̄s sunt vnī⁹ nature et vnī⁹ essentie. et omnes tres sūt vnus deus et non tres dii. Bene ergo dicit apostolus q̄ per ea que facta sunt diuinitas dei et eius virtus cognoscit qz per rationes sumptas a creaturis oia supradicta sunt pbata. et sic patet tercium.

¶ De epistola Sermo de eadē mate. lxv.

Gratia dñi nostri ihesu christi et charitas dei et cōmunicatio spūs sancti sit semp cum oibus nobis. ij. Cor. xiij. Tā in euāgelio q̄ in epistola exprimit trinitas diuinarū personarū cū suis appropriatis et attributis. Nam in euangelio exprimit persona patris cum suo appropriato. s. potentia que patri appropriatur. ibi nemo potest hec signa facere que tu facis nisi fuerit deus. cū eo qz mirabilia facere potentie patris attribuit. Persona vero filii cū suo appropriato scz sapia. q̄ filio appropriat exprimit ibi. Scimus qz a deo venisti magister. Filius enim dei ad docendū nos sapientiam suam venit in mundum vt verus magister Joh. xiij. Vos vocatis me magister et domine et bene dicitis. sū etenim. Persona autem spiritus sancti cū suo appropriato scilicet bonitate que spiritui sancto appropriatur exprimitur ibi. Spiritus vbi vult spirat. et vocē eius audi. Et magna enim sua bonitate spūs sanctus spirat nobis bona desideria. et facit nos vocem suam audire. ¶ Similiter in verbis propositis de epistola hodierna assumptis eadem tres persone cū suis attributis exprimunt: Nam primo exprimitur persona filii cum attributo scz gratia dei. Gratia domini nostri iesu christi. Gratia enim christo attribuitur Johannis. i. Gratia et veritas per iesum christum facta est. Secundo exprimitur persona p̄s cum suo attributo quod est charitas ibi. Charitas dei. Charitas enī deo patri attribuit. i. Jo. iiij. Deus charitas est. Tercio exprimitur persona spūs sancti cū suo attributo quod est cōmunicatio suipsius ibi. Et cōicatio sancti spiritus. Attribuit enī cōicatio spiritui sancto quia per spīm sanctum omne bonū cōmunicat nobis. vñ Apostolus postq̄ multa bona enarrauit data nobis per spīm sanctū includit. hec autem operatur vnus at. id. di. sin. p. vul. i. Cor. xij. Uerum quia tria personarum est vna essentia. et per ꝓ̄s vna virtus et vna operatio. ideo omnia supradicta et omnia alia quelibet trium personarū operatur nichil eni operat vna quod alia nō operetur. Unde augustinus. Indiuisa sūt opera trinitatis Jo. v. Quecunq̄ pater facit hec et filius similiter facit. Et ideo ad hoc ostendendum Apostolus ait. Gratia dñi nostri iesu christi et charitas dei et cōmunicatio spūs sancti sit et non dicit sint vt ostendat q̄ hec omnia ab vna virtute procedant. Un Aug. dicit q̄ incarnatione christi tota trinitas est operata. tamen soli filio attribuitur. et solus filius dicit incarnatus. Jo. xiij. Non credis quia ego in patre et pater in me est. Philippe qui videt me videt et patrem meum. Sed omnipotentia appropriatur patri ne propter antiquitatem temporis credatur impotens sicut apud nos senes sunt impotentes quāuis filius et spūs sanctus similiter sint omnipotentes. et sic de alijs. Nam filio appropriatur sapiētia ne propter inuentutē credat inscius. Et spiritui sancto appropriat bonitas. nec ꝓpter abūdātiā ipsi et virtutē credat minus pium et bonum sicut apū nos eē cōsueuit. De istis ergo sex scili

Universidad de Deusto
Biblioteca

cet tribus appropriatis et tribus attributis erit sermo presens. Nam in presenti sermone de unitate essentie et trinitate personarū dicēdum est. ¶ Primo ergo de appropriato patris dicam⁹ q̄ est potētia. Circa quod sciendum q̄ simpliciter deus pater est omnipotens et omnia potest ꝛ si multa dicatur non posse hoc nō est ex defectu potentie eius. ¶ Sed ex quatuor contingit scz ex defectu rei vel ex impossibilitate eius quod dicit non posse. vel ex eo q̄ talis potentia ex impotentia procederet vel ex eo q̄ talis potentia defectū in deo poneret qō est impossibile. ¶ Primo deus omnipotens dicitur aliquando non posse aliquid ex defectu rei. sic non potest facere q̄ ego sum in pluribus locis in eodem tempore/ quia non est potentia passiua in me ad hoc recipiendum ꝛ secūdum hunc modum dicit q̄ deus nō potuit maiorem gratiā neq̄ plures conferre beate Marie/ quia secundum conditionē sue nature non fuit capax maioris gratie neq̄ plurium. Exemplum de uteo pleno aqua in quē quis non potest mittere plus quia uteus non potest mittere plus qz uteus non potest plus recipere. Similiter papa non posset facere unā feminā episcopum neq̄ unū iudeū qz in utroq̄ non est potentia passiua ad recipiendū ordines. ¶ Secundo deus omnipotens dicitur nō posse aliquid ex impossibilitate rei. s. ex eo q̄ illud non est possibile. sic non potest facere q̄ aliquod preteritū nō fuerit puta q̄ ego non fuerim natus. vel contradictoria sint simul vera. vel q̄ ego sim homo et asinus simul. vel q̄ corrupta sit virgo. ¶ Tercio deus omnipotens dicitur non posse aliquid eo q̄ illud faciendo deficeret ꝛ talis potentia ab impotentia procederet. sic deus non potest peccare/ quia peccare est deficere a regula rationis et peccatū est quidam defectus rationis. Unde Augu. dicit q̄ peccatum nichil est et nichil fiūt holes cum peccāt. Et Boetius dicit q̄ homines ideo peccant/ qz in efficientia boni stare non possunt. Exemplū de cadente q̄ ideo cadit qz nō potest se tenere. Et sēm hunc modū dicit q̄ deus non posset unū sanctum hominez ad infernum cōdemnare. quia condemnare innocentem est magnum peccatum. Unde Petrus de charētha sia dicit q̄ deus posset trahere iudam de inferno. sed nō posset petrū mittere de paradiso. ¶ Quarto deus omnipotens dicitur non posse aliquid ex eo q̄ potentia poneret defectum in deo et sēm hūc modum deus non potest esse corpus. nec pōt pati aliquā penā in sua natura nec potest esse ignorans nec potest aliquā mutationem recipere. Et ideo non potest predestinatos ad vitaz eternā mittere ad infernū nec prescitos ad infernū mittere in paradisum/ quia sequeret q̄ deus mutaretur in proposito quod est impossibile. Numer. xxiij. Non est deus vt homo vt mentiatur nec vt filius hois vt mutet. Unde simpliciter deus posset predestinatos dānare ꝛ prescitos saluare. Sed cōsiderando q̄ sunt predestinati vel prescīti nō posset. Si ergo volumus q̄ omnipotentia dei manifestetur in nobis ista quatuor remoueamus a nobis/ quia vt dictū est dei potētia hec quatuor non valet efficere. ¶ Primo amouea mus a nobis defectū capacitatis et attendamus nosipsos ad maiora. et tunc dabit nobis maiorem gratiam Apo. xxij. Qui sanct⁹ est sāctificet adhuc. sed si volumus semp stare in modico bono quod facimus deus non potest nobis dare maiorem gratiā/ qz non sumus capaces eius. xxij. Scribe virū sterilē istū qui non prosperabit in diebus suis Job. xxix. In nidulo meo moriar Isa. xiij. Panem nostrū comedemus et vestimētis nostris operiemur tantūmodo inuocet sup nos nomen tuū. Satis videt multis q̄ viuāt de suo et q̄ signent se de mane. et vtinā se bene signarent. Cōtra tales dicit Apo. iij. Utinā esses frigidus aut calidus sed qz tepidus es ꝛ nec frigidus nec calidus incipiā te euomere ex ore meo. Exemplū deus facit vt natura q̄ mēbro operanti dat virtutem et non operanti retrahit. vnde fabri habent fortiora et meliora brachia. Sed ptoes oculos. Cursores fortiora et meliora crura. Ite facit sicut rex qui dat feudū militi et si prudenter agit dat ei castrum. Propterea dicit ap'lus ad Philip. i. hoc oro vt charitas vra magis ac magis abundet in scientia ꝛ in omni sensu. ij. Cor. ix. Potens est deus omnem gratiam abundare facere in vobis vt abundetis in omne opus bonum. ¶ Secundo amoueam⁹ a nobis impossibilitatē vt si volum⁹ amici dei fieri in hac vita. nō sim⁹ amici seculi huius/ qz ista sunt contraria et impossibilia. Nā deus mandat p Hieremiā aliena nō rapere. propria largiri vana nō appetere. corp⁹ macerare. Mūdus aūt oino contrariū docet. Nā pro alapa reddit vulnus pro vulnere mortem. inimicos repellit et

bona eorum aufert. pauperibus nō bene facit sed decoriat ipsos honores sumopere querit. et ventri vt deo seruit. Philipē. Quorum deus venter est. et ideo impossibile est esse amicos dei et mundi. Jac. iij. Adulteri nescitis quia amicitia huius mūdi inimica est dei. Quicunq̄ ergo voluit amicus esse huius seculi inimicus dei cōstituitur et Eccle. ij. Ue peccatori ingredienti terram duabus vijs. Impossibile est esse cum deo ꝛ cum mundo Luce. xi. Qui nō est mecum contra me est. et qui nō colligit mecum dispergit. ¶ Tercio amoueamus a nobis impotentiam resistendi peccatis quia omnipotentia dei cum tanta impotētia stare non potest et quid prodest dominari hominibus regere ciuitates et vni vili tentationi non posse resistere. et vnū motum nō posse refrenare. Prouer. xiij. Melior est patiens viro forti. et qui dominatur animo suo expugnatore vrbium. Boetius Uide quanta sit malorum impotētia et nunq̄ ad id quod desiderant possūt venire scilicet ad perfectum bonum. Et ideo si volum⁹ q̄ dei potētia habitet in nobis resistamus mundo carni et dyabolo. Jac. iiij. Resistite dyabolo et fugiet vo. ¶ Quarto amoueamus a nobis id quod ponit defectum in deo. scz falsam fidem. quia fides exterarum nationum ponit magnum defectum in deo et falsitatem. cuz dicat eū esse solum cum ipse sit trinus cum dicat ipsum esse solum deum cum ipse sit deus ꝛ homo habeamus ergo veram fidem que credit deum sicuti est. Hebre. x. Accedamus cum vero corde in plenitudine fidei aspersi corda a conscientia mala ꝛ abluti corp⁹ aqua munda teneamus spei nostre confessionē indeclinabilem. Johan. vi. Qui credit in me ꝛ si mortuus fuerit viuet et omnis qui viuit et credit in me nō moritur in eternū Ecce magna omnipotentia de mortuis viuos facere et a morte perpetua conseruare et hoc ideo quia defectum fidei non habemus. Si ergo volumus q̄ deus per suam potentiam habitet in nobis extendamus nos ad maiora. non simus amici huius seculi resistamus peccatis et habeamus veram fidem et tunc in deo omnipotenti erimus valde potentes et mirabilia faciem⁹ Jo. xiiij. Qui credit in me opera q̄ ego facio et ipse faciet et maiora horū faciet ꝛ sic patet primum. ¶ Secundo de quodaz attributo patri dicemus quod est charitas Et nota hic differentiam inter appropriata attributa et propria. quia appropriatū ita appropriatur vni persone q̄ non alteri vt potentia solum patri. sapientia solū filio. et bonitas solū spiritui sancto. Sed attributa sunt communia essentie diuine et attribuuntur vni persone sicut alteri. Unde charitas ita attribuitur patri sicut filio et spiritui sancto. Et idem est de gratia et de communicatione et de omnibus que de essentia diuina predicantur que quasi sunt infinita. Propria vero sunt que ita conueniunt vni persone q̄ nullo modo alteri vt gigni filio et gignere patri ꝛ procedere spiritui sancto. Sic ergo charitas attribuitur deo. ¶ Circa quod sciendum q̄ maxima charitas dei ad homines quātum ad quatuor demonstratur. Primo q̄ filium suum hominem fieri constituit ꝛ naturam humanam tanq̄ in sponsam sibi accepit Johan. i. Uerbum caro factum est. Unde cantamus. Hodie celesti sponso iūcta est ecclesia. Ecce mirabilis amor/ quia imperator dives/ potēs/ sapiēs/ pulcher/ et eternus eccepit panperculam inualidā fedem insipientem et morti condemnatā. Hebre. ij. Nusq̄ enim angelos apprehendit sed semen abrahe. Secundo in eo q̄ eundem filium suū posq̄ carnem assūpsit fecit triginta annis seruire pro homine erudiendo et informando in luto penalitatum humane nature. et tandem pro ipso redimendo constituit eum morti Johā. iij. Sic deus dilexit mundum vt filium suum vnigenitum daret. s. ad mortem. Hic cadit exemplum de Paulino episcopo' millano qui pro filio vidue liberando iuit in affricam et factus est seruus. Quere in dyalogo gregorij. Tertio in eo q̄ homines sibi in filios adoptauit et fratres christi. Unde. i. Jo. tercio. Uidete qualē charitatē dedit nobis deus vt filij dei nominemur et simus. Quarto in eo q̄ homines sic redemptos et in filios adoptatos heredes regni fecit insimul cum filio suo Iesu christo Roma. viij. Filij dei sumus / si autem filij ꝛ heredes/ heredes quidem dei coheredes autem christi. ¶ Si ergo volumus q̄ charitas dei maneat in nobis attendamus ad ista quatuor. Primo vt naturā nostram sic exaltatam et magnificatā in suo honore conseruem⁹ scilicet in honore virtutum/ quia honor secundū phm̄ est reuerentia exhibita in testimonium virtutis. Philip. iij. Sic state in domino charissimi. Honor mundi est falsus honor/ quia est honor pannorum et equorum et domicellorum. Hic cadit exemplum de illo qui

osculabatur pannos suos/ quia propter eos honorabatur. Secundo vt informationem quā christus fecit nobis retineamus Jo. xiij. Qui habet mandata mea ⁊ seruat ea hic est qui diligit me. Et ipsum pro vobis redimendis mortuum non amplius mortī exponamus. quod facim⁹ dū peccamus Hebre. vi. Rursū crucifigentes sibimetip. fi. dei. Tercio vt filij adoptati ut in adoptione filioꝝ dei viuamus quod facimus dū secundū ipm̄ viuimus et non secundū carnē Ro. viij. Qui spū dei agun tur hi filij sunt dei. Jbidem. Debitores sumus non carni. vt secundum carnem vi namus si enim secundū carnem vixerim⁹ moriemur. si aūt spū facta carnis mortificaueritis viuetis suple in adoptione filorum. Quarto vt per t̄porale gaudium regnum eternū nō perdamus Mathei. xvi. Si quis vult post me venire sc̄z ad regnū abneget semetipsum et tollat crucē suam id est renūciet vite carnali et gaudio mū di seu temporali et agat penitentiam. Si autem hic voluerimus delectari perdemus regnum eternū Job. xxi. Ducunt in bonis dies suos et in pūcto ad infer. des. Luce. xvi. Recordare quia recepisti bona in vita tua ⁊c. et sic patet secundū. ¶ Tercio de appropriato filij quod est sapiēcia dicamus. Circa quod quatuor videamus Primo q̄ filius dei per sapientiā suā fecit omnia presentia preterita et futura et cogitata et que in celis sunt et que esse possunt Hebreoꝝ. iiij. Omnia nuda ⁊ aperta sunt oculis eius Prouer. viij. Ego sapientia habito in consilio et eruditis interfuꝝ cogitationibus. Per me reges regnant. ⁊ legem conditores iusta decernūt. Secūdo q̄ filius per sapientiā suā est causa oim rerū que fiunt vel sunt. Sicut em̄ artifex per sciētiā suā est causa forme introducē de in artificiatū ita dei filius per sapientiam suā est causa totius rei Jo. i. Omnia per ipsum facta sunt. i. per filij sapiēciam Hebreo. i. Per quem fecit secula. Tercio q̄ sapiēcia filij dei multū a sapientia mundi differt. Jac. iij. Non est ista sapientia desursum descēdēs. sed terrena animalis diabolica/ que antē de sursū est sapientia. Primū quidē pudica est deinde pacifica. modesta suasibilis bonis cōsentiens. plena misericordie et fructibus bonis iudicans sine simulatione. Quarto q̄ ipsa sapientia dei est ipse filius dei et idē i essentia cū deo Eccle. xxiij. Ego ex ore altissimi prodū primogenita ante oēz creaturā

pri. Coy. i. Nos aūt predicamus christū crucifixum dei virtutē et dei sapientiam ¶ Ex his quatuor debem⁹ accipere quatuor vtilia documenta. Et hoc q̄ ipse scit omnia ac etiam cogitata debemus concipere magnum timorē et magnā erubescētiam de peccatis/ quia et omnes angeli ⁊ sancti similiter vident omnia cum ipsum deum vident. Et quis ita effrons qui nō erubesceret peccare cū femina in platea. Certe omne peccatum ita est abhominabile coram deo et curia celesti. sicut peccatum carnale coram hominibus Sapien. xxiij. Similiter sunt abhominabiles deo impius et impietas eius. Et ideo omnis peccator est sicut canis . et sicut meretrix impudens. Hie. iij. Frons meretricis facta est tibi noluisti erubescere. Cogita⁹ charissim⁹ qualis verecūdia erit in die iudicij quando ois ab hominibus videbuntur Danie. vij. Judicij sedit et libri aperti sunt id est conscientie singulorum. Et quia sicut canes peccauerūt. ideo sicut canes expellent Apoc. xxij. Foris canes et venefici. Et ideo sicut Boeci⁹. Magna nobis est si dissimulare nō vultis necessitas indicta probitatis. cū ante oculos agitis iudicis cuncta cernentis. Hic cadit exemplum de illo heremita qui simulauit secum le peccare cum vna meretrice qō tamen renuit dicens q̄ ita videret in camera sicut in platea propter quod meretrix verecūdata cōuersa est. ¶ Secūdo ex hoc q̄ ipse per sapientiā est causa rerū. debemus accipere exēplum operandi que sim⁹ Mat. vij. Non omnis qui dicit michi dñe dñe intrabit in regnū celoꝝ. sed qui facit voluntatē patris mei ipse intrabit in regnū celorum. Ridiculū est alios docere nichil operari. Talis est sicut candula luces que se consumit et alios illuminat Jacobi. i. Estote factores verbi et nō auditores tātum fallētes vosmetipsos. Charissimi omnes sumus christiani ⁊ veritatem scimus et credimus/ sed nunquid damnabimur si non fecerimus ea. Certe sic Lu. xij. Serv⁹ qui nouit voluntatem domini sui et nō fece. secundum volūtatem eius vap. plagis multis. Exēplū deficulnea que habebat solum folia cui maledixit christ⁹ et statim aruit vt patet Mathei. xxi. Et aug. Bene loqui et male agere nichil aliud est q̄ se sua voce dānare. Jdem. Surgunt indocti et celum rapiunt. nos autem cum doctrinis nostris ad infernū demergimur Ro. ij. Qui p̄dicas non furādū furaris scōm du

riciam eram et cor impenitens thesaurizas tibi iram in die ire. ¶ Tercio ex hoc q̄ eius sapientia est dissimilis sapiētie mūdi debemus ipsam imitari. vt non sit sapiētia nostra terrena animalis diabolica. Sapientia mundi dicitur terrena. quia de terrenis cogitat de terrenis loquitur et terrena docet operari. Hieremie. xxij. Terra terra terra audi verbum domini. Dicit animalis. quia sicut talpa inuoluit se in terrenis vt aranea euiscerat se pro terrenis Psal. Anni nostri sicut aranea meditabuntur. Et sicut omnia animalia vertunt faciem suam ad terram sicut ipsa sola terrena respicit. Dicitur diabolica. quia sicut diabolus sp̄ decipere nititur. Proner. xx. Omnis emptor dicit malum est malum est ⁊ cū recesserit gloriabitur. Item totus conat⁹ eius est ad ascēdendū sicut lucifer volvit ascendere. Jsa. xiij. ¶ Ascendam super altitudinem nubium et similis ero altissimo. Sic ergo sapientia nostra pudica. modesta. pacifica mia plena. bonis cōsentiēs plena fructibus bōis. ¶ Quarto ex eo q̄ sapientia dei est ipse filius dei. Debemus super omnia sapientiam dei querere t̄ā perfectum bonum. Sapien. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa. Et Prouerbiorum. viij. Melior est sapientia cunctis opibus pretiosissimis ⁊ omne desiderabile non potest ei comparari. Et sic patz tercium. A Quarto de attributo filio. s. gratia videamus que gratia quātū ad nos christianos mirabilis apparet t̄ā quattuor. primum quia in suum populum nos elegit omnibus alijs reprobatis. Osee. i. Voca. nomen eius nō pp̄s meus Jo. ix. In iudicium ego in hunc mūdum veni. vt qui non vident videant. et q̄ vident ceci fiant. Hrā dei olim quieuit super iudeos. sed ablata ab eis propter peccata eorum. modo requiscit super christianos. Hoc fuit figuratum quando archa dī capta fuit et translata ad philisteos et posita in templo. Dagon. et de mane inuentum est ydolum Dagon proiectum ad terram capite truncatum. vt patet pri. Re. v. Quia in receptione gratie fidei filij dī omnia ydola sunt confracta. ¶ Secundo q̄ nobis infirmantibus efficacissimos/ medicinas scilicet sacramenta ecclesie preparauit. Lu. x. Alligauit vulnera eius infundēs oleum et vinum. Nulla alia natio habet medicinas nisi mortales contra infirmitatem peccati. ¶ Tercio quia thesaur⁹ virtutis passionis christi nobis per prelatos ecclesie dispensandus inter christianos ē derelictus et per ipsos opz̄ habere quicū q̄ vult. Quia vt dicit Aug. Non est locus veri sacrificij in toto mundo extra catholicā ecclesiam. et similiter eius doctrina in nobis requeuit. Marci. iij. Vobis datuꝝ est nosse misterium regni dei. Ceteris autem in parabolis vt videntes non videāt. ⁊c. ¶ Quarto quia solus christianis celum aperitur omnibus alijs foris remanentibus. Mat. xxv. Dñe domine aperi nobis. Et sequitur. Amen dico vobis nescio vos Unde petro principi apostolorum sine christianorum et capiti dictum est. Tibi dabo claues regni celorum. Mat. xvi. ¶ Et his quattuor inuitamur ad alia quattuor.

B Primo vt sicut non iudei propter peccata nostra reprobemur Hieremie. vi. Argentum reprobum vocate eos quia dominus proiecit illos. Sic Esau primo genitus ysaac reprobatus est Ro. ix. Jacob dilexi Esau. autē odio habui. Sic reprobatus est. Saul et Dauid substitutus. i. Re. xvi. Quousq̄ tu luges Saulem cum ego abiecerim eum. Jsta reprobatio inuisibiliter fit quotidie. Nam ad locum iudeis deputatum sc̄z in infernum quotidie vadūt xp̄iani. et strages et pestilētias in iudeos reprobatos factas quotidie patiūtur. Ps. ij. Reges eos in virga ferrea et tanq̄ vas figuli confringes eos. ⁊c. Et ideo vere potest dicere christus illud Señ. vi. Penitet me fecisse hominem. i. penitet me populū xp̄ianū elegisse tot mala sunt in eo. et idcirco delebo eum a facie terre. Et ideo debemus valde timere ne et nos reprobemur et a gratia effluamus. Hebre. ij. Propterea abundantius oportet nos obseruare ea que audiuim⁹. ne forte pereffluam⁹ ¶ Secundo vt istas medicinas sumam⁹ quas xp̄s fecit in sanguine suo. et vt secure sumeremus ipse primo voluit sumere. Nam et ieiunauit et baptizatus est et omnia opera virtutum exercuit vt nos similiter faceremus Jo. xiij. Exemplū ego dedi vobis. Et quid prodest confici medicinam nisi sumatur. immo est dispēdium magnū Sic enim dicitur christus omnes saluos fecit medicinas potentes saluare omnes si sumantur. Et ideo ait. Math. xxvi. Bibite ex hoc omnes. ¶ Tercio vt istum thesaurum carum teneamus et per indulgentias que per exercitia virtutum et opera pietatis dantur ipso vtamur pri. Thi. quarto. Exerce teipsum circa pietatem. Et quid prodest tenere thesaurum in archa

clausum. Eccle. Sapientia abscondita et thesaurum inuisum que vtilitas. Nam ille seruus qui abscondit pecuniam domini sui et non est vsus ea cōdēnatus est et ab eo est ablata. Luce. xix. Ex ore tuo te iudico serue neq̄ quare non dedisti pecuniā meam ad mensam. ¶ Quarto vt nitamur in celuz introire per portam angustam penitentie Math. vi. Contēdite intrare per angustam portam: qz arta ē via que ducit ad vitam. Mat. xiij. Regnum celoꝝ vim patitur et violenti rapiunt. il. Charissimi ista est magna gratia. quia olim quantum cunq̄ homo bene operaretur ad inferos et non ad celos ibat. Job. xvij. In profundum inferni descendit anima mea vbi constituta est domus omni viuenti. Et sic ꝓz quartum. ¶ Quinto de appropriato spūi sancto. s. de bonitate dicam⁹ que quātum ad quattuor apparet mirabilis siue magna. Primo in eo q̄ contra nos voluntarie multotiens peccantes prouocatur: sed patienter expectat vt reuertamur et misereat nr̄i. Isa. xxx. Propterea nos expectat de⁹ vt misereat nr̄i Apoc. iij. ego sto ad ostiū z pulso si q̄s aperuerit m. i. troibo ad il. Statim eīm q̄ pctōr volūtarie offendit deum deberet mitti ad carcerem inferni sicut reus criminis lese maiestatis nisi bonitas. ſ. sustineret eum Quilibet peccator deberet sic cogitare quare terra non consorbet me sicut dathan et abyron. quare non suffocor sicut pharaon et exercitus eius est suffocatus. quare non consumor ignis incendio sicut ille quinq̄ ciuitates in momēto submerse sunt. quare a bestijs non deuoror sicut filij israel a serpentibus perierunt. Nunquid illi plus peccauerūt. Certe non. O quot sunt qui equalis peccatis sicut quicunq̄ ex istis hñt et tamen ex bonitate spūs sancti misericorditer tolerantur: sed audi peruersitatem. Eccle. viij Quia non profertur cito cōtra malos sententia absq̄ vllo timore filij hominum perpetrant mala. ¶ Secundo in eo q̄ peccatores reuertētes tam hilariter et benigne suscipit Hieremie tercio. Tu fornicata es cum amatoribus multis tamen reuertere et ego suscipiam te. hoc figuratum ē in patre filij prodigi. quez pater hilariter suscepit Luce. xv. Videns illum suis est motus z cecidit super collum eius et osculatus est eum et att seruis suis. adducite vitulum. ꝛc. ¶ Tercio in eo q̄ reuertentibus omnes offensas et peccata dimittit. Luce. xviij Duo homines ascenderunt in templum. Et sequitur. Descendit hic iustificatus in domum suam ab illo. Psalmi. xxxi. Dixi cōfitebor aduersum me iniusticiā meam domino et tu remisisti impietatem pctī mei. Sic ꝓfecte absolut Matheū. petr. adulteraz Magdalenam et multos alios. Quarto in eo q̄ reuersos sic ornat et dicat. vestiens eos veste nuptiali omnium virtutum et donoꝝ spiritus sancti. Luce. xv. Cito proferte stolā primā et induite et date anulū in manu ei⁹. et cal. in pe. eius. Que vestis plus valet q̄ totus mundus quia facit hominem dignū deo et conuiuio regali vite eterne. ¶ Si ergo volumus q̄ bonitas spūs sancti nobis prosit adhuc quattuor aduertamus. Primo vt cito ad deum conuertamur ex q̄ nos ita patiēter expectat Eccle. v. Ne tardes conuerti ad dominū et ne differas de die in diem. Quia si diu faceremus euz expectare sicut est mitis in expectādo. sic et est seuerus postea in puniendo. Exemplū acetum factuz de dulci vino magis est forte q̄ de labrusta. Luce. xiij Ecce venio per tres annos querēs fructū in ficulnea hac et non inuenio succide ergo illam vt quid etiam terraz occupat. Sic iudeos per quadraginta annos expectauit quos postea in excidium et exterminiuz tradidit. Psal. lxxxviij. Quadraginta annis proxim⁹ fui generationi huic et dixi semper hi errant corde. ipsi vero non cognouerunt vias meas quibus iuraui in ira mea si introibunt in requiem meam. ¶ Secundo ex quo ita benigne suscipit secure ad deum reuertamur dicentes. Pater peccaui in cel. et cōra te et non sum dignus vocari filius tuus sed fac me sicut vnum de mercēnarijs. Luce. xv. Hebre. iij. Adeamus ergo cuz fiducia ad thronum glorie eius vt misericordiam consequamur et gratiam inueniamus in auxilio oportuno. ¶ Tercio ex quo omnia peccata dimittit pure et deuote ipsa cōfiteamur. quia aliter non ꝓsequemur idulgentiam de peccatis Isa. xlij. Dic tu iniq̄tates tuas et iustificeris. Exemplū de Danid. qui quia dixit peccaui. statī dixit. Nathan propheta. Transtulit deus peccatuz tuum a te. ij. Re. xij. Et angelus cedēs populum statim Danid dicente. Ego suz qui peccaui. ego inique egi. conuertit gladiuz suum in vaginam z non occidit ꝑplus populum. Quarto ex quo tam preciosam vestem nobis donat et ita virtuosam eam reuerenter z cum magna diligentia tenemus et custodiamus et non sortiamur de illa exponentes eam fortune sicut milites

pylati sortiti sunt de tunica ꝯsutili xp̄i per quam hec vestis figurabatur. quod facimus dum non curamus bñ operari. sed dicimus si predestinatus sum q̄ saluer saluabor omnino aliter nō Aliqui volunt eā diuidere dum fidem vel castitatem vel aliquam virtutem sine ceteris volunt habere. Psal. xxi. Diuiserūt sibi vestimēta mea et super vestem meam miserunt sortem et sic patet quintum. ¶ Sexto de attributo spiritui sancto quod est communicatio dicamus. Circa quod nota q̄ bonum est cōmunicatiū suiipsius. Bonitas ergo spiritus sancti in hoc apparet qz bona sua nobis cōicat. Quattuor autez bona spiritus sancti nobis communicat abundāter z excellenter. E primo bona nature scilicet animam et corpus in vno homine contungendo. Gen. primo. Faciamus hominem ad ymaginem et similitudinē nostrā Ecce magna dignitas in natura esse ad ymaginem dei factum. Secundo bona fortune scilicet diuitias bestias ac omnez creaturam subijciendo nobis. Psalmist. viij. Omnia subiecisti sub pedibus eius oues et boues vniuersas insuper et pecora campi. Ecce magna abundantia in fortuna vt omnia sint facta propter nos et ad nostrū seruitium deputata. Tercio bona gratie scilicet virtutes et dona nobis infundendo. i. Corin. xij. Hec omnia operatur vnus atq̄ idem spiritus diuidens singulis prout vult. Quarto bona glorie scilicz dei visionem promittendo. Jo. xiij. Ego manifestabo ei meipsum Romanoꝝ. viij. Ipse enim spiritus testimoniuz reddit spiritui nostro q̄ filij dei sumus. Si autem filij et heredes scilicet glorie dei que est hereditas. ¶ Ex his quattuor ad alia quattuor inuitamur F Et primo vt bona nature ad dei cultum exerceamus et in ipsis deo seruiamus. Psal. Fortitudinez meam ad te custodiam id est ad tuum cultum Et simile est de ingenio et prudentia z de omnibus bonis nature. que omnia ad laudem dei debemus exercere Isa. xlij. Populum istum creaui michi laudem meam narrabit. Quia bona nature tenem⁹ a deo sicut miles tenet feudum a rege. Et ideo omni die mane debemus osculari terram in huius recognitionē sicut fardi pedē tu dicis arboze. i. Cor. iij. Quid habes, qd̄ n̄ accepisti. si autem accepisti q̄d gloriaris q̄ si nō acceperis. Et ideo cum bona nature deus aufert a nobis vel non dat perfecte murmurare non debemus. Mathei. xx. Amice non facio tibi iniuriam an nō licet michi facere quod volo Roma. ix. Nunq̄d dicit figmentum ei qui se finxit. quid me feciſti sic an non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorē aliud in contumeliam Secundo vt bona fortune in nostrum cōmodum conuertamus. vt scz ipsis dominemur z non dominentur ipsa nobis. Quia vt dictum est. Deus subiecit ea sub pedibus nostris. Item q̄ ipsis nos ad luxurias vel superbiam vtamur sed a corpus sustētationem pti. Thi. vi. Habentes alimenta et quibꝰ h. contenti. su. Item vt ipsis peccata nostra redimamus Danie. iiij. Peccata tua elemosinis redime. Tercio vt p bona gratie vitam eternam mereamur qz per omne bonum opus gratia informatū vitam eternā meremur Ro. vi. Gratia dei vita eterna. Qui autem non est in gratia per nullum opus bonū merek vitam eternam Luce. v. Per totam noctem laborantes michil cepimus. Tunc homo in nocte laborat quando sine gra operak. Ad hoc ergo sunt nobis data bona gre vt opera nostra sint digna vita eterna Jo. xiij. Si hec scitis beati eritis si feceritis ea. Quarto vt gloriam dei pro qua habenda habemus pignus spiritus sancti: vt dicit Apostolus. ij. Ad Corin. pri. Totis precibus flagitemus vt quod nobis disposuit ante secula donare cum sibi placuit largiak. Quia vt dicit Grego. Ipsa predestinatio regni celestis ab omnipotenti deo sic est ordinata vt sanctorum precibus obtineatur. Et ideo iesus orante celum est apertum Luce xi. Petite et accipietis. Querite et inuenietis pulsate et aperiet vobis z sic ꝓz totū

¶ Dominica prima post trinitatem de euangelio Sermo. lxvi.

optimus ſ⁹

HOmo q̄daz erat diues ꝛc. Lu. xv. Sicut dicit boecius in deconsolatione. Non quod ante oculos nostros situm est sufficit intueri. Sed rerum exitus prudentia metitur. Homo autem rationalis a ratione per quam a bestijs differt habet considerare finem rei. Et ideo homo rationalis finem debet considerare. Unde poeta Quicquid agas prudenter agas z respice finem. Unde homo qui considerat solum presentia et non futura bestijs comparat Psal. Homo cum in honore esset scilicet rationis non intellexit scz secundum rationem cōsiderare finē. et ideo cōparatus est

tumentis. ¶ Qui vult ergo esse homo et cauere a peccatis cõsideret nouissima sua Eccle.vii. Memorare nouissima tua et in eternum non peccabis. Consideremus ergo presens euangelium et videbimus mirabilia et presentia et futura. In quo quat tuor continentur. Primum est status peccatoris et iusti in vita in quo dei iusticia commendatur ibi. Homo quidam erat dives. Secundum est transitus vtriusq; per mortem in quo diuersa eorum cõditio demonstratur ibi. Factum est autem vt moreretur mendicus. Tercium est petitio diuitis post mortem in quo malorum summa miseria declaratur ibi. Eleuauit autem oculos suos cum eẽt in tormentis. Quartũ est responsio. Abrahe ad diuitem in quo seuera sententia enarratur ibi. Recordare fili quia recepisti bona in vita tua. Primo ergo ponitur status peccatoris et iusti in vita ℞ Sed primo status peccatoris qui describitur quadrupliciter. scilicz dives et iniquus. vani glorios⁹ et superbus gulosus et luxuriosus immisericors et crudelis. Primo nanq; fuit dives et iniqu⁹ Vbi nota q; dives iquãtum dives non dãnatur quod patet ex hoc euangelio. Nam Abrahã valde dives fuit. Gen.xiii. Erat Abraham dives valde in possessione auri et argenti et tamen non est damnatus sed in requie collocatus. Similiter ãtiqui patres valde diuites fuerũt qui omnes sunt saluati. ℣ Damnatur autẽ dives tripliciter. vel quia male acquisiuit. vel quia male retinuit. vel quia male expendit. Si male et iniuste acquisiuit damnatur vt fur. Si male et tenaciter tenuit vt seruus diuitiarum et non dominus damnatur vt auarus sicut ille dives qui dicebat. Laude anima mea habes multa bona reposita in annos plurimos. Lu.xii. de quibus nec ipse comedit nec alijs comedenda dedit sed homo extraneus vorauit ea ita accidit auaris. et ideo sequitur. Stulte hac nocte repetent animam tuam. ꝛc. s. demones. que autem parasti cuius erunt. Si vero male et inutiliter expendit damnatur vt prodigus et dissipator bonorum domini sui sicut iste dives epulo Lu.xvi. hic diffamat⁹ est apud illũ quasi dissipasset bona ipsi⁹. Omnia enim bona que habemus deus nobis tribuit vt dispensatoribus suis. Matthei. xxv. Simile est regnum celoꝝ homini peregre proficiscenti qui vocauit seruos suos et tradidit illis bona sua. Basili⁹. An iniusti⁹ est deꝰ ꝛ eos inequaliter distribuẽs cur ei tu obũdas ille vo mẽdicat nisi vt tu bone dispẽsatiõis premia cõsequaris: ille vero patiẽtie brauũ decoretur. Sic ergo condemnatus est dives iste iniquus. ¶ Secũdo fuit vanꝰ gloriosus et superbus. quia induebatur purpura que est vestis regia et bisso qui est pannus lineus mollis et delicatus. Glo. Purpura color est regũ habitus de conchis marinis ferro concisis emissa. Byssus est genus lini candidi et mollissimi. Purpura pura ergo induebatur exterius. et bisso interius ad modum cocte. Purpura autem sanguine tingitur. Purpura ergo vestiuntur quivestimenta sua multiplicãt de sanguine martirũ, crucifixi vt clerici. vel de sanguine pauperum vt vsurarij et predones et raptores. Sed certe, vestimẽtum istud mixtum sanguine erit in cõbustionem et cibus ignis vt dicit Ysaie. ix. Byssus vero propter candorem signat innocentiam quã multi allegãt ad palliendum iniquitatẽ suã quasi ex causa rationabili talia faciant. Tales illudũt christo in purpura vt milites pylati et veste alba vt ministri herodis. ℨ Sunt autem quatuor que aggrauãt ꝛ inducũt peccatũ in luxu vestiũ. Primũ est ſũptuositas que tantũ dat pro vna testa de cui⁹ ſupfluitate posſẽt multi pauperes viuere. Secũdũ est multiplicitas vt quãdo ptice pendent onerate vestibus et pauperes nudi frigore moriunt. Hiero. Aliena rapere cõmittit qui vltra necessitatẽ sibi retinere cõpotebat. Tercũ est indecẽtia q; respicit ordinẽ et statũ persone. non eſt decet clericũ habitu militari vestiri nec rusticũ veste regali. Quartũ est ostẽsio que respicit vanitatẽ et laudẽ. Unde non est gloriandũ de vestibus cũ potius sint vituperiũ. Oportet eũ ouẽ de lana gloriari non hominẽ ꝛ vermẽ de serico Boe. Sẽmarũ fulgor oculos trahit sed si quid est in hoc splendore preciuum gemmarũ est illa lux non hominũ. Grego. Nemo vestimenta preciosa non nisi ad gloriã querit vt honorabiliter habeat. ¶ Vbi nota q; gloriari et superbire de vestibus est valde periculosũ ꝛ cõfusione dignum quia vestes sunt homini concesse post peccatũ in penã. Naz ante erat nudus et vestiebatur lumine vt sol et cãdore vt liliũ sed post petiũ deus fecit tunicã pelliceã in signũ furti sicut suspẽdendo sup oculos fascia alligat. Furatus est eũ pomum vetitum ꝛ furari voluit deitatem et ideo sicut furẽ deus exuit eum candore et lumine, ꝛ fascitauit eum pellibus: sicut furẽ cuntem ad suspendium et adiudicauit eum morti. vnde gloriari de vestibꝰ simile est ac si quis vadens ad suspendiũ de pulchra fascia gloriaretur oculoꝝ. Uel si quis gloriaretur de pulchra creatura. Gene.xx. Ecce dedi fratri tuo mille argenteos hoc erit tibi velamẽ oculorum et vbicunq; perrexeris scito te deprehendam. Item absurdum est valde q; nobilis creatura sicut homo ad ymaginem dei factus glorietur de lana pecudum de pellibꝰ animalium de pẽnis auium. et de visceribus vermium in quo ostẽdit magnam pauperatem suam et villitatem vt pote ab alijs victum et vestimentum mendicans. Exemplum mulier portans capillos alienos nullo modo vult vt sciatur. ꝛ si scitur valde verecundatur. Hic cadit exemplum de illa si mea quevni mulieri portanti capillos alienos dẽtã vel populum eleuauit pisis ad sanctam katherinam. ¶ Tercio fuit gulosus et luxuriosus quia epulabatur quotidie splendide. Ubi nota q; venter et genitalia sunt vicina et vnus seruit alteri. Unde qui continue bene comedit impossibile est quasi quin luxurietur Hieronimꝰ. Uenter mero estuans facile spumat in luxuriam. Unde de sodomitis dicitur q; peccatum eorum fuit saturitas panis et vini et ocium. Ezec.xvi. Hec fuit iniquitas sodome sororis tue saturitatis panis ꝛ ocũ Unde hec est potissima ratio quare indicitur ieiunium et cibi carnium vitãtur vt luxuria temperetur. O quot sequaces habz iste dives q; corpori suo seruiũt sicut deo. Phil.iii. Quoꝝ deus venter est. Eccle.vi. quis labor hominis in ore eius qõ est sperandum valde Boe. Quis non spernat fragilis vilissimeq; rei esse seruum scz corporis quod nunq; satiatur quod satiatum peruenit i dominum et vult dominari. quod dolores quod infirmitates suis seruitoribus inferre non cessat. quod intãtum grauat hominem q; non permittit oculos in celum leuare: sed facit declinare in terrã. Psal. Oculos suos statuerũt declinare in terr. quod perdit hominem in bello spirituali inducit in carcerem dyaboli. Ro.vii. Uideo aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis mee et captiuitatem me in legem peccati Bern. O initium vite hominis panis et aqua. nunc autem non sufficiunt fructus arboris non genera leguminum non radices herbarum nõ pisces maris. non bestie terre. nõ aues celi. Unde est quod queruntur pinguia emũtur aromata nutriuntur altilia vnde grauat stomachus turbatur sensus comprimitur intellectus inde nec salus nec sanitas sed morbus et mors. ℟ Quarto fuit crudelis et immisericors quod ostenditur in sctõ Lazaro cui noluit misereri. aggrauant autem eius crudelitatem octo proprietates. Primo paucitas pauperum cum dicit. erat quidam. non enim a multis molestabatur. Scõo mẽdicitas rei. quia mẽdicus. pauper aliquid hz sed mendicus nichil. Tercio noticia persone: quia nomine. Lazarus qui ab omnibus cognoscebatur mendicus ꝛ morsbatur in Hierusalem. vt tradunt iudei. Quarto impotentia exercitionum: quia ulceribus plenus. ideo nõ poterat aliquid facere. Quinto ꝓpinquitas locoꝝ quia iacebat ad ianuam eius qui erat ita prope et semper ipsum intrando ꝛ exeundo poterat videre. Sexto vilitas ciborum: quia curabat saturari de micis q; cadent de mensa diuitis. non enim quaerebat delicata et magna sed micas cadentes Septimo improuidẽtia famulorum: quia nemo illi dabat non enim ordinauerat vt vt aliquis de famulis benefaceret pauperibus. Eccle.x. Scõm iudicẽ populi sic et minister eius et qualis rector est ciuitatis tales inhabitantes in ea. Octauo miseria cordia canũ qz canes veniebant et lingebant vulnera eius valde enim manifestatur eius crudelitas. qui videns canes missam prestare pauperi de linguis suis nõ miserabatur ei de micis suis. ꝛsic ꝓ⁹ status diuitis ante mortem. qui fuit plenus vicijs et vacuus virtutib⁹. Et nota fm Hie. et Crisо. Non est parabola ista sed res gesta secundum veritatẽ ad litterã. Item nota hic q; sicut dicit Hie. Si iste non dando suis fuit talibus supplicijs deputat⁹. quanta sustinebunt qui furantur et detinent aliena. ¶ Secundo ponitur status iusti. s. Lazari qui fuit in contrarium statui peccatoris. Nam fuit pauper reb⁹ sed dives meritis. et hoc est quod dicit. et erat quidem mendicus nole lazarus. fuit eñ pauper et mẽdic⁹ reb⁹. Prio fuit mẽdic⁹ reb⁹ fortune. s. diuitijs honoribus et delitijs. Nã pauper fuit diuitijs ꝛ hoc ẽ. Erat quidã mẽdic⁹. pauꝑ fuit honorib⁹ ꝛ hoc ẽ. qz iacebat ad ianuã suã vilis ꝛ despect⁹ Pauper fuit delitijs et qz nõ varis fercula sed micas cadẽtes de mẽsa diuitis desiderabat et non habebat et hoc est. Cu. sa. de mi. ¶ Scõo fuit pauper et mẽdicus bonis nature qz ulceribꝰ pleꝰ Tota natura sibi de

octo. aggrauantia cruditatis Zē dimitt

fecerat: quia caput collum facies brachia manus coxrenes tibie crura et pedes et breuiter omnia membra erant vlcerosa ⁊ infirma. et hoc est. Ulceribus plenus. Ita q̄ nec iacere nec sedere nec stare poterat sine pena. Isa. i. A plāta pedis vsq̄ ad verticem capitis nō est in eo sanitas. Tercio fuit pauper et mēdicus suffragijs creatu re: quia omnis creatura dereliquerat eum preter canes quia non parentes et consanguinei et noti eum iuuabant nec aliquod hospitale ipsum recipiebat: sed sub dio et terra iacebat sed q̄uis fuerit sic pauper Rebus. fuerat tamen valde diues meritis. Nam veras diuitias habuit scilicet virtutes et dona spūs sancti que sunt vere et p prie diuitie hominis que faciunt hominē perfecte diuitem. Nam ipsum satiant. ipsum nobilitant. ipsum comitantur. et non derelinquūt et cum ipso in perpetuum durant. Diuitie temporales hec omnia videntur dare sed mentiuntur et nichil, bonorū conferunt. Et ideo si proprie vellemus loqui Lazar⁹ fuit valde diues. et diues valde pauper. habuit enim vicia mentis. que redigunt hominem ad nichil. Quia vt dicit Aug. Peccatum nichil est et nichil fiūt homines cum peccāt. Et hec est ratio quare diues iste nō nominatur sed pauper vocatur Lazarus quia rei non existenti non imponitur nomen: sed peccator cum sit minus q̄ nichil et qui facit peccatuz seruus est peccati. et seruus est minor dño. ergo peccator est minus q̄ nichil. Itez ponitur in quo deliquit quia enim voluit nominari et in fama apud homines haberi. ideo nomen eius subticetur. et sic patet primū

¶ Secundo ponitur transitus vtriusq̄ p mortē. s. pauperis et diuitis. et primo pauperis ibi. Factum est autez vt moreretur mendicus qui fuit de paupertate ad diuitias. de afflictione ad delicias. de contumelijs ad honorem. de labore ad requiem de morte ad vitam trāslatus. Unde motus fuit finis olim malorū suoz et initium olim bonorum Psal. lxxvi. Hec mutatio dextere excelsi. Et hec omnia notantur in eo q̄ dicit portatus fuisse ab angelis in sinum abrahe. Nam sinus abrahe est diues delicosus honorabilis requies laborum et vita animarum. Et ideo qui petunt elemosinas petuntur ab eo tanq̄ a diuite. Qui in fame et siti ⁊ multis penis viuebat ℞ in delicijs beatorū qui vlcerosus et abhominabilis cū carnibus iacebat honorabilis manet in sinu abrahe et qui in multis laboribus fuit requiescit in sinu abrahe ⁊ q̄ erat in mortibus frequenter vita viuit et non morietur. Unde si volumus proprie loqui iustus non moritur sed transit de morte ad vitam Jo. v. Non morietur in eternum: sed transiet de morte ad vitam. Et quid mirum si portatus est ab angelis in morte cuius custodes sunt in vita. cuius vita tota erat angelica. p. lxx. Angelis suis mandauit de te vt custodiant te in omnibus vijs tuis. Et notandum q̄ sinus abrahe dicitur requies sanctorum quia omnes saluantur in fide mediatoris que fuit in pectore abrahe. qui vero credidit filium dei de se nascitur Gal. iij. Credidit Abraham deo. ipsi etiā abrahe primo facta fuit promissio de xpo. Ge. xxvi. In semine tuo benedicentur omnes gentes et ideo abraham dicitur prima via credendi et ideo vsq̄ modo ecclesie rogat deportare animas in sinum abrahe que saluantur. Joh. viij. Abraham exaltauit vt videret diem meū scz mee incarnationis et vidit scz per fidē et gauisus est per spem. ¶ Ad litteram sinus abrahe tunc temporis vocabatur quidam locus sub terra iuxta limbum puerorum damnatorum solum pro petō originali qui nunc vocatur limbus sanctoz patrū vbi ante aduentum filij dei omnes anime fidelium quiescebant. ⁊ ad illum locum descendit anima xpi in morte ⁊ extraxit inde omnes illas animas. ita q̄ ille locus vacuus remansit. ¶ Secundo ponitur transitus diuitis qui fuit per omnia in contrarium. Nam transiuit de diuitijs ad paupertatem. immo ad summam mendicitatē quia in indigentia omnium bonorum constitutus vnam guttam aque petijt et non potuit habere Isa. lxvi. Ecce serui mei comedent ⁊ vos esurietis de delitijs ad tormenta Job. xxiij. Ab aquis niuium trāsiit ad calorem nimium. vnde hic non dicitur de tormento. sed in tormētis. Eleuans inquit oculos cum esset in tormentis. De hoc nota ad contumelias vnde ad foueam infernitanq̄ canis mortuus est proiectus ⁊ q̄ maius vituperium est malet esse in ista vita q̄ proiici ad foueas tāq̄ canis vel asinus Hieremie. xxij. Sepultura asini sepelietur putrefactus et proiectus extra portas hierusalem. Exemplum sic continuat de diuite peccatore sicut de asino. Nā asinus per totam vitam portat onera ⁊ cōgregat alijs multa. In morte autem proiicitur ad foueas et fiunt de eo tres partes. Nam corium est domini de quo coopiuntur scuta ad prelia nutriendum. canes comedunt carnes ossa vero remanent comburenda ad solem sic per omnia peccator diues multos labores sustinet in vita pro diuitijs congregandis ⁊ alijs thesaurizat Job. xxvij. diues cum dormierit nichil secum asferet. psal. Thesaurisat ignorat cui congregabit ea in morte autem proiicitur ad foueas inferni. et fiunt de eo tres partes. Nam corium. i. substātia terrena est cōsanguineorum de quo vt plurimum fiunt rixe. carnes vero comedunt vermes. anima remanet in fouea inferni ab igne comburenda. Desolatio transiuit ad laborem interminabilem et sine fructu Lu. v. Per totam noctem laborantes nichil cepimus Semper laborant qui sunt in inferno et et nichil capiunt de vita ad mortem scz triplicem. Peccator em̄ moritur triplici morte. scz morte culpe in separatione anime a deo morte nature in separatione anime a corpore. et morte pene in cōiunctione anime ad penam vel ad tormenta. Apo. xix. Missi sunt in stagnum ignis et sulphuris quod est mors et hoc est quod dicit. Mortuus est autem et diues et sepultus est in infernum. et sic patet secundum. ¶ Tercio ponitur petitio diuitis post mortem. q̄ petijt aliquam consolationem in pene: qz eleuans oculos dum esset in tormentis. Ubi nota q̄ hec est differentia inter iustū et peccatorem: quia iust⁹ ad deum eleuat oculos in psperis ⁊ in aduersis. ps. cxxij. Ad te leuaui oculos meos qui hs. i celis. Peccator autem raro eleuat oculos nisi in aduersis. Isa. xxvij. Et tantummodo sola veratio dabit intellectum auditui Ezeg. Oculos quos culpa claudit pena aperit. Sic iste seru⁹ nec℞ eleuat oculos in aduersis sed in prosperis noluit eleuare. et ideo vt dicitur. Eccle. xxxiij. Seruo malo tortura et compedes. Exemplum de pharaone qui semper in passione plage rogauit morsen et cessante plaga nichil faciebat. sic videmus ad oculum tota die quia peccator plaga infirmitatis grauatus facit testamentum promittit reddere aliena et confitet. et post℞ liberatur nichil agit Osee. vi. In tribulatione sua mane consurgent ad me. hic cadit exēplū. de vulpe et simea que dū in quadā naui esset verberata p eo q̄ miſit sibi auferri gallinā quā custodiebata vulpe alia vice dum vellet simile facere vulpes simea posuit sibi digitos ad oculos vt non dormiret sed quia iste nec in loco nec in xpo congruo oculos

eleuauit ideo nichil profuit. Eccle. iij. omnia tempus habent. sed nunquid anis exuta corporales hēt oculos. Circa quod sciendum q̄ omnes potentie alligate organis corporis siue membris corrupto corpore corrumpuntur. potentie autez anime q̄ organis non alligantur vt intellectus. voluntas memoria intelligentia remanēt in anima et cum ipsa recedunt. Eleuauit ergo oculos mentis scilicet intellectum per quem cognouit Abraham et Lazarum Ex quo patet vt dicit. Hre. q̄ in alis vita ⁊ bonī bonos et malos. et mali malos ⁊ bonos cognoscunt que naturalis cognitio nō auferetur ab eis. sz anima exuta corpore naturaliter omnes animas cognoscit. qz iste cognouit animam Abrahe quem nunq̄ viderat nec distantia localis aliquid facit vel impedit in tali cognitione. Dicit autē beatus Gregorius. q̄ vsq̄ ad diem iudicij anime damnatorum vident sanctorū animas in gloria nec de hoc aliquid glorie habent sed tormentum quia vident gloriam eorū sed cognoscunt per intellectum ipsos esse in loco vbi omnes apparent eis gloriosi. Sicut si viderem quoddam pallacium in quo crederem esse magnum gaudiuz ⁊ ibi scirem esse inimicos meos tormentarer ex hoc et non gauderem. sed post diem iudicij talis cognitio anferetur per diuinaz iusticiam ab eis. quia enim anime in egressione a corpore infunditur species rerum naturalium et anima quicquid recipit indelebiliter recepit propter quod anime naturaliter cognoscunt seinuicem et naturalis cognitio in dēonibus et in animabus dā natorum deberet cognoscere animas beatorum sicut modo cognoscunt nisi per diuinam iusticiaz talis cognitio auferretur ab eis. Sed sicut modo anima in corpore manens non cognoscit animas defunctorum sic post diem iudicij anime damnatorum non cognoscent animas beatoruz nec per hoc minuetur eoruz pena. quia remanebit in eis memoria ō felicitate sāctoz. ¶ Sz quid ē hoc qō dicit miserere pater Abrahā nunquid damnati petūt miaz cū ille q̄ miaz petit videat de malo dolere. Et ideo nota q̄ mali sunt obstinati in malo. necvn q̄ penitent nisi ratione pene. Sapien. v. Dicentes intra se penitentiam agentes sz non penitent de malo quia malum vnde ille non petijt misericordiam secundum qō petijt misericordiam rens qui dolet de malo quod fecit sed petijt misericordiam id ē releuationem a pena. Et hoc est quod hic

dicit. Mitte Lazarum vt intin.ex.di.sui. per digitum enim intelligitur spiritus sā ctus Luc.vi. Si in digito dei eiicio demonia.i.in spiritu dei. Digitus autem habet tres partes secundum tres nodos p quas intelliguntur tria que sunt a spiritu sācto penitentia peccatorum operatio bonorum et dimissio penarum pro peccatis. Istud extremum digiti scilicet dimissionem pene petebat iste. Et nota q̄ diues ille multum peccauerat in lingua et in vaniloquio et in detractione et in epulatione et ideo torquebatur in lingua.i.in desiderio anime accipiendo linguam methaforice quia vt dicit Hie. scriptura loquitur secundum modum humanum et nobis intelligibilē. Petebat ergo guttam aque.i.aliquod refrigerium in tormētis sed iniuste petebat tum quia volebat relaxationem pene sine penitentia tum quia Lazarum quiescentem petebat mittit ad locum tormentorum et propter hoc non est exauditus. et sic patet tercium. ¶ Quarto ponitur responsio abrahe. que fuit iusticia plena. nō erat eīm iustum vt Lazarus diuitem consolaretur Unde ait. Fili recordare quia recepisti bona in vi.tu.ꝛ la. similiter mala. Q.d. bona temporalia que recepisti in vita tua fuerūt premium omnis boni quod fecisti. Similiter et mala que sustinuit Lazarus patiēter fuerunt sufficiēs pena omnis mali q̄ fecit. Et ideo non restat aliud nisi vt tu puniaris pro peccatis tuis et Lazarus p̄mietur pro meritis suis quia in alia vita nec tu pro peccatis es punitus nec ipse p̄ meritis remuneratus. Et inde est q̄ frequenter mali prosperentur in vita ista et boni aduersa patiantur. Job.xij. Abundant tabernacula predonum et audacter prouocant deum. Hiere.xij. Quare via impiorū prosperatur bene est omnibus qui inique agunt. Hic cadit exemplum istius heremite. cuius seruitor iuit ad ciuitatem ꝛ vidit mirabiles exequias vni peccatori mortuo fieri et rediens ad cellam inuenit eius heremitam comestum ab vrso angelus dixit ei q̄ totum meritum istius peccatoris erat ei retributum in honorabili sepultura ꝛ peccatum heremite erat punitum in dolorosa morte. ¶ Unde Hie. dicit de isto prophēta quem leo occidit in via nec er eo' comedit q̄ peccatum eius in ipsa morte punitū est. iij. Re. xiij. Et sic patet q̄ pene ad duo sunt vtiles prout ex hoc euangelio colligitur. Nam aperiunt oculos ꝛ purgāt a peccatis. Addidit etiam Abrahaz dicens Inter nos ꝛ vos chaos magnus firmatum ē. ¶ Ubi nota q̄ inter bonos et malos est magnum chaos.i.distantia et interuallus ſcz locorum et meritorum et voluntatum Locorum quia boni in celo ꝛ mali in inferno. meritorum vero quia boni habent magna merita mali habent demerita. Uoluntatum autem quia boni conformant se in omnibus voluntati diuine. mali vero sunt in voluntate obstinati. Est autem sciendū q̄ in bonis duplex voluntas est scilicet nature et rationis. secundum voluntatem nature comparantur damnatis et maxime suis amicis. et secundum voluntatem rationis quam conformant in omnibus voluntati diuine non comparantur: sed congaudent de pena eorum sicut de iusticia dei dicit. Psal. Letabitur iustus cum viderit vindictam et hoc est quod hic dicitur. q̄ hi qui volunt hinc venire ad vos scilicet voluntate nature compatiendo vobis non possunt voluntate rationis quam diuine voluntati conformant. ¶ Similiter in damnatis est duplex voluntas. s. voluntas nature qua dolent de peccatis in qua remanet vermis conscientie secundū ysa. Isa. lxvi. Vermis eorum non morietur. et voluntas obstinata in malo qua non penitent neq̄ dolent de peccatis. et hoc est q̄ dicitur. Neq̄ qui volunt inde huc transmeare scilicet voluntate nature possunt voluntate obstinata in malo: quia illuc non vadunt nisi vere penitentes. Postq̄ autē diues iste non est exauditus pro se etiam pro fratribus rogauit dicens. rogo te vt mit. la. ꝛc. Sed nunquid sciunt mortui facta viuentium. Dicendum q̄ non cognitione naturali. ſcz cognitione glorie. sic q̄ beati sciunt omnia que volūt vnde Aug. Nesciunt mortui etiam sancti quid agant viui ſcz cognitione naturali. Idem dicit. Hie. super illo verbo Joh. Siue fuerint filij eius nobiles siue ignobiles non intelligent. Possunt autem scire dupliciter scilicet per reuelationem angelorum vel demonum et per animas hic exeuntes. Iste autem bene sciebat q̄ fratres sui erant adhuc in mundo: quia non videbat eos in inferno nec in limbo. sed quid agerent bene vel male ignorabat. Sed nunquid damnati vellent aliquē saluari. Dicendū q̄ nō Sed iste petebat fratres penitentiam agere et saluari ne sibi pena accresceret quia in factis suis dederat malum exemplum fratribus. cuius peccatū fratres sui sunt imitati. ō si damnarent pena accresceret

sibi. ¶ Item si tota vna parentela damnatur maior pena est talibus de parentela ista quantum ad remorsum conscientie q̄ si aliqui saluarentur. Itē volūtate nature illevolebat fratres saluari. q̄ ex quo aliqui saluari debebant potius volebat de fratribus q̄ de alijs et ideo propter has tres rationes petebat. Lazarum ad fratres mitti. Sed in nullo est exauditus quia qui nec deū per scripturam loquentē nec proximum deprecātem exaudit iustū est vt ipse clamans non exaudiatur pro. xxviij. Qui declinat aures suas ne audiat legem oratio eius erit execrabilis. In eodem. xxi. Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperum clamabit ipse et non exaudietur. Et hoc est quod dicitur Habēt Moysen et prophetas id est dicta Moysi et prophetarum. que sunt efficacius testimonium q̄ testimonium mortuorum audiantur ergo ea mortui enim possunt mentiri sed scriptura non. Item scriptura est vox dei cui deus dat virtutē ad concurrendum homines. vnde loquente Petro cecidit. su. s. su. o. que au. ver. ac. r. psal. da. vo. s. vo. virtutē sed dictū mortuorum est sine virtute aliqua et hoc patet in Lazaro quē christus suscitauit ad. cuius dictum iudei non sunt conuersi immo cogitauerunt eū interficere. Hoc etiam ptz in Saule cui Samuel apparuit et dixit euentum belli. qui nō correxit se neq̄ desistit a bello. sed quid plura. Nec mortui nec viui conuertūt peccatorē nisi deus trāgat cor. Exodi. iiij. Ego indurabo cor pharaonis.i.indurari premittā et idcirco nō dimittet vos nisi manu forti. Et si deꝰ trāgat cor modica verba sunt necessaria. Et ideo summope petendū est q̄ deus trāgat cor. Hoc euidētius patet in christo q̄ fuit meliori predicatore de mundo qui descendit de celo conuersatus est in mundo resurrexit a mortuis et de omni loco et de omni re dixit mundo veritatem et tamen mundus eum non audit nec fecit penitentiam. Illi faciunt penitentiā quorū deus tangit corda qui a deo sunt predestinati. Actu. xiij. Et crediderunt quorquot erāt preordinati ad vitam eternam. et sic patet quartum.

¶ De epistola Sermo. lxvij.

DEus charitas ē Jo. iiij. Magna ignorantia ꝛ magna negligentia est in hominibus circa charitatem. Nam, charitas est illa margarita preciosa pro qua homo deberet ola vēdere vt ipsā haberet q̄ ipsa habita ola habentur et proficua sunt Roma. viij. Diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. et ipsa non habita nichil habetur et penitus omnia nichil valent. i. Cor. xiij. Si linguis hominū loquar ꝛ in angelorum car. ant. nō ha. nichil. s. Per defectū charitatis. dānamur vt patet in euangelio hodierno. et p charitatē saluamur Mat. xv. Uenite benedicti patris mei p̄cipite regnū ꝛc. esurivi eīm. Btūs autē Johannes sicut sapiēs et solers magister cognoscens virtutē et bonitatem charitatis ad eam in epistola hodierna mirabiliter nos hortat. In qua quidē epistola septem facit. primo ostēdit perfectā dei charitatem circa nos manere. in principio epistole. Secundo er quo deus ita perfecte nos amat hortatur nos mutuam dilectionem habere ibi. Charissimi si deus dilexit nos et nos inui. di. Tercio ostendit fructum mutue dilectionis in diligente consistere ibi. Deum nemo vidit vnq̄ si diligamus. ¶ Quarto ostendit signa per que fructus dilectionis manere in nobis potest veraciter apparere ibi. In hoc perfecta est charitas no. Sexto quasi concludēdo inducit nos ad dilectionē dei et ostendit q̄ dei dilectionem siue proximi dilectione nō possumus obtinere ibi. Nos ergo diligamus. quoniaz ipse primo dilexit nos si quis ꝛc. Septimo ostendit vtrāq̄ dilectionē ſcz dei et proximi sub precepto fore ibi. Et hoc mandatum habemus a deo.

quatuor signa charitatis dei

¶ Primo ergo ostendit perfectā dei charitatē circa nos manere que prout hic colligitur apparet maxima quātū ad quatuor. Primo quia nō seruū vel angelum vel aliam quālibet creaturā misit deus in mundū illuminandū informandū ꝛ de manu diaboli liberandum sed filiū suum vnigenitum Jo. xiij. Sic deus dilexit mūdum vt filium suū vnigenitum dat Bern. Dñe quid est hō q̄ memor es eius. Nam mittis ei filium tuū mittis ei spīm sanctum et ne quid in curia celesti vacet in eius ministerium mittis angelos tuos. Hebre. i. Omnes sunt administratorij spūs in ministerium missi propter eos qui hereditatem capiunt salutis. Et hoc est. In hoc apparet charitas dei in nobis. ¶ Secundo q̄ non aliquid vile vel modici valoris sic veniens nobis apportauit sed vt viuamus per ipsum. ij. Petri. primo. Per quem maxima et preciosa nobis promissa donauit.

melius quod est in vita ista ꝛ ad quod omnia ordinantur est bona vita. Nam mundani pro bona et pingui vita corporis omnia faciunt. Eccle. Omnis labor hominis in ore ipsius. Spūales aut̄ viri ois faciūt pro vita anime et ad laudem dei. i. Corinꝛ. Sive ergo manducatis sive bibitis vel aliud quid fa. om. in glo. dei fa. ¶ Nota ergo q̄ triplicem vitam a filio dei habemus. Primo vitam nature. Actuum xvii. In ipso em̄ vivimus movemur et sumꝰ. Secundo vitā gratie Gal. ij. Vivo autem iam non ego vivit vero in me christꝰ scilicet vita gratie Johan. i. De plenitudine eius nos omnes accepimus gratiā pro gratia. Tercio vitā glorie Joh. x. Et veni vt vitā habeant et abundātius habeant sup. q̄ angeli quia erimus beati in anima et corpore quod angeli non hñt. ¶ Tercio apparet maxima dei charitas qui gratis prior dilexit nos Ephe. i. Elegit nos ipso ante mundi constitutionē vt essemꝰ sancti et immaculati Hebreo. xxxi. In charitate. perpe. di. te. ideo attraxi te miserendo. ¶ Quarto q̄ de filio suo vnigenito facit hostiā pro peccato nostro dicendo in quo mortui iacebamus propter quē reppropitiatus est ꝛ placatꝰ nobis deus Ephe. ij. propter nimiā charitatē suā qua dilexit nos. Cū essemꝰ mortui in delictis. no. cōuivificauit. no. xpo cuius gratia estis. Hebre. v. Una enim oblatione consummauit sanctificatos in sempiternum. Exemplū de Abrahā cui deus habuit pro bono quia voluit filiū sacrificare Gen. xxii. Quia fecisti rem hanc ꝛ non pepercisti vnico propter me benedicam tibi. Hoc figuratū fuit quando Noe egrediens de arca obtulit sacrificium deo. cuius odorem suauitatis odoratꝰ est dñs et ait ad eū. Nequaq̄ vltra maledicā terre propter hoies. et sic patet primum. ¶ Secundo ex hoc q̄ deus ita perfecte nos dilexit ei diligit nos debemus invicem diligere. cuius ratio est quia si deus diligit nos debemus ipsum reamare quia durus est animus qui et si nolit dilectionem impendere saltim nolit rependere. Natura aut̄ amoris est trāsferre et vnire amantem in amatum. vt dicit Augustinus. Si ergo diligimus deum efficimur vnum in voluntate cum eo ꝛ per ipm̄ quem ille dilexit ꝛ nos diligimus sed ipse diligit nos ergo et nos debemus invicem diligere. Diligamus ergo in omni homine imaginem dei et naturam et non errorem et vicia Aug. Sic diligendi sunt homines vt non diligant eorum errores.

Aliud est enim diligere quod facti sunt. aliud odire quod faciūt. Sed ve mūdo qz in hominibus non diligit imaginem dei. sed imaginē suā sz transfiguratiōnē suā vel viciorū. Quantum ergo ad supradicta quatuor. quibus dei dilectio demonstratur esse maxima circa nos debemus invicem diligere. ¶ Primo vt nosipsos exponamus in salutem proximorū ipsos exhortando et eruditendo ad vitam. ij. Corinꝛ. xij Ego aūt libenter impendam et superimpendar ipse pro animabus vestris. i. Corinth. nono. Cum essem liber ex omnibus omnium seruum me feci vt omnes salvos facerem. Secundo vt meliora nostra proximis erogemus sz bonam voluntatem compassionem cordis. et huiusmodi interiora nostra proxim. xxiij. Prebe fili mi cor tuum. Et si exteriora nostra expendimus non vilia et porcis danda impēdamus. sed bona que pro nobis tenemus. Tercio vt non solum diligentes nos diligamus sicut ethnici et peccatores faciunt sed etiam nos non diligentes preueniamus in diligendo Mathei. v. Diligite inimicos vestros benefacite his qui oderūt vos. Quarto vt faciamus hostiam deo de corporibus nostris ipsa macerando et castigando pro salute proximorū et orando pro ipsis Ro. xij. Obsecro vos per misericordiam dei vt exhibeatis corpora vestra hostiā. vi. Jaco. v. Orate pro me inui. vt salvemini. Ephe. v. Ambulate in dilectione sicut et christus dilexit nos. et tradet semetipsum pro nobis oblationem et hostiam deo. Si enim deus olim placabatur hostia mortua. multomagis hodie hostia viua. Sic fecit Judith exponens se morti ꝛ liberauit populū suū et sic patet secundū. ¶ Tercio ostēdit fructum mutue dilectionis vt si terreat labor allicerat merces. Fructus mutue dilectionis et ipse deus qui est omne bonū Gen. xv. Ergo ero merces tua magna nimis. Si ergo diligamus invicem deus in nobis manet nemo vnq̄ vidit manet in nobis ꝛ charitas eius in nobis perfecta est scīm quod diligimus quia si perfecte diligimus pfecta dei charitas est in nobis. si nō pfecte sed sufficienter diligim⁹ pfectio sufficit charitatis est in nobis. Ergo duplex est fructus mutue dilectionis. O primꝰ est quia deus per gratiā manet in nobis hic et in futuro per gloriam Johannis. xiij. Ad eum veniemus et mānsionē apud eū faci. Scūs est qz ei⁹ charitas manet in vobis ꝛ quā ois difficilis videat nobis facilis quia diligenti nichil est difficile et ideo opera penitentie diligenti sunt facilia ꝛ non diligenti impossibilia. Math. xi. Tollite iugum meum super vos. iugum enim meum suave est et onus meum leve supple amanti sed impossibile est nō amāti. Luc. xvij. Facilius ē caballum per foramen acus ꝛ anire q̄ditē intrare regnū celorum. Ditem inq̄ qui plus amat diuitias q̄ deum. ¶ Sed quid est q̄ dicit deū nemo vidit vnq̄. Contra. Ubi dīm facie ad faciem. Ait Jacob. Gen. xxxij. Ad quod dicendum q̄ natura dei invisibilis est. nec oculis corporis videri potest eo q̄ lucem inhabitat inaccessibilem. Exo. xxxiij. Nō videbit me homo et vivet. potest tamē deus apparere cui voluerit in aliqua specie quam ipse elegerit non q̄ natura formaverit vt dicit Aug. et sic apparuit patribꝰ ve. rel. quia per subiectam creaturam eis apparuit Isa. vi. Vidi dominum sedentez super solium excelsum. Moyses autem de quo dicitur in libro Numeri q̄ deus non per somnia vel per enigmata apparebat ei. sicut alijs prophetis et q̄ dīs loquebatur ei facie ad faciem que locutio accipiēda est intus in anima non exterius in ore vt dicit Aug. Aliter vidit deum q̄ homines prophete: quia vidit eum per essentiā sicuti est non oculis corporis sed mentis. nec sensibus corporis vtebatur in tali raptu. vnde in tali raptu anima eius habebat se ad corpus sicut motor ad organum. Anima enim tunc sua presentia tenebat corpus ne dissolueretur non autem vegetabat corpus. et hic modus est patrie. Nō enim tunc vegetabuntur corpora. Et quā tum ad hoc fuit miraculum ibi. Unde fuit quasi extra vitam mortalem quodammodo. Nec etiam vidit deum sine lumine glorie inherente per modum passionis transeuntis. Idem per omnia fuit in Paulo. ij. Cor. xij. Scio hominem in xpo sive in corpore sive extra corpus nes. deus scit raptū hmōi. vs. ad ter. ce. i. vsq̄ ad visionem trinitatis. Non enim aliter fuit ad celum delatus. et sic patet tercium. ¶ Quarto ostēdit signa p̄ que apparet q̄ huiusmodi fructus dilectionis maneat in nobis et sunt duo. Primum signum quo ad nos intelligimus q̄ huiusmodi fructus charitatis. scilicet in deo manere et ipse i nobis maneat in nobis est datio spiritus sancti id est largitio donorum spūs sancti que deus nobis per spūm sanctuz donat Gal. iiij. Quoniam autem estis filij dei misit deus spiritum filij sui cor. ve. cla. ab. pater. Isa. xi. Requiescet super eum spiritꝰ domini. spiritus sapientie et intellectus. spūs scientie et pietatis. spūs consilij ꝛ fortitudinis et replebit eū spūs timoris domini. Quādo ergo perpendimus q̄ hec spūs sancti dona manēt in nobis signū ē q̄ deꝰ in nobis maneat ꝛ nos in deo sz aliter ꝛ aliter qz hō manet in deo sicut in loco proprio. quod sic patet. Res enim a loco proprio quattuor habet scilicet quietationem vitam fructificationem et conservationem. Hec quattuor homo habet in deo. ¶

Primo quia in deo quietatur et in nullo alio Aug. Fecisti nos domine ad te et quietum est cor nostrum donec requiescat in te. Mat. xi. Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis et ego reficiā vos Jo. xvi. In me pacem habebitis in mūdo autem pressuram. ¶ Secūdo quia in deo vivit quia ipse est vita Jo. xv. Manete in me et ego in vobis. Si quis in me non mānserit mittā foras sicut pal. et arescet. Unde qui manet in deo nulla morte moritur sed transit de morte ad vitam vt in precedenti sermone dictum est. Tercio quia in deo fructificat ad vitam eternam. quia in deo est radix operum merentium vitam eternam propterea enim opera nostra merentur vitam eternam quia in deo facta sunt. Joh. xv. Sicut pal. non potest ferre fructū in semetip. nisi man. in vi. sic et vos nisi in me man. Quarto quia in deo conservatur sicut enim deus omnia fecit. ita omnia cōservat Hze. Sicut omnia ex nichilo facta sunt ita in nichilum tenderent nisi manus omnipotentis ea teneat. propter hoc petebat. Psalmista. xv. Conserva me dñe quoniam speravi in te. Quia nisi dominus custodierit ciuitatem frustra vigilat qui custodit eam. Sic ergo manet in deo sicut in quietante vivificante fructificante et conservante sed deus manet in homine sicut nauclerus in nau. et dominus in ciuitate et rex in regno: quia cum magna diligentia hominem in quo manet dirigit gubernat ꝛ ducit ad portam salutis Thobie. v. Ego ducam et reducam Isa. xxvi. Omnia opera nostra operatus es in nobis. ¶ Secundum signum q̄ deus maneat in nobis et nos in eo ē testificetio fidei que sequitur a spū sancto. qui enim habet spūm sanctum libere profitetur fidem ꝛ testificetur xpm. Act. i. Accipietis virtutem superveniēs in vos et eritis mihi testes in hierusalem et in omni iu. et sa. et vsq̄ ad vltimum ter. Jō apo

Universidad de Deusto
Biblioteca

stoli posq̃ receperunt spūm sanctum publice confitebantur. quoniam pater misit filium suum mundum saluare quem prius scōm humanitatem viderant. quisquis ergo confitetur veraciter et pplete. s. corde ore ⁊ opere quoniam xps est filius dei per naturam ipse in deo manet et deus in eo aliter enim non est vera confessio. nisi qō ore confiteatur ⁊ opere adimpleatur. Titū pri. Confitentur se nosse deum factis autē negant Ro. x. Corde creditur ad iusticiam ore autem confessio fit ad sal. Iacz tides sic perfecta est signum manifestum q̄ deus maneat in homine et homo in deo: quia deus charitas est. Charitas autem facit hominem manere in deo et facit eūz perfecte credere et veritatem testificari. et bene operari. Quia vt dicit Gregorius Amor dei nunq̃ est otiosus. operatur eñ magna si est. et sic patet quartum. ¶ Quinto. demōstrat signa perfecte charitatis in nobis. i. quando in nobis est perfecta charitas et ponit duo signa. primum est fiducia siue spes apparendi in conspectu dei in die iudicij. propter spem enim retributionis debemus desiderare diem domini Phil. i. Cupio dissolui et esse cum xpo. Ps. xli. Sitivit in te anima mea ad deum fontem viuum. ⁊c. Aug. Non probatur perfecta charitas nisi cum ceperit dies domini desiderari. Sed cauendum est valde ne talis fiducia sit presumptio: quia cum spes sit certa expectatio futurorū bonorum ex gratia et meritis proueniens tunc conuincitur esse presumptio quando alterū istorum deest. Si enim homo expectat regnū dei ex sola gratia sibi dari et non curat digna opera penitentie operari presumptio est. Contra quod Apl's. ij. Thi. secundo. Nemo coronabitur nisi qui legitime certauerit Math. iij. Penitentiam agite appropinquabit enim regnum celorum. Similiter si ex operibus nostris tantum credimus iustificari et letificari presumptio est. Romanorum. vi. Gratia dei vita eterna. Et ad Titum. iij. Non ex operibus iusticie que fecimus nos sed fm suam misericordiam saluos nos fecit. Oportet enim q̄ talem fiduciam habeam⁹ ex gratia dei et bonis que fecimus. Et hoc est quod hic dicitur. In hoc ē perfecta charitas dei nobiscum vt fiduciam habeamus in die iudicij. quoniam sicut ille est et nos sumus in hoc mundo. i. tunc est perfecte charitatis signū in nobis qñ habemus fiduciā apparendi corā deo. et hoc quare: q̄ sicut deus

est supre. perfectus qui solem suum oriri facit super bonos et malos. et pluit super iustos et iniustos. ita nos sumus pro modulo nostro modo perfecti ⁊ lumen doctrine ⁊ charitatis expandimus super bonos et malos et pluuias lachrimarum effundimus super amicos et inimicos orantes p̄ persequentibus et calumniantibus nos. ¶ Secundum signum perfecte charitatis est expulsio timoris vt quando quis securus est sine timore viuit. Circa quod sciendum q̄ septem sunt species timoris. scz timor naturalis. humanus. mundanus. seruilis. initialis. filialis. et timor sanctus sine reuerentie. primus est timor naturalis quo timemus naturaliter serpentem vel ensem nudum vel ascendere turrim vel huiusmodi. talis timor neq̄ peccatum neq̄ meritum habet et talem timorem nō emittit charitas: quia hoc timore timuit xp̄s videns appropinquare crucem Mar. xiiij. Cepit ihesus pauere et tedere. ¶ Secundus est timor: humanus quo homo timet carni sue ne sibi aliqua molestia inferatur et talis potest esse peccatum mortale et veniale. Mortale quando propter timorem vulneris vel mortis vel alicui⁹ lesure cor potalis homo peccat mortaliter Joh. xij. Qui amat animam id est vitam suam in hac tum q̄ pro ea conseruanda peccet mortaliter. perdet eam. Veniale enim est quando aliquis timēs lesuram aliquam corporis peccat venialiter anteq̄ velit eam sustinere. hunc timorem prout est peccatum mortale excludit charitas Math. x. Nolite timere eos qui occidunt corpus. et post hoc non hñt amplius quid faciant. ¶ Tertius est mundanus quo quis timet perdere bona mundi. s. diuitias. honores. et talia. et iste similiter potest esse mortale et veniale peccatū. Mortale quando quis propter talem timorem peccat mortaliter. Veniale qñ propter eundem peccat venialiter. Joh. xij. Dilexerunt enim gloriam hominum magis q̄ gloriam dei. Hunc similiter mittit foris charitas prout est peccatum mortale. Quartus ē seruilis quo quis abstinet a malo solum timore pene vel principaliter timore pene. vt quando vult male agere solum propter vituperiū et non propter honorem viri vel dei. Vel quando quis cauet a malo propter condēnationem solum. Hunc etiam emittit charitas. ¶ Quintus est initialis quo homo conuertitur ad deum et incipit bene agere a malo cauere. talis timor hz duos ocu-

los vel respectus. Unum ⁊ principalē habet ad deum propter quē bona agit. Alterum habet ad penā. propter quā cauet a malo: et talis est necessarius incipientibus et redeuntibus ad deum prouer. xv. In timore domini declinat omnis a malo Eccle. i. Timor domini expellit peccatū. Nam qui sine timore est non poterit iustificari. Hunc similiter emittit perfecta charitas sed charitas sufficiens non emittit eum sed stat cum eo. Talis timor non est in perfectis viris. ¶ Sextus est filialis quo quis cauet a malo solum propter offēsam dei timens separari ab eo. Talis timor habet oculum solū ad offensam dei. Hunc timorem non emittit charitas. immo stat cum charitate. quia talis timor est perfectorum filiorum dei Prouer. xxviij. Beatus homo qui semper est pauidus. Talis timor est donum spiritus sancti. Job primo. Erat vir ille iustus et rectus et timens deum. ¶ Septimus est timor sanctus siue reuerentie. quo homo cum quodā timore pio deum reuereꝫ qui etiā erit in patria Psal. xviij. Timor dñi sanctus p̄manet in seculū seculi. Sic ergo p̄fecta charitas omnē timorē excludit preter naturalem filialē et sanctum. Sufficiens vero charitas non excludit initialem nec humanum. nec mundanum prout sūt peccata venialia. et sic pz quintū. ¶ Sexto concludendo inducit nos ad dilectionem dei dicēs. Nos ergo diligamus deū quoniam ipse prior dilexit nos. Magna inuitatio ad amandū est peruenire amantem Mar. xxij. Diliges dñm deum tuū ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex tota mente tua Augusti. Domine celum et terra mare et omnia que in eis sunt dicunt michi vt amem te. Et ista dilectio debet esse ita magna vt etiam proximū propter deum diligamus. Debemus eñ proximum diligere in deo et propter deum et ideo non potest esse q̄ homo diligat deū et odiat proximum: quia tantū diligit homo q̄tum cognoscit quod bonum sit proximus autē est bonū magis cognitū. Cum ergo in proximo sit imago dei et per p̄s deus cognoscatur in proximo sicut in imagine sua. quomodo diligemus deū quem non videmus si proximū odiamus in quo relucet imago dei. Et per hoc in ipso aliqualiter deum cognoscimus. si enim quod de eo cognoscimus non diligimus quō id qō nō cognoscimus diligem⁹. nisi forte dicatur dilige proximū inq̃tū est imago dei sed non aliter. Dicendum q̄ talis dilectio sufficit. scilicet q̄ homo diligat proximum inq̃tum est imago dei et inq̃tum deū imitatur et ei obedit et in omnib⁹ alijs odiat eum. Talis dilectio sufficit. et tale otium potest stare cum dilectione dei. In proximo enim debemus odire vicium et diligere naturam ac etiam in parentibus. Luce xiiij. Si quis venit ad me et non odit patrem et matrem suam non potest meus esse discipulus. et sic patet sextum. ¶ Septimo ostendit q̄ vtraq̄ dilectio. scilicet dei et proximi cadit sub p̄cepto. ⁊ q̄ sine vtra q̄ non potest esse salus. vt pz. Luce. x. Diliges do. de. t. ⁊c. et proximū. t. si. teip. Immo finis omnis precepti est dilectio. quia in his duobus vniuersa lex pendet et prophete. i. Thi. i. Finis precepti est charitas de corde puro et conscientia bona et fide non ficta. Ro. xiij. Qui diligit proximum legem adimpleuit Nam non adulteraberis non occides nō furaberis non falsum testimonium dices. et si quod est aliud mādatum in hoc verbo restauratur dilige proximum tuum sicut teipsū et sic patet totum.

¶ Dñica. ij. p⁹ trinj. de euāge. f. lxviij

HOmo quidem fecit cenā magnā ⁊ vocauit multos Luce. xiiij. Sicut dicit Jo. xviij Xp̄s venit in hunc mundum vt veritati testimoniū perhiberet. Ego inquit ad hoc natus sum et veni in mundum vt testimonium phibeam veritati. ¶ Hec est autez patens et lucida veritas quia deus est in largitate et misericordia copiosus. et homo est multa miseria plenus. Psal. cxiij. Misericordia domini plena est terra ē̃tū ad primū et Psal. xxxvij. miser factus sum et curuatus vsq̄ ad finem ē̃tum ad scōm. Hec ā̃t duo pfecte i hoc euāgelio demōstrāt. In q̄ quidē euāgelio tria summarie cōtinēt. Primū ē magnificentia diuite bonitatis i magne cene ꝓparatione i principio euāgelij. Secūdū ē miseria humane puer sitatz ⁊ iuitatoꝝ varia excusatio ibi. Et ceperūt oēs simul excusare. Primus dicit. ⁊c. Tertiū ē iusticia cōtente bonitatis in abiectoꝝ electione ⁊ pētoꝝ reprobatiōe. ibi. Tūc irat⁹ pfa. di. ser. suo. Exi. ci. i pla. ⁊c. Prio q̄ dicit magnificētia diuine bōitatis i magne cene ꝓparatione ⁊ hoc ē. Homo q̄dam. i. singularis fecit cenā magnā. Cui⁹ singularitas appet ē̃tū ad ē̃tuor. Prio in natura q̄ nō solū hō simpler sz de⁹ simul et hō. Isa. vij. Uocabitur nomē eius em-

muel quod interpretatur nobiscum deus id est deus simul et homo.i. Thi.ij. Mediator dei et hominū hō xp̄s iesus. Secūdo in virtute sua/qua scilicet omnia et potenter regit ⁊ sapienter gubernat et benigne saluat.i. Cor.i. Christum dei virtutē et dei sapiētiā. hebre.i. portās oia verbo virtutis sue. Tercio in operatione Johan.iij. Si opera non fecissem in eis que nemo alius fecit peccatū non haberent. Quarto in sermone Jo.vij. Nunq̄ sic locutus est homo Jo. Uerba vite eterne habes. Iste inq̄ homo fecit cenā magnā id est refectionem eternā suis electis preparauit et vocauit multos. immo omnes generaliter. sed multos vocauit specialiter et misit seruum suū id est ordinē predicatoz vt dicit Grego. hora cene. Cena est vltima etas mundi in qua sumus et in qua mundus finietur.i. Cor.x. Nos sum⁹ in quos fines seculoz deuenerūt. Et.i. Jo.ij Charissimi nouissima hora est que etas incepit a christi passiōe. In hac ergo hora misit christus predicatores dicere inuitatis scz per legem et prophetas vt venirēt ad istam cenam/ quia iam parata sunt omnia necessaria et congruentia ad istā cenā

¶ Ad euidentiā autē istius prime partis et ad edificationem nostram. Nota q̄ magnificentia diuine bonitatis ⁊ charitatis quantum ad tria in hac cena demonstrat.

¶ Primo in magne cene preparatione/quia fecit cenam magnā. Ubi nota q̄ christus electis suis duplicez facit seu parat refectionem. U primam parat anime in presenti que est refectio gratie. Secundam parat anime ⁊ corpori in futuro que est refectio glorie. De prima refectione determinat. Mat.xxij. Que vocat prandiū que est refectio presentis ecclie. Unde ab illa ille q̄ nō habuit vestē nuptialem proiect⁹ est/ qz a presenti ecclesia multi excludūtur. Hec autē refectio de qua determinat Lu. vbi supra vocat cena. quia sicut post prandium cena restat. post cenā autē amplius nichil est sumendū ita post gratie refectionem restat glorie dilectio ⁊ post nichil amplius expectam⁹/ qz ibi omne desiderium cōpletur. Uñ ab hac nullus qui intrauit legit expulsus fuisse. qz quisquis ad hāc cenā semel intrauerit in perpetuū non exibit. Mathens ergo determinat de refectiōe gratie que est ecclesie militantis. Lucas vero de refectione glorie que est ecclesie triūphātis. Et quia refectio gr̄e est via et ostiū ad cenam glorie et sine ipsa ad gloriā non peruenitur. ideo primo de ipsa dicam⁹ secūdo de cena glorie aliquid subiungamus. Prima est ergo refectio gr̄e que consistit in infusione virtutum et collatiōe donoz spūs sancti que dant vitā aie Eccle.xv. Cibabit illum pane vite et intellectus. Hec est illa refectio de qua dr̄ Apoc.iij. Ego sto ad ostiū ⁊ pulso si quis aperuerit michi intrabo ad illū et cenabo cū illo. In hac refectione christus comedit nobiscum et quod mirabile ipse est cibus et potus illius refectionis Joh.vi. Ego sum panis viuus qui de celo descendi et iterū. Caro mea vere est cibus ⁊ sanguis meus vere est potus. Hec est ergo perfectissima refectio. Nam oēs effectus quos refectio corporalis imperfecte habet hoc complete et perfecte habet et omnem imperfectionem excludit. nā refectio corporalis quatuor facit in homine. Primo nanq̄ delectat sed cum fastidio. Nam in saturitate fastidit prouerbio.xxvij. Anima saturata calcabit fauum et anima esuriens etiam amarū pro dulci sumet. Unde isti magnates qui quotidie splendide epulantur fastidiunt et desiderant appetitū. Sed spiritualis refectio sine fastidio delectat. immo semper dū sumit auiditatem ingerit Gregorius. Corporales delitie cū non habentur graue desiderium accēdūt. cum vero habite eduntur comedentem protinus per saturitatem in fastidium vertunt. Econtra spūales delitie cum nō habentur in fastidio sunt cū vero habite eduntur in desiderio sunt Eccle.xxiij. Qui edunt me adhuc esurient et qui bibūt me adhuc sitient. ¶ Secundo nutrit et augmentat hominem sed cū defectu/ qz vsq̄ ad tempus. Psal.lxxxix. Si aūt in potētatib⁹ octoginta anni et ampli⁹ eo ia.⁊ do. Sed spūalis nutrit in perpetuū et augmētat vsq̄ ad ētū Jo.vi. Si q̄s māducauerit ex hoc pane viuet in eternum. In eodē quarto Aquā quam ego dabo ei fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam. Hoc figuratum fuit in pane quem comedit. Helias in cuius virtute puenit vsq̄ ad mōtē dei Oreb iij. Re.xix. ¶ Tercio conuertit in substantiam hominis sed cū sui cōsumptione. sed spiritualis refectio conuertit hominem in deum et non conuertit in ipsū Aug. Cibus sum grandiū cresce et māducabis me nec tu me mutabis in te sicut cibum carnis tue. sed tu mutaberis in me. Quarto satiat/ sed cū multa iteratiōe quotidie cēm cibus corporalis sumit Joh.iiij. Omis qui

sicut peccator taliter est infernꝰ ita om
ni infirmitate läguet. Nã a sanctis ydro
pico comparatur qui malis humoribus
est plenus et quanto plus bibit tanto plꝰ
sitit et paralitico qui habet tremorem mẽ
brorum propter nervorum dissolutionem
eo qꝫ influentiam caloris a corde non reci
piunt et leproso que est infirmitas incura
bilis humano studio. eo qꝫ sanguis est cor
ruptus in ipso fonte sanguinis. s. in pul
mone et febricitante magnis febribus et
fluxum sanguinis patienti. Et mortuo ac
etiam in tumulo ferenti peccator compara
tur. Unde peccator dicitur triplici morte
mori. Magna siquidem sapientia est sic to
taliter infirmum et omni infirmitate lan
guentem ad christum medicum accedere
qui omnes sanat Psal. Misit verbum suũ
et sanauit eos. Augusti. Magnꝰ vtiqꝫ ve
nit medicus quia mundus vbiqꝫ iacebat
egrotus et magna stultitia est in tanta in
firmitate remanere. ¶ Tercium est servi
tus miserabilis. nam peccator qui a dei
providentia omnium dominus est consti
tutus. magnam et vituperabilem et pessi
mam seruitutẽ incurrit. Magna est quia
peccator est seruus omnium viciorum que
in eo regnant. vt auarus pecunie. gulo-
sus gule. superbus honoris. iracundus ire
et sic de alijs. Unde sicut servi ducuntur
a dominis sic vicia ducunt illos quos pos
sident. Unde Boecius probat qꝫ peccator
nunqꝫ est impunitus sed statim adest ei
pena peccati scilicet seruitus ipsa quã pec
catum inuehit que est maxima pena sicut
libertas predulce bonum Jo. viij. Qui fa
cit peccatum seruus est peccati vituperа-
bilis est quia qꝫ homo dignissima creatu
raꝫ ad imaginem dei factus efficitur ser-
uus vilissimorum viciorũ que sunt abho
minabilis apud deum et homines valde
vituperabile iudicatur Boecius. Sed dꝫ
non spernat fragilis vilissimeqꝫ rei esse
seruum. Pessima est quia diabolus cuius
peccator seruus efficit nõ dat ei requiem
donec trahat eũ ad penas inferni ibi im
perpetuum cruciandum. et propter hoc dã
nati in inferno conqueruntur dicentes.
Lassati sumus in via iniquitatis Sapiẽ.
v. Magna ergo sapientia est de tã magna
et vituperabili et pessima seruitute exire
atqꝫ ad christum venire a quo efficitur ve
re liber et dominus. Et magna insipiẽtia
est in ea remanere. Exemplum de illo qui
esset in durissimo carcere et inde exiret p
astuciam suam ꝙ sapiens reputaretur.

℟ Quartum malũ quod patit petẽs
est omniũ bonorũ priuatio generalis. Nã
peccator cõtra dei maiestatẽ peccãs sicut
pro crimine lese maiestatis omnibus bo
nis priuat. Nam priuatur hereditate vi
te eterne priuat merito passionis christi et
omniũ sanctorũ. ij. Cor. vi. Que societas
luci ad tenebras. que autẽ conuentio xpi
ad belial. Priuatur omnibus bonis q̃ fuit
in ecclesia ac etiam omnibus bonis pro
priis Mat. xiij. Et autẽ qui non habet et
quod habet auferetur ab eo. Priuat om
nibus virtutibus et donis spũs sancti et
penitus nudus remanet sicut luscus alea
rium Apoc. iij. Nescis quia tu es miser et
miserabilis et pauper et nudus et cecus.
Priuatur virtuosissimis medicinis que de
latere christi fluxerunt scz sacramentis ec
clesie que omnẽ infirmitatem sanant. pri
uatur nobilitate nature sue vt qui debuit
omnibus dominari infra bestias redigat
Psalmo. xlviij. Homo cum in honore esset
non intellexit comparatus est iumentis
insipientibus et similis factus est illis.
Priuabitur etiam gloriosa resurrectione.
Psal. Ideo non resurgũt impij in iudicio
scz glorioſi. Exemplum sicut condemnato
ad mortem omnia auferuntur. sic peccato
ri. Nam de eo tres partes fiunt quia cor-
pus comedunt vermes. animã asportant
demones. et bona temporalia diuidũt cõ
sanguinei. et quilibet istoꝝ est valde con
tentus parte sua quia vermes solum cor-
pus: consanguinei solum bona. et diabolꝰ
solum animã querit sicut habetur in Gene
si. Da michi animas cetera tolli tibi. Ma
gna ergo est sapientia qꝫ aliquis sic prius
tus omnibus bonis subito et leuiter omni
bona recuperet et ad gratiam redeat
magni regis. et magna stultitia est in tan
ta miseria remanere. Exemplũ de mere-
toribus qui perdunt merces suas. quomo
do sollicitant qꝫ possit eas retrahere. Sic
ꝙ petõres appropiquãtes ad iesũ illũinabã
tur sanabant ab oi infirmitate et ab oi fui

tute liberabãt: et ad ola bona restituebã
tur. Charissimi appropinquemus et nos
ad christũ non passibus corporis sed men
tis. Jac. iiij. Appropinquate deo et appro
pinquabit vobis: peccatores ergo et publi
cani id est publica negocia perniciosa ex
ercentes quibus manifestum est peccatũ
non deesse appropinquauerũt ad ipsum.
et hec quatuor ab ipso obtinuerunt. Ad-
huc est aperta ianua et christus per predi
catores suos clamat fortissime. Uenite ad
me omnes qui laboratis et onerati estis:
et ego reficiã vos: Mat. xi. Ambro. Ois
anima accedat ad xpm. quia ois xps est no
bis. Si vulnere carere desideras medicꝰ
est: si febribus estuas fons est. si grauꝫ
iniquitate iustitia est: si celum deside
ras via est: si auxilio indigeꝫ virtus est: si
mortem times vita est: si tenebras fugis
lux est: si cibum q̃ris alimentum est Jo. vi
Ego sum panis vitꝰ qui de celo descẽ. Et
nota hic de illis quinqꝫ virginibꝰ que no
uissima hora venerunt et intrare nõ potue
runt: quia clausa erat ianua. Et ideo dum
est aperta curramꝰ: quia hora mortis for
tissime appropinquat. Et nota etiã qꝫ via
est valde parua scz vsqꝫ ad cor per veram
contritionem: de corde ad os per veraz cõ
fessionem: de ore ad manus per veram sa
tisfactionem. Hec est via trium dierũ quã
filii israel egredientes de egypto facere
petebant vt deo immolarent. Non ergo
oportet nos maria transuadere: terraruꝫ
diversa climata ambulare: viarum diseri-
mina experiri: et sicut in hac pma parte sa
pientia peccatorũ demõstraturita et chri
sti clementia insinuatur peccatores reci-
pient: quia peccatores libenter et letanter
et frequenter recipiebat et excusabat: vt
patet i maria magdalena. Lu. vii. Symõ
habeo tibi aliquid dicere: at ille ait. Ma
gister dic. Unde ad osculũ eos recipiebat
vt patet i suptadicta magdalena et ad ve
scendum et colloquendum et ad hospitan
dum erat cum eis: quia matheus et zache
fecerũt ei conuiuium magnũ: nisi em chri
stus eos sic recepisset ad eum non appro
pinquassent. Bern. omnes propter man
suetudinem que in te predicatur currunt
post te bone iesu audientes qꝫ non spernas
pauperem: peccatorem non horreas: non
horruisti latronem confitentẽ: non lachry
mantem peccatricem: non cananeam sup
plicantes: non deprehensam in adulterio
non sedentem in theoloniõ: non negantẽ
discipulum: non persecutionem discipulo-
rum: non crucifixores tuos in odorem vn
guentorum tuorum curremus. et sic patet
primum. Secũdo ponitur scriba
rum et phariseorum impietas contra chri
stum de peccatorum receptione murmu-
rantium: quia murmurabant pharisei et
scribe: quorum murmuratio apparet et est
impia et iniusta ex tribus. s. ex parte chri
sti contra quem murmurabant. et ex parte
sui scz scribarum et phariseorum qui mur-
murabant. et ex parte peccatorum et pu
blicanorum de quibus murmurabant.

℣ Primo apparet impia et iniusta
ex parte christi et hoc quantum ad quinqꝫ
primo ratione propriꝫ operationis: vnũ
quodqꝫ enim operatur quod sibi propriuꝫ
est. nam ignis calefacit et sol illuminat: p
pria autem operatio filii dei venientis
in mũdum est peccatores saluare. i. Thi.
i. Fidelis sermo: quia christꝰ venit in mun
dum peccatores saluos facere Lu. xix. Ve
nit filius hominis querere et saluũ facere
quod perierat. Sicut ergo stultuꝫ est mur
murare qꝫ christꝰ peccatores recipiat ad
salutem cum sit hoc proprium eius. Secũ
do apparet qꝫ sit impia ratione proprieta
tis boni. Bonuꝫ enim: vt dicit Dionysius
est suipsius diffusiuum et quanto res est
melior tanto magis se diffundit: vt patet
in sole. Cũ ergo ipse filius dei sit fons bo
nitatis bonitatem suam non tantũ ad iu
stos debet extendere ipsos protegẽdo vt
filios: sed etiam vsqꝫ ad peccatores ipsos
iustificando. et ad vitam veritatis reducẽ
do. Joh. xii. Omnia traham ad meipsum.
psal. xviii. Nec est qui se absondat a calo
re eius. Sicut ergo stultum esset murmu
rare qꝫ sol omnibus communicet lucem su
am et qꝫ mare omnibus aquam largitur.
ita stultum et impium est murmurare qꝫ de
us peccatores recipit et iustificat. ¶ Ter-
cio ratione potentie infinite dei sicut di
cit philosophus in libro de anima. poten
tie manifestantur per actꝰ et obiecta. Po
tentia autẽ quanto maior est: tanto ad re
motiora se extendit. Nichil aũt est a deo
ita remotum sicut peccator Psalm. cxviii.
Longe a peccatoribus salus. et ideo in nulla
re manifestatur ita potẽtia dei sicut in iu
stificatione peccatoris propter quod Au-
gustinꝰ dicit qꝫ maius est facere de impio
pium ꝙ creare celum et terram. Ut ergo
deus suam potentiam manifestaret reci-
piebat peccatores vt iustificaret eos. Un
de illi sapientes de quibus dicit Boetius
qꝫ quesierunt dicentes. Si deus est vnde

bona.male concluserunt.immo debuerūt dicere.Si deus est mala possunt euenire: quia per ipsa dei omnipotētia magis manifestatur dum ex malis eligit bonum et ordinat ea ad debitum finem. Sicut ergo stultum esset murmurare q̄ sol illuminat vsq; ad extremum terre et mare cingit, totam terram.ita stultum ⁊ impium est murmurare.q̄ deus suam omnipotentiam manifestat in recipiendo et iustificando pctōres. ¶ Quarto impia ratione perfectionis dei.Deus enim est summe perfectus nec in ipso potest esse aliquis defectus.et si in xp̄o in quantum homo fuerunt quidā defectus penales.dicendum est q̄ ipse tales defectus propter nostram salutem voluntarie assumpsit sed non contraxit eos. cum peccatoribus autem non est propter aliud malum habitandum nisi quis moribus suis alios inficiunt ⁊ inclinant ad male agendum.Psal.xvij.Cum sancto sanctus eris et cum peruerso peruer.Sicut ergo sol tangēdo lutum non coinquinatur.nec medicus dando infirmo medicinam infirmatur.ita xp̄s docendo et conuersando cū peccatoribus et eos iustificando.nullam maculam ab eis trahebat quare ergo cum peccatoribus non poterat conuersari. Sicut ergo stultum est murmurare q̄ sol trāsit per lutum et q̄ medicus docet.medicinas et curat infirmos.ita stultum et impiū est murmurare q̄ xp̄s conuersetur et recipiat peccatores.et ideo stultū erat de hoc murmurare.Quinto ratione iusticie et equitatis.Manifestum est enim q̄ ūlibet creatura et maxime homo ad deum pertinet sicut res proprtia.Justicia autez sancitur q̄ rem proprtiam potest quis omnis tempore et omni loco recipere et repetere.et si leges humane statuunt tempus vltra quod res prescribitur possidenti.hoc faciunt ad puniendum negligentiam illoz qui debebant repetere.tamen secunduz legem dei res mea nunq̄ fit alicuius nisi de voluntate mea.vel nisi ob culpam. Cum ergo defecerit hominem tam perfectum et multis priuilegiis dotauerit quare non poterat eum recipere sicut rem suaz.Si dicak non debet deus recipere peccatores quia fetidi sunt et immundi peccato. Sed nonne deus potest lauare et mundare a pctō.immo quotidie mundat Ezech.xxvi. Effundam super vos aquam mundam et mundab.om.in ve.Sicut ergo stultum est murmurare si quis carbunculum vel rubinum recoligeret de luto. in quod ei cecidisset et postea lauaret eum. ita stultum et impium est murmurare q̄ deus hominem sit per omnes lapides et omnem thesaurum carū et magis nobilē recoligat de luto peccati abluēs eum a luto. Et sic patet q̄ murmuratio istoz erat iusta ex parte dei contra quem pharisei murmurabāt.Sed hoc accidebat eis quia ipsi non credebant eum esse deum sed hominem solum et coinquinari posse ex conuictu peccatorum sicut et alios Johan.nono. Scimus quia hic homo pctōr est. ¶ Sexto apparet murmuratio esse impia et iniusta ex parte scribarum et phariseorum murmurantium. Et hoc ostenditur quantum ad quattuor. Primo quia non videntur ex zelo iusticie, sed ex inuidia moueri: quia vt dr̄ Luc.vij. Venit Johannes baptista neq; manducauit panem neq; bibit vinum et dicitis demonium habet venit filius hominis manducat,et bibit et dicitis. Ecce homo vorator et bibens vinum amicus pub.et pec. Si ergo christum de conuictu peccatorum reprehendebant quare Johannē non audiebant. et si Johannem de austeritate et singularitate vite condemnant quare christo qui fuit valde communis et media vita processit non adheserunt. ¶ Secundo quia cū scribe essent magistri legis et pharisei essent religiosi veteris testamenti.debebant ipsi misericordiam predicare sicut scriptura mandabat.Psal.centesimo. Misericordiam et iudicium cantabo tibi domine.Misericordia autem maxime debet fieri vbi magna est miseria. Nichil aūt est in mundo ita miser sicut pctōr nec aliqua creatura est tam plena miseria sicut peccator.Prouer.xiij. Miseros facit populos peccatum.Et tanta est miseria peccatoris q̄ pro liberando eum a tali miseria peccati deberet quis mori si per hoc liberari deberet ergo peccatoribus est maxime miserendum Math.ix. Euntes discite quid est misericordiam volo et non sacrificium.Cū ergo ipsi non laudarent quod laudare debebant sed potius reprehenderent.valde reprehensibiles erant Mathei vicesimo tertio. Ue vobis scribe et pharisei q̄ claditis regnum dei ante homines vos enim non intratis nec alios intrare permittitis. ¶ Tercio quia ex hoc q̄ arguebant christum peccatores recipientem ostendebant se iustos et illos peccatores cum ecō nerso esse. Nam ipsi propter superbiam et impietatem peccatores erant affecti et pctōres ex conuictu ⁊ predicatione christi

erant iustificati. Subito eīm fit homo peccator vt patet in lucifero / qui per vnum motum superbie cecidit et similiter subito peccator fit iustus vt pz̄ in Psalo q̄ subito ac etiam dum iret ad malefaciendū cecidit in terram et factus est iustus. Sic ergo illi erant falsi iusti q; apparebant iusti et non erant / quia ob superbiam facti fuerunt peccatores et ideo non cōpassionem sed indignationē ostendebant Bre. Vera iusticia compassionem habet falsa autem dedignationem q̄uis iusti recte soleant peccatoribus indignari. sed aliud est qđ agitur typo superbie aliud zelo iusticie vel discipline.quia iusti et si forte per disciplinam increpationes exaggerant intus tamen dulcedinem per charitatem seruant. preponunt enim sibi in animo ipsos plerumq; quos corrigunt q̄ agētes per disciplinam subditos et per humilitatez custodiunt semetipsos. At cōtra illi qui de falsa iusticia superbie solent ceteroscz despiciunt nulla infirmitatibus misericordia condescendūt. De quorum numero pharisei erāt Mat.xxiij. Ue vobis scribe ⁊ pharisei q̄ similes estis sepulchris dealbatis. Quarto qui talem reprehensionez ad tacentia potius q̄ ad emendationem facie bant. Prelatus eīm non debet reprehendi coram populo nec etiam alij sed seorsum. Mat.xviij. Si peccauerit frater tuus corripe inter te et ipsum solum sententiari potest bene in publico.vt ceteri timorē habeant si crimen est manifestum.i. Thi.v. peccantes coram omnibus argue vt ceteri timorem habeant. Si enim quis corrigit in publico negat frequēter et contēdit cū correcto re quod in secreto non faceret. Isti ergo murmurantes et detrahentes christo ad laudem humanā hoc faciebant. vt zelum legis viderent habere Mat.xviij. Omnia opera sua faciūt vt videant ab hominib⁹.

¶ Tercio apparet murmuratio iniusta ex parte publicanorum et pctōrum de quibus murmurabant ⁊ hoc ētū ad quattuor. Primo quia ipsi appropinquabāt ad iesum vt audirent illum scz predicantem et docentem. Predicatio autem est quedaz elemosina spiritualis. Sic ergo constitutus in necessitate corporali potest a quocunq; elemosinam recipere et omnis homo cuilibet quantum ad sustentationē nature teneatur dare si potest ac etiaz iudeo vel sarraceno ita verbum predicationis bone a quocunq; possumus audire et predicans euangelium christi nullum debet excludere nec a gareni seu paganū nec sarracenum nec excōmunicatum Marci. xvi. Predicate euangelium omni creature.igitur nec isti accedentes nec christus recipiens erant reprehendendi et per cōsequēs iniusta erat murmuratio phariseoꝝ. ¶ Secundo quia in peccatore, duo considerare debemus scz naturam que bona est vicio quo peccator malus est. In peccatore autem debemus naturam diligere, per quā est ad imaginem et similitudinem dei factus Gene.i. Faciamus hominē ad imaginem et similitudinem nostrā. Vicio autem vt dicit Grego. Districtum iudicio debemus sed non nature Augu. Sic diligendi sunt homines vt eorum non diligant errores. Aliud enim est diligere quod sunt.et aliud odisse que facunt. Ergo pctōres considerata natura eoꝝ debebāt diligi ⁊ recipi a christo sicut diligere tenemur etiā sarracenos.quantum aūt ad vicia debebant a christo corrigi et increpari.ergo poterāt ipsi ad christū accedere et christus eos recipere ⁊ p cōns̄ iniusta erat talis murmuratio/quia habita hac consideratione nullus debet aliquē excludere a se Ecc.xxv. Unicuiq; deus mandauit de proximo suo.

¶ Tercio quia in hoc pctōr differt a diabolo/quia diabolus est obstinatus in malo nec vnq; emendatur.peccator autē non est obstinatus dum vult quin possit corrigi et bonus fieri. frequenter sic fit. Nam peccatores frequenter a malis suis cōuertuntur et fiunt iusti. Hoc autē maxime habet predicatio facere quia multi audientes verbum dei conuertuntur Actuum.x. Loquente Petro cecidit spiritus sanctus super omnes qui audierunt verbū. Unde Augu.dicit q̄ verbum dei est sicut hamus qui dum rapitur capit. A salute autem alīe nullus potest nec debet prohiberi immo cum omni festinantia et importunitate debet queri. Unde iste ḋ imitatus est a christo vt se sequerek dixit.dimitte me vri. ir. et sepe.pa.meum. Respondit christus sequere me et dimitte mor.sepeli.mor.su.vt dicit mater. Ergo et ipsi poterant ire ad christū et xp̄s poterat eos recipere et per consequens iniusta erat murmuratio eorum scz phariseorum. Et maxime cum predicatio xp̄i sine xp̄o haberet tria per que pctōres cōuertunt. s. verbū infāmatū qđ rangebat cor. Exemplum sanctum quod edificabat vitā et doctrinam veram q̄ illuminabat animā. Quarto q̄ pctōr est infirmus in anima sicut febricitās in corpore.

Febricitans autē sanitatem corporis po
test a quocunq; petere et recipere et quili
bet potest quelibet sanare q: vt dictū est
naturam cuiuscūq; debemus iuuare et fo
uere. Unde et Heliseus mundauit a lepra
Naamā syrum principem militie regis sy
rie. vi. iiii. Regū v. ps Sicut ergo possum
sanitatem corporis recipere a quocūq; ita
et multomagis sanitatē anime. igitur pec
catores poterāt ad xpm accedere pro ani
me sanitate ⁊ christus poterat eos recipe
re et sanare sic in alma sicut et in corpore.
Luce. vi. Omnis turba querebat eū tāge
re q: virtus de il. ⁊ sa. om. et sic ps secūdū.

¶ Tercio potest christi responsio p quod
dam simile ad murmur phariseorū sedan
dum. Unde aut. Quis ex vobis homo qui
habet centū oues. ꝛc. Et potest hec simili
tudo exponi dupliciter. s. de natura ange
lica et humana et tunc per omnia currit si
militudo. et de iustis et de peccatorib⁹ pe
nitentiam agentibus. et tunc non per oia
currit similitudo. sed cum distinctione.
Primo potest exponi de natura angelica
et humana et tunc per omnia currit simili
tudo. Quia vt dicit Hie. Centenarius est
numerus perfectus. Tunc ergo deus cen
tum oues habuit quādo naturam huma
nam ⁊ angelicam multa perfectione crea
uit. Ambros. Diues pastor cuius omnes
nos cētena portio sumus. Nonaginta no
uem angeli dicuntur. quia in maximo nu
mero sunt creati. Unde dionisius dicit q
excedunt omnem multitudinem numera
bilem. Job. xxv. Nunquid est numer⁹ mi
litum eius. Una ouis humana natura di
citur. quia in singularitate vnius homis
condita est a quo vno omnes alij descēde
rūt. Utraq; autem natura dicitur ouis ra
tione innocentie. quia in magna et perfe
cta innocentia vtraq; creatura fuit. vel re
specu nature diuine vtraq; natura ouis
est: quia vtraq; natura respectu diuine be
stialis ⁊ quasi nichil est. Grego. Una ouis
tunc perijt quādo peccādo homo pascua
vite eterne reliquit. Tunc filius dei relin
quens nonaginta nouem in deserto id est
dimittens nouem ordines angelorum in
celo quod dicitur desertum. id est dereli
ctum a multitudine āgelorum que cecidit
ab humana natura que ad restaurationē
cadentium angelorum vt celum repleret
et in deo habitaret creata fuit venit i mū
dum per carnis assumptionem ad predi
ctam ouem querendam et inueniens eam
errantem i mundo imposuit super hume
ros suos. ⁊ hoc fuit in passione. quādo in
cruce eius peccata. id est penam peccato
rum super humeros sustinuit. Unde Am
bro. dicit q: isti humeri sunt brachia cru
cis. i. Pe. ii. Qui peccata nostra pertulit i
corpore suo super lignū. Grego. Cum au
tem pastor inuenisset ouem non punuit.
non verberauit. nō vrgendo duxit ad gre
gem sed supponens humiliter humerus e
portans clementer annumerauit gregi et
sic impositam super humeros cum ipsa in
ascensione ad celum remeauit cui virtute
passionis christi celum etiam est apertum
⁊ humana natura in virtute meriti passio
nis christi cum christo ad celum ascenditi
Et ideo dicitur ipsam super humeros ad
celum portasse. Gregorius. Quem hume
ris suis imposuit quādo humanam natu
ram suscipiens peccata nostra ipse porta
uit. inuenta autem oue ad domum rediit
quia pastor noster reparato homine ad re
gnum celeste remeauit. Et postq; ad celū
domum propriā quia ibi gloriam dei ma
nifestatur cum oue perdita redit scilicet
in ascensione tunc vocauit amicos et vici
nos. id est angelos qui amici dicuntur. eo
q; semper idem cum deo volunt Amico
rum enim idem est velle et nolle vt dicit
philosophus. Vicini quoq; dicūtur. quia
vident semper faciem dei et eius gloriam
vicinius contemplantur. vt dicit Grego.
Et sequitur Ait illis. Congratulamini mi
chi. ꝛc. Angeli enim multum gaudent de
reparatione sua. quia etiam ipsi ad hoc su
is ministerijs contulerunt: et quia eorum
ruina ob hoc est reparata. principaliter
autem gaudium est in christo sicut in acto
re salutis ⁊ per christum ad omnes alios
derivatur. Et ideo dicit Congratulamini
michi et non oui perdite: et tunc simplici
ter est verum quod sequitur q: maius gau
diū erit in celo super humana natura per
dita. sed virtuose et triumphaliter recu
perata q̄ super angelos qui non peccave
runt nec perierunt. ℙ Quod gaudi
um maius esse perpenditur ex tribus scz
intensiue et extensiue et completiue. pri
mo intensiue scilicet ex operibus maioris
enim opera facta sunt in natura humana
q̄ in angelica. qualia fuerunt opera chri
sti et bē marie et sc̄oꝝ Apostolorꝝ ⁊ mar
tirū. Maius aūt gaudiū est habere gliam
ex magnis meritis q̄ ex gra solum. Ange
lus autem hz gl'iam ex gra ⁊ exynico actu
et ideo nullus āgelus equiparabit xpo ⁊
beate marie in gaudio. Phil. ii. Propter

it. humiliū et mansuetoꝝ semper tibi pla
cuit deprecatio. Huius exemplum patet
in pharisco et publicano: quia iustificatio
nem publican⁹ humiliter impetrauit Lu.
xviii. Descendit hic iustificatus in domuz
suam. ¶ Tercius est periculorum euasio
humiles enim deus liberat ab omni peri
culo. Psal. cxiij. Qui. s. et li. me. Aug. Hu
militas custodit in omni tentatione et nō
crepet mens in fornace que non tumet vē
to superbie. iij. Re. xij. Nōne vidisti Achab
humiliatum coram me propter quod non
inducam malum in diebus suis. vbi dicit
Hie. Si tantum placuit humilitas deo in
reprobo vt propter eam sententiam muta
verit quid faciet in electo. Exemplum hu
ius habemus in dauid qui dum in angu
stijs esset cōstitutus. vocauit se canem mor
tuum. i. Re. xxiij. Rex israel cane mortuū
persequeris et pulice vnum. Et ideo erui
eum de omni angustia. ¶ Quart⁹ fruct⁹
est gratiarum susceptio. sine susceptionis
gratiarum aptitudo. Humilitas enim fa
cit hominem susceptibilem gratie dei Ja.
iiij. Deus superbis resistit humilibus aūt
dat gratiam. Cuius ratio est: q: superbus
est plenus vento inanis glorie et ideo ni
chil potest recipere. humilis autem totus
est vacuus sui reputatione. et ideo potest
multa recipere. Est autez humilitas aque
ductus per quem venit gratia dei ad ho
mines vt dicit Ber. Origenes. Si hūlis
non fueris et quietus non potest in te gra
tia spiritus sancti habitare. Quintus est
bonorum reparatio vel conseruatio. Naz
si bona perduntur per petm̄ humilitas re
cuperat. nam fecit hominem se prosterne
re ad terram ad pedes sacerdotis et humi
liter confiteri in quo petā dimittuntur et
bona perdita recuperantur Grego. Sola
virtus humilitatis est reparatio lese cha
ritatis. Et postq̄ recuperauerit cōseruat.
Greg. Perit omne quod agitur si non sol
licite in humilitate custoditur. Jdez. Qui
sine humilitate virtutes congregat quasi
puluerem in ventum portat. humiliemur
ergo charissimi vt i die iudicij exaltemur
quia et causa et materia magna subest.
Nā si considerem⁹ vnde nati sumus et in
quo loco positi q: in valle miserie. et quot
periculis subiacemus et quot indigemus
et quo tēdimus et quis est finis noster ma
gnā humilitatis materiā habemus Ber.
Memēto vnde veneris ⁊ erubesce. vbi sis
et ingemisce. quo vadis et contremisce. et
sic patet primum. ¶ Secundo amorū a no
bis terrene sollicitudinis dispendium: q:
omnem sollicitudinem vestram proijcientes
in eum. ℟ Ubi nota q: triplex est sol
licitudo. Prima est prouidētie spiritualis
quo ad animam. i. Cor. vii. Qui sine vxo
re est solicitus erit que domini sunt quo
modo placerit domino. ¶ Secunda est p
uidentie tēporalis quo ad corpus. i. Cor.
vij. Volo vos sine sollicitudine esse. non q:
sit mala sed q: impedit a maiori bono scz
a contemplatione eternoꝝ. Tercia est cu
riositatis ⁊ superfluitatis terrene. Math.
vi. Nolite solliciti esse dicentes quid man
ducabim⁹ aut quid bibemus aut quo ope
rie. Prima precipitur. Math. xx. Quid hic
statis tota die otiosi ite et vos in vineam
meam. Prouer. vi. Vade ad formicam o pi
ger et consi. vias eius et disce sapientiam
Ceterum de spirituali cibo semper solli
ti esse debemus. Secunda premittitur.
Gen. iij. In sudore vultus tui vesceris pa
ne tuo. Tercia prohibetur vt dictum ē. de
duabus primis hic loquitur. vñ dicit glo.
omnem sollicitudinem anime et corporis.
Debemus ergo sollicitudinē anime et cor
poris in deuz proijcere. qm̄ ipse curam ha
bet de ais et corpore. S Ubi notan
dum q: in sollicitudine duo possunt consi
derari. s. ipsum exercitium operis sollicite
factum et finis. et complementum sollici
operis. Primum scilicet exercitium sollici
ti operis non debemus proijcere in deum
scz vt nichil operemur: quia iste seruus pi
ger qui abscondit pecuniā dñi sui ⁊ nichil
lucratus est in ea condemnatus est Luce.
xix. Ex ore tuo te iudico serue neqū. quare
non dedisti pecuniā meam ad mensam. ü.
Thessal. iij. Si quis non vult operari non
māducet. sed debemus tale exercitium in
deum proijcere sicut principale operans
vt scilicet credam⁹ in ipso et per ipsum om
nia bona nos facere ⁊ credamus q: ipse sit
principale agens in omi opere nro Isaie.
xxvi. Ois opera nostra operat⁹ es in nobis
dñe. Scōm aūt scz finem et complementū
solliciti operationis totaliter debem⁹ in
deum proijcere. Ro. vii. Nam velle adia
cet michi p̄ficere aūt bonū inuenio. i. Cor.
iij. Ego plātaui apl'o rigauit de⁹ aūt incre
mētū dedit. Debem⁹ ergo valde solliciti
esse adiplere ⁊ obseruare mādata dei ⁊ se
rere ⁊ metere tpe suo. ⁊ oēm aliā sollicitu
dinē i deū p̄icere. s. vt nō sim⁹ solliciti an
de⁹ acceptet p̄iam nostrā. ⁊ an ei placeat
nos saluare et an simus p̄destinati vel pre
sciti. Nec etiā debem⁹ ēē solliciti an de⁹ p

Universidad de Deusto
Biblioteca

ducat bona exteriora ad fructum et finem bonum. Sed debemus firmiter credere q̄ si fecerimus mandata dei q̄ salvabit nos et tēporalia ministrabit Isa.i. Si volue.ꝛ au.me bōa terre cō. Mat.vij. Querite pri mum regnum dei et iusticiam eius et hec omnia adij.vobis. Et q̄ nos debeamus omnem sollicitudinem proijcere et sperare q̄ in spiritualibus et temporalibus no bis providebit quantum ad psens vna ratio sufficiat que talis est. Qui dat maī et principale credendum est q̄ det minus et accessorium. vt qui dat equum det et sellam. et qui dat castrum det esse potesta tem dominandi in castro. principalia autē opera et maxima circa humanam naturaz sunt quatuor que solus deus facit et per fecte largitur. s. creatio redemptio. corpo rum resurrectio. et anime et corporis glo rificatio. ad que quattuor omnia alia vel sequuntur vel tanq̄ ad finem ordinantur Si ergo nos deus creauit in tanta perfe ctione redemit cum tanto labore. suscita bit in tanta complectione. et glorificabit cum tanto splendore. quomodo non credē dum est q̄ nos non regat et ¦gubernet in magna sollicitudine et amore certe nō est possibile. ideo proij ciam⁹ nos in brachia dei que tenet aperta et manet capite incli nato vt nos osculetur. Math.xi. Uenite ad me omnes q̄ laboratis et onerati estis et ego reficiam vos. Et sic patet secundū.

¶ Tercio exhortatur nos ad sobrietatis et vigilantie amplexum quia sobrij estote et vigilate. Circa nō quattuor facit. Pri mo nos hortatur ad sobrietatem ꝛ vigilā tiam quia sobrij estis et. vi. Secundo oītē dit causam quia aduersarius vester dya bolus. Tercio ostendit rem in qua aduer sario possumus resistere. q̄ in fide. Quar to ne credatur q̄ hoc prelium sit tātum in vno populo vel in vna prouincia dicit q̄ il lud prelium et eadem passio et concerta tio inest toti fraternitati ꝛ omni populo q̄ est in toto mundo ibi. Scientes eandem passionem et que in mundo est vestre fra ternitati fieri. Circa hanc partem sciendū q̄ tres sunt hostes nostri cum quibus pu gnare debemus. scz caro que est hostis in traneus et ideo multum periculosus. Mū dus id est delectabilia mūdi que materia liter et occasionaliter nos incitant ad pec candum. vel mundus id est mali homes mū di qui bonos persequuntur et incitant ad peccandū. Et dyabolus qui inuisibiliter pugnat contra nos et intra et extra. Indi gemus ergo sobrietate cibi et potus cōtra carnis desideria. Non enim possumus contra hūc hostem pugnare interficiendo ipsum aut fugiendo ab eo. sed solum sub trahendo ei cibum et potum et fercula di sciplinae. i. Cor. ix. Castigo cor. meum et in seruitutem redigo Eccle. xxxiij. Seruo ma luolo tortura et pedes mitte eum in ope rationem ne vacet. Seruus malivolus est caro quia quanto melius fit ei et delicati⁹ nutritur. tanto magis superbit et proter uit in animam dñam suam. Prouer. xxix. Qui a puericia delicate nutrit seruū suuz postea sentiet eum sibi contumacem. Hoc figuratum fuit in sara et agar. que statim postq̄ concepit rebellauit dñe sue sare. vt patet Gēne. xvi. Sara domina anima agar ancilla caro nēq̄. Indigemus etiaz sobrie tate rerum mundi contra mundi delectabi lia que sobrietas attenditur magis in vo luntate q̄ in habitu vel actu rerum vt sci licet sobrie desideremus ꝛ velimus bona mundi. s. ad necessitatem ꝛ non ad vanita tem vel ad superfluitatem. i. Thi. vi. Ha bentes alimēta et quibus tegamur, his cō tenti simus. Unde Gre. Habens res mul tas sobrius erat. Et multi nichil habēte non sunt sobrij: quia multum desiderant. Sic ergo contra mundum pugnamus so brietate rerum. Hoc est ergo quod dicit. Sobrij estote et vi. s. contra carnem et mū dum Thes. v. Qui ebrij sunt nocte ebrij sunt. nos qui diei sum⁹ sobrij simus. Cōtra dyabolum vero indigemus magna vi gilantia: quia ipse non dormit sed tanq̄ leo rugiens circuit vt nos devoret Job. i. Unde vemis sathan. Circuiui terrā ꝛ pam bulaui eam Hie. vi. Crudelis est et non mi seretur. Et propterea christus dicit Luc. xviij. Oportet semper orare et nunq̄ dēfi cere Habacu. ij. Super custodiam meam stabo. Ephe. v. Uidete fratres quomodo caute ambuletis. Quia inimic⁹ noster om nem cautelam et astuciam habet et ex na turali ingenio et experientia longi tempo ris. et ideo homo difficulter potest ei resi stere Job. xli. Non est potestas super ter ram que valeat ei comparari qui factus ē vt nullum timeret. vna vero res est quam si perfecte habuerimus perfecte ei resiste mus. s. fides vera et viua vñ ad ephes. vi. In olbus sumētes scutū fidei in quo possi tis omnia tela nequissimi ignea extingue re. Dupliciter ei tentat dyabol⁹ fideles. s. per pspera dissoluēdo et p aduersa frangēdo. Ola ergo tela q̄ contra nos emittit per

sonā, extinguimus in fide inferni dum credimus si prosperis mundi heserim⁹ de mergi ad infernum Eccle. xi. Scitote quia pro his omnibus adducet te deus ad iudi cium. Hic cadit exemplum de heremita q̄ omnes digitos suos combussit anteq̄ vel let cum vna agere volens prius experiri si posset pati penas inferni Omnia vero te la que proiecit per aduersa extinguimus i fide paradisi dum credimus q̄ et patien tia aduersorum peruenim⁹ ad gloriā eter nam. et ideo ipsa libenter toleram⁹ Ro. v. Sed et gloriamur in tribulationibus. Actuum. v. Ibant apostoli gaudētes a cō spectu consilij quoniaz digni. ha. sūt pro no. iesu contu. pati. Sic ergo pugnandum est contra dyabolū qui quotidie nos infestat et eodem modo omnes fideles infestat et frēs nostros qui sūt in toto mūdo. ij. Thi. iij. Omnes qui pie volūt viuere in christo iesu psecutionem patiuntur. Actuz. xiiij. Per multas tribulationes oportet nos in trare in regnum dei Et sic patet tercium.

¶ Quarto ostendit q̄ supradicta tria de us perducit ad perfectionis fructū dicens Deus autem omnis gratie q̄ vocauit nos in eternum ꝛc. Multe sūt gratie dei quas deus confert nobis et in generali et in spe ciali. Et in generali sunt decē maxime grē quas deus fidelibus facit. De quib⁹ sivis predicare quere eas dominica. xviij. post festum trinitatis in sermone. de euā. Ibi etiam ponūtur decem bñficia que de⁹ no bis cōfert. In speciali autē cuilibet fideli gratias multas largitur. Alicui enim dat intelligentiam veritatis. alicui eloquētiā sermonis alicui sensuz discretionis. alicui grauitatem morum. alicui abstinentiā ci borum. Et sic de alijs que longū etiā enar rare et que vnusquisq̄ fidelis in seipso ex perit. i. Cor. xij. Et alij quidē datur q̄ spm sermo sciētie alijs mo sapiētie alij gra. sa. i uo spu ꝛc. Hec aūt oia opat vn⁹ atq̄ idē spus diuidēs singu. prout vult Uñ ḡ dicit deus autem omnis grē q̄ vo. n. in. suā glo. in xpo te. mo. pas. i. per modicas ꝛ paruas passiones quas sustinem⁹ pro noie iesu in ptesenti. vocauit nos ad eternam gloriā. Ro. viij. Non sūt cōdigne passi. hu. tēpo. ad futurā glo. q̄ reuelabitur in nobis. Et nota q̄ ad hāc gloriā de⁹ vocat tripliciter primo per p̄destinationē. Ro. viij. Quos autem predestinauit hos ꝛ vocauit Secū do p predicationē prouer. ix. Misit ancil le sue vt vocaret ad arcē Tercio p inspira tionem. Roma. iiij. Uocat ea que non sunt tanq̄ ea¦que sunt. Quarto per bñficiorum largitionem Luce. xiiij. Homo quidā fecit cenam magnā et vocauit multos. Quin to per flagellor correctionem. sic vocauit paulū hebre. xij. Flagellat autem omnem filium quem recipit. Sexto per pene eter ne comminationem Luce. xiij. Nisi peni tentiam egeritis omnes simul peribitis. Septimo per glorie eterne repromissionē Apo. ij. Uincenti dabo edere de ligno vi te quod est in paradiso dei mei. Deus er go qui tot gratias nobis largitur et qui tot modis nos vocat perficiet. s. per veraz humilitatem in nobis cōfirmabit. s. remo tionem sollicitudinis temporalis ꝛ solida bit scz sobrietatem vt vigilare possimus aduersus diabolum et ipsos in fide vince re. et ideo ipsi gloria in secula. ꝛc.

¶ Dominica quarta de euangelio Sermo. lxxij.

Estote misericor
des sicut et pater vester miseri cors est Luce. vi. Sicut dicit da uid. Tempus miserendi deus totū tem pus ante aduentum christi fuit tempus iu sticie. Nam in eo deus magnam iusticiā exercuit vt patet in lucifero et eius ange lis quos propter vnū motū superbie de celo proiecit. Idem patet in primis parentib⁹ quos propter vnum pomum vetitū quod comederunt de paradiso eiecit. Idem pa tet in diluuio in quo propter peccatū car nis totum genus humanum submersit et deleuit exceptis octo psonis. Idem etiaz apparet in multis locis veteris testamen ti vbi ostenditur quomodo deus iusticias magnas exercuit in homines. Et hoc fuit summa et admiranda iusticia: quia omnē hominem quātūcunq̄ sancte viueret mit rebat ad carcerem inferni. ac etiam Johā nem baptistam ita sanctū et perfectū. Et propterea dicebat Psal. Domine in celo misericordia tua. Quia solum in celo vide batur esse. At vbi venit plenitudo tēpo ris scz tempus gratie et mie. quod fuit ad aduentu christi circunquaq̄ regnat ꝛ pre ualet misericordia iusticie Psalmi. cxviij. Misericordia domini plena est terra. Et quia est tempus miserendi ideo xp̄s fons et pater misericordie qui vt omni homini miseretur factus est hō et ad miam nos in uitat ibi. Estote misericordes ꝛc. In qui bus verbis quinq̄ cōtinent. Primo ens ad miam nos inuitat in principio euangelij: Secundo p̄hibitius mie nobis vetat ibi.

Nolite iudicare et non iudicabimini/ nolite condẽnare et nõ condẽnabimini. Qui enim iudicat et cõdẽnat proximũ nequaq̃ eius misereatur. Tercio quo ſcdã effectus misericordie principales nobis iperat ibi Dimittite et dimittetur vobis/ date ꝛ dabitur vobis. Quarto p̃miũ pro misericordia et eius operibus nobis reddendum insinuat ibi. Mensurã bonã ꝛ cõfertũ coagitatã ꝛ supefluẽtẽ dabũt in sinũ vestrũ. Quinto sub quadã similitudine quedam documenta corrigere volentibus et docere valde necessaria enarrat ibi. Nonquid potest cecus cecum ducere ꝛc. vsq̃ ad finẽ. Primo ḡ ad misericordiã nos inuitat exẽplo patris nostri dicens. Estote mi. sicut ꝛ pater vester miseric. est. Boni filij bonum patrem imitant Jo. viij. Si filij Abrahe estis opera Abrahe facite. Duo ergo dicit. Primo imperat misericordiam/ quia est de mi. Secundo ostendit modum miserendi/ quia sicut et pater vester mi. est. Sz cum pater noster sit etiam iustus iurta illud Psal. Justus dominus et iustitias dilexit quare imitat nos ad iusticiaz dicẽs. Estote iusti sicut pater vester iustus est et similiter ad sapientiã et potẽtiã. ¶ Ad hoc dicendum/ q̃ hoc fit propter septem. Primo quia mia magis cõpon conuenit nouo testamento/ quia vt dictum est iusticia et mia condiuiserunt sibi tempora vt iusticia ante christus aduentum regnaret et mia post ipsius aduentum. Ecclesiastes. iij. Omnia tempus habent. Secundo quia mia magis conuenit loco in quo sumus. Nam mundus est plenus culpe et malis miserijs et in maxime indigentijs et penis homines inuolũtur Ecclesiastes iij. Vidi calumnias que sub sole geruntur et lachrimas innocentum et consolatorez neminem et laudaui magis mortuos q̃ viuentes Augusti. In valle miserei sum⁹ in qua eo magis est flendum quo minus flemus. Tercio quia mia inter omneʒ virtutes excellit. Unde per oleum significatur/ quod omnibus liquoribus supernatat iurta illud Ecclesiastici. Oleum de capite tuo non deficiat. i. mia tua animo tuo non desit vt miseris compatiaris misericordia enim dicitur quasi miseris cordãs. Excellit enim mia inter omnia opera dei. Psal. cxliij. Miserationes eius super omnia opera ei⁹. Quarto quia magis vtilis est et necessaria. i. Thi. iiij. Pietas ad oia utilis est promissionẽ hꝰ vite que nũc est ꝛ future/ q̃ per miam homo weretur hic

vitam gratie. et in futuro vitã glorie Matthei. v. Beati misericordes qm̃ ipsi miam consequẽtur. Bern. Sola misericordia nõ audiet audituz malũ. Unde in iudicio fiet examinatio solum de operibus mie. vt patet Matthei. xxv. Quasi propter ipsam sint saluati et per omissionem sint damnati Jacobi. ij. Judicium sine mis fiet ei qui non facit misericordiam. ¶ Ad quod designũ dum christus de monte oliueti per quem mons mie designatur in celum ascendit. Hoc etiam figuratur vel designatur in eo quod scriptura refert q̃ Salomon duo hostia de lignis oliuarũ fecit in egressu oraculi. iij. Regum. vi. Que significant duas partes mie vna est spiritualis ꝛ altera corporalis per quas homo in templum ingreditur. Quito quia magis conuenit patri nostro deo Ihe. Deus cui proprium est misereri semp et parcere. ꝛc. Unde sicut soli proprium est illũinare et igni calefacere. sic deo misereri. Et ideo si volumus deũ veraciter imitari simus misericordes q̃ misereri est eius propria operatio Isaie. xlix. Nunquid potest mulier oblivisci infantem suũ vt nõ mise. fi. vtc. sui. et si illa oblita fuerit ego. ta. nõ obli. tui. In hoc q̃ cognoscitur maxime filius si naturalem operationem habet patris. ¶ Ubi nota q̃ deus habuit tres pueros et maxime filios. Primꝰ lucifer qui noluit imitari deũ in misericordia sed in potẽtia et ideo tanq̃ degener filius proiectus est. Secũdus fuit Adam qui noluit imitari deum in mia sed in scientia et ideo tanq̃ non legitimus est reprobatus. Tercius fuit christus qui voluit deum in mia ꝛ in omnibus imitari Matthei. xij. Euntes discite quid est misericordiã volo et non sacrificium ꝛ hõ tanq̃ naturalis filius est electus Mat. iij. Sexto quia mia nobis est magis naturalis Job. xxxi. Ab infãtia mea creuit mecũ mia. et ad id qõ naturale est faciliter inclinamur. Videm⁹ ante si quid patiatur vnum membrũ cõpatiuntur oia membra vt dicit Apostolus. i. Corinth. xij. Omnes autem christiani vnum corpus sumus in christo ꝛ sumus membra ad inuicem caput aũt nostruz xp̃s est vt dicit Apostolus ad Ephes. iij. Et ideo vn⁹ fidelis naturaliter debet cõpati alteri sicut ff fratri. ij. Cor. xi. Quis infirmat et ego nõ infirmoꝛ q̃s scãdalizat et ego nõ vror. ¶ Septimo q̃ ad miam faciendam plura mortua habem⁹. ¶ Nã omnis creatura incitat nos ad miam faciendam. Sol enim ꝛ luna ꝛ omnia corpora celestia

tanq̃ nobis compatientia. vt pote in magna penuria constitutus. omnia bona sua communicãt nobis. Similiter quattuor elementa et omnes arbores similiter multa animalia incitant nos ad miaz eo q̃ inter se inuicem miserentur. Dicitur eñ de cyconia q̃ postq̃ senuerit filij eius ponũt eam in medium et nutriunt eam. Dicitur et de aquila q̃ quando generat tres pullos proiicit vnum quia non potest omnes nutrire et tunc quedam auis que appellatur cobar asportat et nutrit. De leone etiam dicitur q̃ parcit prostratis et hominẽ errantem reducit ad vitam ꝛ infirmioꝛ animalia non comedit nisi necessitate famis compulsus. semper etiam quando comedit reliquid aliquid de preda. et ideo vulpes sequitur enim. pullũ etiaz vnius eque si moriatur equa alie eque suscipiunt nutriẽdum. Et si vnus elephas cadit omnes alij currunt ad eum releuandum: quia per se non põt resurgere. Dicitur etiã delphino mortuo alij conueniunt et sepeliunt eũ in p̃fundo maris. De conchinis etiã marinis dicitur q̃ semper stant clause et quidam alius piscis venit cum cibo et aperit eas ꝛ immittit cibum. Et breuiter tota natura et tota creatura incitat nos ad misericordiam. Et sic patet q̃ propter septem deus nobis mandat misericordes esse magis q̃ iustos vel sapientes et hoc est quod dicitur. Esto. miseri. ꝛc. ¶ Deinde ostendit modum miserẽdi dicens. sicut et pater vester miseri. est. vbi nota q̃ debemus cẽ misericordes adinuicem sicut deus pater noster misericors est circa nos. Est autem misericors pater noster circa nos quantũ ad decem. ¶ Primo in indignum omni bono et a se auersum ad viam veritatis reducendo ꝛ reuocãdo. ij. Re. xviij. Unde reuoces puez absalõ Absalon interfecerat filium regis. sic peccator quantuz in se est interficit filium dei et tamen deus reuocat enm. Sic et nos non solum amicorum sed etiam inimicorum misereri debemus. Mat. v. Diligite inimicos vestros benefacite his qui oderunt vos. Secundo reddere nolentem patienter expectando Ro. ij. Ignoras quoniã benignitas dei te suple. expectando ad penitentiam adducit. Et nota quõ expectat multos. sic et nos proximum non valentem nobis reddere nostrum debitum debemus patienter expectare donec possit reddere. Matth. xviij. Patientiã habe in me et omnia reddam tibi. Sed multi crudeles capiunt et incarcerant debitores suos. Matthei. xviij. Tenens suffocabat enm dicens. redde quod debes. Tercio est misericors peccatorẽ ne a dyabolo suffocetur et demergatur in infernũ defendendo. Treñ. iiij. Misericordie domini. quia non sumus consumpti. Genesis. iij. Quicunq̃ inuenerit me occidet me. et nisi dominus nequaq̃ sed quicũq̃ occiderit cayn septuplum punietur. Et posuit dominus signum in cayn ne occideretur. Sic et nos debemus iuuare proximum quantum possumus ne a dyabolo rapiatur. vel ne ab alio proximo rapiatur et deuoretur. ij. Corin. xij. Ego autem libentissime impẽdam et superimpendar ipse pro animabꝰ vestris. Sed valde detestabile est vt dicit Aug. q̃ videtur lupus asportare pecudez alicuius et omnes clamant. videtur dyabolus asportare animam primi et nullus reclamat. Quarto peccatorem ne deficiat pascẽdo Psal. cxlvi. Qui dat iumẽtis escã ipsorum. i. peccatoribus qui iumentis cõparantur Sic et nos etiam peccatores sustentare debemus ne fame deficiant. quia in eis natura bona est et poterunt adhuc effici boni. Matthei. xxij. Bonos et malos introduc huc scilicet ad nuptias. Debem⁹ etiam peccatores sustentare pane verbi dei. v. Pascite qui in vobis est gregem domini. ¶ Quinto est misericors peccatoribus opportunitatẽ peccandi subtrahendo. Osee. ij. Septã viã tuam spinis et septam eã maceria Mtroticẽ deꝰ dat aduersa peccatoribus ne in petis delectenẽ ꝛ ne petã proficiãt que facere disponunt qõ est viã peccatoꝛ spinis sepire. Esa. xl. Flagellauit aũt deꝰ plagz magis pharaonem ac domũ eiꝰ ne sz abuterent vroze. Abrahe Sic et nos oẽz materiã peccãdi debem⁹ auferre prio ꝛ nõ eẽ ei ad ruinã sz salutẽ. Ad Titũ. ij. Temetipz ꝑbe exẽpluz bonoꝝ operꝝ ¶ Sexto p⁹ multiplicẽ repulsaz ad vocandũ peccatorem non desistendo Ihe. Debemus dei misericordiam erubescere et iusticiam eius nolumus formidare qui tãto ampliori iprobitate cõtemnit quãto cõtemptus vocare non dedignat. Apo. iij. Ego sto ad hostium et pulso. ita et nos a benivolentia proximi desistere nõ debem⁹ q̃uis cõtinue ab eo ãgarias patiamur. Ro. xij. Nulli malum pro malo reddentes sed ecõtrario benedicentes Ibidem Benedicite persequentib⁹. ¶ Septimo ẽ misericors ad p̃uertiõez nram multipliciter ꝛ mirabiliter operãdo mõ dãdo, pspera. mõ aduersa. Exẽplũ de fabro qui inclauat equũ vt

sibi remaneat. sic facit de⁹ Psal. tricesimo primo Conuersus sum in erumna mea dū configitur spina. Per omnem modum de⁹ operatur vt peccator sibi remaneat. Sic ⁊ nos omni modo debemus satagere vt peccatores boni fiant. ij. Corin. vi. In omnibus exhibeam⁹ nosmet. sicut dei ministri in multa patientia a der. et a sinist. quia vt dicit Aug. Nichil est deo ita acceptum sicut zelus animarum Octauo penitentem ⁊ ad se reuertentē benigne suscipiendo. Sicut ipse posuit exemplum in filio prodigo Luce. xvi. Misericordia mo. ce. super collum eius. Sic et nos petentibus a nobis veniam de iniurijs nobis illatis benigne debemus occurrere et recipere ad osculū pacis Multi ferociores canibus nunq̄ volunt parcere quantumcunq̄ humiliatis nisi vulnerent eos vel occidant. Dicitur de cane q̄ si homo prosterneret se in terram nunq̄ tangeret eum Hic cadit exemplum de quodam imperatore romano qui cum cepisset regē armenie et ille deposito diademate genuflexisset coram eo statim restituit et coronam et regnum. Nono penitentem de statu vilissimo ad statum regium p mouendo. Psal. cxij. De stercore erigens pauperem ⁊ col. cum cum prin. ¶ Unde ille filius p digus qui pascebat porcos honorifice ad mensam patris sedebat. Sic et nos debemus proximum ad bonum statum anime et corporis reducere et nō tenere eum extra domum suā. vel in aliquo peccato Decimo peccatorū conuerso virtutem perseuerandi dando Isa. xl. Qui dat lasso virtutē Sic et nos debemus proximum in bono proposito coseruare ⁊ in bono statu manutenere per nostram orationem Ephe. iij. Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem dñi nostri iesu christi vt det vo. se. di. gl. s. ha. christum per fidem in cordib⁹ vestris. Et sic patet primum. ¶ Secundo p hibitius misericordie nobis vetat dicens Nolite iudicare scilicet proximum per malas suspiciones sed supple. misereminī et⁹ et non iudicamini scilicet a deo Nolite cōdemnare scilicet sententiam diffinitiuam de aliquo ferendo et non condemnabimini scilicet a deo. Aug. Et si suspitiones vitare non possumus quia homines sumus tamen diffinitiuas sententias continere debemus. Ubi nota secundum augustinū q̄ quedam sunt facta hominuz manifesta que nullo modo tergiuersari possunt quin mala sint vt furta homicidia blasphemie et adulteria et huiusmodi de quibus licitum est nos iudicare et condēnare q̄ mala sunt. quedā sunt media que possunt bono et malo animo fieri. et ista cum exteri⁹ non pretendunt aliquam speciem mali debemus ea semper ad bonam partem interpretari. etiam si malo animo fiant. quia homines vident que foris patent deus autē intuetur cor. i. Re. xvi. Quedaz sunt occulta de quib⁹ iudicare temerariū est Aug. De occultis alieni cordis temere pctm̄ est i. Cor. iij. Nolite ante tempus iudicare quoadusq̄ veniat domin⁹ qui et il. abscō. te. et manifestabit ꝓsil. cordis. Ue ergo illis qui manifesta bona iudicant mala. vel corrupta intentione facta. vt pharisei qui dum xp̄m eiecisset demonium dixerunt in beelzebuth prin. de. ei. demonia Luc. xi. Ualde ergo debemus esse temperati in iudicando quia talem iudicamus aliquando qui est optimus vel erit vt p3 in Paulo Ro. xiij. Tu quis es qui iudicas alienum seruum. ¶ Nota hic q̄ multipler est iudicium. 3 Primum est iudicium prudentie quod procedit ex sagacitate iudicis p vera signa vt fuit iudicium Salomonis inter duas meretrices de duobus filijs contendētes. ij. Regū. iij. Nam ois materna turaliter diligit filiū. et nolet eū mori. q̄s vna illarū ostendit que vera mater fuit. Sic iudicauit Daniel illos duos falsos testes. qui condemnauerūt. Susannam Danielis. xiij. Hec prudētia. propter malicij hominum multum deberent iudices abū dare. Exemplum de illo iudice qui liberauit pauperem. in cuius domo quidam posuerat duodecim vrceos olei. sex erant pleni et sex semipleni. et inferius erat aqua. et accusauit pauperem illum q̄ fuerat sibi furatum oleuz ⁊ iudex cognouit per amurcā que non erat tanta et equaliter in omnibus vrceis quod non erat verum tale iudicium est iustum et licitum. ¶ Scōm est iudicium iusticie siue iuris quod procedit scōm allegata et ꝓbata et fm confessa. et sic debent iudicare omnes iudices sub lege constituti vt dicit Aug. etiam sit sit falsum quod probatur et confitetur reus. Huius exemplū habem⁹ in Dauid qui mandauit interfici illū q̄ dicebat se interfecisse Saulē et tñ nō erat vep. Sed ait Dauid. Os tuū cōtra teipsū locutū ē. ij. Re. i. Tale iudicium est iustū ex pte iudicis eo q̄ procedit fm ius. ¶ Tercium est iudicium punitionis et fortitudinis quod procedit et infertur propter peccata paterna. Hoc fuit factū ꝑ pote Dauid quādo facta ē fames trib⁹ annis et consuluit Dauid dominum qui respondit dicens. q̄ hoc erat propter peccatum Saulis quia contra iuramētum predecessor⁹ suor⁹ interfecit multos gabaoni tarū. Et dati sunt duo filij Saulis et quinq̄ nepotes gabaonitis qui suspenderunt eos in ligno et cessauit plaga de populo. ij. Regum. xxi. ¶ Quartum est iudicium temeritatis et suspittonis quod procedit secundum imaginata quando quis ex leuibus signis iudicat et credit aliquem malum. quod contingit. vel quia ipse est male dispositus et ideo sic iudicat alios. vel quia odit illum. vel quia vidit multa ⁊ audiuit ⁊ ideo de facili iudicat. vñ senes fuit valde suspiciosi. et istud est minus pctm̄. quia senes multa viderunt ex quibus mouentur. et tale iudicium est fm faciem q̄d prohibetur Jo. vij. Nolite fm faciem iudicare. Sic iudicauit totila beatum cassiū epm̄ marinen esse ebrium qui erat naturaliter rubeus vt dicit Gregorius in dyalogo. Hic cadit exemplum de gallo et catto et muribus quando mures credebant cattum vnum sanctum patrem quia erat inuolutus cinere et gallum estimabant terribilem hominem ꝓpter cristam rubeam et sic patz secundum. ¶ Tercio duos effectus mie nobis imperat dicens. dimittite iniurias et offensas ⁊ dimittetur vobis. s. a deo pctm̄ vestrū date scz temporalia bona pauperibus. et dabitur vobis. s. a deo vita eterna. A Ubi nota q̄ duo sunt genera operū mie. Quedam em̄ sunt opera mie spūalia ad aliam pertinentia. ⁊ sunt sex que in hoc versu continentur. Consule castiga. solare. remitte. fer. ora. Remittere ergo vel dimittere iniurias proximo est vnum opus mie spūale et ideo tangendo ipsum omnia spūalia opera dat intelligi. Et nota hic q̄ retinere iniurias et nō parcere est magnum periculum. q̄ odium in corde est sicut ignis in pectore. qui comburit pect⁹ tenentis. Sic odium solum obest odienti. ¶ Item est sicut tinea in panno que corrodit pannum in quo est. Item est sicut apis aculeum infigens que dum aculeum infigit perdit ipsum et per ꝓns mori tur nec de cetero mellificare potest. Sic et infigens aculeos odij mouitur spūaliter. nec de cetero opera vite potest exercere nisi odium deponat. Quedam vero sunt opera misericordie corporalia ad corpus pertinentia et sunt sex que in hoc versu cōtinētur. Uisito poto cibo tego redimo colligo condo. Et isti sunt min⁹ perfecta opera ꝙ spūalia. Dare ergo bona corporalia siue panem siue vinum siue indumentum siue hospitium siue pecuniam siue in redēptionem captiuorum se exponere. vel dare personam suam ad visitādum viduas vel afflictas personas et ad condendum. id ē sepeliendū mortuos. Hec omnia sunt mie opera corporalia pro quibus deus dat nobis vitaz eternam. ¶ Et nota hic q̄ inter omnia opera mie taz spūalia ꝙ corporalia vnum est quod magis placet deo. s. q̄ homo misereatur anime sue. Eccle. xxx. Miserere anime tue placēs deo. Prouer. xi. Benefacit anime sue vir misericors. Quidaz sunt sicut cayn qui male diuidunt et recte offerunt Genes quarto. Si male diuidas et recte offeras peccasti quod tunc est quādo honores temporales dat pauperibus et corpus etiam exponit in seruitium pauperum animam vero dat dyabolo q̄d tūc fit quando homo in pctō mortali existens facit opera mie nec exire satagit de potestate dyaboli. Contra quos ait Apost. i. Cor. xiij. Si distribuero in ci. paupe. omnem fa. me. et tra. cor. me. ita vt ar. charitatem autem non ha. nichil michi prodest Mat. vij. Domine nonne in nomine tuo prophetauimus ⁊ virtutes multas fecimus et dicet illis. Amen dico vobis nescio vos. Faciamus ergo sicut Abel qui obtulit optima et ideo bene diuisit dans meliora deo Demus ergo deo optima nostra. s. animā cor et voluntatem. Prouer. xxiij. Fili prebe michi cor tuum. Item nota q̄ alia littera dicit dimittite et dimittemini: quia ille qui tenet odium in corde fortissime tenet ab odio quia quamuis pctm̄ omne teneat hominem sicut seruum iurta illud. Qui facit pctm̄ seruus est peccati Joh. viij. Odiū tamen tenacissime tenet hominem ita q̄ homo omne scelus perpetret contra illum quem odit. ⁊ ideo recte dicit dimittite scz iniurias et dimittemini scz ab odio quod vos quasi cathenatos tenet. Prou. v. Funibus pctōrum suorum quisq̄ cōstringit. Ad opera vero mie facienda septem bona nos inducunt que habent efficere. Primū est quia deum placant. Genē. xxxij. Placabo cum muneribus. Prouer. xxi. Munus absconditum extinguit iras et donum in sinu indignationem maximam. Fugiant etiam tenebras ab anima Isa. lviij. Si effuderis esurienti animam tuam et animā afflictam repleueris orietur. in tenebris lux tua. et tenebre tue erūt sicut meridies Secundum est quia faciunt obtinere peti

Universidad de Deusto
Biblioteca

ta Isa. lviij. Frange esurienti panem tuũ et egenos vagosq; induc in domum tuam cum videris nudum operi eum et carnem tuam ne despexeris. Et subditur ibidem. Tunc invocabis t dominus exaudiet clamabis et dicet. ecce assum. q; misericors dominus deus tuus. Prouer. xxi. Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperũ clamabit ipse et non exaudietur. ¶ Tercium est quia faciunt hominem filium dei: quia vt dictum est in misericordia maxime similatur deo. quis proprium et naturale opus dei ẽ misereri. Ecclesiastici. iij. Esto pupillis misericors vt pater. et pro viro matri illoꝝ et eris tu velud filius altissimi. ¶ Quartum est quia faciunt aos amicos. nam pauperes t religiosos faciũt stipendiarios suos. qui quotidie interpellant apud deum Hie. Pauperes non sunt colendi vt egeni sed exorandi vt patroni. Hic cadit exemplum Ludouici regis francie, quod dictum fuit supra. Quintum est quia faciant hominem maxime tempore necessitatis omnibus aliis recedentibus a nobis Ambro. Non sunt bona hominis que secum ferre non potest sola misericordia comes est defunctoꝝ Apo. xiij. Opera enim illorum sequuntur illos. Sextum est quia homines spiritualiter ditant. Misericordia enim est prudentissima negotiatrix que pro perituris eterna recipit pro tẽporalibus celestia Aug. Prebe tectum et accipe celum. Ipsa calicem aque frigide p deo tribuit et accipit torrentem voluptatis eterne. Unde ille seruus qui abscondit pecuniam domini quia non habuit misericordiam nichil lucratus est. Si enim expẽdisset eaz in pauperes recepisset centuplũ Cuius ratio est quia tantum meretur homo ꝙtum habet de charitate. Charitas enim ignis est que ardere non potest nisi in oleo misericordie. et ideo tantum ardet quantum est ibi de oleo. i. Johan. iij. Qui habuerit substantiam huius mundi et viderit fratrem suum necessitatem habentẽ et si clauserit viscera sua ab eo quomodo charitas dei manet in eo Augu. Nescit negociari qui non habet misericordiam potius abscondit bona domini sui ꝙ velit alteri mutuare. similis vulpi qui potius voluit caudam per terram trahere ꝙ aliquãtulum simee dare. Et ideo auferentur ab eo: quia nec hic eis satiatur t in morte omnia perdit Job. xvij. Dives cum dormierit nichil secum auferet. ¶ Et nota hic q; misericordia in negociatione sua semini comparatur. iuxta illud. ij. Coz. ix. Qui parce seminat parce et metet. et qui seminat in benedictionibus. ꝛc. et hoc propter tria. Primo quia semen absconditur ne ab auibus comedatur. sic opera misericordie debent abscondi ne ventus vane glorie ea asportat. Math. vi. Cum facis elemosinã noli tuba canere ante te. ¶ Secũdo: quia dum seminatur perdi videtur cum tamen solus ille sit modus fructum conseruandi. sic elemosina cum datur perdi videtur. et tamẽ solus ille est modus bona nostra cõseruandi Isa. Terrena omnia retinendo amittimus et largiendo seruamus Math. x. Qui perdiderit animam suam propter me inueniet eã. gio. quasi dicatur agricole. si fructus seruas perdis. si seminas renouas. solas quas dederis semper habebis opes. ¶ Tercio quia semen cum fenore surgit. sic simili modo opera mie centuplum accipient. Mat. xix. Centuplum accipietis. Prou. xix. Feneratur domino qui miseretur pauperis. ¶ Septimum est q; sola opera misericordie habent plenas literas remissionis regis eterni Mat. vi. Si dimiseritis hominibus peccata eorum dimittet et vobis pater vester celestis delicta vestra. et econuerso. Judicium sine misericordia fiet ei qui non fecerit misericordiam vt dicitur Jaco. ij. Et sic patz tercia.

¶ Quarto premium pro omnibus operibus mie nobis reddendum insinuat cum dicit. Mensuram bonam et confer. et cozgi. t superef. da. in si. vestrum. i. pauperes quibus miam tribuistis. Ipsi enim sunt domini regni celorum et ideo optime possunt retribuere. Math. v. Beati pauperes spũ quoniam ipsorum est regnum celoz. Ubi nota q; quattuor dicit in premio. scilz q; erit mensura bona. conferta. cogitata et superfluens. quod tripliciter potest exponi. Primo ꝑm ordinem dantium quidaz enim dant partem superfluorum pauperibus et sic non omnia Luce. xi. Quod superest date elemosinam id ẽ de superfluo. Et isti sunt communes homines in matrimonio viuẽtes et in mũdo stantes. et quãtum ad hos dicit: mensuram bonam id est iustam quia talibus iuste remetietur et digna merces reddetur. vel hic vel in futuro Ezechie. x. Justicia iusti super eũ erit. Quidam dant omnia superflua vite sue. Luce xij. Qui hz duas tunicas det vn. nõ habenti. Per vnam tunicam intelligũtur omnia necessaria vite. et per secundam superflua Et illi sunt magis perfecti seruantes pre-

cepta. sed non consilia Sic faciebat Thobias qui omnia primitiua et decimas conca ptiuis fratribus impartiebatur. Thobie i. Et quantum ad hos, dicit conferam id ẽ manibus compressam vt nichil vacui sit in ea quia tales repleb untur vndiq; bonis. Psal. Qui replet bonis desiderium tuum Quidam dant non solum superflua sed ẽt partem necessariorum et restringunt vitã suam vt possint pauperibus benefacere. Lu. xix. Ecce dimidium bonorum meoruz domine do pauperibus. Exẽplũ de beato Martino qui medium clamidem pauperi tribuit. Et ꝙtum ad istos dicit cogitatã id est conquassatam vt vltra capacitatem capiat: quia tales retributionez mercedis habebunt supra speratum et supra meritũ Isa. lxiij. Oculus non vidit deus absq; te que preparasti expectantib⁹ te. Quidam dant omnia et nudi nudum christũ sequũtur Mat. xix. Ecce nos reliq̃m⁹ omnia t secuti sum⁹ te. Et isti sunt viri p̃fecti qui nõ solum precepta sed etiam consilia implent Mathe. xix. Si vis perfectus esse vade et vende omnia que habes et ea pauperib⁹. Et quantum ad illos dicit et superfluentẽ id est non rasilem sed vndiq; effundentez quia tales non habebunt gloriam ad mensuram sed excedent gloriam aliorum quia vt dicit Aplꝰ. i. Coz. xv. Stella differt a stella in claritate sic erit gloria beatorum Isti erunt in summo gradu cum christo alios iudicantes Ma. xix. Vos qui reliquistis secu. estis me. in regeracõe sedebitis. ho. i. sedebitis et vos super sedes duodecim in. xij. tri. israel. Gloria istoruz erit admirabilis omnino et super excedens omnem intellectum. Isa. lx. Tunc videbis et affluxes et mirabitur et dilatabitur cor. tuu. ¶ Secundo modo potest exponi secunduz numerũ bonorum que retribuuntur. nam deus seruis suis exercentibus pietatis opera omnia bona confert quis ipsi sunt filij si autẽ ſ. et heredes vt dicit. Aplꝰ ad Romanos viij. Sunt autem quattuor genera bonoruz ſ. bona fortũe nature gratie t glorie Quãtum ergo ad bona fortune que sũt diuitie t dignitates et huiusmodi dicit mensurã bonam. i. plenam quia de tẽporalib⁹ dat eis ad sufficientiam vite tã q; ipsi contentantur Mat. xix. Centuplum accipietis. Cẽtenarius enim est numerus perfectus. Significat ergo q; ipsi accipient perfectionẽ et sufficientiam in temporalibus vt dicit. Grego. Peccatores autem de temporalibus non habent plenam mensuram quia eis non sat̃siantur nec cõtẽtantur Eccle. v. Auarus non implebit pecunia. Quãtũ autẽ ad bona nature que sunt sanitas. fortitudo, docilitas, industria, naturalis: huiusmodi dicit cõfertã. Tũc dicit sextarius esse confertus ficubus, quando ficus sunt ita compresse in sextario q; nullũ vacuũ remanet inter ficus vbi possit aer remanere Peccatores autem non habent mensuraz confertam de bonis nature quia cũ ipsis possident multam vacuitatem vbi ventus vane glorie demoratur. Sed iusti mensuram habent confertam, quia inter bona nature que a deo recipiunt non habẽt vacuitatem vbi remaneat ventus vane glorie, quia omnia referunt ad laudem dei. i. Corinth. x. Omnia in laudem dei facite. Quantũ vero ad bona gratie que sunt virtutes et dona dicit coagitatam id est constipatam vt plus recipiat quia vt dicitur Johan. iij. Non dat deus spm̃ ad mensuram immo quotidie in virtutibus sanctis auget dei gratias et dona. et omni die implet eos operibus virtuosis. ex quibus habitus virtutum quotidie perficiuntur Grego. in omelia sup Johãnis. xv. Nunq̃ est amor dei ociosus operaꝰ eſm magna si est. Quãtũ ante ad bona glorie que cõsistunt in visiõe et fruitiõe diuina dicit superfluentẽ qz illa gloria excedit omnino cõditionem humane nature nec hõ mortalis possit deum videre Exo. xxxiij. Non videbit me homo et viuet. nec alia separata a corpore possit illã gloriã capere nisi sub lumine glie qũ deus creat in eis. Psal. In lumine tuo videbimus lumẽ. Et ideo omnẽ cogitatum omne desiderium et omnẽ imaginationẽ excedit. i. Coz. ij. Oculus non vidit nec auris audiuit nec in cor hois ascẽdit que preparauit deus his diligunt illũ. ¶ Tercio potest exponi ꝙtum ad perfectionem boni quod ex operibus misericordie recipimus: Nam illa gloria beata erit totalis et perfecta merces quam ex omnibus operibus nostris et ex gratia dei recipiemus Gloria autem illa in quatuor perficitur ꝙtum ad nos scilicet in boni cõgnitione in boni cogniti amore in boni cogniti et amati possessione et in boni cogniti t amati et possessi fruitione. Unde Augu. dicit q; deus fecit hominem vt deum cognosceret cognoscendo amaret amando possideret et possidendo frueretur. Quantumlez go ad cognitionem dicit mensuram bonã id est plenam / quia plenam cognitionem habebunt de omnibus Grego. Quid est

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod nesciant qui videtem omnia videt. Quantum vero ad amorem dicit confertas id est solidam qz solide et non vane amabunt. Quantum autem ad possessionem dicit coagitatam quia possidebunt deum in quo sparsa colligunter et in quo omnia bona sunt vnita. Quantum vero ad fruitionem dicit superfluentem. quia gaudiū excedet gaudentes nec ab aliquo cōprehendetur sed mētes singulorū superabit. erit enim supra meritum supra speratum supra desideratum z supra cogitatum. Eadem ergo mensura qua mensi fuerimus remetietur nobis. quia si bene fecerimus bene recipiemus. et si melius fecerimus melius recipiemus. et si optime optime. Et similiter in malo Apo. xvii. Quantum glorificauit se et in deliciis fuit tātum da re illi tormentum et luctum. Et nota q dicit in sinum vestrum ad significādum perfectionem securitatem et quietem illius gaudij nam bonū cognitū et amatum sez ipse deus erit intus in essentia anime et ideo erit gaudiū perfectū securū z quietē Isaie. xxxii. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis in tabernaculis fiducie in requie opulenta. Et sic patet quartum.

¶ Quinto sub quadam similitudine ponit quedam documēta necessaria corrigere habentibus per que a temeraria correctione prohibemur di. Nunqd potest cecus cecum ducere. Erant enim apostoli futuri orbis terrarū doctores Mat. xxviii. Docete omnes gentes et ideo oportebat ipsos esse illuminatos/ qz cum orbis terrarum esset cecus. et multiplici erroris tenebra excecatus. et per apostolos et eox sequaces deberet illuminari z ad viā veritatis adduci. necesse fuit vt essent illuminati. qz si cecus ducatur a ceco quid restat nisi q vterqz vadat in precipitiuz. immo melius esset ceco carere duce ceco/ quia tunc pretemptaret baculo viam sicut formica que est animal cecum pretemptat quibusdam baculis siue brachijs ante oculos viam. Quicunqz ergo debent alios docere in doctrina et corrigere in vita. oportet q sint docti et moligerati/ quia cum discipulus non sit super magistrum sed sufficiat ei si ad perfectionē magistri perueniat tunc si magister est insciis et incōpositus. verisimile est q discipulus per magistrū nunqz ad perfectionē doctrine et veritatis perueniat sed ambo remanebunt in fouea ceecitatis: et ideo pharisei z scribe quos malicia excecauerat non poterant alios docere et ad viam veritatis adducere. contra quos christus tunc loquebatur. similiter qui habet trabem in oculo id est in aliquo peccato mortali tenet non potest educere festucam de oculo fratris sui. id est nō potest exemplo vite ipsum informare vt careat peccatis et sit vita ipsius sine festuca parvorum peccatorū Grego. Super tactas sordes tergere non valet manus que lutum tenet. Debet enim prelatus subditum informare verbo et exēplo Joh̄ā. xiij. Exemplū enim dedi vobis vt quēadmodū ego feci ita et vos faciatis Bern̄. Egregiū instrumentum esset oculus si seipsum sicut alia videre posset. Et sic videtur q prelatus in mortali existens peccato non possit populum docere nec ipsum a peccatis mūdare. Sed contra. Doctrina est quedā elemosina spiritualis vt dictum est supra ergo stans autē in peccato mortali bene potest facere elemosinam corporalē ergo multo magis spiritualem cum sit potior corporali. ergo. rc. Ad hoc dicendum q peccatum mortale aut est notorium et tunc non debet docere nec mundare propter scandalum si autem sit occultum potest vtrumq; facere licet semper cum detrimēto anime sue/ quia quicunqz publice ministrat sacramenta in mortali peccato existens grauiter peccat. ¶ Similiter qui ex officio publice docet vt quidam dicūt grauiter peccat si in mortali petō existat Romanoz. ij. In quo enim alium doces teipsum condemnas. Secus aūt est de elemosina corporali quia nullum scandaliz oritur inde sicut de doctrina cum quis est in notorio peccato. Nec qui docet inquantum docet peccat sed in̄ftum dat malū exemplum. et ideo sc̄m quosdam ille qui est in peccato mortali occulto licet sit indignus docere. tamen sine peccato potest docere. cum inde nullū scandalū oriatur. et doctrina sit quedā elemosina. et sic patet quintum.

¶ De epistola Sermo. lxxiiii.

Non sunt condigne passiones huius tēporis ad futurā gloriam que revelabitur nobis Roma. viii. Et dubietate premū z supplicū multi peccāt z nō curāt bn agere. Si em̄ hō pfecte crederet gloriam paradisi z penas inferni pfecto bn ageret z a malis caveret Jo. iii. Ut omis q credit in ip̄m nō peat sed habeat vitā etn̄ā. Et ideo beatus paulus apl̄us in epistola hodierna firmiter probat gloriā futurā his qui patiuntur pro nomine xp̄i dandam. In qua epistola quattuor facit. Primo ostēdit gloriam futuram esse supra meritum passionum quas hic pro xp̄o sustinemus in principio epistole. Secundo probat gloriaz resurrectionis esse futuram per naturale desiderium humane creature ibi. Nam expectatio creature revelationem filiorum dei expectat. Tercio probat idem per naturale desiderium omnis creature ibi. Scim⁹ enim q omnis creatura ingemiscit et parturit vsq; adhuc. Quarto idez probat per desiderium quod hñt sanctiviri ex revelatione spūs sancti qui non metitur ibi. Nō solum aūt illa sed z nosipsi primitias spūs habentes intra nos gemimus. Primo ergo ostendit gloriam futuraz esse supra meritum passionum quas hic pro xp̄o sustinemus dicens. Non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam. rc. z hoc propter quattuor. Primo quia passiones sunt temporales immo momentanee et gloria eterna. temporis autem ad eternitatem nulla est comparatio. min⁹ ō̄ gutte aque ad totum mare vel puncti alicui⁹ ad totum celum. ¶ Secundo quia passiones sunt leues gloria autem est ponderis infiniti. et de his duobus. ij. Cor. iiij. Id enim quod in presenti est momentaneum et leue tribulationis nostre supra modum in sublimitate eterne glorie pondus operatur in nobis. ¶ Tertio qz tribulatiōes in paucis malis sunt gloria vero in multis bonis. Sapi. iij. In paucis vexati in multis bene disponentur. Eccle. li. Modicum laborauī z inueni michi multum requiem Mat. xxv. Sup pauca fuisti fidelis supra multa te constituam. Quarto quia he sunt impure sicut enim gaudiuz mundi non est purum iurta illud Prouer. xiij. Risus dolore miscebitur. sic et mundi passio non est pura. ij. Cor. i. Qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Psalm. Secundum multitudinem dolox meox in corde meo consolationes t. leti. ani. me. Et nota q ēs uis passiones non sunt condigne ad futuram gloriam sunt tamen valde congrue z quasi necessarie ad perueniendum ad illā gloriam propter multa bona que hñt efficere que bona oportet habere volentem ad illam gloriaz peruenire. Hec autem bona sunt septē. B Primū qz tribulatio mentē illuminat Greg. Oculos quos culpa claudit pena aperit. Un̄ ille dives epulo non eleuauit oculos nisi quando fuit in tormentis. Luc. xvi. et tunc cognouit Lazarum Et de nabugodonosor dicit q post ēs factus fuit bestia leuauit oculos ad celum Dani. iiij post finem dierum ego nabugodonosor oculos ad celū leuaui et redditus est michi sensus meus. Hec illuminatio figurata est in illuminatione Thobie qui felle piscis posito super oculos visum recepit Thobie. xi. In amaritudine fellis intelligitur amaritudo tribulationis Isa. xxviii. Tantum verstio dabit intellectuz auditui. ¶ Secundū est q corroborat homines sicut ignis laterem quem tamen videtur cōburere. Ro. v. Tribulatio patientiam operatur. patientia autem probationem. Nota hic q ignis laterē corroborat et lapidez terit in calcem. sic tribulatio bonos humiles qui se lutum reputant. Exemplum huius habemus in Job. in pharaone. Et ille eedem aque que fuerūt pro muro a dexteris et a sinistris filijs israel suffocauerunt viros egiptios. Et ideo dicit Hze. q nisi idem deus qui penam irrogat patientiam prestet ipsa correptio peccatū auget. Sic erat corroboratus Apostolus in tribulationib⁹ qui dicebat. Omnia possum in eo qui me confortat Philipen. iiij. z iterum. Omnia sustineo propter electos vt ipsi salutem conse. ij. Thi. ij. ¶ Tercū est q purgat animās peccatz. Hze. Quod flagellum grano quod lima ferro. quod fornax auro. hec tribulatio viro iusto. Wala. iij. Sedebit conflans et emū. ar. et purgabit filios leui. sed de quibusdam potest dici illud. Hiere. vi. Frustra conflauit cōflator malicie eorum non sunt consumpte. argentum reprobuz vocate eos. Wale dictū ferrum quod ex lima contrahit rubiginez ¶ Quartum est q desiccat desiderium ab aquis deliciarum et per consequens cōseruat quia humidum corrumpit. Unde carnes conseruando salsantur vt humiditas a sale consumetur. Tribulatio est mirra a putrefactione conseruans. Hec mirra totum corpus christi fuit inuolutū. Hec palium custodiuit ne superbiret. ij. Corin. xij Ne mag. reue. extol. me. da. est. michi stimulus carne. an. sathane q me colaphiset. Quitum est quia facit hominem ad deum velocius currere. Equus piger non currit bene sine calcaribus tribulatio autē est quasi quidaz stimulus. Hze. Wala que nos hic premunt ad deum ire compellunt. homo enim in tribulatione positus cogitat aliā vitam et ad eam tre desiderat. Philipen. i. Cupio dissolui et esse cuz christo. ¶ Sextuz est quia est quoddam signum q sum⁹

filij dei et ab eo dilecti. Hebreo.xij. Q̃ si extra disciplinam estis ergo adulteri ⁊ nõ filij dei estis. Quem enim dominus diligit corrigit et castigat. Flagellat autẽ omnem filium quem recipit. Filius enim debet incedere per viam patris. Via autem christi patris nostri fuit ipa tribulatio ab ipsis cunabulis. Et ideo si incedimus p viam tribulationis signum est q̃ vt filij veri sequimur patrem nostrum christum.

Multa enim et continua prosperitas non est bonum signum sed est signum q̃ ibi nõ sit deus. Job.xxviij. Non inuenietur i terra suauiter viuentium. Unde christus quesitus a magis non fuit inuentus in palacio regis herodis sed in augusto vie. hic cadit exemplum de beato Ambrosio quãdo fuit hospitatus cum quodam milite qui dixit se multa prosperitate poteri et nulla aduersitate molestari. quo audito beatus Ambrosius recessit et noluit cuz eo hospitari. et sequenti nocte domus cuz omnib⁹ profundata est. Istud est illud signum de quo dicitur in Ezechiele.ix. Signa thau. super frontes virorum gementiuz. Thau est crux christi. i. amaritudo crucis christi quam pro signo filij dei ferunt in corpore. Gal.vi. Ego enim stigmata domini ihesu christi in corpore meo porto. ¶ Septimuz est quia est quod dam pignus hereditatis eterne quia cum ad illam hereditatem possidendam non perueniatur nisi per multas tribulatiões iusta illud Act.xiiij. Per multas tribulationes oportet nos intrare regnum dei et arta sit via que ducit nos ad vitaz. qui in huiusmodi vis est inter tribulationes consolatus iam habet pignus q̃ ad hereditatẽ perueniat quia perambulat viam rectam illuc ducentem. ij Thi.ij. Si sustinebimus et conregnabimus. Ro.viij. Si tamen compatimur vt et glorificemur. ¶ Et nota q̃ inter passiones et tribulationes vtilissima est passio corporalis infirmitatis. ⁊ hoc propter quinq̃. Primo quia ipsa est q̃dam dei correctio et pro peccatis punitio et ideo cũ patientia et libenter est toleranda Job.v. Beatus vir qui corripitur a domino. Aug. Domine hic vre hic seca. vt in eternum permaneam correctio autem dei et magno amore procedit. Isa.xi. Egredietur virga de radice iesse et flos de radice eius ascendet. Virga est correctio d radice iesse id est de incendio amoris iesse enim incendium interpretatur Apoca.iij. Ego quos amo arguo et castigo. Exemplum de infirmo desperato cui medic⁹ dat quicquid petit Infirmum autem quẽ credit sanari diet valde et amara medicina potat. ¶ Secundo quia ipsa est quedam dei citatio vt homo compareat coram deo vel ad audiendam sententiam si infirmitas talis sit mortalis vel ad se purgandum si non sit mortalis. et ideo in infirmitate homo debz se purare vt si sententia sit contra ipsum faciat eam mutare per veram contritionem et cõfessionez. Quia vt dicit Gre. Et si deus nõ mutat consilium tñ aliquando. mutat sententiam. Exemplum de Ezechia cui deus mutauit sententiam quia contritus fuit Uel debet se parare vt possit se purgare coram deo quia ibi est aduersarius noster qui incessanter nos accusat Job primo. Cũ assisterent filij dei coram deo affuit inter eos etiam sathan scz ad homines accusandum. Tercio quia ipsa passio corporalis tribulationis carnem spũ subijcit et facit rationem dominari et per ꝑs virtutes in nobis habitare. ij. Cor.xij. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis vt inhabitet in me virtus xp̃i. Cum enim infirmor tunc fortior sum et potens. ¶ Quarto q̃ ipsa inimicum hominis scz concupiscentiã carnis eneruat et quasi extinguit. Eccle.xi Malicia id est infirmitas vnius hore oblationem facit iniurie magne. Quinto quia facit hominem de morte cogitare. Unde. Ezechias infirmatus dixit. Ego dixi in dimidio dierũ meoz vadam ad portas inferi. ⁊c. Isa.xxxviij. Et facit etiam facta sua disponere. Ibidez. Dispone domui tue q̃ morieris tu et non viues. Nichil autem ẽ vtilius ꝙ de morte ⁊ de alia vita cogitare quia ex hoc cauet homo de peccatis. Eccl. vij. Memorare nouissima tua et in eternũ non peccabis. Legitur in vitaspatrum q̃ quidam abbas discipulo infirmo petenti sanari respondit. Rem tibi necessariam petis amoueri: quia si ferrum es per infirmitatem rubiginẽ amittis. si aurum es per ignem probatus ad meliora proueberis Quia ergo infirmitates et tribulationes sunt ita vtiles et sunt via ad celum ducentes. ideo sunt valde congrue ad gloriam futuram possidendam. et ideo libenter debemus eas sustinere. et si volumus eas libenter ⁊ cum patientia sustinere debem⁹ habere oculos mentis apertos vnam scz ad gloriam paradisi quam per passiones acquirimus quia vt dicit Gre. consideratio premij minuit vim flagelli ⁊ alterũ oculũ debem⁹ hr̃e ad penas purgatorij ⁊ sic ꝑ passiões euadim⁹. Aug. Põ dimitta bõitas ira scit ⁊ hoc scio ne irascaꝛ ⁊ fuero

misericorditer adhibet tempotalem se veritatem ne eternam iuste inferat vltionẽ. Et sic patet primũ. ¶ Secũdo apostolus probat hanc gloriam esse futuram per desiderium humane creature. Et est talis ratio. Naturale desiderium hominis nõ potest esse frustra quia demonstraret imperfectionem facientis que tale desiderium posuit et fecit in homine. Exemplum de fenestra domus que nunq̃ deberet aperiri. manifestum esset q̃ talis fenestra esset frustra. et per ꝑs magister qui fecit eaz non fuit perfectus: sed omnis homo naturaliter desiderat perfectum bonum quod est gloria dei. que in reuelatione filiorum dei dabitur huius rationis maior est notissima. et ideo ipsam silet. minorem autem ponit et probat. et hoc est quod dicit Bene dico q̃ futura gloria reuelabitur in nobis quia expectatio creature id est hominis q̃ est omnis creatura eo q̃ habet conuenientiam cum omni creatura vt dicit Gre. scz eẽ cum elementis. viuere cum arboribus sentire cum animalibus. et intelligere cũ angelis. vel quia est finis omnis creature. Mar.xvi. Predicate euãgelium omni creature. i. homini. Expectatio inq̃ hominis id est naturale desiderium hominis expectat. i. expectando desiderat reuelationez filiorum dei. i. desiderat gloriam dei. quã filij dei habebunt quando ostendentur esse filij dei. i. in beata resurrectione. i. Jo.iij. Filij dei sumus et nondum apparuit q̃d erimus. cum autem apparuerit similes ei erimus. Et bene dico q̃ homo naturaliter expectat illam gloriam futuram. quia ipsa creatura id est homo subiecta est multe vanitati corruptionis et mutabilitatis quam vanitatem homo nonvult: quia omnis homo naturaliter refugit malum. sed deus ex iustis propter peccata primoꝛ parentum subiecit eã id est hominẽ vanitati corruptiõis ⁊ mutatiõis Gen.ij. Quas effugere cõtendit morte morieni. Subiecit tñ eã illi vanitati in spe finali liberãdi ab illa vanitate corruptionis et mutationis scilicet in gloria filiorum dei. Tũc enim homo liberabitur a seruitute corruptionis et mutationis. i. Corinth.xv. Nouissime autem inimica destruetur mors. i. iterum. oportet autez corruptibile hoc induere in corruptionem. Et sic patet secundum. ¶ Tertio idem probat scilicet q̃ futura gloria reuelabitur in nobis per desiderium omnis creature. et est ratio talis. Naturale desiderium omnis creature non potest frustrari quia vt dictuz est esset imperfectionem condentis creaturaz quod est impossibile. Sed omnis creatura habet naturalem quandam expectationem et inclinationem ad gloriam futuram eo q̃ semper est modo in quodam gemitu et dolore quasi parturiens pre labore fatigationis. quia semper peragit ministeria a deo sibi constituta. tunc autem quiescet. Omne autez quod mouetur quocunq̃ motu naturaliter desiderat quiescere. per quod patet q̃ omnis motus et circularis et rectus et naturalis quodammodo. innaturalis est tendens ad quietẽ. In reuelatione autẽ future glorie omnis motus cessabit et omnis creatura quiescet qz dum finis quiescit. habetur q̃ etiaz ea que sunt ad finem quiescunt. Sed homo est finis omnis creature qui tũc quiescet ergo et omnis creatura tunc similiter quiescet Et sic omnis creatura desiderat naturali desiderio quiescere. Huius rationis maiorem tanq̃ notissimam silet. minorem autẽ ponit et probat. et hoc est quod dicit. Scimus enim ⁊c. i. bene dico. q̃ futura gloria reuelabitur in nobis quia nos scimus per occultem fidem q̃ omnis natura ingemiscit. i. cõtinue reuocatur in gemitu suo modo eo q̃ est in continua operatione et mutatione ⁊ parturit vsq̃ adhuc id est per totum tempus durat. Omnis creatura ẽ q̃si parturiens. quia est in continua motione et continue explet et iplet ministeria a deo sibi constituta. sed supple quod continue mouetur et laborat naturaliter desiderat quiescere sed in illa gloria omnis quiescet ergo omnia desiderant illam gloriam. Et sic patet tertium. ¶ Quarto idem probat per desideriuz quod habent sancti viri ex reuelatione spiritus sancti. Et est ratio sua talis. Impossibile est esse falsum quod spiritus sanctus sanctis viris reuelat. qz nos qui habemus primitias spiritus sancti ex eius reuelatione expectantes sumus adoptionem filiorum scilicet redemptionem. corporis nostri. i. gloriosam resurrectionẽ in qua et per quaz apparebit q̃ nos sum⁹ filij dei adoptiui et redempti a domino nostro inq̃ sic expectantes ingemiscimus. i. quotidie renouamus gemit⁹ q̃ hec gloria nõ cito venit quia vt dicit. in. Prouer. Spes que differtur affligit animam. et. Psalmo. Centesimo decimonono heu michi qz incolat⁹ meus prolongat⁹ est huiꝰ rationis maiorẽ tanq̃ notã non ponit minorem autem ponit. et hoc est quod dicit. Non solum aut

tem illa scilicet omnis creatura expectat re
uelationem filiorũ dei. sed et nosipsi qui
habemus primicias spũs glorie tempore
et dignitate siue perfectione. Sed nonne
patres veteris testamenti spiritũ sanctũ
habuerunt. Ad quod dicendum q̃ aposto
li primo habuerunt spm̃ sanctũ in signo vi
sibili. Actuum. ij. Apparuerũt illis diuer
tite lingue tanq̃ ignis Jo. vij. Nondum
enim erat spiritus datus. s. in signo visibi
li. Uel dicendum q̃ apostoli habuerũt pri
micias spiritus sancti quia ipsi fuerũt pri
mi qui per spiritũ sanctum christo adhese
runt. Unde in no. test. et in fide christi fue
runt primicie spũs. et ideo magis cari et ac
cepti deo / sicut primitiue ficus cariores
sunt. Nos inquã ingemiscimus scz intus
per desiderium expectantes adoptionem
filiorũ dei. id est quando in filios dei ado
ptabimur quod erit quando similes ei eri
mus scz gloriosi in anima et corpore. vnde
talis adoptio erit redemptio corporis no
stri / quia tunc virtus passionis christi per
quã redempti sumus applicabitur corpo
ri nostro propter quã gloriosum efficietur
et sic patet certitudo illius glorie quã per
passiones presentes recepturi sumus quã
homo et omnis creatura expectat. qz in il
la gloria sol et luna et omnia elementa in
duent nouam gloriam et quiescent. Jsaie
xxx. Et erit lux lune sicut lux solis. et lux
solis erit septempliciter sicut lux septẽ di
erum. Ingemiscamus ergo si non facim⁹
opera digna illa gloria et si faciamus ope
ra digna ingemiscamus qz nõ cito imus
ad gloriã. Et nota hic de asa filia caleph
que sedens super azinam et vadẽs ad vi
rum suũ ingemuit cui pater dedit irriguũ
superius et inferius Asa vt dicit Gre. est
anima iusti deo desponsata que sedet su
per azinam quando sensualitati ratio do
minatur et anima dñatur carni et tunc va
dit versus virum suũ scz deum cui deus
pater dat irriguum superius scz pro dila
tione future glorie Psal. xlii. Quando ve
niam et apparebo ante faciẽ dei mei fue
runt michi lachryme mee panes die ac no
cte. Dat etiam irriguum inferius scz pro
incolatu presentis miserie. Tota enim vita
nostra plena est miseriis et tamen in illis
miseriis multi cupiũt diu stare. Et sic pa
tet totum de epistola.

¶ Dominica quinta

de euangelio Sermo. lxxiiij.

¶ Cum turbe mul
te irruerent in iesum vt audi
rent verbum dei et stabat ipse
secus stagnum genesareth Luc. v. Ad tria
principaliter filius dei indutus carne hu
mana venit in mundũ. primo ad veritas
tem docendam quia falsitate ceci eramus
Johã. xviij. Ego ad hoc natus sum et ve
ni in mundum vt testimonium perhibeam
veri. Secundo ad peccata et opera diabo
li dissoluẽdum et destruendum quia pec
catis ligati eramus. i. Jo. iij. In hoc appa
ruit filius dei. vt dis. opera diaboli. Ter
cio ad vitam gratie ⁊ glorie nobis dandã
quia omnes in morte detinebamur Joh.
x. Ego veni in mundum vt vitam habeãt
et abundantius habeant. Jbidẽ. Sic dilexit deus mundum vt filium suum daret vt
omnis qui credit in ipsum non pereat sed
habeat vitam eternam. Primum illorum
videlicet veritatis doctrina pfecte in hoc
euangelio continetur. Nã et populus cũ
feruore audiebat quod patet / quia irru
erunt in iesum et christus veraciter et gra
tiose docebat eos qi sedens de nauicula
docebat eos. In quo q̃dẽ euangelio septẽ
continentur. Primum est frequentia et de
uotio populi ad verbum dei audiendum
ibi. Cum turbe irru. in iesum vt audirent
verbum dei et ipse stabat secus stagnum
genezareth. Stagnũ genezareth vt dicit
Beda idem est q̃ mare galilee ⁊ tyberia
dis sed mare galilee dicit ab adiacente p
uincia. mare vero tyberiadis a proxima ci
uitate quã herodes in honorem tyberij
cesaris edificsuerat. Stagnum vero gene
zareth dicitur a natura ipsius loci qua ex
spantibus vndis ex se aurum exciture pro
hibetur. Mare vero dicitur consuetudine
hebreoꝝ qui oẽm congregationem aqua
rum appellant mare. ¶ Secundum est do
ctrina christi ad populũ instruendum ibi.
Ascendens autem in vnam nauiculã que
erat Simonis rogauit eum a terra redu
cere pusillum et sedens de nauicula doce
bat turbas. ¶ Tercium est preceptũ chri
sti ad homines per pisces signatos ibi.
Duc in altũ et laxate re. ve. in ca. ¶ Quar
tum est piscium captura copiosa et occur
sus aliorum discipulorum ad adiuuandũ
ibi. Et cum fecissent concilu. pis. multi co
piosam. ¶ Quintum est humilis petri pe
locutio ad christum reuerendum ibi. Cũ
cum vidis. simon pe. pro. ad ge. te. dicens
exi a me domine quia homo peccator sũ.

Sertum est Apostolus petri prefiguratio
ad homines capiendum ibi. Noli timere
ex hoc iam eris homines capiens. ¶ Se
ptimum est petri Jacobi et Johannis con
uersio omnibus relictis ad xp̃m sequẽdũ
ibi. Et subductis ad terrã nauibus relic.
om. se. sunt eum. primo ergo ponitur de
uotio et frequentia populi ad verbum dei
audiendum quia turbe irruerunt in iesu
vt audirent verbum dei. Hec autem devo
tio et frequẽtia ex octo causabat. ¶
primo ex raritate audientie verbi dei. i.
Reg. iij. In diebꝰ illis sermo domini erat
preciosus. i. rarus. Omne autem rarum ca
rum. propter malicium autem populi de⁹
predicationes subtraxerat ⁊ ideo erat ma
gna fames audiendi verbum dei. Amos.
viij. Ecce ego immittam famem in terram
non famem panis nec sitim aque. sz famez
audiendi verbum dei. Et hec eadẽ fames
erit in fine mundi quãdo omnes iudei con
uertentur et auide querẽt qui eos doceat
Psal. Conuertentur ad vesperam scz mun
di. et famem patientur vt canes scilicet au
diendi verbũ dei et circuibũt vt inueniãt
doctorem. si vero non fuerint saturati sci
licet verbo dei murmurabunt id est dole
bunt et conquerentur. Non autem tot fũt
predicatores quod non est auiditas in po
pulo ad audiendum verbum dei. immo ver
bum dei conuersum est in nauseaz. Nume
ri. xxi. Nauseat anima nostra sup cibo isto
leuissimo. Et tamen erat cibus optim⁹ om
nis saporis in se suauitatem habens vt di
citur in libro Sapien. Sic est verbum dei
et multo melius et tamen homines nause
ant super ipso quod est pessimum signũ in
firmitatis anime. sicut enim cum auiditã
te sumere cibum corporalem ⁊ bene malli
care et digerere est signum magne sanita
tis corporis. et non sumere cibum vel sum
ptum non retinere est signum magne infir
mitatis. sic libenter audire verbum dei et
in corde retinere est signum sane anime et
non audire vel auditum non retinere est si
gnum infirmitatis anime ⁊ nichil profici
tis. hebre. quarto. Non enim profuit illis
sermo auditus non admixtus fidei scilicet
viue que per opus demonstratur. ¶ Se
cundo causabatur ex gratiositate persone
erat enim christus affabilis valde ⁊ gratio
sa psona. Psal. xliiij. Speciosꝰ forma p̃ fi
lijs hominũ Diffusa est gra in labijs tuis
Jdẽ. Unxit te deus deus tuus oleo leticie.
Predicator autem affabilis et gratiosus
aspectu multũ attrahit ⁊ delectat. Pro ner
bium est cum ioculator displicet eius ca
tulena non placet et econuerso cum iocula
tor placet eius cãtilena placet Criso. Si
gnum studiosi agricole est messis secunda
signũ boni negociatoris est recta referta
signũ gratiosi predicatoris est ecclesia ple
na. Tercio causabat deuotio ex efficacia
loquẽdi erant enim verba xp̃i efficacissima
et tãgẽtia cor. Hie. xxiij. Nõne verba mea
quasi malleus cõterens petras. Joh. vij.
Nunq̃ sic locutus est homo. Nonne ver
bum salutationis marie ad Elizabeth san
tificauit Johannẽ in vtero existentem et
exultare fecit eũ qi formatũ fuit in ore xp̃i
et egressũ per os Marie et intrauit per au
res Elizabeth vt dicit Crisо. Si ergo ver
bum christi adhuc in vtero existentis tan
tam virtutem habuit quantã habere de
buit quando loquebat per se. Et si loquẽ
te petro omnes compuncti sunt corde et
baptizati vt dicit Actuũ. x. Cecidit spũs
sanctus super omnes qui audierũt verbũ
Quid debuit fieri loquente christo magi
stro petri. Hieronimus dicit q̃ dum rodi
eschines exularet et legeret illa demo
scenis oratio. quã aduersus eũ habuerat
et omnes mirarent eschenus qui ipsũ au
dierat loquentem suspirans ait. Quid di
xissetis si ipsam bestiam audissetis verba
sua resonãtẽ. habet inquit. Hier. Nescio
quid latentis energie. i. virtuose operati
onis viue vocis actus et in aures discipu
li de autoris ore transfusa fortius sonat.
Et de tito liuio dicit ad Titum liuium la
cteo loquentie fonte manentẽ de vlcimis
hyspaniarũ galliarũq̃ finibus quosdam
venisse nobiles legimus ⁊ quos roma ad
contemplationẽ sui non traxit vnius ho
minis fama perduxit. et ideo christo pre
dicante tantam virtutem dederat voci sue
q̃ multi relictis omnibus eum sequeban
tur et mares et femine. Mathei. xix. Ecce
nos reli. om. et secu. su. te. Unde efficaciã
eius loquele quedã mulier admirans sũ
rexit in populo dicens. Beatus venter qui
te portauit ⁊ vbera que suxisti. Luce. xi.
Quarto causabatur ex sapientia verbũ
quia verba altissimi ⁊ magni põderis pro
ferebat Johã. vi. Uerba vite eterne ha
bes. De Salomone dicit q̃ propter sapiẽ
tiam eius omnes desiderabant ipsum vi
dere et multi veniebant ad eum. Et regi
na Saba venit a finibus terre audire sa
pientiam eius vt pater. iij. Re. x. Sed chri
stus in infinitum maiorem sapientiam ha
buit Salomone iuxta illud Mat. xij. Ecce

Universidad de Deusto
Biblioteca

plus q̄ Salomō hic. Unde christus dū loqueretur ꝓpter altitudinē verborū eius quidā dicebant q̄ insaniebat quidā q̄ demoniū habebat quidā q̄ angelus ei loquebatur. quidā credebant q̄ doctrina eius esset ei infusa a deo vt ipse dicebat Jo.vij Mea doctrina non est mea sed eius q̄ misit me ꝑfis. et tales doctrinā intelligebāt nō alij Isa.vij. Scōm aliā translationē nisi crediderit nō intelligetis Mat.xiij Vobis est datum nosse misteriū regni dei. ¶ Quinto causabatur ex malignitate sacerdotum scribarū et phariseoꝝ. Christus nanq̄ predicabat veritatē et non reuerebatur personā Mat.xxij. Magister simus quia verax es et viā dei in veritate doces non enim respicis personam hominū. Et ideo quia sacerdotes et pharisei multi reprehensibiles erant christus mirabiliter et multum contra eos loquebatur quasi in omni predicatione et quia ipsi odiosi erant populo. ideo christus ex hoc magis placebat et plures ad eum veniebant. et hoc peccatis nostris exigentibus vsq̄ hodie durat. quia si quis non solum loquere tur sed persequeretur clerum mirabiliter placeret populo et hoc est ꝓpter malicia cleri. ¶ Sexto causabat ex beneficijs que conferebat. nam virtus dei de illo exibat et sa.om. Mat.vij. Surdos fecit audire et mutos loqui. Faciebat etiā aliquādo populo mirabilia conuiuia vt ꝑ Johā. vij. et Mat.viij. ¶ Septimo causabat deuotio ex sanctitate vite. nam ad sanctū hominem predicantē multi vadunt et si nichil facit contra suam predicationē sed eā seruat christus autem nullum malum faciebat Johānis.viij. Quis ex vobis arguet me de peccato. Et.i. Petri.ij. Qui peccatū nō fecit nec inuentus est dolus in ore eius. Itez omnia que predicabat ipse primo omnia faciebat Actu.i. Cepit iesus facere et docere. Item asperam penitentiaz faciebat in artissima paupertate Math.viij Vulpes foueas habēt et volucres celi nidum/ filius autem hominis nō habet vbi caput suum reclinet. ¶ Octauo causabat ex vtilitate audientie verbi dei. habet em verbū dei septē bona efficere in audiēte.

℣ Primum est quia illuminat intellectū Psal.xviij. Lucerna pedibus meis verbum tuū et ideo verbū est ostiū ad habendam fidē. Quia vt dicit aposto. ad Ro. x. Ergo fides est ex auditu auditus autē per verbū christi. ¶ Secundū quia inflāmat affectū ad amorem celestiū. Unde loquēte petro cecidit spūs sanctus qui ignis diuinus est super omnes qui audiebāt verbū Actu.x. In cuius figura Isa. dum deberet mitti ad predicādum volauit ad eum vnus de seraphin et calculo ignito quem forcipe tulerat de altari tetigit labia eius. vt sic inflammatus alios inflammaret Jsaie vi. et Psal. Eloquium domini inflammauit eum. ¶ Tercium quia facit audientes filios dei Johānis.x. Illos dixit deus ad quos sermo dei factus est. Quartum quia pascit animam Mat.iiij. Non in solo pane viuit homo sed in omni verbo quod procedit de ore dei. Quintum quia sanat Sapien.xvi. Neq̄ herba neq̄ malagma sanauit eos sed sermo tuus domine qui sanat vniuersa. Dum enim monet hominem ad penitentiam vt patet in ninuitis qui ad predicationem Jone conuersi sunt Jone iij. Et sanctificat hominē Johā.xvij. Sanctifica eos in veritate sermo tuus veritas est manifestum est q̄ animam sanat. ¶ Sextum quia liberat hominem et facit discipulum christi Jo.xv. Si mānserimis in sermone meo vere discipuli mei eritis Et alibi. Et veritas liberabit vos. ¶ Septimum quia beatificat Lu.xi. Beati qui audiunt verbum dei et custodiunt illud. Et Johā.xiij. Si hoc scitis beati eritis si feceritis ea. Sed quia verbum dei tot bona efficit dicit Augu. etiam de verbis domini q̄ verbum dei est cum tanta reuerentia et diligentia audiendum cum quanta corpus xp̄i videndū et tractandum. Et sic patet primū. ¶ Secūdo ponit doctrina xp̄i ad populum instruendū quis ascē. in vnā nauiculā vbi nota q̄ nauis christi est nauis innocentie in qua xp̄s venit in mundū. nauis petri est nauis penitentie quis petrus perfectā penitentiā fecit. Est em penitentia scōm gregorium. preterita mala deplangere et plangenda iterum non committere quod beatus petrus perfecte fecit. Luce.xxij. Egressus foras fleuit amare Hec penitentia per crucē designatur Matthei.xvi. Si quis vult venire post me abneget. &c. i. penitentiā faciat et sequatur me Hanc nauem scz crucem christus ascendit vt perfecte posset docere. Tunc enim predicator perfecte docet quando in se ostendit facto quod predicat verbo et ideo christus ascendit crucem et de ipsa mirabilis docuit. Quia vt dicit Augustī. In christo pendente in cruce inuenitur exemplū oīs perfectionis: Docuit ergo christus pēdēs in cruce tredecim perfectissima exemplaria

quibus tota vita humana perfecte informatur. ℣ Primo ergo docuit exemplum charitatis: quis iustus pro iniustis moritur amicus pro inimicis deus pro hominibus. Ro.v. Commendat deus charitatem suam in nobis quoniam cum inimici essemus reconciliati sumus deo per mortem filij eius. Vix enim pro iusto quis moritur: sed pro impijs et peccatoribus quis audeat mori Bern. Super omnia amabilem te michi reddit bone iesu calix quem sumpsisti opus redēptionis nostre. ¶ Secundo docuit exemplum penalitatis quia a planta pedis vsq̄ ad verticem non fuit in eo sanitas vt dicitur Isa.i.et. Treñ.i. O vos oēs qui trāsitis per viā attendite et videte si est dolor sicut dolor meus. ¶ Tercio docuit exēplū largitatis: quia ad vnū verbum dedit regnum suum latroni. Lu.xxiij. Hodie mecum eris in paradiso. Nota hic de alexandro qui nichil dedit respectu christi. et tamen largitor homo de mūdo fuisse dicitur. Et sicut dedit latroni ita paratus est dare omni petenti. Ad hanc ergo largitatem signandum manibus perforatis pependit in cruce: quia de homine largo dicitur ipse habet manus foratas. ¶ Quarto docuit exemplum paupertatis quia ipsa abundantia bonū et fons aque viue nudus et sitibundus moritur Jo.xix Sitio Treñ.iij. Recordare paup. et trāsmee absinthij et fellis. memoria memor ero et tabescet in me anima mea. Quinto docuit exemplum humilitatis. quia mortem abiectissimam elegit et cum iniquis deputatus est. Phil.ij. Humiliauit semet ipsum factus obediens vsq̄ ad mortem/ mortem autem crucis. Psalmista. xxi. Ego sum vermis et non homo. ¶ Sexto docuit exemplum pietatis et mansuetudinis quia ad interfectores suos ostendit viscera pietatis dicens Luce.xxiij. Pater dimitte illis: quia nesciunt quid faciunt. Quod verbum ita fuit visum magne perfectionis audientibus q̄ audito hoc verbo multi sunt ad christum conuersi vt dicit Hieroni. Hebreorum vndecimo. Ego quasi agnus mansuetus qui por. ad vi. Longino etiam qui perforauit sibi latus dedit visum. ¶ Septimo docuit exemplum constantie: quia non fugit sicut discipuli. sed processit et obuiam dicens. Quem queritis. Quibus respondentib⁹ Jesum nazarenum ait. Ego sum Johan. decimooctauo. Octauo docuit exemplum sapientie: quia tam sapienter decepit luciferum et fecit sicut piscator de hamo quem abscondit sub verme. sic xp̄s deitatem sub humanitate abscondit et dyabol⁹ qui credidit ipsum capere captus est Job.xl. An extrahere poteris leuiathan hamo aut fune ligabis linguaz eius. ¶ Nono docuit exemplum obedientie. Math.xxvi. Pater si possibile est transeat a me calix iste verū tñ non sicut ego volo sed sicut tu. ¶ Decimo docuit exemplum patientie: quis depilatus conputus collaphisatus. verberatus et falsi accusatus. morti condemnatus affixus cruci. et mortuus non aperuit os suum. ita vt miraretur preses dicēs Marciij. Non respondes quicq̄ vides in quātis te accusant. Unde propter eius nimiā patientiā herodes spreuit eum tanq̄ insanum indutum veste alba. vt dicitur Luc. xxiij. Isa.liij. Sicut ouis ad oc. dn. et quasi ag. co. tō. se obmu. et non ape. os suum. ¶ Undecimo docuit exemplum victorie: quia moriens vicit omnia Jo.xvi. Confidite quia ego vici mundum Augu. Manu inermi et affixus cruci debellauit aereas potestates. ¶ Duodecimo docuit exemplum compassionis quia in tanta pena constitutus compassus est matri dicens Johanni. Ecce mater tua Johannis. xix. Compassus est petro neganti se et respexit eum. Compassus est toti generi humano. Et ideo cū clamore valido et lachrimis offecit seipsum et exauditus est pro reuerentia sua. Hebre.v. ¶ Tredecimo docuit exemplū completionis et perfectionis. quia omnia que constituit ei pater compleuit. perfecit et consummauit. Et ideo ait. Consummatū est et inclinato capite emisit spūm Job. xix. Bene ergo dicit q̄ sedens docebat de naui turbas id est pendēs in cruce docuit sancta exempla omnium virtutum et omnis perfectionis. Et sic patet secundum.

3° ¶ Tercio ponitur preceptum xp̄i ad homines per pisces signatos ad piscandum ibi. Duc in altum. &c. Quia sicut dicit apostolus. i. Cor. ix. Nūquid deo cura est de bobus. Similiter nec de piscibus sapiendis vt propter eos preceptum posuerit. Sed ad aliud significādum hoc dixit. Nā altum pelagus secundum allegoriam est gentium multitudo profundata in abysso errorum et peccatorum. Ut ergo christus cessauit loqui iudeis id est post mortem et resurrectionem suam dixit petro tanquam capitaneo et alijs apostolis vt intrarent gentium profunditatem et ibi laxarēt rethia sua Ma. xxviij. Docete oēs

Universidad de Deusto
Biblioteca

gentes baptisantes eos in noie. re. Unum rete est articulorum fidei. aliud est virtutũ aliud est donorum spũs sancti aliud est sacramentoꝝ ecclesie. Omnia illa retia expãderunt apostoli super gentes et ceperunt innumerabilem multitudinem hominum ¶. Cor. xii. Cum essem astutus dolo vos cepi hie. xvi. Ecce ego mittam piscatores multos et piscabuntur eos. Et quare tot prendiderunt. certe quia xp̃s erat cuz eis in naui Mathei. xxviii. Ecce ego vobiscuz sum omni die vsq; ad cõsummationẽ quia nisi gratia christi fuisset cum apostolis in faciendis miraculis et in alijs operibus paucos pisces cepissent. Sicut et moderni temporis predicatores paucos infidelium conuertunt. et ideo non debent vocari piscatores sed venatores. et tota die venantur ⁊ nichil capiunt Hiere. xvi. Mittã eis multos venatores et venabuntur eos Sed apostoli per gratiam xp̃i et per spiritum sanctum quem in maxima copia ceperunt concluserũt in dictis retibus magnũ hominum multitudinem. ¶ Sequitur et annuerunt socijs qui erant in alia naui vt venirent et eos iuuarent. Due naues sunt ecclesia gentium et iudeorum ⁊ de vtraq; fuerũt piscatores Petrus ergo et alij apostoli de ecclesia iudeorum annuerũt piscatoribus qui erant in alia naui. id est in ecclesia gentium. sicut fuerunt martires ⁊ cõfessores qui ostenderunt voluntatem dei esse vt ipsi cum eis piscarentur Lu. v. Designauit dominus et alios. lxxii. et misit illos binos ante faciem suam. et sic predicatores de gentibus insimul cum apostolis impleuerunt duas naues de hominibus conuersis. scz triumphantem et militantẽ ecclesiam. Et nota q̃ dicit. Rũpebatur autem rete. quia non omnes conuersi stetерunt in reti fidei et virtutum sacramento rum. immo multi egressi sunt et fortissime fregerunt rete in multis locis peruertentes et fidem et virtutes et sacramenta. nã eximit et fregit arrius sabellius. fotinus manicheus et multi alij turpiter retia suprадicta et per consequens ecclesiam vastauerunt. Psal. lxxix. Exterminauit eam aper de silua. ⁊ singularis ferus depastus est eam. i. Jo. ij. Ex nobis prodierunt sed ex nobis non erant nam si fuissent ex nobis pmãsissent vtiq; nobiscum. i. Thi. iij. Spũs manifeste dicit q̃ in nouissimis temporibus discedent quidam a fide attendẽtes spiritibus erroris et doctrinis demoniorũ. Sed attende quid petrus anteq̃ retia laxarent respondit dicens. Preceptor per totam noctem laborantes nichil cepimus. In quo verbo duo significantur. Primum inutilitas predicatorum ve. te. et etnoui qui predicant verbum dei gratia xp̃i eis non opitulante. Predicatores enim rete. piscabantur in nocte quia in ve. testa. omnia erant velata et obtenebrata caligine. Job. xii. Obtenebrentur stelle. i. predicatores caligine ei⁹ In cui⁹ figura. Moyses volens populo predicare velabat faciem suam Exo. xxxiiij In huius etiam figura dam dñs daret legem moysi in mõte fumat operuit nubes montez. Exo. xix. Similiter domin⁹ apparuit in nebula in templo Salomonis dum dedicaretur. ij. Re. viij. Piscabantur etiam solum iuxta terram q̃ solum terrena et tẽporalia repromittebãt Jsa. i. Si nolueritis et audieritis me. bona terre comedetis. et ideo nichil ceperũt quia nec vnam animam in nauem celi miserunt Hebre. vij. Nil enim ad pfectum adduxit lex Sed posteq̃ xp̃s fuit passus et glorificatus et spiritus sanctus datus omnia facta sunt clara et celum est apertum et mirabiles gratie sunt date. et predicatoribus et populo. Et ideo pdicatores noui testamẽti non piscantur in nocte sed in claro lumine nec iuxta terram quia non promittunt terrena sed vadunt in altum quia promittũt celum et celestia Mat. iij. Penitentiam agite appro. enim reg. celorum. Phil. iij. Nostra cõuersatio in celis est Et ideo multos pisces transmittũt ad nauem celi. Predicatores etiam noui testamẽti quando grãdi eis et populo non suffragatur nichil prendunt. Et ideo Petrus dixit. In verbo tuo laxabo rete. i. in grã verbi tui Et ppterea predicatores semper in principio predicationis debent spiritus sancti gratiam inuocare quia sine ipsa nichil prẽdũt. ¶ Secundum est status peccatoris qui in predicto verbo tripliciter describitur scilicet. Tenebrosus laboriosus. et infructuosus.

S primo describitur tenebrosus. q̃ dicit per totam noctem. Et sic secũdũ beatum Job omnes quippe inuolumur tenebris quia vt philosophus dicit Anima nascitur sicut tabula rasa in qua nichil est depictum et ad perfectionem scientie virtut nunq̃ per totam vitam peruenire potest. tamen peccator maxime tenebris est involutus. Johannis. iij. Dilexerunt homines magis tenebras q̃ lucem erant enim eorum mala opera. Unde peccator comparatur nocturne et duboni q̃ in claritate diei nichil possunt videre sed in obscuritate noctis. Peccator est sicut hely qui lucernam dici non poterat videre anteq̃ extiguere tur pri. Reg. iij. Sic peccator nichil claruz potest videre sed si quid est male fumigãs ¶ Secundo describitur laboriosus quia laborantes dicit. Peccatores multum laborant et sollicitantur in acquirendo bona temporalia et in conseruando Sapien. quinto. Ambulauimus vias difficiles lassati sumus in via iniquitatis. Hiere. nono Ut inique agerent laborauerunt. Et huius ratio est quia peccatores multos habent dominos quibus oportet eos seruire scili cet omnia vicia a quibus tenentur Hiere. xvi. Seruietis dijs alienis qui non dabũt vobis requiem. Ecclesiastes. v. Saturitas diuitis non sinit euz dormire Job. xv. Somnus terroris super in aurib⁹ illi⁹ ¶ Tercio describitur infructuosus quia nichil cepimus dicit. Quid capit diues de omnib⁹ diuitijs suis certe nihil Job. xxvij. Diues cum dormiret nichil secuz auferet aperiet oculos suos et nichil inueniet. Exemplum de illo diuite qui dicebat Anima mea habes multa bona reposita in annos plurimos requiesce comede bibe epulare Et dictum est ei. Stulte repetunt animam tuam ate et parata cuius erunt Lu. xii. Similiter delicios⁹ quid capit de omnibus delicijs suis cum ipse fiat cibus vermium. Eccle. x. Homo cum mortuus fuerit hereditabit vermes. Similiter superbus et vanigloriosus quid capit de honore suo cum ipse recondatur sub terra et conculcetur ab hominibus et bestijs et proijciatur ad foueas sicut azinus. Hiere. xxii. Sepultura asini sepelietur putrefactus et proiectus extra portas Hierusalem et ideo recte vita peccatorum comparatur aranee que euiscerat se et tota die obseruat ad formẽ vt capiat vnam muscam. Jsa. lix. Telas aranearum texerũt. Et sic patet tercio ⁊ quarto quia tercium non poterat bene exponi nisi cum quarto membro. Quinto punitur humilis petri prelocutio ad xp̃m reuerendum quia petrus cum hoc vidisset procidit ad genua iesu dicens. Exi a me domine quia homo peccator sum. Ex reuerentia etenim petrus locutus est reputans se indignum q̃ sanctus homo secuz maneret et ideo pro reuerentia accessit ei bona gratia vt habetur. Eccle. xxxii. Pro reuerẽtia accedet tibi bona gratia cuius contrariuz debuisset bene dicere. scz Due sta mecum mecũ qz ego pctõr sũ ⁊ si sũ pctõr q̃ ceꝛ ifirmus seruus et morti condẽnatus. Sta ergo mecũ vt me illumines qz tu es lux Jo. i. Erat lux vera que illuminat oẽm hoiem venientẽ in hũc mũdũ. Sta mecũ vt me sanes qz medicus es Actu. x. Qui pertransiit oibus benefaciendo sanando infirmos et oppressos a diabolo. Sta mecũ vt extraхas me de diaboli seruitute. quia tu es liber sicut vere filius dei Ad gal. iiij. Qua libertate christus nos liberauit. Sta mecum vt liberes me a morte. qz tu es vita. Joh. x. Ego vitã eternã do eis. quia ego sum resurrectio et vita. Et sic ptz quinto. ¶ Sexto ponitur apostolatus petri presignatio ad hoies capiendũ et hec est. Noli timere ex hoc em eris hoies capiẽs id est ex his que ex parte tua habes scz ex tua fide. qz me dicẽte duc in altũ et laxate retia vestra vere credidisti pisces capere tanq̃ pisces ad imperiũ meũ conuenirent et intrarẽt retia. Quã fidẽ petr⁹ expressit Mat. xvi. dicẽs. Tu es xp̃s filius dei viui Et ideo petrus est vocatus. nã petrus interpretat agnoscẽs quia vere et sup oẽs cognouit xp̃m. ¶ Ex tua obediẽtia qz in tuum voci mee obediti vt in altum pelagus pisceres retia Psal. Jn auditu auris obediuit michi. Nec excusauit se petrus propter labores qz tota nocte laborauerat in piscando nec propter inutilitatem qz nichil prendiderat. et his duobus consueuit se homo excusare a mandato implẽdo scz ppter laborẽ. ⁊ propter inutilitatẽ sed beatus petrus nichil horũ allegauit cum posset sed simpliciter obediuit et benedictus ipse et oẽs qui ipsum sequũtur Hen. xxii. In semine tuo benedicent omnes gẽtes terre. qz obediti voci mee. et ideo si mon vocatus est. Nã simon interpretatur obediẽs. qz christo in oibus obediuit. Ex tua reuerentia qz te indiguum mea presentia iudicasti. et ideo me sanctum reputasti et te peccatorem agnouisti Mat. viij. Domi ne non sum dignus vt intres sub tectum meum. Et tue artis inocentia. nam non exerces dolos. non facis vsuras. non rapis aliena: sed per piscationem artem licitam nil mali continentem. victum necessarium queris Genesis. iij. In labore vultus tui vesceris pane tuo Psal. xxvii. Labores manuum tuarũ. quia manducabis beatus es ⁊ bene tibi erit. Multi propter mala que operati sũt nõ sunt digni fidei ⁊ penitẽtie gratiã obtinere Romanorum. i. Qui cum iusticiam dei cognouissent non intellexerũt qm̃ qui talia agũt digni sunt

morte et non solū/ qui ea faciunt sed etiā qui consentiunt facientibus. ¶ Ex his ergo quatuor que habes eris capiens homines ad eadem quatuor. Primo ad tuaz fidem nam in fide tua fides ecclesie fundabitur et in ipsa ois homo saluabitur. Matheī.xvi. Tu es petrus et super hanc petrā id est supra fidem quā habes edificabo ecclesiam meā. Secūdo ad tuā obedientiam. nā te facīā caput et patrē omnium fidelium Johā.xxi. Pasce oues meas. Et tibi omnes obedire tenebunt et non solū tibi sed etiam tuis successoribus Luce.x. Qui vos audit me audit et qui vos spernit me spernit Deb.xiij. Obedite ꝓpositis vestris ⁊ subiacete illis. ¶ Tercio ad tuā reuerentiam/ quia omnes fideles te tanq̄ patrem reuerebūtur et me in te et per te. Hab.i. In me glorificabunt deum. Quanta reuerentia beato petro fuerit exhibita et cōtinue exhibetur non oportet demonstrare quia ad oculum patet. naz sicut ora imperatoram cum magna reuerentia oscu lantur ita ossa piscatoris et nō solum ossa sed et vestigia pedum. Quarto ad tuam artem. duplicem artem habuit beatus petrus. s. artem innocentie ante conuersionē vt dictum est/ et artem excellentie post cōuersionem que fuit absoluere homines a peccatis et sanctificare eos. verbum dei predicare corpus christi conficere ecclesie sacramenta conferre. demonis ab hoib⁹ expellere/ mortuos suscitare/ infirmos sanare/ et animas ad celū transmittere. Mat. x. Infirmos curate/ mortuos suscitate/ leprosos mundate/ demones eiscere Ibidē xvi. Quodcunq̄ solueris super terrā erit solutum et in celis. Hec est excellentior et nobilior ars in mundo. Nam vt dicit apostolus vna ars est nobilior alia dupliciter scz ratione materie vt aurifactiua calcifactiua et ratione finis/ quia vna ars est finis alterius vt equestris frenefactiue vel est ad vtiliorem vt ad vniuersaliorem fīnem. Unde iudices et milites qui habent defendere ⁊ regere bonum statum totius ciuitatis habent nobiliorem artem q̄z omnes alij. Sic ars petri et ministrorum christi est circa nobiliorem materiam mundi/ scz circa animas et corpus christi et veritatem docendā. Item est finis omniū artiū. Ecclesiastee.xij. Deū time et mādata eius observa hoc ē ois hō. Itē est finis vniuersalis omniū et sup̄ omnia vtilis quia cum oia ordinent ad bonum et hō ordinet ad deū manifestū est q̄ redire ad deū et bte viuere est finis vniuersalis oim Augustini. Fecisti nos dñe ad te et inquietū est cor nostrum donec requiescat in te. Apoca.i. Ego sū alpha et o principiū et finis. Unū ergo vel alterā istarū artiū oēs fideles habere oportet. nam primā artē scz innocentie oportet habere omnes fideles in seculo remanentes vt scz de iusto lucro viuāt. Unde militibus querentibus a Johanne baptista quid deberent facere vt salui fierent respondit Johannes. Neminē cōcutiatis neq̄ calūniā faciatis et cōtenti estote stipendijs vestris Lu.iij. Secundū artē scz excellentie habēt oēs ministri ecclesie et viri perfecti de mundo exeuntes. et xp̄s perfecte imitantes. Johan.xiij. Qui credit in me scz perfecte opera que ego facio et ipse faciet. In eodē.xiij. Exemplum enim dedi vobis vt quēadmodū ego feci vobis ita et vos faciatis. Charissimi habeamus fidem petri obedientiam reuerentiā et amorem eius vt possimus venire ad gloriā in qua cū deo manet. Et sic p̄z sermō. ¶ Septimo ponit petri iacobi et Johannis cōuersio oibus relictis ad christū sequendū quia subductis ad terrā nauibus relictis omnibus secuti sunt eū. ¶ Ubi nota q̄ triplex fuit vocatio apostolor̄. Prima ad simplicem christi noticiā de qua agit Johā.i. Inuenimus messiā qui dicit̄ xp̄s. Secūda fuit ad christi familiaritatē de qua agitur in hoc euangelio. Unde Beda dicit super hoc verbo. er hoc iam hoies eris capiēs. Nondū in apostolatū eligitur sed predicitur q̄ aliquando sit eligendus. Et glosa hic super hoc verbo ⁊ subductis ad terrā nauibus ꝛc. dicit quia adhuc habebāt voluntatem redeundi ad propria. Tercia fuit in apostolatum quando christo relictis omnibus inseparabiliter adheserūt de qua agit Mat.iij. Uelte post me facīā vos fieri piscatores hoim. Et illi cōtinuo relictis omnibus secuti sunt eum. ꝛc. Et sic patet septimum.

¶ De epīa ser.lxxv.

Omnes vnanimes in oratione estote. i. Pe.iij. Beatus petr⁹ pater et magister christianorū in epistola hodierna magnam et vtilem doctrinam nos docet. In qua quidem epistola quatuor facit. Primo ser virtutes vite gratie necessarias possidere vnanimiter nobis mādat que sunt orationum instantia. afflictor̄ compassio. amor fratrum: in pauperes misericordia: operū modestia: ⁊ cordis humilitas. Primo nobis mandat sine nos hortatur ad instantiam orationū: quia omnes vnanimes in oratione estote.

℣ Ubi nota q̄ ad orationum instantiam quatuor debēt nos inducere. Primo magna necessitas ex parte nostra: quia in infinitis miseriis sumus et infinitis periculis subiacem⁹ Apo.iij. Nescis quia tu es miser et miserabilis ⁊ pauper ⁊ nudus et ceccus. ij. Cor.xi. Periculis fluminuz. periculis latronum: periculis in ciuitate: periculis in solitudine: periculis in mari: periculis in terra: periculis in falsis fratribus. Secūdo magna liberalitas ex parte dei que inuitat nos ad petendum. ⁊ iurat q̄ quicquid petierim⁹ dabit nobis Joh.xvi. Amen amen dico vobis si quid petieritis patrem meum in nomine meo dabit vob̄. pe. ⁊ acci. Tercio magna fidelitas nūcij angeli orationes nr̄as ante deū deferētis Thobie.xij. Quonīā acceptabas cū lachrymis ego obtuli orationes tuas ante dñm. Quarto magna efficacia ex parte orationis. nā oratio efficacissima est ad obtinēdū a deo quicqd homo petit. de cuius efficacia dictum est supra in dñicali euangelio ante ascensionem. Psal.cxviij. Intret oratio mea in ꝓspectu tuo. Magna virtus perfecte orationis que ante deum vadit ⁊ mandatū peragit quo caro peruenire nequit Actuū.x. Orationes tue et elemosine ascenderunt in cōspectu dei. Secūdo nos hortat ad cōpassionē afflictor̄: da compatientes. Hebem⁹ ergo afflictis cōpati propter quatuor. ℨ primo qz vt dicit apostol⁹. Epheseo.iiij. Omnes vnum corpus sumus in xp̄o caput autez xp̄s est. Si autē patit vnū membrū cōpatiūtur et alia membra. ita si patitur vn⁹ fidelis omnes debent ei compati. i. Cor.xi. Quis infirmatur et ego non infirmor quis scandalizatur et ego non vror. Secundo qa in hoc maxime christo assimilamur qui cōpatiēs nostris miserijs voluit fieri hō ⁊ eas experiri vt ab ipsis nos liberaret. Ad hebreos quarto. Non habemus pontificez qui nō possit compati infirmitatibus nostris. Tentatum autem per omnia ꝓ similitudine absq̄ peccato. Johan.vi. Miserebor super turbam. Compassus est enim petro et respexit eum compassus est marie magdalene et apparuit ei. Compassus est etiaz apostolis et venit ad eos. Tercio quia in hoc opere multuz commendamur et meremur Unde apostolus de hoc commendat quosdam hebreos dicens. Nam vinctis cōpassi estis Hebre.x. Et Iob in sui commendationem dicit. Compatiebatur quondā anima mea pauperi Job.xxx. Cuius ratio est: quia in compassione homo dat melius qō habet in elemosina primo. i. cor. Prouerbiij. Prebe fili mi cor tuum michi. Quarto quia quicquid in hoc opere facimus ꝓ xp̄o christus sibi reputat fore factuz. Matheī.xxv. Quod vni ex mi. me. fe. michi fe. ¶ Tercio nos hortatur ad fraternitatis amorem: quia fraternitatis amatores.

℟ Ubi nota q̄ propter quatuor debemus societatem et fraternitatem diligere christianam ⁊ in ipsa manere. Primo quia maxime ⁊ excellentissime p̄sone sunt: quia omnes filij dei ⁊ regis magni qui virtuose viuunt: et deus est in medio ipsorum Ma. xviij. Ubi duo vel tres cōgregati fuerint in no. me. ibi sum ego in medio eorū. Secundo quia in ea maximus thesaurus dispensatur scilicet meritum passionis christi ⁊ omnium sanctor̄ qō applicatur in remissione peccatorum per ecclesiastica sacramēta Mat. xvi. Tibi dabo cla. re. cc. ⁊ quodcunq̄ solueris super ter. erit solutum ⁊ in celis. In ipsa si militer quotidie magnum lucruz acquirit et dicitur consistens in ea super modum. Tercio quia existens in eis maximis gratijs extolluntur. nam ipsi liberātur ab omni seruitute et in filios. dei adoptantur et virtutibus et donis spiritussancti replentur et celi ciues efficiuntur Ephe. secūdo. Jā non estis hospites et aduene: sed estis ciues sanctorum ⁊ domestici dei. Quarto quia existentes in ea a deo custodiunt nec aliquis potest eos ledere Joh.x. Nec rapiet eos quisq̄ de manu mea. Sapi.iij. Justorum anime in manu dei sunt: et non tanget illos tormentum malicie Luc.xxi. Ca-

pillus de capite vestro nō peribit. propter hoc autem quattuor consueuerunt homines libenter aliquam societatem intrare. vel quia in ea sunt persone excellētes. vel quia in ea sit maximum lucrum vel quia existentes in ea priuilegijs magnis dotā tur. vel quia maxima pena punitur si quis eos tangeret vt patet in societatibus populi. ¶ Quarto nos hortatur ad miam primo faciendam quia misericordes. Debemus autem proximo misereri in quatuor.

Primo in bonorum temporalium largitionem si indiget Isa. lviij. Frange esurienti panem tuum et egenos vagosq; induc in domum tuam cuz videris nudum operi eum. Secundo in doctrine et disciplineruditione. docere enim nescientem consulere dubitantem et corrigere delinquentem elemosina et mia magna est. ij. Thimo. quarto. Argue obsecra increpa in omni patientia et doctrina. Propter quod dicit Aposto. i. Cor. nono. Ue michi si nō enangelizauero necessitas enim michi incumbit: quia hanc elemosinam spualem tenemur facere proximo sicut et corporalem. Tercio in iniuriarum dimissione. Dimittere enim iniurias elemosina ē spualis et magis necessaria ad salutem. Lu. vi. Dimittite et dimittetur vobis et si nō remiseritis vnusquisq; fratri suo de cordibus vestris nec pater me⁹ dimittet vobis Math. xviij. Quarto in pia oratione. orare enim pro proximo est elemosina spiritualis quā facere tenemur Ja. v. Orate pro inuicem vt saluemini Joh. xviij. Non rogo vt tollas eos de mundo sed vt serues eos a malo. Debemus ēt pro inimicis orare Mat. v. Orate pro persequentibus et calūmantibus vos. Sic orauit stephanus et cōsensus est Saulus vt dicit August. Quinto ad modestiam operum nos hortatur: quia modestia. Et primo circa linguam vt modeste loquamur Eccl. xxviij. Verbis tuis facite staterā et ori tuo frenos rectos. In lingua enim magis immodestia et intemperantia apparet Jaco. iij. Omnis natura bestiarū et volucrū et serpentum et ceterorum domatur et domita sunt a natura humana. linguam autem nullus hominum domare potest. inquietum enim malum est plena veneno mortifero. propter qō petebat pphēta dñs. Ps. cxl. Pone dñe custodiā ori meo. et ostium circumstantie meo. Secūdo nos hortatur circa sollicitudinem spaliū vt ea modeste q̄rām⁹. Ecclesiastes. iij. Unus est et sōo non habet. non filius non fratrem et tamen laborare non cessat nec satiatur oculus eius diuitijs nec recogitat dicens. Cui laboro et defraudo animā meam. Circa hoc eñ maxima immodestia reperitur quia multi consumunt se vt temporalia acquirant. Contra quos Mat. vi. dicitur. Nolite soliciti esse in crastinū dicētes quid mā. aut quid bibemus aut quo operi. primo querite regnum dei. et iusticiā eius et hec omnia adi. vo. i. Pe. v. Omnez sollicitudinem vestram proijcientes in eū quoniam ibi cura est de vobis. ¶ Tercio circa eorum vsum vt eis modeste et temperate vtamur. Phil. quarto. Modestia vestra nota sit ommib⁹ hominib⁹. Circa hoc enim maxima immodestia et abusus reperitur. quidam enim de corpore suo faciūt deum et totaliter dant se corporalibus delectationibus sine freno aliquo. Ecclesiastes. ij. Nec prohibui cor meum quin omni voluptate frueretur. Phil. xij. Quorum deus venter est. ¶ Quarto circa scientiā vt ea que oportet scire velimus. Romanorum. xij. Non plus sapere q̄ oportet sz sapere ad sobrietatem. Circa subtilitas eñ maxima immodestia inuenitur et mirabiliter nociua. Quidam enim totum tempus suū expendunt in quibusdam sententijs nullius vtilitatis nunq̄ ad scientiam veritatis prouenientes vt dicit apostolus. ij. Thi. iij. Quidam insistunt toto posse scientijs lucratiuis et deceptiuis. Hiere. iij. Sapientes sunt vt faciant mala bene autem facere nescirent. Quidam attendant spiritib⁹ erroris et doctrinis demoniorum vt dicit aposto. i. Thi. iij. Quia conantur scire ea que facultatem suam excedunt vt trinitatem dei et predestinationem hominuz. Cōtra quos dicitur. Eccle. tercio. Altiora te ne quesieris. Prouer. xxv. Qui per scrutator maie. oppri. a gloria. id est hō simpler. hoc figuratū fuit Exo. xix. vbi dicit. q̄ si bestia tetigerit montē. id est altitudinem dei lapidabitur. ¶ Sexto ad humilitatez cordis q̄ operis nos hortat. quia hūles quia hūlitas magne pfectionis est et superbia bonis operibus insidiat vt pereant vt dici Augustinus. Ideo p⁹ omnia pdicta ad humilitatem nos induci. Luce. xvij. Cuz omnia beneferitis dicite quia serui inutiles sumus. ¶ Ad hūlitatē igit fundaz quattuor nos induciū. Primum est cōditio nra si eñ consideremus introitum et exitum nostrum in quot miseriis implicemur habem⁹ materiā magne hūlitat. Eccl. x. Quid superbis tra et cinis. Mich. vi.

Humiliatio tua in medio tui. voluit deus ponere corpus ante oculos vt semper homo posset respicere q̄ inde hūliari. Bernū. Quid superbis saccus stercorum et cibus vermium. Secundum est exemplum totius creature et in creatore. nam creator seipm humiliauit et formam serui accepit et humilem matrem et humiles discipulos accepit vel elegit super hūle iumentū equitauit. humile obsequium exhibuit duz pedes discipulox lauit et Math. xi. Discite a me quia mitis sum et humilis corde. Similiter tota creatura humilitatem obseruat dum ministeria sua humiliter implet et suo creatori obedit Baruc. iij. Stelle q̄ in celi vocate sunt et dixerunt assumus et lucerunt cum iocūditate ei qui fecit illas. Tercium est magna punitio quam pro superbia legimus factam vt patet in lucifero et demonibus et in primis parentibus qui voluerunt esse dij. Idem patet in Pharaone et Nabugodonosor in Holoferne et Sennacherib. Jac. iij. Deus superbis resistit et ideo eius contrarium. s. humilitatem debemus ampleti Col. iij. Induite vos sicut electi dei viscera misericordie benignitatem humilitatem. mansuetudinem. ꝛc. Quartum est magnum meritum humilitati reddendum vt si non terret pena alliciat merces Job. xxij. Qui humiliatus fuerit erit in gloria. Humilitas enim est mensura exaltationis: quia quantum quis se humiliat tm exaltabitur. Ex epīs in christo in beata maria et in iohanne baptista. Lu. xiij. Qui se humiliat exaltabitur. i. Petri. quinto. Humiliamini sub potenti manu dei vt vos exaltet. ꝛc. Et sic patet primum. ¶ Secundo ad patientiaz in aduersis habēdam nos inducit dicēs. Nō reddētes malum pro malo. Debemus eñ parcere his qui nos offendunt vt de⁹ parcat nobis cui maiores offensas intulimus et relinquere vindictam deo. qui est potēs et iustus et nichil impunitum relinquit. Ro. xij. Da michi vindictam et ego retribuam. Similiter contumelijs verborum non debemus repellere contumelijs et si maledicimur non debemus maledicere sz benedicere Ro. xij. Benedicite persequentibus vos. Benedicite et nolite maledicere. Proverbiorum. xxvi. Non respondeas stulto iuxta stulti. sz ne effi. ei. si. Et sic in iniurijs tam dictox q̄ factoruz debemus patientiam habere Hebre. xij. Per patientiam curramus ad propositum nobis certamen. Sed q̄ pro malo reddamus bonū vt hic dicitur non est precepti sed consilij. Sicut illud Mat. v. Si quis te percusserit ad vnaz maxillā prebe. ei. el. Et q̄ sic debeamus habere patientiam in dictis ꝛ factis ostendit per duas rationes. O Prima est quia nos sumus vocati ad fidē christianam per gratiā dei. vt benedictionem dei patris hereditemus tanq̄ filij ie su xpi q̄ est. Uenite benedicti patris mei percapite paratū vobis regnum. Hanc autem hereditatez habere non possumus nisi maneamus in ieſu xpo filio dei qui a per eum heredes sumus illius benedictionis. ¶ Qui autem non parcit nec habet patiētiam in aduersis: sed tenet odium et vult se vindicare non manet in charitate proximi ꝛ per ꝓns non manet in deo quia deus charitas est et qui manet in charitate in deo manet et econuerso qui non manet in charitate ma. et ideo expers est hereditatis eterne pri. Jo. iij. Qui odit fratrez suū homicida est. Et scitis quoniam omis homicida non habet partē in regno xpi. ¶ Secunda ratio talis est quia scriptura nō potest mentiri vt pote a spiritusancto dictata. Sed scriptum est per prophetam Dauid in psalmo. xxxiij. q̄ q̄ vult diligere vitam gratie hic in presenti. et vitam gloriē in futuro possidere. et vult dies bonos videre sz felicitatis eterne in qua vna dies dī inq̄tum nox non succedit diei. sed a cōtinua dei claritate illuminatur. Apoc. xxi. Ciuitas illa non eget sole neq̄ luna sed lucerna eius est agnus. Plures vero dies dicuntur in ea esse propter longitudinem tēporis et dierum: quia dies ibi nunq̄ deficiet sed erit vna dies eternitatis. Qui ergo diligit talem vitā et vult ad illos dies peruenire coerceat linguam suā ab omni malo verbo. ab omni dolo. et habeat in se iusticiam regni dei. cuius due sunt partes vt dicit sz declinare a malo et facere bonum Math. vi. Querite primum regnum dei et iusticiam eius. Item opz q̄ queratpacē cum proximo ꝛ ipsam perfecte sequatur Hebreox. xij. Pacem et sanctimoniam sequimini sine qua nemo videbit deū Roma. xij. Si fieri potest quod ex vobis ē cū omnibus hominibus pacem habentes. et qui hoc fecerit habebit vitam et videbit dies felicitatis eterne quia oculi dominī super iustos ad ipsos illuminandum et remunerandū et beatificandū. Sapien. iij. Respect⁹ ei⁹ in electos illius. et econuerso vultus dñi est super malos ad ipsos perdendū et punidū. et sic pz scōm et terciū.

¶ Quarto timorẽ inimicoꝝ a nobis excludit dicẽs. q̃ si nos fuerimus emulatores et zelatores boni. et bonitatis q̃ in aduersoꝝ patientia et dilectione fraterna consistit nichil põt nobis nocere. imino fm apostolum Romanoꝝ. viij. Diligentibus deũ omnia cooperantur in bonum. etiam mala et aduersa. et si quid patitur pro iusticia gaudere debemus: quia per hoc vitam eternam meremur Math. v. Beati qui persecutionẽ patiuntur propter iusticiam. scz fidei veritatis et vite quo. ih̃. ẽ regnuꝝ ꝛc. Debemus etiaꝫ omnia mala pati pro fide defendenda. veritate predicanda et vite innocentia conseruanda. et propterea timorem eoꝝ scz persecutoꝝ et mundanoꝝ non debemus curare. Duos ergo timores debemus excludere a nobis scz timorem humanuꝫ quo quis timet carni sue penas infligi ⁊ timorem mundanum quo quis timet bona sua sibi auferri. Non ergo debemus timere eos qui occidunt corpus et auferũt bona: quia per mortem corporis homo vadit ad vitam perpetuam. et ideo nõ moritur sed transit de morte ad vitam. vt dicitur Jo. v. In eodem. xij. Qui odit animam suam in hoc mundo in vitam eternã custodit eam: et per amissionem bonorum mundi homo acquirit vitam eternam Hebreoꝝ. x. Rapinam bonoꝝ vestroꝝ cum gaudio suscepistis ha. me. et ma. substantiam: sic ergo nichil debet nos terrere ne supradicta bona faciamus et in amore dei maneamus Romanoꝝ octauo. Quis nos separabit a charitate christi tribulatio an angustia/ an fames/ an nu. peri. an gla. q. d. nichil. ⁊ sic patz quartũ. ¶ Quinto ad precordialem reuerẽtiam christo exhibendam nos inuitat dicens. Dominum autẽ christum sanctificate in cordibus vestris id est per opera ostendatis, q̃ sanctitas christi dñi nostri habitat in cordibus vestris. Cuius tria sunt signa. p

¶ Primũ est non praue: sed sancte cogitare Ysaie primo. Auferte malum cogitationum ve. ab oc. m. ⁊ dñs intuetur cor. i. Regum. xvi. Tunc autem sancte cogitamus quando omnia illa cogitamus que prohibẽt nos a malis scz cogitare mortẽ ⁊ q̃ mũdus transit ⁊ cõcupiscẽtia eius ⁊ eins gaudia: cogitare penas inferni ⁊ gaudia paradisi ⁊ similia Isa. xxxviij. Ego dixi in dimidio dierũ meoꝝ: vadam ad portas inferi. et infra. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine mee. Similiter sancte cogitamus quando omnia illa cogitamus que possunt nos inducere ad bonũ vt est incarnatio/ mors/ ⁊ resurrectio filij dei qui propter pcã nostra mortuꝰ est ⁊ resurrexit propter iustificationẽ nostrã. Romã. iiij. Debite. xij. Recogitate eũ qui talem sustinuit aduersus semetipsum a peccatoribꝰ cõtradictionẽ vt nõ fatigemini animis. ve. deficientes. Secundũ signũ est sancte loqui Ephe. iij. Omnis sermo malus ex ore vestro nõ procedat. Terciũ signũ est sancte ⁊ nõ peruerse operari: quia cum in corde sit principium motus: ⁊ primũ est causa omnium que sunt post: omnis male ⁊ bone operationis cor est principiũ. Et ideo si sanctitas christi est in corde homo sancte operatur Mat. vi. Arbor bona fructus bonos facit: mala autẽ arbor malos fructus facit: ⁊ sic patet quintum: et cõsequenter totũ de epistola.

¶ Dñica sexta de euãgelio. sermo. lxxvi.

NIsi abũdauerit iusticia vestra plus ℣ scribarũ et phariseoꝝ nõ intrabitis in regnũ celoꝝ Math. v. Euangeliꝝ christi quoddam est totum historiale aliquam historiam vel miraculũ continens vt est euãgeliũ sequẽtis dñice cõtinẽs miraculũ sepẽ panuꝫ: quoddam est partim historiale et partim doctrinale vt est euãgeliũ de ceco nato ⁊ de lazaro suscitato in qb⁹ historia vel miraculũ narrat ⁊ doctrina magna inserit: quoddã est totũ doctrinale vt euãgeliũ pñs qd̃ nõ narrat miraculũ vel historiã: sed vtile ⁊ altã doctrinã cõtinet. Ipse quidẽ dei filiꝰ p ꝓphetas suos vocauerat genꝰ humanũ ⁊ dederat ꝑcepta sua q̃ homines pfecte nõ intelligebãt. Et ideo sicut magister in vespis intrat scolas ad audiẽdũ si scolares intellexerũt ⁊ didicerũt ea q̃ dixit. sic dei filius in vespa mũdi indutus carne humana intrauit mundũ ad videndũ si homines bene erant instructi. ⁊ inuenit eos plenos multis errorib⁹ ⁊ ideo doctrinam nouam edidit Jo. xiij. Mãdatũ nouũ do vobis: ⁊ veterẽ correxit eius intellectũ ostendẽdo. ⁊ hoc est qd̃ hic dicit. Nisi abũdauerit iusticia vestra plꝰ ℣ scribaꝝ ⁊ phariseorum non intrabitis in regnum celoꝝ Scribe enim ⁊ pharisei male intelligebãt et exponebant mandata dei. Math. xv. Irritum fecistis mandatũ dei propter traditiones vestras. In hoc ergo euangelio arguit iusticiam scribarum et phariseoꝝ ostendens eam insufficientes esse. In quo quidem euangelio tria continentur. Primum est edictum generale per quod phariseorum iusticia insufficiens esse mõstratur. In principio euangeliꝝ Secundũ speciale supplementum est per quod intelligitur legis declaratur ibi. Audistis quoniam dictum est antiquis. Non occi. ꝛc. Tercium est consilium necessarium et salutare per quod modꝰ fiendi boni insinuatur ibi. Si ergo offers munus tuũ ad tuũ altare ⁊ ibi recordatꝰ fuerit. ꝛc. ¶ Primo ergo ponit generale edictũ dicens: Nisi abũdauerit iusticia vestra plus ℣. ꝛc. Ubi nota q̃ iusticia duobus modis accipitur. Uno modo prout est virtus specialis ab aliis virtutibus condiuisa per quã vnicuiq; redditur quod suum est et sic non accipitur hic. nam scribe et pharisei erant sub potestate romanoꝝ constituti nec iudicium nec iusticiam fecerunt Joh. xviij. Nobis non licet interficere quem ℣. Alio modo accipitur iusticia/ prout est virtus generalis ad quam omnes virtutes reduci possunt: quia omnia opera virtutum sũt iusta. Cuius ratio est/ quia in omni opere virtutum homo subiicitur deo quod est valde iustum. ij. Machabe. ix. Justum est subditum esse deo. et econuerso in omni opere malo homo rebellat deo agens contra eius mandata quod est valde iniustũ. Et ideo omne bonum ad iusticiam reducitur et omne malum ad iniusticiam et sic accipitur iusticia hic prout est virtus generalis cuius due sunt partes secundũ Augu. scz declinare a malo et facere bonum. Quantum ad virãq; partem iusticia scribaꝝ et phariseorum deficiebat. Nam quantum ad primam partem scz non facere malum multum deficiebat vt ostenditur in secunda parte huius euangeliꝝ ibi. audistis qz dictũ est antiquis nõ occides. ꝛc. Quantum vero ad secundam partẽ iusticie scz facere bonum multum etiam deficiebat. et hoc patet quantum ad ser.

Q Nam eorum iusticia erat extrinseca et non intrinseca mercenaria et non charitatiua ventosa et non virtuosa austera ℣tum ad altos et remissa quantum ad se humana et non diuina incipiens et nõ ad finem perueniens. Primo inq̃ eorum iusticia erat extrinseca et non intrinseca. Mat. xxiij. Ue vobis scribe et pharisei q̃ mundatis quod de foris est calicis vel parapsidis. intus autem pleni estis rapina ⁊ immundicia. Lex enim vetus non prohibebat animũ sed manũ solũ. non odiũ sed solũ homicidiũ. Sed nonne dicit Leui. xix Non oderis fratrẽ tuum in corde tuo. Et iterum. Non memor eris iniurie ciuium tuorum Et exo. xx. Non desiderabis rem proximi tui nõ vxorẽ/ nõ seruũ/ nõ ancillã/ non bouẽ/ nõ asinũ/ nec omnia que illius sunt. Et Isa. i. Auferte malũ co. vestrorũ ab oculis meis. Ad hoc dicendum q̃ pro tanto dicitur q̃ lex vetus non prohibebat animum sed solum manum/ quia non punichat iam sicut manum sed penẽ erant tarate pro operibus et non pro cogitationibus. Sed iusticia legis noue punit animum sicut manum vt patet in hoc euangelio/ quia omnis qui irascit fratri suo reus erit iudicio. et ideo scribe et pharisei non curabãt nisi de iusticia operum exteriorũ et non de iusticia cordis propter quod a christo mathei. xxiij. dicuntur esse similes sepulchris dealbatis que a foris apparẽt hominibus pulchra intrinsecus autem plena sunt ossibus mortuoꝝ et omni spurcicia sed iusticia ducens ad regnum. oportet q̃ sit intus et extra. Oportet eñ q̃ iusticia christianoꝝ regnum celoꝝ intrare volentium abundet in hac iusticia/ vt scz simus iusti intrinsecus bonis desideriis bona voluntate recta fide mundo corde/ quia vt dicit Mat. xv. De corde exeũt homicidia furta adulteria et omnia mala et ideo radices oportet esse mũdam alias poma erunt vermiculosa. Romanoꝝ. xi. q̃ si radix sancta et rami Mathei. vij. Bona arbor fructꝰ bonos facit mala autẽ arbor malos fructꝰ facit. Exemplũ de fonte sulphureo a quo omnis aqua emanans sapit sulphur. Hoc patet in primo hoie/ a quo omnes propagamur corrupti. et nascimur filij ire quia ipse fuit corruptus. Oportet etiam q̃ simus iusti exterius bona opera faciendo/ qz non sufficit habere bonã voluntatẽ et rectã fidẽ Jaco. ij. Ostendas mihi fidem tuam ex operibus Mat. vij. Nõ omnis qui dicit michi domine domine intrabit in regnum celoꝝ sed qui facit voluntatem patris mei qui est in celis. Ne multis verificatur illud. Isaie. xxvij. Uenerunt filij vsq; ad partum. et non erat virtus pariendi. sed iusti dicunt illud. Isaie. vicesimo sexto. A facie tua domine concepimus et peperimus et quasi pturiunt mus spm̃ saluti. Secundo eorum iusticia erat mercenaria et non ex sola dei charitate facta. nam pro iusticia legis obseruãda deus repromittebat eis bona terrena. Isaie. i. Si volueritis et audieritis me bona terre ꝓmedetis vitam longam. Leuitici. xx. Custodite leges meas. et ꝓcepta

que faciens, homo viuet in eis. et pacem magnam Baruch.iiij. Quid est israel q̃ in terra inimicorũ es. potro si in via dei ambulasses habitasses vtiq; in pace super terram. Sed scribe et pharisei qui comedebant domos viduarum adhuc pro iusticia sua querebant specialem mercedem terrenam Mat.xxiij. Ue vobis scribe et pharisei ypocrite q̃ comeditis domos viduarum orationes longas orantes. Sed pro iusticia noue legis nõ reprimitũtur bona terrena sed bona eterna scz regnum dei. Mathei.iij. penitentiam agite appropinquabit enim regnum celorum. Immo iusti multi patiunt i hac vita aduersa. ij. Thi. iij. Omnes qui pie volunt viuere in christo iesu persecutionẽ patient Ecclesiastes vij. Sunt iusti quibus mala proueniunt quasi facta egerint impioꝝ. Et hoc christ9 optime significauit quando postq̃ cõmisit petro vt pasceret oues suas subiunxit. Cũ esses iunior cingebas te et ambulabas vbi volebas. Cum autez senueris alius te cinget et ducet quo tu non vis. Jo.xxi. et non dixit. Si paueris oues meas ego dabo tibi multa bona. Quãuis si volumus subtiliter considerare pro iusticia legis noue obseruanda deus dat maiora bona etiam in hac vita. Nã in bonis tp̃alib9 dat sufficientiam et contentationem. Wath.xix. Centuplum accipietis. Quod exponens Grego. dicit q̃ centenarius est numerus perfectus et signat q̃ iusti de bonis tẽporalibus habent sufficientiam et perfectionem, quia contentantur de his que habẽt perfecte autem dicuntur esse non qui multa habet sed qui contentatur de his que habet. ij. Corinth. vi. Tanq̃ nichil habentes et omnia possidentes. Item pro vita nature quã illis dabat dat modo vitã gratie. que longe melior est. Nam dicitur Johannis. xij. Qui credit in me etiam si mortuus fuerit viuet. Item pro pace temporis quam illis dabat dat modo pacem pectoris scilicet anime ad deum que longe melior est. Psal. cxviij. Pax multa diligentibus legem tuam et non est illis scandalum. Et est tante virtutis ista pax, q̃ de guerra temporis nichil curat immo in ipsa gaudet Actu. v. Ibant apostoli gaudẽtes a cõspectu concilij. et tandem pro ista iusticia deus dat vitam eternam quaz pro illa non dabat Hebre. vij. Nichil em̃ ad perfectũ adduxit lex. et ideo nõ est magnũ si iusticiã noue legis abũdare oporteat a iusticia veteris legis cũ in infinitũ habeat maiorem mercedem. Debemus ergo esse iusti non vt aliquã hic acciptamus mercedem sed solum pro charitate dei et ad eius honorem quia filius non operatur in domo pro mercede diurna quia ipse est heres patris in omnibus. Nos autẽ sumus per gratiam christi filij dei Johãnis. i. Dedit eis potestatem filios dei fieri. Si autẽ filij et heredes vt dicit Apostolus ad Romanos. viij. Et non pro mercede temporali debem9 in domo dei que est ecclesia seruire. Nota q̃ hoc valde tangit clericos q̃ omnino seruire videntur pro temporali mercede, quia non querũt nisi bonas et pingues ecclesias. Et si non sunt bone nolunt eas. Et vtinam tales querent debito modo. ¶ Tercio eorum iusticia ventosa erat et nõ virtuosa. Nam ois opera eorũ faciebant vt viderentur ab hominibus et laudarentur ab eis. vt dicit Mathei. xxiij Nã et ieiunabant et orabant et elemosinam faciebant ad ostentationem Mathei vi. Non eritis sicut ypocrite tristes exterminant enim facies suas vt appareant hominibus ieiunantes. Ibidem. Amant em̃ in angulis platearum stantes orare vt videantur ab hominibus. In eodem. Cum facis elemosinam noli tuba canere ante te sicut ypocrite faciunt. Justicia vero ducens ad regnum oportet q̃ sit virtuosa, qũ tunc est quando ad bona intentione procedit scilicet homo intendat in sua iusticia deo placere et proximum edificare. et nõ intendat inde acquirere ventum laudis humane. Et de hoc christus posuit exemplum in decem virginibus: quarum quinq; erant fatue non habẽtes oleum in lampadib9 suis quinq; vero prudẽtes hñtes oleũ in lãpadib9 suis. Sedm Augu. lampades in manibus sunt opera bona in euidenti modo facta. Prudentes vero et fatue ceciderunt obuiam sponso christo, quia vterq; opera de genere bonorũ fecerunt. sed fatue non habuerunt oleum in lampadib9 suis. id est bonam intentionem in operibus, quia per opera earũ quesierunt vtiq; vane glorie. Prudẽtes vero habuerũt oleum in lãpadibus suis, quia per opera illa voluerunt placere soli deo. Et ideo ignis diuini amoris arsit in lãpadibus earum, propter qđ lãpades non crepuerũt qi erat in illis oleum. Lãpades vero fatuarum extincte sunt, quia non erat ibi oleum id est bona intentio. scilicet placendi soli deo sed hominibus et propterea receperunt mercedem suam, et ideo remittitur

ad illos quibus opera sua vendiderunt p eis laudem humanam querendo. et sic in regnum non potuerunt intrare quia lampades erant extincte que viam eis ostendebant. ¶ Quarto iusticia eorum erat austera quantum ad alios et remissa quantũ ad se. Mat. xxiij. Alligant enim onera grauia et importabilia et imponunt super humeros hominum digito autem suo nolunt mouere. Unde et ibidem insinuatur in factis propijs deglutiebant camelum in factis vero alienis colabant culicem Mat. xxiij. Ue vobis scribe et pharisei qui decimatis mentã et ciminum. et relinquitis ea que grauiora sunt legis misericordiam et iudicium. Unde tales faciunt magnos boios de carnibus alienis. Exemplum de papa quando fuit abbas effectus quomodo verberauit asinum qui comedebat petro silinum in orto sacerdotis. et ipse comedebat q̃tidie agnos alienos et oues. ¶ Justicia vero ducens ad regnum opz q̃ sit austera in se et mia plena quantum ad alios Oportet ergo q̃ sit austera in se vt scilicet omnia mandata dei impleat: quia vt dicit Jac. ij. Si quis totam legez seruauerit offendat autem in vno factus ẽ omniũ reus Math. v. Qui autem solverit vnum de mãdatis istis minimis et docuerit sic homines minimus vocabitur in regno celorum id est in ecclesia iustorũ qui celi dicuntur Psal. xviij. Celi enarrant. ꝛc. q̃ in regno celorum vbi de9 per gloriam regnat nec vocabitur minimus nec magnus quia non introbit. vt patet in presenti euangelio. Uñ ẽptum ad regnum celi idem est vocari minimum et non intrare vt dicit. Crisostimiliter ẽptum ad alios oportet q̃ sit misericordia plena. Math. ix. Euntes discite q̃d est misericordiam volo et non sacrificium Piero. Audiant te homines magna facientem. et parua mandantem. ¶ Unde iusticia est ceca sine mia. lamen tantum iusticie est misericordia Za. iij. Superexaltat aũt misericordia iudicium. Ibidem. Judicium sine mia fiet ei qui nõ fecerit misericordiã Dot autem ostendit xp̃s in scipso. Naz in seipso punuit peccata aliorum iuxta illud Psal. Que non rapui tunc exsoluebã. Et adultere pepercit et peccatricem Magdalenam iustificauit et Petrũ negantẽ nõ abiecit. Unde et petro mandauit q̃ nõ solum septies peceret sed vsq; septuagies septies Math. xviij. Et scribis et pharisei quia per contrarium faciebant minatus est dicens. Ue vobis scribe et pharisei qui clauditis regnuz dei ante homines. Uos enim nõ intratis et intro euntes non finitis intrare. Math. xxiij. ¶ Huius autem seuere iusticie triplex potest esse causa. Prima ẽ inexperientia mali. Quando enim iudex nõ est expertus aduersa non cõpatitur alijs et per consequens seuere iudicat. qui autem expertus est misericors est. Prouerb. xix. Homo indigens misericors ẽ. Et ideo xp̃s vt nobis compateretur et misericorditer iudicaret voluit experiri miserias nostras Hebreorũ. quarto. non habemus pontificez qui non possit compati infirmitatibus nostris tentatus autez per omnia. Et propterea christus permisit cadere in tentationem Petrum futurum episcopum et iudicem christianorum vt alijs compateretur et misericorditer puniret. Secunda est inconsideratio propie fragilitatis. Hal'. vi. ¶ Huiusmodi instruite in spiritu lenitatis considerans teipsum ne et tu tenteris. Si q̃s consideraret q̃ forte ipse in simili casu erit misereretur aliorũ. Si quis etiaz iudicaret q̃ sicut iudicat alios ita iudicabitur et ipse certe miseretur Apoc. xviij. Reddite illi sicut ipe reddidit vobis et duplicate ei duplicia fm opera eius. Tercia est ventus humane laudis. Quidam enim intantum desiderant commendari esse iusti q̃ nullam misericordiam faciunt. Unde de quodam iusticiario regni legitur q̃ proprium filium iudicauit ad suspendium vt bonus iusticiarius diceretur Et de quodaz romano legitur q̃ dum filius suus committeret culpam propter quam debebant sibi erui oculi eruit sibi vnum et filio alium vt iustus diceretur. Flat em̃ ventus vane glorie in talibus et accendit in eis magnum ignem vindicte. ¶ Quinto eorum iusticia erat humana et non diuina. nam sicut iusticia humana et sicut lex humana punichat vt pz in lege pene talionis. Exodi. xxi. Oculum pro oculo dentem pro dente. liuorem pro liuore. Justicia autem ducens ad regnum est iusticia diuina que parcit penitentibus dissimulans peccata hominum propter penitentiam. Sapien. xi. Unde scribe et pharisei adduxerant adulteram ad xp̃m que fm legẽ moysi debebat lapidari vt eam condemnaret. Et xp̃s videns doloꝛẽ cordis eius et contritionem magnam dixit ei. Mulier vbi sunt qui te accusabant nemo te condemnauit. q̃ dixit. Nemo domine. Et ille ait. nec ego te cõdẽnabo. Unde et iam amplius noli peccare Jo. viij. Itẽ iusticia eoꝝ erat

Universidad de Deusto
Biblioteca

humana quia vt dicit Crisᵒs pena que p legem moysi debebatur transgressoribus libera bat. sed in regnuꝫ nõ introducebat sicut iusticia humana seruata liberat solũ a pena. Item iusticia eorum erat solus humana: quia de iusticia sua confidebant. Scribe enim confidebant in sciẽtia ⁊ pharisei, in vite austeritate et gloriabantur q̃ erant filij Abrahe et discipuli Moysi Ro. ij. Confidis teipsum ducem esse cecorum et lumen eoꝝ qui in tenebris sunt. Iusticia vero ducens ad regnum nõ confidit de se sed de merito passionis christi et de eiꝰ gratia per quam credit iustificari. i. Cor. xv. Gratia dei sum id quod sum. Cuius ratio est quia nisi iusticia nostra inniteretur merito passionis xp̃i et gratia dei non posset mereri vitam eternam que est bonum supra naturam infinitum. Nam meriti ad premium debet esse proportio iusticia autem nostra cũ sit finita et non perfecta nullam proportionem habet ad illud premiũ nisi inquantum innititur merito passionis xp̃i et gratia dei. Sexto eorũ iusticia erat incipiens ⁊ ad finem non perueniens semper enim legebant et nunq̃ intelligebãt. ij. Thi. tercio. Semper discentes et nunq̃ ad scientiaꝫ veritatis peruenientes Act. xiij. Ignorantes voces pphetaꝝ q̃ per oĩ sabbatum leguntur. Nã xp̃m cui tota scriptura testimonium perhibeat non cognouerunt Jo. v. Scrutamini scripturas in q̃bus vos putatis, vitam habere eternam. et ille sunt que testimonium perhibent de me. Et sic dicit Apostolus. ij. Cor. iij. Usq̃ in hodiernum diem dum legitur moyses velamen est positum super cor eorum Similiter semper operabantur opera legis et nunq̃ ad perfectum finem legis peruenerũt. Nam vt dicit Aplᵒs. Finis legis xp̃s est ad iusticiam omni credenti Ro. x. Similiter finis precepti ẽ charitas de corde puro et conscientia bona et fide non ficta. i. Thi. i. Sed ipsi nec ad xp̃m perueniunt nec charitatem habuerũt sed magnũ odium intantũ q̃ xp̃m occiderunt. Actuũ quinto Deus patrum nostrorum suscitauit iesum quem vos occidistis suspendentes in ligno. Justicia vero ducens ad regnum peruenit ad finem. Nam et veritatem fidei habet et in p̃cepto carnis perseuerat q̃ est finis legis quia vt dicit Mat. x. Non q̃ incepit sed qui perseuerauerit vsq̃ in finẽ hic saluꝰ erit Berſi. Sola pseuerãtia ẽ filis singularis summi regis. In suius figura mãdatũ est in lege Leuit. iij. q̃ semper canda animalis deberet in sacrificio offerri et concremari. Multi sunt fuerunt statua quam vidit. Nabugodonosor que habebat caput aureum pectus et brachia de argento ventrem et femora de ere crura de terra et paruus lapis totam conpregit vt patet Danielis. ij. Sic multi feruenter incipiunt et semper decrescunt et ad vltimum requiescunt super terrã. i. ad terrena bona redeunt et modica tentatio eos frangit. Si ergo volumus ad regnum celorum peruenire oportet q̃ iusticia nostra sit intrinseca et extrinseca sit caritatiua et non mercenaria. sit virtuosa et nõ otiosa. sit austera quantum ad se et mia plena ẽtum ad alios sit diuina et non humana. sit incipiens et ad finem perueniẽs. Et sic patet primum. ¶ Secundo ponit supplementum speciale per quod intellectus legis declaratur dicens Audistis quia dictuꝫ est ãtiquis nõ occides ⁊c. Ubi nota q̃ hoc preceptum vt dicit Augustinus nõ extenditur nisi ad homines nã animalia omnia sine pctõ occidere possumus quod est contra hereticos. Similiter vt idem dicit Augustinus hoc preceptum non extendit ad omnes homines sed solus ad homines particulares qui non sunt in aliqua dignitate vel potestate constituti ſ potestates et rectores et domini libere possunt in certis casibus occidere mutilare ꝓscribere ⁊ verberare secundum q̃ culpa exigit. Unde quod notanduꝫ. q̃ ecclesia habet duplicem gladium scilicet spũalem et materialem. Spũalis est excommunicatio depositio degradatio et hmõi que ecclesia per seipsam exercet. Materialem autem gladiũ qui est occidere et mutilare committit potestatibus seculi ꝓpter reuerentiam sacramentorum ne manus deo cõsecrate ad dispensandum et tractandum sacramẽta sanguine pollnantur. Unde nathan ꝓphera Dauid volentem edificare ecclesiam ꝺõ exꝑte dei prohibuit dicens. non edificabis michi domum. glo. quia vir sanguinum es ij. Reguꝫ. vij. Et primi Paral. xxij. dicitur Multum sanguinem effudisti et plurima bella bellasti non poteris edificare domum nomini meo tanto effuso sanguine coram me qõ autem ecclesia hũc duplicem gladium habet patet. Luce. xxij. quãdo discipuli direrũt Domine ecce duo gladij hic Et xp̃s respondit. satis est et nõ dixit non est necesse nec dixit sicut postea dixit petro Jo. xviij. Mitte gladium tuuꝫ in vaginam omnis enim qui gladium accipit gladio peribit Petrus enim tunc erat persona particularis et quasi preludendo voluit eum occidere quod nõ licet. R Qõ autem potestates possunt occidere ⁊ exterminare malos et proscribere ⁊ condemnare patet per tria primo patꝫ per scripturã Ro. xiij. Non enim sine causa portat gladium dei enim minister est vindex in iram ei q̃ male facit. Scõo idẽ patꝫ p exẽpla i crea turꝫ. ꝑmũ exm̃ ẽ i furiosis qꝝ sũt recludẽdi et vinculãdi ne sibi ⁊ alĩs noceant. quare ergo non sunt recludendi et occidendi qui sibi et alĩs nocent furando et alios cõturbando et occidendo nam pena augeri debet secundum q̃ culpa augeꝫ Deutro. xxv Pro mensura delicti erit et plagarum modus Si ergo aliqui magis nocent q̃ furiosi magis sunt puniendi. ¶ Secundum exemplum est in animalibus. si enim lupi canes rabidi et serpentes sunt occidendi ne homines ledant. quare nõ similiter homines qui viuunt vt lupi ⁊ vt serpẽtes alios venenant quiavt dicit Seneca. quid interest vt ex homine quis in beluam conuertatur aut sub hominis figura immanitatem gerat belue. Similiter outs morbida seq̃stratur ne totum gregem inficiat. Similiter ergo homo malus debet banniri et ab alĩs bonis excludi ne alios corrũpat Tercium exemplum est in membris corporis. nam saluberiter vnum mẽbrũ abscinditur ne totum corpus putrefiat. Similiter mali homines debent amputari ne statuꝫ bonum cõitatis conturbent et alios cotrumpant. ¶ Tercio idem patet per factum ꝺi Nam deus primos parentes pro trãsgressione precepti expulit de paradiso et ad inducauit eos morti cum tota posteritate sua cum prius eẽnt immortales. Potestas aũt minister dei est vt dicit apostolus ad. Romanos decimotercio. Qui tanto melius iudicat quanto magis se conformat regule diuine. ergo potest expellere et proscribere et morti condemnare secundum exigentiam culparuꝫ. sicut deus ingenitur fecisse Nam deus mandauit q̃ ille qui contra preceptum dei sabbato ligna colligebat debebat lapidari. Numeri. viceſimo primo. Similiter qui blasphemauerat deum israelvt patet Leuiti. viceſimoquarto Item si deus mortem eternam digne ꝓcalpanligit ergo minister dei mortẽ corporalẽ proseadẽ culpa infligere põe que quasi nulla pena est respectu pene eterne. Hoc ẽt per legem hũanã roboratur q̃dicit ꝑtinentium ꝺz amittere qui gratis sibi concessa abutitur. vitam autem et quicquid habemus deus nobis contulit gratis. i. Corinth. iij. Quid habes quod non accepisti. Ergo qui male vtitur vita sibi data cõtra deum et proximum viuendo debet priuari vita. Et sic patet nõ solum malos homines debere morte puniri sed q̃ debent omnino occidi. Exodi. xxij. Maleficos nõ patieris viuere. Et peccat grauiter potestas si dignos morte non occidit. Exemplũ huius patet in Achab rege israel q̃ pepercit Benedab regi syrie et vnus de filijs prophetarũ venit ad eum dicens. Quia dimisisti virum dignum morte de manu tua erit aia tua pro anima eius. iij. Re. xx. Idem patet in Agag rege amalechitarũ cui Saul pepercerat vitam. Et Samuel ipsum interfecit. i. Regum. xv. Itẽ nota hic mirabile, quia deus mandauit non solum occidi malos sed etiam vsq̃ ad terciam et quartam generationem deleri Exodi. xx. Ego sum deus zelotes vindicans iniquitatem patrum in filios in terciam et quartam generationem. Hoc exemplum patet ij. Regum. xxi. quando tempore Dauid facta est fames tribus annis. ⁊ consuluit dominum qui respondit ei et dixit q̃ hocerat. quia Saul contra iuramentum predecessorum populi interfecit multos gabaonitarum. nec de hoc facta fuerat vindicta et dedit Dauid gabaonitis duos filios Saulis et quinq̃ nepotes filios filiorum qui remanserant qui suspenderunt eos et statim cessauit plaga a populo. Hoc etiam patet in yeu cui quia deleuit totam progeniem. Achab et. lxx. filios eius decapitari fecit deus promisit facere eum regnare vsq̃ in secundam generationem vt patet quarto Regum. Et sic patet q̃ hoc preceptum solum refertur ad personas particulares quibus occidere non licet ꝓximũ aliquo modo. S Ubi nota q̃ ꝓximus occidit duobus modis, s. quantum ad corpus et quantum ad aiam. Quantum ad corpus occidit tribus modis. Primo vite peremptione. quod fieri potest quatuor modis sez auxilio, consilio manu propria et debiti auxilij subtractione vt quibus incumbit ex officio defendere et iuuare si non iuuant occidunt. Secundo bonoꝝ suorum ablatione. Eccles. xxxiij. Panis egentium vita pauperum est qui defraudat illum homo sanguinis est Tercio bonorum proprioꝝ retentione Ambrosius. Pasce fame morientem q̃ si non pauisti occidisti. Quantum autem ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

animam similiter occiditur proximus tribus modis scz ipsum ad peccatū inducendo dicto vel facto ipsum in peccato detinēdo t ipsum ad peccatum pronocando siue per iniuriam que fit ei siue per malū exemplum quod ei prebetur Romanoꝝ. xiij. Noli cibo tuo illum perdere pro quo christus mortuus est. Et sic patet quomō debet intelligi hoc preceptuꝫ. Non occides quod moyses antiquis iudeis qui egressi sunt de egipto ex parte dei dedit. ¶ Ad hoc autem preceptum christus addidit p quod preceptum declaratur dicens q non solum non licet proximum occidere / sed nec irasci in corde nec signa iracundie ipsi ostendere. ¶ Tribus autem modis possumus proximo irasci preter homicidium de quo dictum est. Primo in corde odiendo, fratrem ad mortem vel ad perditionem rerū suarū. Secundo in voce iracundiam exprimente per aliquam interiectionem vt heu / sicut dolor exprimitur a dolente dum dicit heu quod idem signat racha in irascente. Tercio in voce contumeliam exprimente per aliquā vituperationem vt fatue. Et in istis tribus sicut est gradus in culpa ita est gradus in pena qz maius est iram aliquo modo manifestare ꝙ in solo corde tenere. et maius est iram per manifestam contumeliā indicare ꝙ in corde tenere vel per aliquā vocem exprimere sine contumelia. In primo enim vnū est solum scz ira. in secundo duo scz ira et vox iram representans. in tercio tria scz ira vox iram repsentans et vituperū verbum. ¶ Et ideo consilium quod debetur dicenti racha / maior pena est ꝙ iudicium quod debetur solum irascenti et gehenna ignis que debetur dicenti fatue maior pena est ꝙ iudicium vel consilium. Quia vt dicit Aug. in iudicio conueniunt iudices ad examinandum causam et adhuc locus superest ad euadendum sententiam per vias multas. In concilio autē conueniūt ad conferendum de pena examinata tam causa qua scz reus puniendus sit t adhuc locus superest ad euadendum sed magis difficulter quā in iudicio. gehenna vero nominat illationem pene qua reus punit a qua nō restat effugiū. Sed si pro illatione contumelie debet gehenna / quid pro homicidio inferē quod est oibus suprad. dictis grauius. Ad quod dicendum ꝙ vt dicit Aug. homicidio simliter debet gehēna. Sed i gehenna est maior et minor pena sicut in gloria est maior t minor gloria quia vt dicit Apl'us. i. Coꝝ. xv. Stella differt a stella in claritate sic erit resurrectio mortuoꝝ. ¶ In fine notꝰ ꝙ hectria scz irasci et dicere racha et fatue possunt esse sine peccato immo cū merito et cū peccato mortali sicut accipiunt hic. et cū pctō venialī. Sine pctō sunt quādo ex rationabili causa fiunt. Quia vt dicit Aug. Stoyci dixerūt q in sapientem non cadit ira nec alie passiones aie. Peripatetici dixerunt q in sapientem cadit ira et alie passiones animē. sed moderate et rationi subiecte. Inter christianos vero non est attendēdū si quis irascit / sed ex qua cā t cui irascatur quia si quis ex rationabili causa irascatur puta propter malū quod videt fieri et non irascitur fratri sed vicio fratris talis ira non est peccatū immo est meritoria et vocatur ira per zelū / quia vt dicit Crisō. Si ira non fuerit nec doctrina ꝓficit nec iudicia stant nec crimina cōpescunt. Quod patet ex formali diffinitione ire. Est enī ira appetitus vindicte / sed vt dictū est vindicta licet inferre malefactoribꝰ. ergo vindictā accipere de malis ex zelo iustitie similiter licz Psal. xcix. Irascimini et nolite peccare. Talis ergo ira ē meritoria sic ira tus fuit phinees cōtra zambri et ob hoc placuit deo et meruit sacerdocū sempiternum vt patet Numeri. xxv. Sic ergo pluri mum irascunt parentes filiis. Cū pctō vero mortali sunt cū aliquis deliberata ratione appetit ꝙ fiat de aliquo vindicta quā litercunqꝫ cōtra ordinē rationis propter malū eius. puta ꝙ appetat puniri eū qui non meruit vel vltra ꝙ meruit vel non secundum legittimum ordinem vel non propter debitum finem qui est conseruatio iustitie et punitio culpe. Talis irascit fratri et non culpe. et vocat ira per odiū. Et hoc est quod hic dicitur. Olꝰ qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. Talis ira ex suo genere est peccatum mortale de qua ꝛ dicit hic. Nisi aliquis appeteret vindictā leuē de aliquo quā etiaz si inferret nō peccaret mortaliter. vt trahere aliquem puerum parum per capillos. similiter si quis nimis ardenter irascitur interius t nimis exterius ostendat signa ire ita ꝙ ex vehementia ire excidit ex charitate dei et proximi peccat mortaliter. Et sic ex duobus contingit peccatum mortale in ira. scz in ordinato appetitu vindicte et ex vehemētis passionis ire que consurgit ex ascensione sanguinis circa cor. Cum peccato autē venialī sunt quando ira non perfecte a ratione regulatur / vel quantum ad appetitū vindicte vt cum quis nimis aliqētum appetit magnam vindictaz ꝙ iusticia exigat vl quantum ad modum irascendi vt cum motus ire aliquantulum interius vel exterius nimis ferueſcit. vel quando motus ire antecedit rationem. Est enim ira materialiter diffiniendo accensio sanguinis circa cor. Et ideo quando subito homo accēditur absq; deliberatione rationis sed statim a ratione regulatur its ꝙ non impedit rectitudinem rationis est peccatum veniale. glosa super illud psal. Irascimini et nolite peccare dicit. Venialis ira que non perducitur ad effectum. Et sic patet secundum. ¶ Tercio ponit consilium salutare per quod modus fiēdi boni declaratur dicens. Si offers munus tuum ad altare id est in conspectu dei ad christum qui altere dei dicitur. iurta illud. Hebreoꝝ. xiij. Habemus altare de quo edere non hñt potestatem qui tabernaculo deseruiunt scilicet corporis quorum deus venter est. Quodcunqꝫ munus sit siue ab obsequio in seruiendo christo siue a lingua in predicando t laudando christum. siue a manu in dando bona pauperibus propter christuꝫ. Nam triplex est munꝰ. s. ab obsequio a lingua et a manu t si ibi recordatus fueris ꝙ frater tuus habet aliquid aduersum te quia iniuste offendisti eum quocunqꝫ modo siue verbo siue facto offenderis eum relinque ibi ante altare munus tuum. i. ante christuꝫ vt scz habeas propositum firmum seruiendi deo. Tunc enim relinquis ante altare munus tuum cum propositum tuum est firmū ante deum vt ei seruias. Sed vt gratiosꝰ et fructuosius sit seruitum satisfacere debes primo fratri si presens est si autem est absens vadas ad eum in mente tua vt scz habeas firmum propositum cuz obtulerit se facultas ei plenarie satisfaciendi. qz vt dicit Hilarius non oportet ꝙ vadas vltra mare si ibi est quem offendisti ad reconciliandum sibi pedibus corporis sed moribus animi. Et vt dicit Crisō. Debemus em reconciliari sicut offendimus vt si verbo offendimus verbo recōciliemur. t si facto offendimus facto reconsiliemur. Et tunc munus nostrū erit acceptū vasde cotā deo et meredimur vitam eternam. In huius figura dominus mandauit ꝙ sacerdotes et leuite sacrificaturi in templo prius deberēt lauare manus et pedes et habere specula affixa in labro eneo vbi lauabantur in quibus respicerēt et abstergerēt oēs fēditates vt patet Exodi. xxv. et xxxviij. Et sic patet tercium et consequenter totum.

¶ De epistola Sermo. lxxviij.

QUicunqꝫ baptizati sumus in christo Jesu in morte ipsius baptizati sumus. Roma. vi. Sicut dicit Apl'us. i. Coꝝ. xiij. Qui ignorat ignorabitur et ideo doctor t pastor debet esse valde sollicitus / in docendo ne populi ignorantia sibi imputetur ad condēnandū Matthij. Sanguinē vero eius de manu tua requirā. Propterea dicit apl'us. i. Corin. ix. Ue michi si non euāgelizauero / necessitas enim michi incumbit. Similiter populus debet esse valde sollicitus audire ne propter ignorantiam damnetur et malum agat. Jsaie. v. Propterea captiuus ductus est populus meus eo ꝙ scientiam non habuit. Et ideo apostolus doctor gentium in fide et veritate fuit valde sollicitus nos docere omnia necessaria ad salutem Actu. xx. Non em subterfugi quo minus annunciarē vobis omne consilium dei. Principium autem et fons salutis anime sine quo nemo saluari potest est baptismus Jo. iij. Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spū sancto non potest introire in regnum dei. Et ideo in epistola hodierna de baptismo predicat Apostolus vt ipsum cognoscamus et cognoscēdo in ipso ambulemus t abluti eius virtutem illibatam conseruemus. In qua quidem epistola Apl'us quatuor facit. primo innuit formam baptismi et virtutem eius quam tenere debemus. in principio epistole. Secundo ostendit quomodo in baptismo christo mortuo configuramur et similes esse ei debemꝰ ibi. Cōsepulti em sumꝰ cū illo p baptismū in morte vt quō resurrexit a mortuis p gloriā patris ita t nos in nouitate vite ambulemus. Tercio ostendit triplicē fructū si hanc similitudinē illi batam cōseruemus ibi. Si em cōplantati facti sumus similitudini mortis eius. ꝛc. ¶ Quarto istum triplicē fructū hortatur Apostolus romanos quibus loquebatur habere et in illis oēs nos quatinꝰ nos habere velimus ibi. Itaq; et vos existimate vos mortuos quidē esse pctō viuētes autem in deo in xpo Jesu dño nr̄o. Primo igitur Apostolo formā baptismi et virtutem eius dicēs, Quicunqꝫ bapti. sumus in xpo Jesu id est in forma baptismi quā tradidit christus Jesus. Que est petre vel martine ego te baptizo in nomine patris t filij

et spūs sancti. vt ptz Mat. xxviij. Docete inquit oēs gentes bap. eos in nomine pa. et filij et spūs sancti. ¶ Uel in baptismo quem instituit iesus xp̄s et quantū ad materiā et quātū ad formā; quia nisi fiat in aqua et suptadicta forma verboꝝ seruet non est baptismus. Uel in baptismo i quo opaī iesus xp̄s qz virt⁹ baptismi nō est ab aq̄ neq; aēr bio neq; a baptizāte neq; baptizato sed a iesu christo cuius mediāte aq̄ et verbis christus conferat virtutē in baptismo. Unde aqua et verbū nō sunt mediū per quod baptismus operatur sicut p causam efficientē principalē. sed sunt mediuz in quo salus cōfertur et sine quod baptismus non confertur. Quicūq; ergo sic baptizati sumus in morte ipsius christi baptizati sumus id est in efficacia et virtute ipsius mortis christi baptizati sumus qz virtus mortis christi i baptismo operaī et p baptismum nobis applicatur quod ptz qz omnia illa que mors christi habet efficere in nobis in baptismo et per baptismū nobis applicanī et effectū habēt et non ante baptismum. Ergo baptismus habet efficaciam et operatur in virtute mortis christi. Et qz causa primaria magis est influēs super causatū cause secūde ideo potius debemus dici baptizati et mundati in morte christi q̄ in baptismo. ¶ Sunt autem quatuor que habet in nobis efficere mors christi que in baptismo nobis conferunt.

U primum est mūdatio aie a culpa et macula peccati nā christus pendens in cruce omnia peccata deleuit Apo. i. Lauit enim nos a peccatis nostris in sanguine suo. hec mundatio cōfertur nobis in baptismo vnde baptismus sicut lauat exteri⁹ corpus sic mundat interius animam Eze chie. xxxvi. Effundam super vos aquā mūdam et mundabimini ab oī iniquita. ve. ¶ Secundum est ablatio pene. qz christ⁹ pendens in cruce sustinuit penā sufficientem pro oibus pctis que facta erāt vel fieri poterant immo sustinuit penā excedentem pctā centū milium mundorum Isaie. quinquagesimo tercio. Uere lāguores nostros ipe tulit dolores nostros ipse por. et infra. Et do. po. in eo iniqui. omniū nostrū. In huius figurā vt dicit Augu. de latere christi pendentis in cruce exiuit sāguis et aqua vt ptz Jo. xix. Sāguis solutionis et redemptionis t aqua ablutionis. Et in huius signum dicit Apūs ad Collo. ij. q christus cyrographum delicti quod erat contrarium nobis tulit de medio. et affixit illud cruci. Nam quando solutū est verbirum cyrographum dilaniatur. Hoc totū operatur in nobis baptism⁹ in virtute passionis christi Quia vt dicit Aug. In puerilis deler peccatum originale in adultis autem originale et actuale. Et ideo baptizato nulla penitentia est iniungenda. Sz cōtra peccatum non potest ordinari nisi per penam vt dicit. Aug. Et similiter sicut nullum bonum manet irremuneratum ita nullum malus manet impunitū. vt dicit. Aug. Et dicendum q peccata eorum qui baptizantur punita fūt in corpore christi in cruce cuius membrū homo efficitur in baptismo Unum aūt membrum dñi pōt pati penam pro alio nam caput amputatur p vulnere quod manus inflixit. Tercium est refrenatio concupiscentie male. Nam xp̄us prudens in cruce eneruauit et confregit vires peccati vt vltra non dominentur vt dicit. Augustinus. Et in huius figura vt Augu. dicit mandauit dominus moysi. vt suspenderet serpentem in ligno vt patet Numeri. xxi. Serpens venenans homines est ipsum peccatū occidens homines in animaquod suspensum est in ligno crucis Suspē sus autem vel crucifixus non habet vires nisi soluatur. sic homo nisi recedat a cruce peccatum non potest ei nocere. peccatum solum in cruce est ligatum alibi autem habet vires magnas. Hoc cōfertur nobis in baptismo. nam per dei gratiam que in baptismo confertur concupiscentia refrenat et peccatum perdit vires nec vltra mūs pōt nobis dominari nisi velimus. Et hoc patz in alīs nationibus que baptizate non sūt nam concupiscentia magis feruet in eis et peccatuz magis dominatur eis q̄ his qui in virtute baptismi se conseruant. patet etiam hoc in peccatoribus quibus peccatum dominatur, nam xp̄iani peccatores ceciderunt ab hac virtute. ¶ Quartum est liberatio dyabolice potestatis. nam xp̄s in cruce vicit dyabolum et totum exercitum eius. Aug. Wann inermi et affixa cruce debellauit aereas potestates relegauit eas in inferno vt patet Apo. xx. Isa. xiij. Uere tamen in inferno detraherie in profundum laci et per q̄s nos omnes a potestate diaboli eripuit. Coll. primo. Qui eripuit, nos de ptāte tenebrarum t transtulit in regnum filij dilectionis sue. Hoc autez nobis in baptismo confertur. quia cum dyabol⁹ nobis non dominetur nisi perpctm t pctm. in baptismo tollaī vt dictū ē liāt q in baptismo a dyaboli ptāte eripimur vt

de cantamus. Caput draconis soluator contriuit in iordanis flumine ab eius potestate nos omnes eripuit. Hoc fuit figuratum Exodi. xv. qñ in mari rubro pharao cum toto exercitu suo submersus est. Ware rubrum est baptismus rubricatus sanguine christi. Psal. Contriuisti capita draconum in aquis. ¶ Quintum est vestitio honorabilis vestis virtutum. Nam christus in cruce confecit mirabilem vestē virtutum. Quia vt dicit Aug. Omnes virtutes fuerunt in cruce nec exemplum alicuius virtutis ad informandam vitam nostram totam abest a cruce. Hec vestis fuit figurata per tunicam inconsutilem christi quam xp̄s reliquit petōribus induendam que non potuit scindi quia nullus potest eam habere per partes nisi totam. Hanc tunicam induit nobis in baptismo deus: quis baptizato omnes virtutes infundūtur. In baptismo homo nascitur ad vitam gratie et cruit totam vestem veterem t nō remanet nudus propter quod deus parat ei dictam vestem mirabilem que nunq̄ putrescit que renouatur de die in diem. que tenet hominez calidū in amore dei que custodit eum ab omni lesura et facit eum dignum nuptijs sponsi eterni. quam quicunq; non habuerit de illis nuptijs cum deo t vituperio expelletur Mat. xxij. Amice quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem. et in signum huius moleuit consuetudo q̄ commatres et cōpatres donabant tunicam puero quē ad baptismum tenuerunt. ¶ Sextum est apertio celum in eo q̄ obstaculum. s. peccatum quod nos prohibebat intrare amouit et virtutem introeundi contulit. Totum hoc fit in nobis in baptismo ad quod significandum xp̄o baptizato apertum est celum vt patet Math. iij. Quare enim tunc apertum fuit celum cum nec ingredi nec egredi aliquis tunc de celo debebat nisi quia significauit q̄ baptizato celum aperitur. ¶ Septimū quod efficit mors propter baptismū ē habitatio totius trinitatis. Nam in cruce tota trinitas t xp̄i humanitate fuit: qz vt dicit Aug. Indiuisa sunt opera trinitatis q̄uis enim passio soli filio appropriet et solus filius dicatur passus tamen tota trinitas fuit passionem operata. sicut t incarnationem Job. xiij. Nō credis qz ego in patre et pater in me ē. Ibidē. Pater in me manens ipse facit opera. Et sīr est de spū sancto. Hec autem habitatio trinitatis et diuinitatis in xp̄o nō fuit cognita nisi per mortem christi quia in morte omnia elemēta testata sunt christum esse verum deum. Unde ille cēturio dixit. Uere filius dei erat iste Jo. xix. Et ideo trinitas dei et deitas christi non habitauit in cordibus hominū per veram fidem nisi per mortem christi. Et ideo christus ait Johan. xvi. Expedit vobis vt ego vadam. Si enim non abiero paraclitus non veniet ad vos t nisi formā humanitatis subtraxero me vt verum deum non cognoscetis vt dicit Grego. Hec autem habitatio fit in nobis in baptismo quia per baptismum et in baptismo fit homo templum dei. i. Cor. iij. Templum dei sanctum est quod estis vos. Ibidez. Nescitis quia templum dei estis et spūs sanct⁹ habitat in vobis. Nam in baptismo mundatur ab omni peccato et virtutibus adornatur vt dictum est. et per q̄s fit dignum habitaculum dei. Et ideo in collatione baptismi trinitas inuocatur. et hoc fuit figuratum in christo baptizato. naz ibi tota trinitas apparuit. pater in voce. spiritus sanctus in columbe specie. et filius in humanitate. ¶ Octauum est adoptio filiorū dei que facta fuit in cruce. nam christus in cruce fecit pacem inter deum et hominem. et ad magnum amorem dei reduxit hominē intantum q̄ deus adoptauit eum sibi in filium. Et ideo statim christo mortuo hereditas filij data est homini scilicz vita eterna: quia vt dicit Apostolus ad Romanos. viij. Si filij et hedes. heredes quidem dei coheredes autem christi Luce. xxiij. Hodie mecum eris in paradiso. i. sicut filius adoptiuus eris heres glorie patris meū Hec autem adoptio fit in baptismo: quia ibi renascimur in filios dei. in vtero ecclesie. et ideo extunc vocamur xp̄iani. id est filij et fratres christi pti. Johan. iij. Uidete qualem ca. de no. de. et filij dei no. et sim⁹ Gal. iij. Quoniam antez estis filij dei mi. de. s. fi. sed in cor. ve. cla. ab pater. Et huius figura super christum baptizatum venit vox dicens. Hic est filius meus dilectus. ¶ Nonum est consignatio electorum nam in cruce consignati sunt electi a reprobis Nam latro pendens ad dexterā christi et credens vere ipsum esse filiū dei et innocenter patientem deuote se ei recōmendans signauit omnes electos qui per christi passionem saluabuntur. latro vero pendēs ad sinistram et blasphemās eum nec in eu credens signauit oēs reprobos

qui et passione xpi nichil boni reportabit sed malum. Hec autem cõsignatio fit in baptismo nam in eo imprimitur caracter qui est quoddam signum distinctiuum christia norum ab aliis in anima existens. per quẽ homo fit abil' ad recipiendum sacramenta ecclesie. nam sine talu nullum sacramentuz potest quis accipere. Et hoc signatur per hoc q̃ in baptismo inungitur baptizand' in modum crucis quia in baptismo recipitur caracter et quoddam signum crucis distinctiue vt aliqui cruce signantur ad aliquid speciale Ezechielis.ix. Signa thau super frontes viroz dolentium et gementium. Et sic patet primum. ¶ Secundo ostendit quomodo in baptismo xpo mortuo configuramur et similes ei esse debemus quia immersio pueri in aquam significat sepulturam xpi. et trina immersio significat triduum sepulture xpi. et erectio pueri de aqua signat resurrectionem xpi. Ergo in eo q̃ in aqua immergimur ꝓsepelimur xpo mortuo vt deinceps mortui simꝰ mundo. et in eo q̃ de aqua eripimur consurgimus cum xpo de morte scilz peccati. Quomõ ergo xps resurrexit a mortuis p gloriam patris. i. ad honorem et gloriam patris ita et nos postq̃ in baptismo mortui fuerimus omnibus peccatis et mũdo et vite veteri que est fm carnem debemꝰ resurgere de morte culpe ad vitam gratie et in nouitate vite spũs ad dei honorem et gloriam ambulare Ephe.v. Surge qui dormis et exurge a mortuis et illuminabit te xps. Dicitur autem vita spũs nouitas vite: quia vt dicit Apostolus pri. Cor. xv. Primo quod animale est deinde quod spũale. Et ideo vita spiritus dicitur nouissima vita. i. Cor. Ibidem. Primus homo de terra terrenus secundus homo de celo celestis. Et ideo sicut portauimus imaginem primi hominis. ita portemus imaginem secundi hominis scilz christi. qui fm deum creatus est in iusticia et sanctitate cuius filij facti sumus. et qucin in baptismo promisimus imitari Ephe.v. Imitatores dei estote sicut filij dei charissimi. ✠

Hec autem nouitas vite in decem consistit. Primo in baptismi susceptione Johãnis. iij. Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto non potest introire in regnum dei. Secundo in membrorum mortificatione. ij. Cor. iiij. Semper mortificationem christi iesu in corpore nostro circũferentes: vt et vita ipsius in corporibus nostris manifestetur. Tercio in bonorum et diuitiarum mundi renunciatione Luce xiij. Nisi quis renunciauerit omnibus q̃ possidet non potest esse meus discipulus. Quarto in mandatorum dei obseruatione Math. xix. Si vis ad vitam ingredi serua mandata. Quinto in iniuriarum dimissione Lu. xvi. Dimittite et dimittemini. Sexto in dei et proximi perfecta dilectione Mat. xxij. Diliges dominum deum tuũ ex toto corde tuo. ꝛc. et proximum sicut teipsum. Septimo in vere penitentie assumptione Luce. xiij. Ita dico vobis nisi penitentiã egeritis. omnes simul perhibitis ¶ Octauo in mortis meditatione. Eccle. vij. Memorare nouissima tua et in eternũ non peccabis Nono in passionis xpi recordatiõe Trenotum. iij. Memorare pauperis et transgressionis mee absinthij et fellis. Memoria memor ero et tabescet in me anima mea Berñ. Visa christi passione quis est tam deliciosus qui non contineat tam malicioſus qui non abstineat. quis tã iracundus qui non condonet. Decimo in vite eterne certa expectatione Tho. ij. Filij sanctoz sumus et vitam illam expectamus quam deus daturus est his qui fidei suam nunq̃ mutant ab eo. Psal. xxvi. Credo videre bona domini in terra viuentiũ. Et sic patet secundum. ¶ Tercio ostendit triplicem fructum fi sic in hac vite nouitate ambulauerimus per quam christo similamur. ¶ Primus est resurrectio prima scilicet gratie. Apo. xx. Beatus qui habet partem in resurrectione prima: quia sꝰ plantati. i. simul plantati facti sumus sꝰ similitudini mortis eius. hoc in baptismo simul erimus complantati facti similitudinis resurrectionis eius. i. si in plantatione qua per baptismum plantamur in ecclesia dei fuerimus similes morti christi vt sicut christus semel mortuus est et mors illi vltra non dominabitur ita et nos postq̃ semel fuerimꝰ mortui in peccatis et delictis nostris et ab ipsis in baptismo fuerimus mundati non moriamur amplius in peccatis tunc erimus christo similes resurgenti qui resurgens a mortuis iam nõ moritur. Et sic habemus resurrectionem gratie similem resurrectioni christi in nouitate vite firmiter ambulantes. et sic semper cum dño erimus. qz et in morte et in vita sumꝰ ei similes. ¶ Secundus fructus est enervatio cõcupiscentie et destructio peccatorũ qz in tali cõplantatione et similitudine mortis et resurrectiõis xpi que fuit in baptismo q̃ quã in nouitate vite ambulamꝰ

vetus homo noster. i. concupiscentia carnis que vetus homo dicitur quia a veteri homine Ade ꝛ tracta est crucifigitur. id est per gratiam dei auferuntur ei vires vt nobis dominari non possit et corpus peccati id est congeries peccatorum similiter destruitur in baptismo vt dictũ est vt nobis dominari non possit nisi velimus qua qui mortuus est peccato scilicet i baptismo iustificatus et mundatus est ab ipso peccato et quantum ad culpam et quantum ad penam vt dictum est. Uel aliter et melius dicendum est. q̃ hic reddit rationẽ istius pũi fructus. quia si concupiscẽtia carnis est debilitata ꝛ refrenata ita q̃ nõ potest nos cogere ad peccandum et congeries peccatorum est destructa poterimus similes esse christo resurgenti vt scilicet amplius non moriamur peccato a quo sumus iustificati et mundati. ¶ Tercius fructus est resurrectio secũda scilicet gloria. quia credimꝰ veraciter q̃ si mortui fuerimꝰ in hac vita mundo et peccatis sicut christus mortuus fuit in christo et propter christum mortificauerimus membra nostra. viuemꝰ simul cum christo vita beata et ꝑpetua qua xps viuit. quia resurgens a mortuis non ãpliꝰ potest mori nec̃ mors potest ei dominari Nam q̃ mortuus est peccato. i. ꝓpter peccatum tollendum et destruendum mortuꝰ est semel. i. eius mors suffecit ad peccatum delendum et homines iustificandum. Hebreorum. x. Una enim oblatione consummauit in sempiternuz iustificatos. Sed q̃ modo viuit viuit deo id est in deo qui est vita perpetua Jo. xi. Ego sum resurrectio et vita. Et sic q̃ mortuus fuit semel hoc fuit in quantum homo vt ꝓ homine satisfaceret Sed modo viuit inquantum deus qui est vita eterna et mori non potest qua vita ẽt nos viuemus. Jo. xvij. Uolo pater quos michi dedisti vt ubi ego sum et illi sint mecum scilicet in eadem vita. Et sic patet tercium. ¶ Quarto istum triplicem fructum hortatur Apꝰs romanos quibus loquebatur habere et in illis omnes nos quia omnes debemus nos existimare in vite ista mortuos esse peccato et mũdo et viuentes deo id est ad honorem dei Col. Mortui estis mundo et vita vestra abscondita est cum christo in deo. Et hoc est quod ipse dicit in christo ihũ. i. in forma ꝛ exẽplo xpi ie su et in virtute ihũ xpi quia sine ipso viure non possum. Jo. xv. Sine me nichil potestis facere. Et sic patet quartum.

¶ Dñica. vij. de euangelio. sermo. lxxviij.

QAm turba multa esset cũ iesu nec haberẽt qõ mãducarẽt cõuocatis discipulis ait illis. misereor super turbã ꝛc. Marc viij. Sicut ꝓz Jo. vi. Christus vocat se vẽ num et verũ panem. Ego sum inquit panis viuus qui de celo descẽdi. Et quis duplex est vita. scz aie ꝛ corporis ideo duplicẽter nos pauit scz ꝑbum ad animam exemplo charitatis et verbo veritatis nos informando Acti. i. Cepit iesus facere ꝛ docere. Et quãtum ad corpus pane materiali reficiendo vt in hoc euangelio ꝓz. In quo quidem euangelio quinq̃ summarie continent. Primũ est christi miseratio sꝑ turbam indigentem in principio euangelij. Secundũ est discipulorũ dubitatio super potentiam dei omnia valentem ibi. Et responderunt discipuli sui. Unde istos quis poterit hic saturare panibus in solitudine. Tercium est christi interrogatio vt refectionem miraculosaz faceret euidẽtem ibi. Quot panes habetis. Quartũ est modus quẽ tenuit super refectionem quã mandauit apponi ante turbam famescentem ibi. Et ꝓcepit turbe discũbenti super terram et accipiens septẽ panes gratias agẽs fregit et dedit discipulis suis vt apponerent. Quinto subiũgit euãgelista numerũ sportarũ de reliquijs sublatarum et numerũ manducãtiũ ad dei gloriã ꝛ nr̃az instructionẽ ibi. Et sustulerũt qõ superat de fragmẽtis septẽ sportas. Erant autem qui mã. quasi quatuor milia ꝛ di. e. ¶ Primo ergo ponit dei miseratio super turbã indigentẽ quia turbe non hãtis vt comederet misertus est. et hoc est misereor sꝑ turbam. Et quia ois creatura debet creatori suuz sequi ideo filius dei postq̃ misertus est hominis omnis creatura misera est ei. Olim enim erant quatuor incompassibilia hõmini scz deus: angeli: celum: et mors. Nam deus hominẽ sibi reconciliari nolebat. angeli animas nostras ad celum deportari recusabant celum erat homini clausum. et mors omnes ad tartara demergebat. Sed postq̃ deus homini est misertus eum sibi reconciliauit. angeli animas nostras ad celum deportant. celũ manet apertum et mors nisi volentes ad tartara demergit. Et tanta fuit dei miseratio circa hominem q̃ hec quatuor placuit et sibi compassibilia fecit. Et hoc est quod dicit. Misereor super turbam ꝛ volo quod omnis creatura eius misereatur.

3 Notandum autẽ q̃ quatuor moue
runt christum ad turbe miserendũ et pa
scendũ scz proprietas naturalis. numeros
tas popularis. penitentia salutaris. ⁊ in
digentia rei familiaris. Primum fuit pro
prietas naturalis. Christus em̃ fuit verus
deus et verus homo ex vtraq; ãũ parte
fuit misericors. nã in q̃tum homo proces
sit ex progenie Dauid cuius misericordia
et clementia in scriptura magnificatur et
predicatur Isa. lv. Misericordias Dauid
fidelis. Et pri. Macha. ii. Dauid in sua mi
sericordia consecutus est sedẽ regni in se
cula. Et hoc allegauit chananea petẽs mi
seri filie sue dicens. Miserere mei fili Da
uid Mat. xv. quasi di. Et pr̃e tuo habes q̃
sis misericordissimus. Hoc etiã allegarũt
milites benedab regis syrie dicẽtes. Au
diuimus q̃ reges israel clemẽtes sunt ⁊c.
vt patet in libro regum. Similiter in q̃tũ
deus omnino est sibi proprium et natura
le misereri Gregorius in collecta. Deus
cui proprium est misereri semper et parce
re. Psal. cxliii. Miserationes eius super
omnia opera eius. Punire autem est extra
neum et alienũ deo Isaie. xxviii. Ut faciat
opus suum alienum est opus eius ab eo.
opus dei est omnia ordinare quia sapien
tissimus est cuius proprium est ordinare
Sapien. nono. Omnia cõstituisti in nume
ro pondere et mensura. Peccata autẽ non
potest aliter nisi per penam ordinare per
quaz reducitur ad ordinẽ iusticie. Et ideo
deus vt hoc opus suum faciat. scz. vt re
ducat pctõrem per penam ad ordinem iu
stitie. alienum est hoc opus suum scz pu
nire ab eo. i. sibi non competit scm̃ natu
ram. et ideo deus inuite punit et cum do
lore Isaie. Heu consolabor ego super ho
stibus meis ⁊ vindicabor de inimicis meis
et ideo multum expectat pctõres vt nõ pu
niat sed misereatur eor̃. Isaie. xxx. Pro
pterea expectat deus vt misereatur nostri
Exemplum de ape que naturaliter melli
ficat et concitata pungit. sic facit deꝰ. Nã
in principio omnibus creaturis magnam
gratiam et miam fecit sed postea concita
tus peccatis expulit angelos de celo et ho
mines de paradiso et misericordia eius in
celo videbatur recluſa Psal. Domine in ce
lo misericordia tua. In processu vero tem
poris iterum incepit misericordiam suam
extendere in quãdã partẽ terre et ad quẽ
dam populũscz iudeorũ quem plantauit et
multis gratijs et mirabilibus beneficijs
est prosecutus. et suam noticiam ei dedit
Psal. lxxv. Notus in iudea deus. Et q̃ nõ
poterat amplius in ira miam continere to
tũ q̃ contra naturam suam erat. ideo mulſ
filium suum vt omniũ misereretur et om
nibus magnas gratias faceret Johan. i.
Gratia et veritas per iesum' christum fa
cta est. Et iterum de plenitudine eius om
nes accepimus gratiã pro gratia. Et hoc
est quod hic dicitur. Misereor super tur
bam supple omnium populoruz quia ecce
iam triduo sustinent me id est per tria tem
pora expectãt a me sibi misericordiã exhi
beri scz tempore legis nature. tẽpore le
gis scripture. et tempore gratie reuelate
quia ecce post veniunt michi miam postu
lantes nec habent quod manducent quia
panis vitus melior manna omnis sapo
ris suauitatem habens qui de celo descen
dit cibus angelorũ et perfectorũ hominũ
nondum erat institut̃. Et ideo homo vsq;
ad illud tempus non habuit cibum virtu
tis et vite ad comedẽdũ. Sed christus mi
sertus est eius et dedit ei cibum anime et
corporis in quo magna eius misericordia
designatur. ¶ Et nota q̃ christꝰ mia circa
turbam hominum secundũ omnem modũ
magnitudinis magna eẽ apparet. A
Nam quadrupliciter dicitur aliquid esſe
magnum. Primo aliquid dicitur esſe ma
gnum id est altum vt turris magna id est
alta. Sic misericordia christi ẽ magna alti
tudine quia vsq; ad celum ad quod homi
nes introducit. Psalmista. Magnificata
est vsq; ad celum misericordia tua. ¶ Se
cundo dicitur aliquid magnum id profun
dum vt puteus magnus id est profundum
sic misericordia christi est magna profun
ditate quia de inferno edurit animas de
functorũ Psal. Misericordia tua ẽ magna
super me ⁊ edur. ani. me. ex inferno inferi
Tercio dicitur aliquid magnuz id est am
plum vt platea magna id est ampla. sic mi
sericordia christi est magna amplitudine
quia in toto orbe terraruz non est qui xp̃i
misericordiaz non sentiat Psal. cxviii. Mi
sericordia domini plena est terra. Quarto
dicitur aliquid magnum id est longum vt
magna via. i. longa. sic mia xp̃i est magna
longitudine. quia a seculo vsq; in seculuz
et ab eterno vsq; in eternum Psal. Miseri
cordia domini ab eterno vsq; in eternum
et sic secũdum dimensionem misericordie
xp̃i est magna circa hominẽ Ephe. iii. Hoc
oro vt possitis comprehendere cum omni
bus sanctis q̃ ẽ latitudo lõ. pfũ. et sublꝰ
sup̃. i mia xp̃i B ¶ Secundũ q̃ christ

sum mouit ad turbe miserendum fuit nu
merositas populatis quia turba erat mul
torum hominuz in quibus credendum est
q̃ multi erant magni meriti qui dei bene
ficium et misericordiam meruerũt. Si esſ
deus olim ad preces moysi vnius homi
nis diuisit mare et edurit aquam de petra
et pluit cornices populo israel vt patet
Exodi. xvi. Et ad pces helye abstulit plu
uiam et reddidit et multiplicauit farinaz
et oleum illi vidue de sarepta sydoneoruz
vt patet. iii. Regum. xvii. multomagis nãc
ad preces multorum quorũ fames ad deũ
clamabat multiplicauit panes Mat. xviii.
Si duo ex vobis consenserit super terram
de omni re. quamcũq; petierint fiet illis a
patre meo. Terciuz quod mouit eum fuit
penitẽtia salutaris que per triduum quo
turba cuz christo fuerat designatur. et hoc
est quod dicit. Misereor super turbam: q̃
ecce iam triduo sustinẽt me. Matheus ve
ro ait quia triduo perseuerant mecum.
Triduum autem penitentie est dolor con
tritionis pudor confessionis et labor satis
factionis. Hec est via trium dierum. quaz
filij israel petebant ire in desertum ad sa
crificandum deo. Exodi. iii. Viam trium
dierũ ibimus vt immolemus domino deo
nostro. ¶ Quartum quod mouit eum fuit
indigentia rei familiaris que ex trib⁹ cau
sabatur. Primo ex consumptione ciboruz
quia vt dicit Crisostomus per duos dies
precedentes omnes cibos quos secum tu
lerant iam comederant. Secundo ex penu
ria et ariditate locorum quia in vasta soli
tudine erant vbi nec fructus terre nec cibi
venales inueniebantur. Tercio ex distan
tia domorum quidam enim de longe vene
runt ⁊ a domibus suis multum distabant
et ideo ante q̃ ad eas peruenissent nisi co
medissent defecissent in via vt christꝰ hic
dicit. Et sic patet primum. ¶ Secun
do ponitur discipulorum dubitatio super
refectione turbe prouidenda. Aiunt enim
Unde illos quis poterit hic saturare pani
bus in solitudine. Non enim recordabã
tur alterius refectionis de quinq; panib⁹
ordeaceis et duobus piscibus quam ante
fecerat vel si recordabantur diffidebant
an modo posset simile facere. et an secũdo
deus eandiret eum per quod patet q̃ eũ
verum deum non credebant sed credebãt
eum magnum amicum dei Johã. xiii. Tã
to tempore vobiscum sum et non cognoui
stis me. Et sic patet secundum. D
Tercio ponitur xp̃i interrogatio vt refe
ctionem miraculosam faceret euidentem.
Ait enim quot panes habetis. Qui dixe
runt. septem. Quia vt dicit remigius. Nõ
ideo interrogauit quasi ignoraret quot ha
berent: sed dum illi responderunt septem
quo pauciores essent eo amplius et mirꝫ
miraculum appareret et notius fieret. In
hoc ergo ipsum christuz imitari debemus
vt opera nostra in luce virtutum sint facta
ad dei honorem et proximi edificationem
Mathei. v. Sic luceat lux vestra coram ho
minibus vt videant opera vestra bona et
glorificent deum patrem vestrum qui in
celis est. Et ad Phil. iii. Modestia vestra
nota sit omnibus hominibus omnis enim
qui male agit odit lucem. et non vult vent
re ad lucem. vt non arguantur opera eius
vt dicitur Jo. iii. Cauendum est tamen ne
dum bono exemplo volumus proximum
edificare vento vane glorie circũferamur
et per ꝑns meritum perdamus ⁊ inter fa
tuas virgines deputemur. De quibus di
citur Mathei. xxv. q̃ vacuas lampades te
nebant in manibus plenas vento Math.
v. Amen dico vobis receperũt mercedem
suam quia ventum quesierunt et ventum
pro munere habuerũt. Uñ si de bono ope
re quod facimus tentatio vane glorie mẽ
tem pulset et nos debiles ad consentien
dum vel cadendum sentimus quia vent⁹
valde subtilis est debemus latenter bona
facere et plus nostram salutem q̃ proximi
edificationem diligere. quia charitas or
dinata incipit a seipsa. Unde Mathei. vi.
Cum oraueris intra in cubiculum tuum ⁊
clauso ostio ora patrẽ tuũ. Hic cadit exem
plum de quo Hie. in dyalogo loquitur de
quodã peregrinũ ad hospitiũ recipiente
vt meliori episcopo suo ab hominibus ha
beret cuius filiũ nicũ peregrinus in ignẽ
proiecit et disparuit vt daret intelligi quo
animo et merito fuisset receptus. Et sic pa
tet tercium. E Quarto ponitur mo
dus quẽ xp̃s tenuit sup refectiõe quã mã
dauit apponi ante turbam famescentem
qui consistit in quattuor. Nã primo mãde
uit turbe discumbere super terram. Secũ
do accepit septẽ panes ⁊ gr̃as agens fre
git et multiplicauit et dedit discipulis vt
darent turbe. ¶ Tercio recepit pancos
pisciculos et ipsos benedixit et multipli
cauit et iussit apponi. Quarto mãdauit de
fragmẽtis q̃ superauerãt septẽ sportas im
pleri. Et sic pz q̃ refectio hec differt ab il
la de quinq; panib⁹ ordeaceis et duob⁹ pi
scibus. quã narrat Johã. quãtum ad sex

primo quia ibi fuerunt quinq panes hic vero septem. Secundo quia illi fuerunt ordeacei vero triticei quia quod simpliciter dicitur panis de tritico est. quod autez dicitur panis cum additamẽto est de illis frugibus vt panis de ordeo vel milio. hi autem sine additamento dicti sunt septez panes. illi autem quinq panes ordeacei. Tercio quia ibi fuerunt duo pisces soluz hic vero plures licet pauci et parui. Quarto quia illi sederunt super fenum isti vero super nudam terram. Quinto quia ibi fuerunt quinq milia hominum ad manducãdum hic vero quattuor milia. Sexto quia de illis. xij. cophini fragmentis pleni fuerunt eleuati. hic autem septem sporte fuerunt eleuate plene. littera plana est sed eius misteria sunt nobis sub brevitate requirenda. ¶ Notandum ergo q dicitur. Johan. xxi. Multa quidem et alia signa fecit ihesus que si scribantur per singula nec ipsum arbitror mundum capere posse eos qui scribendi sunt libros. Tot autem scripta sũt de factis et dictis xpi que sufficiũt ad illuminandum fidem nostram et informandum vitam nostram vt dicit Aug. super tres mortuos qui a christo suscitati leguntur. Propterea dicit ap's ad Romanos. x. q finis legis christus ẽ ad iusticiaz omni credenti &c. dicit q miracula christi sunt sic accipienda vt in veritate facta credantur et aliud significẽt. ¶ Duo ergo conuiuia que legũtur a christo facta significant spũalem anime refectionem q in verbo dei cõsistit Deu. viij. Non in solo pane viuit homo sed in omni verbo qđ procedit ex ore dei. Cibus enim anime est verbum dei id est sacra scriptura scilicet vetus et nouum testamentum quod predicatoz dat populo comedere. Mathei. xiij. Omnis scriba doctus in regno celoz simlis ẽ homini patrifamilias qui profert de thesauro suo noua et vetera. In cuius figura dictum est Ezechieli. Fili hominis comede volumen istud et sequitur. Et comedi. et factum ẽ quasi mel dulce in ore meo. Ezechi. iij. Per duo ergo cõuiuia que christus fecit ad populum reficiendum significantur vetus et nouum testamentum siue nouus et vetus lex. Lex autem vetus continetur in quinq libris moysi qui per quinq panes ordeaceos designãtur et psalmis et prophetis q̃ per duos pisces designant Nam sicut panis ordeaceus datur seruis. sic illa lex data fuit seruis quia fuit lex timoris que est lex seruorum et non continebat gratiam filiorum non enim cõferebat gratiam sed minabatur penam. Et ad hoc significandum quando lex vetus fuit data audierunt filij israel voces et sonitus bucine et lãpades et tonitrua et fulgura mõtemq fumigantem et perterriti ac pauore percussi steterunt procul dicentes moyse. Loquere tu nobis et audiemus. Non loquatur nobis dominꝰ ne forte moriamur vt patet Exodi. xx. Item ordeum est pungitivum continens cortices aristarum q lex vetus erat pungitiua dicens. Oculum pro oculo dentem pro dente vt pꝛz Exodi. xxi. Et continebat cortices figurarum multarum. i. Cor. x. Omnia in figura contingebant illis. Nos aũt quinq panes portauit vnus puer clausos in pera. vt pꝛz Jo. quinto. Est puer vnus hic qui habet. v. panes ordeaceos. Iste puer est populꝰ iudaicus qui fuit puer sensu sed senex tempore Isa. lxv. Puer centum annoz morietur. Qui legit et nunq̃ ad perfectionem scientie pervenit Hebreorum. septimo. Nichil enim ad perfectum adduxit lex. Qui in cognitione veritatis semp habuit et habet faciez cordis velatam. ij. Cor. iij. Usq in hodiernum diem dum legitur moyses velamen est positum super cor eorum. Sed xps hos panes fregit quia intellectum vete. disseruit. Lu. xxiiij. Tunc aperuit illis sensum. vt intelligerent scripturas. Fuit ergo ille populus pastus quinq panibus ordeaceis id ẽ quinq libris Moysi et duobus piscibus id est psalmis et prophetis qui asperitatem legis temperabant. Et istud conuiuium quinq panum fuit ante illud factum de quo duodecim cophini sũpti sunt ad duodecim tribus israel pascendas. quia vt dicit apostolus. i. Cor. x. Omnes eandem escam spũalem manducauerunt plures tamen reliquie superauerant de illo q̃ de isto: quia lex vetus ob difficultatem non potuit obseruari et ideo multa pretermittebantur Actu. xv. Quid tentatis imponere iugum super cervicem discipulorum quod neq patres nostri neq nos portare potuimus. De vtroq tamen conuiuio multa remanserunt: quia neq vetus neq nouum testamentum perfecte seruatur. Hic cadit exemplum de mitra episcopali que habet duo cornua que significat vetus et nouum testamentum que episcopus debet habere in capite et memoria et habet duo pẽdicula post spatulas et significant q vtrumq testamentum prosequitur post tergum et neutrum seruatur. ¶ Hoc autem conuiuium quod hic recitat. Marcus similiter et matheus fuit factum post illud quod narrat Johannes de quo dictum est modo. quod significat nouum testamentum siue nouam legez. quod post vetus testamẽtum institutum est. In quo fuerunt septem panes triticei qui dantur filijs: quia lex nova est lex amoris cõtinẽs gratiam filiorum. et ideo hic fuerunt septẽ panes quia septem virtutibus et septem donis spiritus sancti pascuntur filij dei. Nam lex nova principaliter est ipsa septiformis gratia spiritus sancti. ¶ Istos septem panes christus benedixit fregit et multiplicauit et dedit apostolis vt apponerent turbis quia nouum testamentum quantum ad illud quod est in eo principale scilicet gratia spiritus sancti christus fecit Johan. prio. Gratia et veritas per ihesum christum facta est. et quantum ad aliud qđ est ibi secundarium et disponens ad istam gratiam spiritus sancti scilicet mandatuz amoris similiter christꝰ instituit et docuit Johan. decimotercio. Mandatuz nouum do vobis vt diligatis invicem Math. decimo. ¶ Dictum est antiquis diliges amicum tuum. et odio habebis inimicum. Ego autem dico vobis. diligite inimicos vestros. Mandauit etiam apostolus vt ipsã legez nouam omnibus predicarent Mar. decimosexto. Euntes in mundum vniuersum predicate euangelium omni creature et vt ipsam gratiam spiritus sancti omnibus darent Mathei decimo. Gratis accepistis gratis. da. Et ideo apostoli ponebant manus suq homines et accipiebant spũm sanctum vt dicitur Actu. octauo. Nouum autem testamentum est ille liber clausus et signatus septem signaculis de quo dicit Johan. Apocal. quinto q non est inuentus in celo quantum ad angelos. neq in terra quantum ad homines neq subtus terram quantum ad demones et mortuos qui posset aperire librum et soluere septẽ sigillacula eius nisi agnus qui occisus est qui septem signacula noui testamenti id ẽ septem articulos fidei humanitatis christi soluit dum ipse impleuit vt dicit Gregorius et septiformem gratiam spiritus sancti dum ipsam hominibus dedit. et septem sacramenta ecclesie dum ipse instituit que omnia pertinent ad nouum testamentum. ¶ De hoc autem conuiuio sustulerunt apostoli septez sportas q septẽ erant ecclesie pascende de reliquijs prãdij xpi in nouo testamẽto. ꝺ Johan. Apo. i. scribit dicens Johannes septez ecclesiis que sunt in Asia per quas vniuersitas ecclesiarum christi totius mundi designatur. In septem enim sportis apostolorum contentus est cibus anime dand⁹ omnibus populis xpianis in toto orbe terrarum. Sporte enim septem significant septez septenarios qui totam ecclesiam dei perficiunt et disponunt et reficiunt et pascunt. Primus est septenarius sacramentoz. nã septem sunt sacramenta ecclesie quibꝰ mediantibus virtus diuina et meritum passionis christi hominibus applicatur ad salutem consequendam. Secundus et tercius septenarius est de articulis fidei. nam septem sunt articuli diuinitatis et septez humanitatis. quibus homo de credendis illuminatur. Quartus septenarius est virtutum. naz septem sunt virtutes. scilicz tres theologice quibus anima ordinatur ad deum scilicet fides. spes charitas et quattuor morales scilicet prudentia. temperantia. fortitudo et iusticia quibus homo in actibus suis disponitur et ordinatur et quantũ ad se et quantuz ad proximũ. Quintus septenarius est donorum spiritus sancti. nam septem sunt dona spiritus sancti scilicet donum sapientie et intellectus donum consilij et fortitudinis donum scientie et pietatis. et donum timoris domini quibꝰ omnes vires anime tam superiores q̃ inferiores disponuntur et habilitantur ad obediendum motioni et instinctui spiritus sancti vt homo omne opus bonuz faciliter prosequatur. Sextus septenarius est beatitudinum. Septem autem sunt beatitudines de quibus dicitur. Mat. v. scilicet paupertas spiritus mititas vel mansuetudo. luctus penitentie. sitis iusticie: affluentia misericordie. munditia cordis et pacificatio mentis. Ait enim beati pauperes spũ. beati mites. beati qui lugẽt. beati qui esuriũt et sitiunt iusticiaz. beati misericordes beati mundo corde. et beati pacifici. De autem septem beatitudines sunt tanq̃ operationes et actus procedentes a predictis septem donis spiritus sancti quibus virtꝰ ipsorum donorũ manifestatur. quia qui dona spiritus sancti habet has operationes exercet. Septimus septenarius est ordinũ. Nam septem sunt ordines quibꝰ potestas ministris ecclesie confertur ad reliquũ populum sanctificandum et dirigendum. Et sic patet q per hec duo conuiuia vetus et nouum testamentum designatur quibꝰ homines spiritualiter pascuntur. Et vnum

fuit datum seruis aliud filijs. Unum genera
rat seruitutem et timorem aliud libertaẽ
et amorem. Et hoc est quod dicit Apostolus Gal. quarto. Scriptum est quomodo
Abraham duos filios habuit et sequitur.
Hec enim sunt duo testamenta vnum quidem in monte syna in seruitutem generãs
que ẽ agar. ꝛc. ℣ Pauci vero piscabu
li significant consolationes tẽporales. ꝗs
deus seruis suis dat. que bene dicũtur pi
sciculi et pauci quia in nouo testaméto bo
na temporalia nõ promittuntur sicut inue
teri Isa. i. Si volueritis et audieritis me
bona terre comedetis Immo mãdatur ser
uis dei in nouo testamento vt bonis tem
poralibus abrenunciẽt. quod in veteri nõ
mandabatur Luce. xiiij. Nisi quis renun
ciauerit omnibus que possidet non potest
meus esse discipulus. In cuius figura chri
stus mandauit turbe pascende discũbere
super terram id est vt omnis tẽporalis pe
dibus conculcarent Phil. iij Omnia detri
mẽtũ feci ꝛ arbitratus sũ vt stercora vt xp̃m
lucrifacerem. Alij vero qui fuerũt in alio cõ
uiuio per quod vetus testamentum desi
gnatur comederunt super fenum per quod
bona temporalia designantur in quibus
nutriti fuerunt. Item in huius etiam figu
ra dedit eis comedere sub diuo. qr sic de
bemus sumere bona temporalia vt semp
oculos mentis ad celum leuemus. Phili.
tercio. Nostra cõuersatio in celis est. i. Co
rinteorum. vij. Tempus breue est reliquũ
est vt qui gaudent sint tanq̃ non gauden
tes et qui emunt tanquam non possidẽtes
et qui vtuntur hoc mundo tanq̃ non vten
tes Et nota q̃ pulli cornicum dum respi
ciunt celum et clamant ad deum pascũtur
ab eo statim autem cũ incipiunt caligines
emittere p qs̃ sollicitudo frenoꝝ designat
relinquũt a deo ꝛ pascũt a corvo. Sic hõ q̃
hiat terrenis pascit a dyabolo ꝛ reliquet
a deo auarus ergo qui non sedet super ter
ram sed inuoluit se sicut talpa in terra id
est in diuitijs terrenis et mundanis in mũ
di vanitatibus ꝛ in carnalibus desideriis
non pascitur ad mensam christi. Et sic pa
tet quartum. ℟ Quinto subiungit e
uangelista numerum sportarũ de reliquijs
sublatarum. et numerum manducantium
ad dei laudem et nostram instructionẽ. qr
in hoc miraculo vsq̃ hodie deus laudatur
et fides de christi diuinitate et humanita
te robotatur. nam in eo q̃ cõpassus est tur
be eius humanitas attestatur sed in eo q̃
panes multiplicauit eius deitas demon
strat vt dicit Beda. ℣ Littera plans
est et misterium patuit. Requiramus ergo
solum salutaria exempla que de hoc con
uiuio accipere possumus. Sunt autẽ tam
ex parte christi q̃ ex parte turbe multa sa
lutaria exempla. Ex parte christi. v. salute
ria exempla accipere possumus. Primum
est exemplum magne humilitatis quia cũ
ipse omnia sciret et omnium esset dom̃s
tamen non dedignatur cum quibusdam
vilibus psonis discipulis suis habere mi
sterium consilij sui et per eos voluit turbã
pascere vt ipsi quodãmodo participes vi
derentur esse miracul. Glo. Dicto. sup hoc
loco Mat. xv. Dominus discipulos vocat
vt docent magistros consilia sua minoribꝰ
et discipulis communicare. Quidam aũt a
nullo et de nullo consiliũ habent vel petũt
suo sensui inuitentes et dicentes se esse sa
pientes stulti facti sunt vt dicitur ad Ro
manos. i. Augu. Ubi diuisti sufficit ibi de
fecisti. et vbi tibi placuisti ibi periisti. Ber.
Omnia illi desunt qui nichil deesse sibi pu
tat. Contra quos dicitur. Prouer. iij. Ne
initaris sensui tuo et prudentie tue impo
ne modum. Omnis ergo sunt cum consilio
facienda. Eccle. xxxij. Ubi multa consilia
ibi salus. ¶ Secũdum est exemplum cha
ritatis perfecte quia turbe indigenti com
passus est et pauit eam. Unde et tu facias
Luce. xiiij. Cum facis conuiuium voca debi
les pauperes et cecos et be. erit. Tercius
est exemplum salutifere benedictionis qr
cibũ quem apposuit benedixit et gratias
egit. In quo instruimur vt bona tempora
lia cum gratiarum actione recipiamus.
Ephes. quinto. Pro omnibus agẽtes gra
tias deo et patri. Et dum ipsis vtimur ea
benedicamus Quia vt dicit Apostolus. i.
Thimo. iiij. Omnis creatura dei bona et
nichil reijciendum quod cum gratiarum
actione recipitur sanctificatur ẽm per ver
bum dei et orationem. Hic cadit exemplũ
de illa monali de qua dicit Gre. in dyalo
go q̃ comedẽs lactucam sine signo crucis
inuasa ẽ a dyabolo. et iõ serui dei sp̃ bene
dicunt sumenda et postea grãs agunt. Pa.
Edẽt pauperes et saturabunt ꝛ laudabũt
dominum ꝛc. Pctõres autem comedunt si
cut bruta animalia. ¶ Quartum est exem
plum bone discretionis quia ordinauit co
medentes ꝛ fecit eos sedere. ꝛ tãdem frag
menta. fecit recolligi ne pedibus conculcata perirẽt. Quidã nullũ ordinẽ in come
dẽdo hñt ꝛ tota die comedunt ꝛ potant et
fragmenta canibus ꝛ non hoibus largiun

tur. quibus Isa. v. ca. dei maledictionem
imprecatur dicens Ue qui potentes estis
ad bibendum vinum et viri fortes ad sectã
dam ebrietatem. Quintum est exemplum
abundantis multiplicationis nam panes
quo indigentibus tradidit in immensum
multiplicati sunt nam et septem panibus
septem sportas plenas leuauerunt quattu
or milibus hominum satiatis absq̃ mulie
ribus et paruulis vt dicitur Math. xv. In
quo instruimur q̃ qui pauperibus dant co
medere eorum bona multiplicantur. Ere.
Terrene substantie per hoc q̃ pauperib̃
largiuntur multiplicantur. Lu. vi. Date ꝛ
dabitur vobis mensuram bonam et cõfer
tam et coagitatam et superefluentem da
bunt in sinũ vestrũ. Unde pauperes dũ
pascuntur pascunt vt patet in illa vidua ꝺ
sarepta sydonionum que dum pauit heliã
pasta fuit ab eo et ex tunc nõ defecit et fa
rina nec oleum. iij. Re. xvij. Hic cadit exẽ
plum beati Bonifacij episcopi tudertini q̃
vt dicit Greg. in dyalogo duz eẽt puer om
ne triticum matris dedit pauperibus. Qũ
mater perpendens cepit eum pugnis cede
re sed a bomfatio oratione facta totũ hor
reum inuentum est plenum tritico. ℣
Ex parte autem turbe similiter quinq̃ salu
taria exempla accipere debemus. Primum
est exẽplum sancte mutationis nam xp̃s in
desertum relictis omnibus sunt secute. De
sertum dicit id est derelictum a vicijs ꝛ de
licijs. quia nec vicia nec delicie ibi regnãt
Sequamur ergo et nos christum cum dere
lictione et desertione vitiorum et delicia
rum mundi. Hebreo. xiij. Exeamus igitur
ad deum extra castra improperium eius por
tantes. Isa. ij. Uenite ascẽdamus ad mon
tem domini. Sic exiuit Moyses et negauit
se esse filium filie pharaonis magis eligẽs
affligi cum populo dei q̃ terrene iocundi
tatis habere peccatum mortis diuitias
existimans thesauro egiptiorum improve
rium christi vt dicit Apostolus ad Hebreos. xi. ¶ Secundum est exemplum bone cõ
sumptionis. quia omnes cibos consumpse
runt in sequendo et audiendo xp̃m Mat.
vicesimoquinto. Euge serue bone et fide
lis quia in pauca fuisti fidelis supra multa te constituam. ¶ Peccatores autem con
sumunt se et sua in lodis et guerris ꝛ inva
sionibꝰ et luxurijs. Exemplum de filio p
digo qui consumpsit substantiam suam cũ
meretricibus viuendo luxuriose. vt dici
tur. Luce. xv. ¶ Tercium est exemplum
complete sanationis. Nam triduo cũ chri
sto perseuerauerũt donec omnes infirmi
fuerunt perfecte sanati. Unde Math. xv.
dicitur q̃ multi infirmi et claudi accesse
runt ad eum et curauit eos. et sic plenam
sanitatem in anima et corpore receperunt
quia vt dicunt multi sancti doctores nul
lum sanauit in corpore quem etiam nõ sa
nauerit in mente quia dei perfecta sunt
opera Johannis. vij. Totum hominem sa
num fecit in sabbato. Perseuerem̃ ꝛ nos
triduo cum iesu ꝛ perfecte lauemur in mẽ
te. ℣ ¶ Primus dies est boni ꝛ ma
li cognitio vt cognoscamus vnde descen
dimus vbi sumus quo tẽdimus quid ami
simus et quid inuenietemus Jone. i. Quod
est opus tuum que terra tua quo vadis et
ex quo populo tu es Ber. Memento vnde
veneris et erubesce vbi sis. et ingemisce
quo vadis et contremisce. Secũdus dies
est demonstratio et fuga mali. Ecclesia
xxi. Quasi a facie colubri fuge peccata.
Tercius dies est operatio boni. Salla. vi
Dum tempus habemus operemur bonum
ad omnes Psalm. Spera in dño et fac bo
nitatem. Quartum est exemplum digne cõ
tentationis quia turba contenta fuit solo
pane et paucis piscalis. sic et nos conten
ti esse debemus his que deus dat nobis ꝛ
non murmurare. i. Cor. x. Neq̃ murmura
uerimus sicut quidam eorum et a serpenti
bus perierunt. Quidam neq̃ nunq̃ atten
dunt ad bonum quod habent quod ꝛ mul
ti non habent. sed ad bonum quod nõ ha
bent quod et multi habent. Prouerbiorũ
decimoseptimo. Oculi stultorum et in fini
bus terre. sapientis autem oculi in capite
suo. Quintum est exemplum perfecte satu
rationis quia de mensa et ad mensam chri
sti saturati sunt. sic et nos attẽdentes ad
mensam christi comedamus et saturemur
Quidam de mensa christi. id est verbo ve
ritatis predicato nichil sumunt. quidã val
de modicũ sumunt nec illi saturantur. qui
dam reijciunt quod ibi sumunt. Non sim̃
charissimi de omnibus istis sed comeda
mus et saturemur. ℣ ¶ Nam istas
septem sportas xp̃us pro nobis q̃ non
fuimus ibi leuare mandauit. et sunt inde
ficientes qr bona spiritualia tantomagis
multiplicantur quanto plus destruuntur
sicut scientia distributa suscipit incremen
tum et auaros designatur possessores et
nisi cito publicẽt cito labit et decrescat. Et
ratio quare comedere debemus de bonis
contẽtis in sportis apostolorꝰ est triplex.
Prima quia sunt bona repletiua ꝛ satiati

ua eo q̄ intrant intus in animam: nā gra
tia dei est in essentia anime. virtutes autē
sunt in potētijs alie vt fides in intellectu
spes in affectu charitas in voluntate ꝛ sic
de alijs. Bona autem mundi ideo non sa
tiant sed immittunt sitim quia non intrāt
in animam vbi est appetitus habendi sed
stant foris. Exemplum de habenti sitim ꝛ
tenenti ciatum vini prope os et non bibē
te in quo sitis nunq̄ extingueretur sed au
geretur Johannis.iiij. Omnis qui bibe
rit ex hac aqua sitiet iterum: qui autem bi
berit ex aqua quam ego dabo ei fiet in eo
fons aque salientis in vitam eternā. Nos
autem per gratiā dei de magna infirmita
te peccati surreximus in qua omnes hu
mores gratie consumpsimus. nam in pec
cato homo cōsumit omnia bona suaꝛ ideo
multū indigem⁹ comedere et repleri. Se
cunda quia sunt bona conservativa. nam
conseruant animam in vita gratie ab om
ni morte Johan.viij. Si quis sermonem
meum seruauerit mortem non gustabit in
eternum. ¶ Bonavero temporalia multo
tiens inducunt mortem et multas infirmi
tates Eccle.xxxvij. Propter crapulam mul
ti perierunt qui autē abstinēs est abijciet
vitam. Et si in vita nature conservent mo
dicum tamē conseruant quia breues dies
hominis sunt. Job.xiiij. Nos autem mul
tum conseruari indigemus quia inter mul
ta corrumpentia sumus. Nam mundus et
caro et demonis corrumpere nos nituntᵏ.
Tercio quia sunt bona firma et stabilia
vsq̄ ad finem itineris hominem concomi
tantia Apoc.xiiij. Opera enim illorum se
quuntur illos Ambro. Non sunt bona ho
minis que secū offerre non potest sola mi
sericordia comes est defunctorū. Bona mū
di non sunt stabilia sed derelinquūt homi
nem et quādo. certe in maxima necessitate
scz in morte Job.xxvij. Diues cum dormi
erit nichil secū auferet aperiet oculos suos
et nichil inueniet. Nos autem de longa
via venemus scz de regione petōꝝ que su
per omnia distat et elongat a ciuitate' su
perna ad quā ire habemus. Et hoc est qō
hic dicitur. Quidā essi de longe venerunt.
Qui de magnis sceleribus veniunt ad pe
nitentiam de lōge veniunt ad christū quia
qui to quis in prauo opere errauerit tanto
longius a deo recessit vt dicit Beda Simi
liter longā viā facere debem⁹ scz vsq̄ ad
celū ideo multū est molestum ieiunare.iij.
Regū.ix. Surge comede grandis essi tibi
restat via Beda. Perit qui sine celesti pa
ne ad patriam tendit. Et hoc est quod hic
dicitur. Si dimisero eos ieiunos deficiēt
in via. Et sic patet q̄ bona ista que de hoc
conuiuio apostoli leuauerunt optima sūt
et super omnia appetenda. Et hoc signifi
cat panis quē christus in hoc conuiuio di
scumbentibus dedit ad manducandū qui
fuit melior panis qui vnq̄ fuit factus ha
bens suauissimum saporem et sicut māna
delectans. Et sic patet quintum et conse
quenter totum.

¶ De epka Ser.lxxix.

HUmanum dico propter infirmitatem carnis ve
stre Ro.vi. Tria solēt homines
a dei seruitio retrahere. Primū est magn⁹
labor in seruiendo: quia vt dicitur Mat.
vij. Arta est via que ducit ad vitā. Unde
ille iuuenis cui christus dixit. Uende om
nia que habes et da pauperib⁹ et veniēs
sequere me abijt tristis. ¶ Secundum est
delectatio peccati quia frui bonis mundi
ad libitum delectabile est. Job.xxi. Exul
tant lusibus tenent tympanū et cytharā
et gaudent ad sonitū organi. dicūt in bo
nis dies suos. ¶ Tercū est incertitudo
premij pro dei seruitio reddendi Eccles.
ix. Sunt iusti atq̄ sapientes et opera
illoꝝ in manu dei et tamē nescit homo
an odio vel amore dignus sit. et propter
ea dicunt impij. venite ergo ꝛ fruamur bo
nis que sunt ꝛ vtamur creatura tanq̄ in
iuuētute celeriter quoniā hec est pars no
stra et nō est agnit⁹ q̄ sit reuersus ab infe
ris. Sapien.ij. Beatus autē paul⁹ in epi
stola hodierna de his tribus determinat
ostendēs q̄ nō est supra vires hominis ser
uire deo et stare in peccato non est delecta
bile sed mortiferum et iusticiā tenere est
magni ptemij. In qua quidē epistola qua
tuor facit. primo reddit auditores beni
uolos vt libentius audiatur. In principio
epistole. ¶ Secundo ostendit leue et con
gruū modū ad seruiendū deo si rite tenea
tur ibi. Sic essi exhibuistis mēbra vra serui
re immūdicie ꝛ iniq̄. ita exhi. mē. ve. ser. iu.
in sci. Tercio causā cuiusdā dicti sin scz
quare nō seruiēdū est petō assignat vt a no
bis cognoscat ibi. Cū em̄ serui essetᵗ petō
liberi fuistis iusticie. ¶ Quarto ostendit
fructū peccati et fructum iusticie vt pecca
tū dimittat ꝛ iusticia teneat ibi. Quem em̄
fructum habetis tunc in il. in quibus nūc
eru. ꝛc. vsq̄ in finem. A primo er

go reddit apostolus auditores beniuolos
vt libentius audiatur dicens. Humanum
dico id est leue et quid facile vobis dicere
intendo et hoc propter infirmitatem et fra
gilitatem carnis vestre que retrahit i ma
gnis operibus faciendis Math.xxv. Spi
ritus quidem promptus est caro autem in
firma. et Sapientie.ix. Deprimit sensum
terrena inhabitatio multa cogitantem.
Quasi diceret apostolus. Non intendo vo
bis magna mandare et grauia persuade
re et difficilia vt est illud Mathei.xvi. Si
quis vult post me venire abneget semetip
sum et tollat crucē suam et sequatur me.
Et illud Lu.xiiij. Nisi quis renūciauerit
omnibus que possidet non potest meus eē
discipulus. Et illud Math.v. Si quis te p
cusserit in vnam maxillam prebe ei et alte
ram in hmōi. Cum ergo ap'ls non intēdat
grauia mandare sed humanum et leue et
nobis valde possibile debemus eum beni
uole audire. Et sic patet q̄ ap'ls non intē
dit hic persuadere perfectam iusticiam q̄
est perfectoꝝ sed iusticiam adeptā que est
incipientium et sufficit ad salutem. Et sic
patet primum. ¶ Secundo ostendit leuez
et congruum modum seruiendi deo dicēs
Sicut exhibuistis membra vestra seruire
immunditie scz petōrum carnalium et ini
quitati. s. cogitationes peccatorum spūa
lium ducenti ad iniquitatem operationis
eotūdem ita exhibete membra vestra ser
uire iusticie sup. boni operis ducenti in sā
ctificationē mentis et corporis. Justicia
autem hic accipitur generaliter prout con
tinet omne opus bonum. B Et nota
q̄ hec similitudo quinq̄ modis potest at
tendi ꝛ exponi. primo festinanter vt sicut
statiꝫ inclinamur petō iuxta illud. Prouer
biorum.vij. Statim sequitur eum quasi
bos ductus ad victimam ita statim incline
mur bono. Eccle.v. Ne tardes cōuerti ad
dām ꝛ ne differas de die in diem. Uir em̄
puer scit loqui et deierat et blasphemat.
vir potest se monere et incipit rixari et fu
rari. Secūdo letanter vt sicut letanter pec
camus iuxta illud prouerbiorum. ij. Le
tantur cum malefe. et exul. in re. pessi. ita le
tanter seruiamus deo. Psalm.xcix. Ser
vite deo in letitia. Quia vt dicit apostō. ij.
Corin.ix. hilarem datorem diligit deus.
¶ Tercio frequenter vt sicut tota die ex
hibuim⁹ membra nostra petō. ita exhibea
mus iusticie. Psal. Tota die mise. ꝛ cōmo.
Non debet sufficere homini solum dema
ne orare cū ipe alias tota die fuerit in pec
catis Lu.xviij. Oportet semper orare ꝛ nū
q̄ deficere. Gal.vi. Bonum autem faciem
res nunq̄ deficiamus. Quarto perseuerā
ter vt sicut vsq̄ ad tempus conuersionis p
seuerauimus in petis ita in reliquum vsq̄
in finem perseueremus in bono et seruta
mus iusticie. Quia vt dicit Bern. Inter vir
tutes sola perseuerantia singularis filia eē
summi regis et ipsa sola coronatur. Mat.
x. Qui perseuerauerit vsq̄ in finem hic sal
uus erit. Non taceamus omni die fūdamē
tuz penitētie ab operib⁹ mortuis. ¶
Quinto vniuersaliter vt sicut omnia mem
bra exposuimus peccato. scz cor malis co
gitando voluntatem malis proximis desi
derando et transitoria bona appetēdo me
moriam injurtarum recordando intellectū
inutilium scientiam addiscendo. oculos il
licita videndo aures vanas audiendo. lin
guam detrahendo blasphemando et men
tiendo. manus parus operando pedes ad
mala loca eundo et totum corpus luxuriā
do. ita econuerso exponamus omnia mem
bra iusticie in sanctificationem. ¶ Et pri
mo debemus exponere iusticie cor dei ma
iestatem cogitando et dei bonitatez a qua
omnia bona procedūt quia omnia propter
suam bonitatem operatus est deus. Aug.
quia deus bonus est ideo sumus. Secūdo
voluntatem vera bona scz spiritualia ꝛ ce
lestia affectādo. ꝛ proximos sicut nos amā
do. Mat.xix. Diliges proximum tuuz sicut
teipsum ꝛc. Tercio memoriam dei benefi
ciorum misericordiarum recordando Isa.
Miserationum domini recordabor. Quar
to intellectum diuinas scripturas addiscē
do et diuina eloquia. quia vt dicit ap'ls. i.
Cor.xiiij. Qui ignorat ignorabitur. Qui
to oculos honesta videndo quia vt dicitur
Tre.iij. Oculus meus depredatus est ani
mam meam. Et maxime debemus respice
re christum crucifixū p nobis Psal.lxxxiij.
Respice in faciē christi tui. Luce.xxiij. Vi
dete manus meas et pedes meos. Crucifi
xum et imagines sanctoꝝ sunt libri secu
larium in quibus debēt legere bonos mo
res tota die ab hoc enim inuenta sūt. Se
xto aures sancta et non mala colloquia au
diēdo. Quia vt dicit ap'ls. i. Corin.xv. Co
rumpunt enim bonos mores colloquia pes
sua. Debemus ergo audire pauperem vi
sericordiam a nobis petentem. Quia vt di
citur Proverbiorum.xxi. Qui obturat au
rem suā ad clamorem pauperum clamabit
ipse et non exau. Debemus etiam audire
spiritum in scriptura sacra nobis loquens

tem Psalmi. Audiam quod loquatur i me dominus deus. Septimo linguam moderate loquendo. Quia vt dicitur. Prouerbiorum.xiij. Qui inconsideratus est ad loquendū sentiet mala. Debemus ergo bonum confiteri et malum detestari. Prouerbiorum.viij. Veritatē meditabitur guttur meum, et labia mea detestabuntur impiū. Octauo manus virtuosa faciendo. Debemus enim laborare vt laborem nostrū mā ducemus Psal.cxxvij. Labores manuum tuarum quia manducabis beatus es bene tibi erit ꝛc.i. Thessal.iij. Neq; gratis panez manducauimus ab aliquo sed in labore et fatigatione nocte ac die operantes. Nono pedes recte ambulando et ad sācta loca tribulatos et viduas visitando. De p̄mo. Isaie.ij. Venite ascendamus ad montem domi et ad domum dei. Jacob. Actuū iij. Petrus et iohannes ascenderunt in tēplum ad horā oratiōis nonam. De secūdo Jaco.i. Religio munda et Immaculata apud deū et pr̄em hec est visitare pauperes et viduas in tribulatione eorum. Mathei xxv. Infirmus et in carcere fui et venistis ad me. Decimo totum corpus nostrum ipsum multa disciplina et ieiunijs macerando Colł. tercio. Mortificate mēbra vestra que sunt supra terram. D Et hoc debemus facere propter quattuor. Primo vt corpus sub potestate anime redigamus. i. Corin.ix. Castigo corpus meum et in seruitutem redigo scilicet anime quia vt dicit. Sałł. v. Caro concupiscit aduersus spiritū et spiritus aduersus carnem. Roman. vij. Video aliam legem in mēbris meis repugnātē legis mentis mee. Secundo vt dignum spiritus sancti habitaculuz efficiat qui non habitat in corpore subdito peccatis vt dicit Sapien.i. et.ij. Corin.vi. Vos estis templum dei. Tercio vt vita christi patris nostri in corpore nostro representetur quia filius debet bonam vitā boni patris imitari.ij. Cor.iiij. Semper mortificationem christi iesu in corpore nostro circumferentes et vt vita ihū in corporibus nostris manifestetur. Sałł. vi. Ego enī stigmata domini nostri iesu christi in corpore meo porto. Quarto vt corpus nostr̄ tādē gloriosum resuscitetur quia vt dicitur. ij. Corin. primo. Sicut socij passionum estis sic et consolationis eritis. Et ideo si corp⁹ mortificamus resurget gloriosuz. Et sic p̄z per omnia supradicta q̄ sicut seruiuimus peccato ita debemus seruire iusticie ꝛ bo

E Sed contra hoc videtur esse q̄ qui seruit deo sicut peccato et non plus non ē in statu salutis et non sufficit ad salutem Augustinus. Plus debet amari iusticia q̄ ante amabatur iniquitas. et super illud. Psal.cxvij. Bonuz michi lex oris tui super mi. auri ꝛ argenti. dicit idem Augus. Amplius diligit charitas deum q̄ cupiditas aurum. Et dicendum q̄ semper in iustis et a iustis plus amatur deus q̄ aliquod temporale posset diligi a cupiditate hoc est a maiori radice dilectionis sed non semper a feruentiori motu: sed aliquando ex ipsa charitate que excedit cupiditatem surgit motus minoris feruoris q̄ sit motus cupiditatis. hic ergo non attenditur similitudo quantum ad radicem sed ē̄tum ad motum. vt per hoc non notetur equalitas sed tantum similitudo vt sicut multum id est si multis et varijs motibus et operibus et valde feruentibus seruiuimus peccato. ita multis motibus et operibus et valde feruentibus seruiamus iusticie ꝛ deo. aliter autem nostra mensura non esset iusta nec accepta deo. cum plura impendere mus peccato q̄ iusticie et pluribus modis ipsum fecerimus. Prouerbiorum.xi. Statera dolosa abhominatio ē apud deū et pondus equum voluntas eius. Et sic patet secundum. F Tercio causam eiusdam dicti reddit scilicet quare non seruiendum est pctō sed iusticie. Et est vnica causa vel ratio quam hic ponit scz seruitus et libertas quia homo peccando efficitur seruus peccati Jo. viij. Qui facit peccatū seruus est peccati. ad quam seruitutem infinita mala sequuntur. nam perdit homo hereditatem: quia seruus nō manet in domo in eternum. vt patet Johā. viij. Deputatur supplicijs sicut seruus neq̄. Eccles. xxxiij. Seruo maliuolo tortura et compedes. Homo etiam peccando perdit libertatem. iusticie et virtutis. Et hoc est quod dicit, Cum serui estis peccati liberi fuistis iusticie. id est a domino iusticie. cuius dominium est magna libertas. et ei seruire regnare est. Ad quod dominum et libertatē mirabilia bona sequuntur quia si liberi ergo filijet heredes Sałł. quarto. Itaq; non sumus ancille filij sed libere qua libertate christus nos liberauit. Romanorum. octauo q̄ si filij et heredes. heredes quidē dei coheredes aūt xp̄i. De seruitute autē vicioꝝ ꝛ libertate virtutū mirabilia possent dici sed dimittant ad p̄sens. Et sic patet tercū. C Quarto ostendit fructū peccati ꝛ frucū iusticie ꝛ p̄bat. E Ubi no

tē q̄ stipendia et fructus peccati est confusio et mors. C Primum stipendiū id est lucrum siue pretium et fructus peccati est confusio. Naz peccator efficitur vir confusus turpiter valde. Que est enī maior confusio q̄ anima spōsa christi inuentatur cum diabolo fornicari vilissimo ribaldorum. Et que est maior confusio q̄ quis de filio regis eterni efficiatur seruus diaboli et denudetur veste regali et nuptiali virtutum et remaneat nudus sicut ribaldus. et que est maior confusio q̄ quis fascia tis oculis ligatis manibus ducatur a furcas inferni. Mat. xxij. Ligatis manibus ꝛ pedibus proijcite eum in tenebris exteriores. Et que est maior confusio q̄ q̄ de tam ē leprosus a consortio hominum sequestretur. et tanq̄ azin⁹ deputādus proijciatur ad foueas. Hiere. xxij. Sepultura azini sepelietur putrefactus et proiectus extra portas hierusalem. Sic ergo est vnus fructus et stipendium peccati. s. confusio magna et hoc est quod dicit quem eni fructum habetis tunc in his in quibus nunc erubescitis. C Secundum est mors scilicet tripler. s. nature culpe et pene. Et hoc est. Nā stipēdia peccati mors propter peccatum enī anima separat a corpore in quo mors nature consistit. Ben. ij. In quocūq; die comederitis ex eo morte mo. Itē de⁹ separatur ab alia in quo mors culpe consistit Jsaie. lix. Iniquitates ve. dimi. inter vos et de. ve. Item ala et corpus deputantur supplicijs in quo mors pene consistit. Baruch. iij. Quid est israel q̄ in terra inimicorum es coinquinatus es cū mortuis deputatus es cum descendentibus in lacū quasi diceret. Quia peccasti et ideo sic euenit tibi. Et ideo mors peccatorū pessima. Psal. xxxiij. Mala mors nature pessi mors culpe. pessima mors pene. Et quia hec triplex mors est finis omnium malorum et corporaliū et spiritualiū et presentiū et futurorum et finis continet virtute ea que sūt ad finem. ideo possumus dicere q̄ omnia mala sunt fructus et stipendia peccati.

D Fructus autem iusticie prout ibi innuitur quadruplex est scilicet libertas a seruitute peccatorum seruitus dei sanctificatio aie et vita eterna. Et hoc est q̄ dicit. Nūc vero liberati a pctō. Ecce primuz seruitus autē dei facti ecce secundū habetis fructū vestrū in sctificationē ecce tercium finemvero vitam eternā ecce quartum. Et nota hic q̄ fructus peccati eius condigno redditur. quia omnia mala que possunt cogitari meretur peccatori quia cōtra bonum eternum et infinitum peccauit. Unde citra condignum punitur) quia et si pena infinita esi extensiue tamen intensiue infinita non est sed ipse penam vtroq; modo infinitam meretur. Sed fructus iusticie superat iusticiam valde et non redditur ex condigno licet reddatur ex congruo. Ro. viij. Non sunt cōdigne passiōes huius tē poris ad futuram gloriā que reuelabit in nobis. Et ideo sicut gratis deus concedit nobis iusticiam facere iurta illud. i. Cor. xv. Gratia dei sum id quod sum. its gratis vitam eternam dat nobis Johā. i. De plenitudine eius nos omnes accepimus gratiam. scz mercedis pro gratia scz boni operis, quia cum merces sit infinita et extensiue et intensiue meritum autem est finitum vtroq; modo inter meritum autem et premium debet proportio. finiti autem ad infinitum nulla est proportio vt dicit phūs. ideo de gratia dei datur nobis vita eterna. Et hoc est quod dicit. Gratia dei vita eterna in xp̄o iesu dño nostro id est p iesum christum dominum nostrū Johan. i. Gratia et veritas per iesum christuz facta est et ideo in fine omniū orationum dicim⁹ per dominum nostrum iesum christum. ꝛc. quia omnem gratiam et omne bonum de⁹ in eo et per eum nobis donat. Roma. viij. Quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit. Et sic patet q̄ seruire deo est magn⁹ fructus. In fine nota q̄ quis seruire deo / sit magni fructus multi tamen propter miserabiles causas a dei seruicio retrahuntur. P Primo enim quidam retrahuntur propter dei benignitatem qua deus expectat peccatorē et nō statim infert vltionē Ro. ij. An diuitias bonitatis eius et patiētie et lōganimitatis cōtēnis. Ignotas qñ benignitas dei ad penitentiā te adducit. Eccle. viij. Qz non profertur cito cōtra malos sentētia filij hoim ab eo vllo timore ea perpetrant mala. Secundo quidam retrahuntur propter humanū timorem ꝛ pusillanimitatem qui crederēt se mori fame et in necessarijs vite deficere si seruirent deo. Contra quos Augusti. Pascit contemnentes se et deserit timentes se. pascit cornos et deserit homines. Stulta cogitatio et ex magna infidelitate procedit. Credūt q̄ deus datur⁹ sit eis regnum ꝛ non cibū. nonne pauit filios israel xl. annis mānā in deserto. Nōne pauit helyam p̄ corui in torrente vt dicit. iij. Reg. vij. Nonne pauit Danielē existentē in bo

Universidad de Deusto
Biblioteca

bilonis in lacu leonum per abacuch pphetam existentem in iudea. vt patet Dane. xiiij. Non est ergo dubium quin pascat timentes se et si aliquādo subtrahit ex causa facit sicut medicus subtrahit aliquādo infirmo cibum Augu. Scit celestis medicus quid daturus sit nobis ad consolationem et quid subtracturus ad exercitationem. ¶ Tercio quidam retrahuntur vt non perdant gaudium et iocunditatem. Credūt enim q̄ seruientes deo nunq̄ gaudio potiantur sed in tristicia sempiternā quod falsum est quia maior est consolatio spiritus et leticia mētis quam habent seruientes deo omni gaudio et leticia mundanorum Johan.xvi. Iterum autem videbo vos et gaudebunt corda vestra. Eccle. xxx. Non est oblectamentum super cordis gaudium. In eodē.xxxv. Qui adorat deū in oblectatione suscipietur Aug. Iustato spiritu deficit omnis caro. ¶ Quarto quidam retrahuntur propter premiū tarditatem. nam deus suis seruitoribus non statim premium confert sed differt conferre vt tandem conferat totum regnum. Exemplum paterfamilias soluit omni sero mercenarijs filio autem nunq̄ nisi in morte. et tunc instituit eum heredem omnium bonorum suorum. Sic facit deus peccatoribus et iustis: peccatores nāq̄ sunt mercenarij et iusti filij. et ideo deus soluit peccatoribus omni die bona tēporalia eis dando iustis autem solum in morte dando eis hereditatem celestem. Omnis enim seruiens expectans magnam mercedem non accipit statim premium. sed diu differt accipere vt patet de seruitoribus regum et cardinalium. ¶ Quinto quidam retrahuntur ne perdant iuuentutē et speciositatem. Reputant enim iuuentutē suā et pulchritudinem perdere si eam consumant in seruitio dei. et ideo nolūt deo seruire nisi inueterati et quando mūdus eos abijcit. Sed timendum est valde de talibus/quia quando homo operationi alicui assuescit valde difficulter potest ab ea in posterum abstinere quia conuertitur ei in habitum et naturam qui scōm phm est difficulter mobilis Prouerbio. xxij. Adolescens iuxta viam suam etiam cum senuerit non recedet ab ea. et ideo in iuuentute est incipiendum seruire deo. Trenorum. iij. Bonum est viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua. Et sic patet quartum et consequenter totum.

¶ Dñica. viij. de euāgelio. Sermo. lxxx.

ATtendite a falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ouium extrinsecus aut sunt lupi rapaces. Mat.vij. Inter malos christianos triplex differentia inuenitur. Quidam nāq̄ sunt pessimi per omnia diabolum imitantes tanq̄ diabolici viri. Sicut enim diabolus malus in se multos fecit malos et cauda sua multos filiorum dei proiecit de celo in terram vt dicitur Apo.xij. Ita tales homines corrupti mente reprobi circa fidem nituntur bonos subuertere et ad errorem suum trahere tales sunt heretici. Quidā vero sunt minus mali/qui scz in peccatis suis manescunt nec curant proficere. similiter non curant alios corripere. vel edificare tales sunt multi qui solum bona temporalia attendentes mundi gaudio perfruūtur Sapien.ij. Venite fruamur bonis ꝛc. q̄ dicit est paro nostra. Quidam autem adhuc sic minus mali/qui licet mali sint in se tamen studeant alios recte docere et veram fidez et rectam vitam et absconditē quantum possunt male agunt nolentes publice peccare. Et de istis dicitur Mat.xxiij. Super cathedram moysi sedebant scri. et pharisei. quecūq̄. dix. vo. fa. scōm vero opera eorum no. fac de istis tribus generibus peccatorum agitur in euāgelio isto. Et primo de primis in principio euangelij. Secundo de secundis ibi. Omnis arbor que non facit fructū excidetur. Tercio de tercijs ibi. Non omnis qui dicit michi domine domine intrabit in regnum celoꝝ. In hoc ergo euāgelio quatuor ponitur. primū est christi ammonitio vt a primo genere malorū scz ad hereticis caueamus ibi. Attendite a falsis prophetis. Secūdo ponuntur signa per que tales hereticos cognoscam⁹ ibi. A fructibus eorū cognoscetis eos. Tercium est iudicij quod christ⁹ secundo generi malorū scz bene agere nō curantibus minat vt rectius nos agamus ibi. Omnis arbor que non facit fructū bonum excidetur. Quartum est insufficientia tercij generis malorū qui bene docent et male viuunt vt ad perfectionem tendamus ibi. Non omnis qui dicit michi domine dñe ꝛc. ¶ Primo ergo ponitur admonitio christi vt ad hereticis caueamus/quia attendite inquit. id est diligenter considerate vt scias vobis cauere ab hereticis qui sunt falsi prophete Crisо. Magna virtus boni est cognoscere malū ⁊ firmos eius

telas salutis scire que fugias.i. Jo.iiij. Nolite oi spiritui credere sed probate spiritus si ex deo sint. Notandum autem est q̄ propheta proprie dicitur qui de xpo aliquid prophetizat vel eius conceptionem vel nativitatem vel mortem vel resurrectionem vel ascensionem que omnia prophetauit. Isaias. et multi alij multa alia de xpo dixerunt. Et quantuz ad hoc nullus prophetа est amplius nec prophetia Mat.xi. Usq̄ ad Johannem lex et prophete. Communiter autem dicitur propheta omnis qui aliquid futurum predicit. et quantuz ad hoc omnis predicator dicitur propheta. id est annunciator futurorum malorum si homines non recte agant et bonorum futurorū si bene agāt Mathei.xiij. Omnis scriba doctus in regno celorum similis est homini patrifamilias qui profert de thesauro suo nova et vetera. Nova sūt gaudia celi/ que de nouo scilicet in morte christi sunt data Vetera sunt pene inferni que a principio mundi fuerunt. Sic annunciabat apostol⁹ ij. Corin.v. dicens. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal christi vt referat vnusquisq̄ propria corporis prout gessit sive bonum sive malū. Sic ergo heretici sūt prophete falsi id est falsi annunciatores ⁊ predicatores quia promittunt et annunciant falsa. Nam peccatoribus promittunt impunitatem vt ipsos attrahant ad sectā suam. Thiere. vi. Curabant contritiones filie populi mei dicētes pax. pax. et nō erat pax Item sūt dolosi predicatores quia dolose predicant vt decipiāt. Predicator autem assimilatur piscanti ad hamum et verbum dei est hamus qui dum rapitur capit vt dicit Augustinus. Sed ver⁹ predicator ponit hamum extra et intus dulcedinem cibi quia annunciat asperam penitentiā sub qua dicit esse dulcedinem vite eterne Actum.xiij. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei Sapiens autem homo preelegit aliquam asperitatem assumere vt semper dulcedine fruatur. sic infirmus vult amaram medicinam sumere vt sit sanus Et talis capitur a verbo dei et predicatore dum verbum dei cum effectu capit. ij. Cor. ij. Cum essez astut⁹ dolovos cepi. Falsus autem predicator vt hereticus ponit hamum intus et cooperit eum verme vt materialis piscator dum licentiam gaudenti predicat sub qua latz pena eterna Apo.xviij. Quantum se glorificauit et in deliciis fuit tantum date illi tormentuz et luctum. Et ideo heretici assimilātur vulpibus sansonis que habebant faces accēsas in caudis in quibus combusserunt omnes segetes totius communitatis vt patet Judi.xv. Ezechiel vero prophetа assimilat eos scorpionibus dicens. Cum scorpionib⁹ habitas Eze.ij. Qui ore lingere videtur sed cauda infundunt venenū. R Notandum autē q̄ heretici quatuor generibus falsatoruz comparantur. ¶ Primo falsatoribus litteraz nāz ipsi totā scripturam dei falsificant. Dicunt enim per illud Luce. xix. Quare non dedisti pecuniam meam ad mensam et ego veniens cū vsuris vtiq̄ exigissez illam quod licet hominem fenerari. Et per illud Johā.xij. Nūc princeps huius mundi ejicietur foras dicunt q̄ totus mundus visibilis factus est a diabolo. Et breuiter totaz scripturam deprauant. ij. Pe.ij. Fuerunt pseudo prophete in populo sic ⁊ in nobis erunt magistri mēdaces qui introducent sectas perditionis Job.xiij. Ostendam vos esse fabricatores mendacij et cultores peruersorum dogmatum. ¶ Secundo falsatoribus sigillorum quia sacramenta ecclesie que fluxerunt de latere christi pendentis in cruce vt dicit Augustinus que fuerunt sigillata lancea perforante ipsi falsificant et condemnant nam corpus christi non asserunt esse corp⁹ dicentes q̄ si esset corpus iam esset comestum. Et similiter matrimonium damnāt. i. Thi.iiij. Discedent quidam a fide attendentes spiritibus erroris et doctrinis demoniorum in ypocrisi loquentium prohibentium nubere et abstinere a cibis quos deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione. ¶ Tercio falsatoribus clauium quia dicunt se claues regni celorum habere et non habent/quia soli petro et eius successoribus date fuerunt. Mathei xv. Tibi dabo claues regni celorum Apoca.tercio. Qui habet clauem dauid christi qui aperit et nemo claudit/ claudit nemo aperit. Non ergo habent claues sed ipsas tanq̄ fures falsant. Johan.i. Quotquod venerunt fures sunt ⁊ latrones. ¶ Quarto falsatoribus monetarū. Moneta nāq̄ christi sunt opera bona quibus emitur regnum dei/ que sunt ieiunium elemosina et oratio. hec dicuntur moneta regis nostri iesu christi/ quia in his est ymago secūdum tres substantias que sunt in christo que sunt caro anima et natura verbi. Nā ieiunium in quo est carnis maceratio cum christi carne conformitatem habet que tota fuit macerata et morti tradita. ij. Cor.

quarto. Semper mortificationez iesu christi in corpore nostro circũferentes vt t vita iesu in corpore nostro ma. Hec moneta percutitur in carnis afflictione et gerit figuram christi in cruce patiẽtis. ¶ Elemosina vero ad animam christi pertinet quã quasi in elemosinã dedit in preciuz nostre redemptionis. Isaie. liij. Tradidit in mortem animam suam. Hec gerit ymaginem christi ad inferos descendentis vt de miseria educeret miseros t captiuos. Elemosina enim dicitur ab hely quod est misereri. Prouer. xxiij. Erue eos qui ad mortem ducuntur. ¶ Oratio autẽ pertinet ad verbum dei. est enim oratio verbum mentis ante deum. et de verbo dei dicitur. i. Joh. secundo. Aduocatum habemus apud patrem iesum christum iustum et ipse est propicius pro peccatis nostris. Oratio eñ est aduocatus noster apud deum Luce. i. Ne timeas zacharia quoniã exaudita est oratio tua. Hec gerit ymaginem christi ad celum ascendẽtis. Quid est enim orare nisi celum mente ascendere Ecclesiastici. xxxv. Oratio humiliat' se nubes penetrat. Hãc triplicem monetã heretici et ypocrite falsant. nam de ieiunio dicitur. Mathei. vi. Cum ieiunatis nolite fieri sicut ypocrite tristes exterminant enim facies suas. t. De elemosina vero dicitur in eodem. vi. Dum facis inquid elemosinam noli tuba canere ante te sicut ypocrite faciunt. De oratione autem dicitur in eodem sexto. Cum oratis non eritis sicut ypocrite/ qui amant in synagogis et in angulis platearum stantes orare. Omnes predicti falsatores cadunt et stant in obscuro. ¶ Similiter heretici dogmatizant de nocte t per domos. ij. Thi. iij. Ex his enim sunt qui penetrant domos et captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis. Et similiter omnes supradicti falsatores secundum legem debent comburi. et similiter heretici quis eorum moneta videtur aurea et nõ est immo sunt omnes falsi/ qz aliud ostendunt exterius et aliud interius. Nã exterius regunt vestimentis ouium intrinsecus autez sunt lupi rapaces/ quia animas volunt rapere ad infernum. Secundũ autem Augu. Uestimenta ouium sunt ieunia. ceteraqz religionis signa innocentiaz precedentia. Quis vero dum vivit vt dicit Crisos. Pelle sua contegitur. mortua vero oue alius tegitur pelle eius sic innocens sue innocentie pelle tegitur. hereticus autem et ypocrita dum simulate religionis signis tegunt quasi pellem innocẽtis induunt. ij. Thi. iij. Habentes quidem speciem pietatis virtutem autem eius abnegantes. Et ideo lupi dicuntur/ quia in libro de natura animaliũ dicitur de lupis qz interdũ emittunt voces hominũ et canum ne credãtur lupi vt p hoc possunt decipere t denotare. Actuũ. xx. Scio q' post discessum meum introibunt in vos lupi rapaces non parcentes gregi. Dicuntur autem heretici lupi rapaces vel spiritualiter corrumpendo. vel si possunt corporaliter persequendo. Libenter enim si possent catholicos persequerentur. sicut arrius fecit cuius cõsilio oẽs episcopi catholici sũt in exilium missi. Unde vir quatuor episcopi sunt inuenti qui ei resisterent vt in ecclesiasticis historiis continet. ¶ Notaliter autem nota q' falsi prophete a quibus quotidie oportet nos cauere et q quotidie nobis falsa prophetizant duo sunt sc̃m duplex genus prophetie sc̃z dyabolus et cõcupiscentia carnis. Est autem quedã prophetia de preterito vt dicit Augu. vi. Moyses prophetauit dicens. In principio creauit deus celum et terram. Alia est de futuro. vt Isa. dicit Ecce virgo concipiet et pariet filium. Falsus propheta de preterito diabolus est qui suader homini stare in petõ superbie luxurie et auaricie. t. adducens in exemplũ quosdam viros preteritos qui predictis peccatis peccauerunt et tamen apud deũ sunt facti valde magni Nam Paulus peccauit petõ superbie et ipse est apostolus xpi. Dauid peccauit petõ luxurie et tamen fuit propheta eximius. Matheus peccauit petõ auaricie. et tamen factus est euangelista preclarus. Ex his autem arguit in corde peccatoris q' ista peccata sint leuia et deus ea leuiter punit. Que prophetia tripliciter apparet falsa. ¶ Primo quia predicti viri nõ sunt dati in exemplum peccãdi sed in exemplũ a peccatis resurgendi et non desperandi. Romanoz. v. Ubi abundauit delictum ibi superhabundauit et gra. Quid ergo dicemus permembim' in petõ vt gra abũdet absit. Qui eñ mortui sumus peccato quomodo adhuc viuemus in illo. Et non sicut aiunt quidã nos dicere debemus faciamus mala et veniunt bona quorum damnatio iusta est. ¶ Secundo quia non est verum q' peccatum leue sit. quimo super omnia est grauius quod patet. quia in momento fecit cadere de celo demones in terrã vbi si tota terra esset in pluribus diebus nõ descendere. ¶ Tercio quia non est verũ q' de peccatum leuiter punit. Nam peccatum superbie summe punitur vt patet in demonibus et in primis parentibus. Peccatum vero luxurie valde punitur vt patet in diluuio et in illis quinqz ciuitatibus scilicet Sodoma et gomorra et ceteris vt patz Genesis. xix. Peccatum autem auaricie acriter punitur. vt patet in iuda qui propter auariciam prodidit xpm. et ideo dyabolus introiuit in eũ et suspensus crepuit medius et diffusa sunt omnia viscera eius. vt patz Actuũ primo. Falsus vero propheta de futuro concupiscentia carnis est que suadet dicens. Gaude in bonis mundi et postea penitentiam agas. ¶ Hec prophetia dupliciter est falsa. ¶ Primo quia in bonis mundi. s. in deliciis et diuitiis et in honoribus non est gaudium sed afflictio. Omnia enim ista et si nichil aliud mali haberent tamen ducunt ad dolorosum finem sententie: quia vel dimittunt per aduersam fortunam vel dimittũtur per mortẽ. Proprium. Extrema gaudij luctus occupat. Et tandem ad inferos demergunt Job. xxi. Ducunt in bonis dies suos et in puncto ad infernum descendunt. Secundo quia quando homo dat se peccatis et dyaboli seruituti non potest redire ad bonum per se nisi per dei gratiam specialem: quia vt dicitur in psal. lxxvij. Homo ẽ spiritus vadens scilicet in peccatũ et nõ redit. Exemplum de reti in quod piscis potest intrare sed non exire Ro. viij. Non est volẽtis neqz currentis sed miserentis dei. In cuius figura dicit apostolus in eodem. vij. Non enim quod volo bonum hoc ago sed quod odi malum illud facio. De his duobus prophetis dicitur Trenoz. ij. Prophete dixerunt tibi falsa et stulta. Et sic patet primũ. ¶ Secundo ponit signa per que possumus hereticos cognoscere et ab eis cauere dicens. A fructibus eorum cognoscetis eos Quia cum heretici sint mali et mala intendant in aliis generare non possunt facere bonos fructus. Possunt tamen habere bona vestimenta vt simulata ieunia et humiles et prolixas orationes ceteraqz talia vt dictum est. Et ideo attendendum est vt dicit. Aug. ne vestimenta pro fructibus putamus. ¶ Sunt enim duo genera operũ hereticorum scilicet occulta et manifesta. Omnia autem manifesta pertinẽt ad vestimenta occulta vero pertinent ad fructus Fructus autem bonos quos enumerat apostolus ad Gall. v. habere non possunt. qui sunt charitas. gaudium. pax patientia. lõganimitas. bonitas. benignitas. mansuetudo. fides. modestia continentia castitas. Istos. xij. fructus spũs non habent heretici. sed vt mali et carnales facilit opera carnis que Apostolus ad Gal. vbi supra annumerat dicens. Manifesta autẽ sunt opera carnis que sunt fornicatio. adulterium immunditia. impudicicia. luxuria. ydolorum seruitus. veneficia. inimicicia. contẽtiones. emulatiões. ire. rixe. dissentiones secte. inuidie. homicidia. ebrietates. commessationes. t his similia. que predico vobis sicut prediri. quoniam qui talia agunt regnum dei non consequentur. Isti enim sunt fructus hereticorum. Bonos autem fructus non intendunt nec faciunt nec facere possunt: quia vt dicit Ecclesiast. xxiij. Qui sibi nequã est cui bonus erit. Et de hoc ponit exemplum xps in natura dicens. Nũquid colligunt de spinis vuas aut de tribulis ficus. q. d. non. Sic arbor bona. i. bonus homo fructus bonos facit quia bonus homo habet virtutem in anima. Uirtus autem est vt philosophus dicit que bonum facit habentem et opus eius bonum reddit. Mala autem arbor. id est malus homo malos fructus facit. Quia sicut bona arbor non potest fructus malos facere manens bona. sic nequ mala arbor potest fructus bonos facere manens mala. id est bonus homo manens bonus non potest fructus facere nisi bonos. et malus homo manens malus non potest fructus facere nisi malos. Potest autem bonus homo fieri malus et malus fieri bonus t econuerso. Ut vt dicit Augusti. Nix non potest calefieri potest autem liquefieri et fieri aqua calida. Similiter malus potest fieri bonus et tunc potest facere bonos fructus vt Paulus et magdalena. Et similiter bonus homo potest fieri malus et tunc facit malos fructus. vt Petrus bonus factus est malus quia negauit christum. Sic ergo omnis actio infidelium malavt dicit Augusti. que ab infidelitate procedit. Sic omnis fructus hominis mali malus qui scilicet a malicia procedit. Unde homo malus inquantum malus non potest facere nisi malum. Et similiter bonus homo inquantuz bonus nõ potest facere nisi bonum. Bona enim arbor est bonus homo et bona eius voluntas. Unde cum hec duo manent simul scilicet bona voluntas cum bono homine non põt fieri nisi bonus. Similiter mala arbor est malus homo et mala eius volũtas quia

manente in homine non potest agere nisi malum etiam si bonum esset quod ageret quia vt dicit ambrosius. Intentio tua speciem ponit operi tuo. ¶ Moraliter autez spine dicuntur petã. pro. xxiij. Per agrũ pigri hominis transiuit ecce totum repleuerunt eũ spine. Et hoc propter quatuor. L Primo quia mentẽ pungũt Aug. Nullo temporis intervallo ista dividunt vt quasi alio tempore quis nõ faciat quod debet et alio patiatur ne vel temporis pũcto vniuersalis pulchritudo turbetur vt si in ea peccati dedecus sine dedecore vindicete Prouerbi. xiiij. Miseros facit populos peccatum ad minus miseria remordentis conscientie et seruitutis dyabolice: quia qui facit peccatum seruus est peccati Joh. viij. Secundo quia se complectuntur per concomitantiam vt spine: quia petiñ quod per penitentiam non deletur mox suo pondere ad aliud trahit vt dicit Greg. Tercio quia fructum bonorum operum impediũt ne fructificent in vitam eternam sicut spine suffocant triticum Lu. viij. Simul exorte spine suffocauerunt illud. Propterea dicitur hiere. iiij. Nouate vobis nouale et nolite serere iter spinas. ¶ Quarto quia sunt materia ignis inferni sicut spine materia sũt ignis materialis Isa. xxxiij. Spine cõgregate igni comburentur. ¶ Spine etiam dicuntur diuitie vt ipsa veritas in luca dicit. Et hoc ꝓpter duo. Primo qr mentem pungunt cogitationum suarum aculeis vt Grego. dicit. Multa enim sollicitudine et timore hominem affligunt. Ecclesiastes. v. Saturitas diuitis non sinit eum dormire. Job. xv. Sonitu terroris sẽper est in auribus eius. Et cum pax sit ille insidias suspicatur. ¶ Secundo quia sũt materia ignis auaricie ꝛcupiditatis: quia sicut ex appositione lignoruz crescit ignis ita ex appositione diuitiarum crescit auaricia Poeta. Crescit amor nummi quantũ pecunia crescit. ¶ Spine etiam dicuntur tribulationes Osee. ij. Sepiam viam tuã spinis. Sed de his spinis dulcis fructus colligitur si patienter toleretur: quia patientia opus perfectum habet vt dicit Jaco. W Notandum autem in fine huius membri qꝺ bone arboris id est boni hominis. xij. sunt fructus de quibus dicitur Apoc. xxij. ex vtraq; parte fluminis lignũ vite afferens fructus. xij. ¶ Primus est bonorum temporalium multiplicatio Isa. primo. Si volueritis et audieritis me bona terre comedetis. Prouer. xiij. Custodit iusto substantia pctõris. ¶ Secundus est omnium rerum bonus euẽtus quia tã pro spera ꝙ aduersa seruiũt ei et ad salutem cooperantur Romanorum. viij. Diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. ¶ Tercius est bonorum spũalium continuum incrementum. Prouerbiorum. iiij. Justorum semita quasi lux splendens crescit et proficit vsq; ad perfectum diem. ¶ Quartus ẽ eorumdem radicatio et habituatio quia cum habitus generetur et actibus. multiplicatio actuum confirmat habitum et radicat ita qꝺ homo postea de facili bonum operatur Math. xi. Tollite iugum enim meum suaue est et onus meũ leue. Propterea dicit Apost. ad Ephe. iij. In charitate radicati et fundati. Quinto est spiritualis consolatio Isa. lxvi. Ego cõsolabor vos Johan. xvi. Iterum autem videbo vos ꝛ gaudebit cor vestrum. ¶ Sextus est secretorum diuinarum reuelatio. Johannis. xv. Quecunq; audiui a patre meo nota feci vobis. Amos. iij. Nõ facet dñs verbum nisi reuelauerit secretum suũ ad seruos suos prophetas. Septimus est bonorum operum iocunditas ꝛ exultatio. Naturalis enim iocunditas est in bonis operibus sicut naturaliter homo in filijs iocundatur. nam bona opera hominis sũt quasi filij eius. Psal. In operibus manuũ tuarum exultabo. Octauus est de victoria inimici tripudium et exultatio Isa. ix. Letabuntur coram te sicut exultant victores capta preda. ¶ Nonus est fomitis et concupiscẽtie mali debilitatio quia per bene operari concupiscentia mali debilitatur ꝛ incipit displicere. ¶ Decimus est experiẽtie boni eruditio Eccle. xiiij. Qui non est expertus pauca recognoscit. Propterea dicit psalmista. xxxiij. Gustate et videte quoniam suauis est dominus. ¶ Undecimus est cognitionis divine per contemplationem prelibatio. Sen. xxxij. Vidi dominum facie ad faciem et salua facta est aia mea. Duodecimus est spei roboratio Grego. Tanto spes in deum solidior surgit quanto quis pro eo grauiora sustinuerit. Et sic patet secundum. ¶ Tercio ponit iudicii quod bene agere non cũctibus fiet quia omnis arbor que non facit fructum bonum excidetur et in ignem mittetur. Nimis est enim intolerabile qꝺ homo non fructificet et maxime christianus cum sit positus in nobilissimo orto ecclesie dei qui quotidie aquis gratiarum irrigatur et beneficium solis iusticie scilicet christi semper est ibi

et omnium stellarum celi id est omniũ sanctorum et angelorum et lune id est beate virginis. Creditur enim qꝺ vinee engaddi vbi nascitur balsamum proferãt balsamũ propter virtutem constellationis que ibi operatur cum in nullo alio loco mundi nascatur. ¶ Similiter terra ecclesie optima est. vt pote super pinguedine bonitatis et meriti christi fundata. Ezechielis. xxxvi. Terra illa quondam inculta facta est ortus voluptatis. Exemplum sicut in orto regio non dimittitur arbor sterilis sed amputatur. ita deus qui est colonus totius ecclesie arborem sterilem eradicat. Et hoc est quod christus ponit exemplum. Luce xiij. De arbore fici quam quidaz habebat plantatam in orto suo. Qui ait. Ecce tres anni sunt ex quo venio querens fructum in ficulnea hac. et non inuenio succide ergo illam vt quid etiam terram occupat. Et ait colonus. Domine dimitte illam et hoc anno vsq; dum veniam et fodiam circa illam et mittam stercora et siquidem fecerit fructum bene. sinautem in futurum succides illam. Arbor ista est homo. tres autem anni sunt tria tempora scilicet temporis legis nature. et legis scripture ꝛ gratie. In isto vero tercio anno est ficus ꝛ arbor tota id est repleta omni gratia ꝛ virtute. et ideo si in primis duobus temporibꝰ siue annis homo non fecit fructum magis tolerandum fuit. Sed in isto tercio tempore siue anno qꝺ homo non fecit fructum nullo modo est ferendum. Omnis ergo q̃ in isto tercio tempore siue anno fructum non facit excidetur et in ignem mittetur. Ubi duplicem penam ponit scilicet excidi et in ignem mitti. Sed prima scilicet excidi supple a deo et a sanctorum cõsortio est sine comparatione maior pena secunda scilicet mitti in ignem. Crisо. Due pene sunt scilicet excidi et comburi. Multi autem gehennam solum abhorrent. Ego autem ea sum gloriæ multo amariorem penam gehẽnam esse dico. Intolerabilis quidem pena est gehenna. Sed quis mille ponat gehennas nichil tale quale est beata illa gloria excidere et odio habere a christo. Omnis ergo arbor debet fructum facere bonum tam laicus q̃ clericus q̃ etiam religiosus. Debet enim laicus esse otiua ferens. xij. fructus operum misericordie. Luce. xvi. Estote misericordes qꝺ iudicii sine mia fiet ei qui nõ facit miam vt dicit Jacobi. ij. Clericus debet esse vitis in puritate conscientie sacrificans vinum et in sanguinem christi conuertens. Quia vt dicitur prime Cor. xi. Qui autem mãducat et bibit indigne iudicium sibi mãducat et bibit. Religiosus debet esse ficꝰ ferẽs dulcem et suauem fructus hiere. xxiij. Quid tu vides hieremia. Ficꝰ bonas bonas valde et malas malas valde. Qui boni religiosi sunt boni valde et mali sunt mali valde Aug. Sicut non inueni meliores q̃ qui in monasterijs profecerunt. sic non suz experti peiores q̃ qui in monasterijs defecerunt. Mat. v. Vos estis sal terre. quod si euanuerit in quo salietur ad nichilum valz vltra nisi vt mittatur foras et conculcetur ab omnibus. Sicut enim sal omnia condit sed putrefactus nichil penitus valet. sz ab omnibus conculcatur. sic boni religiosi totum mundum condiũt. sed dissoluti ab omnibus conculcantur N Moraliter autem ad edificationem nostraz notanda sũt decem circa arborem. Primum est profunditas in radicibus Augustinus Arborem attendite radicem figit in humili et vertit cem tendit ad celum. Sic nos in radice humilitatis profũdari debemus si volumus vsq; ad celum exaltari. Luce. xiiij. Qui se humiliat exaltabitur. Gre. Origo virtutũ humilitas est. Illa in nobis virtus veraciter pullulat que in radice humilitatis perdurat. Quantum arbor profundatur in radicibus tantum crescit in altum sic quantum homo se humiliat exaltabitur. ¶ Secundum est rectitudo in stipite sic ꝛ nos recti incedere debemus. Est autem rectum secundum phũm cuius medium nõ discrepat ab extremis. Extrẽa autẽ hominis sũt ortus et mors. que sunt magne pauperatis. Job. primo. Nudꝰ egressus sũ de vtero matris mee et nudus reuertar illuc Magne vilitatis quia viliter nascitur et viliter moritur ꝛ magni planctus Sapien. viij Similem vocem omnibus emisi plorans. Tunc ergo homo est arbor recta quando medium suum concordat cum extremis et pauperem vitam gerit. Thobie. quarto. Pauperem vitam geramus. Mathei quinto. Beati pauperes spiritu. Dines autem est sicut camelus qui est depressus in canda et capite. et habet gibbum in medio et ideo non est rectus nec valet intrare regnum dei. Mathei. decimonono. Facilius est camelum per foramen acus transire q̃ diuitem intrare in regnum dei. Similiter tunc homo est arbor recta quandovilis est ꝛ abiectus vult esse in mundo sicut viliter natus esset viliter moretur. Ecclesiast. x.

Quid superbis terra ⁊ cinis quasi. d. ō terra factus es. et in cinerem debes reuerti. quare ergo in medio superbis. ¶ Similiter tunc est homo arbor recta quando tota vita eius est cum fletu sicut natiuitas eius et mors. Psalmi. xli. Fuerunt michi lacrime mee panes die ac nocte. ¶ Peccatores autem sunt distorti quia vitam suã volunt in magna leticia ducere Job. xxi. Ducunt in bonis dies suos et in puncto ad infernũ descendunt. Incedunt etiam incuruati qꝝ totum desiderium ad terrena deflectunt. Psalmi. O culos suos statuerunt declinare terram. ¶ Tercium est vniuersitas in ramis ad fructificandum quia non in vno solo ramo sed in omnibus producit fructũ sic et nos omnibus membris nostris debemus fructificare vt dictu est in precedenti sermone Ro. vi. Sicut exhibuistis me. ⁊c. ¶ Quartuꝫ est electio oportuni temporis ad fructificandum quia arbor que propter intemperiem hyemis ab operatione cessauit redeunte vere incipit operari sic ⁊ nos si aliquando propter aliquod impedimentum non possumus operari tamen quãdo possumus operari debemus. Gal. vi. Duz tempus habem⁹ op. bo. ad omnes Eccles. i. Quodcunq; potest manus facere instanter operare ⁊c. ¶ Quintum est ordinatio operationis diuine quia arbor non fert alios fructus qꝫ deus ordinauerit. vt patet in hoc euangelio quia spine nunqꝫ faciunt vuas sed moros. Psal. cxlvii. Precepit et non preteribit. Similiter nos debemus facere. Solus homo malus dyabolus ordinationem dei transgrediũtur. Job. xv. Cucurrit aduersus deum erecto collo. ¶ Sextum est vehementis adhesionis ad terram vnde habet alimẽtũ Nã vehementer adheret terre et non vna radice sed pluribus secundum philosophuz enim radix plante est similis ori animalis. Sic et nos vehementer debemus deo adherere a quo habemus vitaz anime et corporis et non solum per fidem et spem sz p charitatem iusticiam et per omnes virtutes Mat. xxii. Dilige dominum deum tuũ ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex totis viribus tuis. ¶ Septimũ est indigẽtis culture. nam arbor cultura indiget. Unde phũs dicit qꝫ omnes species plãte quãdo non fuerunt culte siluestres fuerunt vñ Noe non aliter plantauit vineaz nisi quia vites siluestres ad culturam reduxit. Sic et nos ipsos excollere debemus ne quasi arbores siluestres efficiamur. Johan. xv. Omnem palmitem in me ferentem fructũ tollet eum ⁊ omnem qui fert fructum purgabit eum vt fructum plus afferat. Sicut dicit de anima sicut de corpore/ quia nisi lauaretur et mũdaretur fœteret. ¶ Octauum est bonitas fructus. nam scõm philosophum arbores siluestres plus fructificant qꝫ ortenses sed ortenses faciunt meliorem fructum. ita et nos debemus intẽdere bonitati operũ et non pluralitati qꝫ illis vidua que misit duo era minuta in gazophilaciũ plus omnibus misit vt xps dixit Luce. xxi. Et Psal. Secundum puritatem manuũ mearũ retribue michi. ⁊ non dicit scõm multitudinẽ. ¶ Nonum est inserto melioris arboris. nam in truncho siluestri inseritur surculus bone arboris. et postea tota arbor est bona. Sic et nos in veteri et siluestri homine debemus inserere bonã doctrinã et bonam vitam. et tunc erimus bona arbor In mansuetudine suscipe insitum verbum quod potest saluare animas vestras. Et ad romanos. Tu autẽ cum oleaster oẽs insertus es in bonam oliuam. ¶ Decimum est inclinatio ramorum ad terram ex fructuum vberitate/ quia qꝫto rami arboris magis fuerint fructibus onerati. tanto magis ad terrã inclinantur sic et nos quãto plura bona fecerim⁹. humiliores esse debemus. Luce. xvii. Cum oia feceritis q̃ pcepta sũt vobis dicite qꝫ serui inutiles sumus/ qꝫ omnia illa bona ex gra dei procedunt prime. Cor. quarto. Quid habes quod non accepisti. si autem accepisti quid gloriaris quasi non acceperis. ⁊c. Et sic patet tercium. ¶ Quarto ponitur sufficientia illorum qui bene docent et male viuunt / quia non omnis qui dicit michi domine domine intrabit in regnum celorum. id est qui predicant et confitent christum esse dominum celi et terre et creatorem omnium. et redemptorem hominũ et omnia illa predicant et confitentur que vera fides tenet. non tamen que predicãt faciunt Mathei. xxiii. Dicunt enim et non faciunt tales sunt sicut candela que illuminat alios et seipsum consumit. Sed de Johãne baptista dicit Johãnes. v. qꝫ erat lucerna ardẽs in se p charitatẽ feruorẽ ⁊ lucẽs alijs p veram doctrinã ⁊ bonoꝫ operũ edificationẽ. Et de xpo dicit qꝫ cepit ihesus facere ⁊ docere Actu. i. Tales figurati sũt p ficũ habẽtẽ solũ folia cui xps maledixit q̃ fructi aruit Mat. xxi. Nã verus p̃dicator debet esse factor verbi quod predicat. Quia vt dicit Grego. Cuius vita despicitur restet vt eius doctrina contemnatur Roma. xv. Non enim audeo aliquid loqui eorum que per me non efficit xps. Vnius rei gratia patet in Exodo de rationali veritatis ⁊ doctrina quod stabat in pectore sacerdotis. Et nota qꝫ quidam dicunt tantum semel dñe qui scilicet xpm solum habent in ore predicando et confitendo Isa. xxix. Populus hic labijs me. honorat cor autẽ eorum longe est a me. Alij dicunt his domine qui scilicet credunt corde et confitẽtur ore sed opere contradicunt Thi. i. Cõfitentur se nosce deum verbis factis autẽ negant. Alij dicunt ter domine quod non fit nisi in spiritu sancto. Hosa. xiv. dicere dominus iesus est in corde credere ore cõfiteri et opere attestari. Nam vnum sine altero esset negare. Et sic intelligitur illõ Johelis .ij. Omnis quicunq; inuocauerit nomen domini saluus erit. Dicere ergo bis vel semel non sufficit ad introitum regni celorum. Et sic patet quartum et consequenter totum.

¶ De epistola. Sermo. lxxi.

Debitores sum?

non carni vt scõm carnem viuamus Roma. viii. De vita et modo viuendi magna est controuersia inter mundanos et viros dei. Nam mundani dicunt et male. qꝫ fm carnem debemus viuere et desideria carnis perficere quia ob hoc facta sunt bona mundi. vt ipsis ad nostrum commodum et vtilitatẽ vtamur. Et ideo sarraceni qui totaliter sunt mundani dicunt qꝫ omni re et omni actu possumus vti in quo non iniuriamur proximo nec directe contumeliam inferimus. Viri autem dei a ratione et spiritu sancto illuminati dicunt et bene qꝫ secundum carnez non debem⁹ viuere nec eius desideria perficere. sed fm rationẽ et spũm sanctuz. De hac aũt materia determinat Apostolus in epistola hodierna in qua quidem epistola quattuor facit. Primo dicit qꝫ non fm carnem debem⁹ viuere et ambulare. In principio epistole. Secundo vtriusq; vite finẽ et fructum nititur assignare ibi. Si fm carnez viueritis moriemini si aũt spũ fac. carmo. vi. Tercio ostendit qꝫ viuere fm spũm et non fm carnẽ possumus congrue facere ibi. Quicunq; enim spiritu dei aguntur hi filij sunt dei. Non enim accepistis spiritũ seruitutis iterũ in timore. Quarto testimoniũ spũs sancti quoddã qõ in tercio membro dicit scz qꝫ nos ꝺ spũ dei agimur sum⁹ filij dei satagit confirmare qꝫ si filij et heredes ibi. Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro qꝫ sumus filij dei. si autem filij ⁊ heredes. Primo ergo dicit qꝫ secundum spiritum et non secundum carnem debemus viuere Et hoc est quod dicit Debitores sumus non carni vt secundũ carnem viuamus id est secundum desideria carnis vt voluptates que legi dei non sunt subiecta immo sunt pessima desideria ⁊ pessima opera carnis. Gal. v. Manifesta autem sunt opera carnis que sunt fornicatio. adulterium immundicia impudicicia. luxuria ydolorum seruitus. auaricia. ⁊ sic de alijs vt patet in precedenti sermone. Et sic patet primum. O Secũdo tria ponit qꝫ vite finez et fructum assignat qui est mors et vita. Mors enim est finis et fructus vite carnalis et vita est finis et fructus vite spiritualis quia si secundum desideria carnis vixerimus moriemur triplici morte scilicet morte nature citius. Ecclesia. xxxviii. Propter crapulam multi obierunt. Morte culpe quia gula et luxuria sunt duo capitalia vicia propter que anima separatur a deo et remanet mortua. i. Thimo. v. Vidua que in deliciis est viuens mortua est. et morte pene eterne. Sic mortuus fuit dines epulo et sepultus in inferno Lu. xvi. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis id ẽ si a spiritu sancto ducti ⁊ propter vite eterne amorem ⁊ non propter vanam gloriam ⁊ auariciam ⁊ sanitatez consequẽdam vel propter quodcunq; aliud carnale commodum vt multi faciunt mortificauerimus membra nostra per opera nostra scilicet per opera penitentie ita qꝫ in ops carnis non protrumpãtur viuemus triplici vita scilicet vita nature diutius Eccle. xxxviii Qui absti. est ad vi. vita grẽ. Mat. xvi. Si quis vult post me venire id est in vita grẽ mecum esse abneget semetipsũ id est vitaz carnalem crucifigat Gal. v. Qui autem sũt christi carnẽ crucifixerunt cũ vitijs et concupiscẽtijs. vita glorie. Mat. v. Beati pauperes spiritu. et beati qui lugent. et beati qui persecutionem patiũtur. ⁊c qm ipsoꝝ est regnum celorum. Ibi ponuntur septez beatitudines id est septem operationes precedentes a septem donis spiritus sancti qꝫ habent viri sancti qui membra sua mortificant super terraz propter quas reptomittet eis regnum celorum. Sic ergo patet qꝫ si subtiliter consideremus considerem⁹ qꝫ qui viuit secundum carnẽ incurrit oẽ malũ et priuat omni bono quia cum finis incli

dat in se virtutem omnis mali. et triplex vita sit finis omnis boni. et viuens secundum carnem incurrat hanc triplicem mortem et priuetur supradicta triplici vita. manifestum est q talis sic viuens secundum carnem incurrit omne malum et priuatur omni bono. Eccle.ix. Qui peccauerit in vno vitam bonam perdit et econuerso qui viuit secundum spūm priuatur omni malo et consequetur omne bonum. Eccle.viij. Qui custodit mandata non experietur quicq̄ mali. ℣ Notandum autez q̄ propter occo non debemus secundū carnis imperium z eius desideria viuere sed secundum spūm. Primo propter diuinum ordinem conseruandum nam deus instituit nature ordinauit q̄ caro tanq̄ ancilla obediret et anima tanq̄ domina imperaret Heñ.iij. Sub te erit appetitus eius z tu dominaberis illius. Cum autem secundum carnem viuimus caro dominatur et anima seruit. Prouer.xxx. Per tria mouetur terra et quartum sustinere non potest per seruum cum regnauerit. ꝛc. Secundo propter hostem vitādum. nam caro est hostis noster occultus et mortifera quasi salutifera consulit Gall.v. Caro concupiscit aduersus spūm. Sed vt dicit Greg. nullus hostis efficacior est ad nocendum q̄ familiaris inimicus. et ideo nullo modo est carni obediendum et credendum Eccle.xij. Ne credas inimico tuo in eternum. Tunc vero creditur carni quādo eius desideria perficiuntur. Exemplum de Sanſone qui confisus est in Dalida que signat carnem et desiderium eius perfecit et dormiuit in sinu eius. et ideo fuit captus et ligatus et exocular⁹. Judicū.xvi. ¶ Tercio propter falsum iudicium euadendum. Caro enim est corrupta et infecta concupiscentia mala ante q̄ nata: et quia naturaliter est corrupta iudicat dulcia esse amara z amara dulcia sicut febricitans Aug. Palato non sano pena est panis qui sano est suauis. et oculis egris odiosa est lux q̄ pris est amabilis z nō est ei credendum nec que appetit tribuenda sicut frenetico vel febricitā ti non sunt danda que petunt. qui autem secundum carnem viuit in omnibus credit carni. ℣ Quarto propter debitū exsoluēdum. Nos enim habemus magna debita exsoluere z multis multa tenemur Sumus enim primo obligati deo propter innumera beneficia. Nam ad imaginē suā nos creauit et de manu dyaboli per mortem proprium nos redemit Johan. Vado parare vobis locum. Secundo beate Marie: quia per eam sumus valde exaltati. sumus deo reconciliati. et omni maledictiōe que per feminam nobis peruenerat exclusa sumus dei benedictionem consecuti. et omni gratie sum⁹ restituti Judit. Tu gloria hierusalem. tu leticia israel. tu honorifica populi. ꝛc. Tercio sanctis angelis quia in prelijs nobis quotidie assistūt totum orbem ad nostrum commodum ordinant et in morte animas nostras ad celum deferunt Hebreo.i. Omnes enim sūt administratorij spūs in ministerium missi propter eos qui hereditatem capiunt salutis. Quarto beatis apostolis qui nos ab ydolatria et multis erroribus remouerūt quia nos in baptismo in dei filios regenerauerunt et a peccatis omnibus absoluerunt Math.xvi. et quodcunq̄ solueris super terram erit solutum et in celis. Quinto sanctis martiribus quia fidem per quā saluamur feruenter defenderūt quia nos ad bellum animauerunt Math.xvi. et porte inferi non preualebunt aduersus eam. ¶ Sexto beatis confessoribus quia nos ad pietatis opera suo exemplo induxerūt et quia nobis viam perfectionis ostenderunt quia nos in moribus et doctrina erudierunt. Math. Vos estis lux mūdi et vos estis sal terre. Septimo sanctis virginibus quia dei ecclesiam tanq̄ gemme z picture ornauerunt: quia cū tanq̄ sponso nupserunt et quia spiritualiter valde fecūde fuerunt et multos filios et filias generauerunt Isa. Multi filij deserte magis q̄ ea que habet virum. Octauo debitores sumus proximis nostris quib⁹ tenemur dilectionem cordis subuentionem in necessarijs. et compassionem in aduersis. Math. Esto misericordes sicut pater vester misericors est. Nono debitores sumus diuine iusticie cui debita magna debemus exsoluere et pro peccatis que commisimus: pro bonis que omisimus et pro gratijs quib⁹ male vsi sumus Math. Oblatus est ei vn⁹ qui debebat ei decem milia talenta. Et sic patet q̄ multis et ex multis sumus obligati et magna debemus exsoluere nec valemus. et ideo quotidie in oratione dominica petimus. Et dimitte nobis debita nostra Math.vi. Et vt dicimus ab expertis non est onus super onus debitor⁹ maxime vsurarior⁹ hic cadit exēplū de illo sacerdote q̄ habebat optimū vinū z magna debita vsuraria z nullo volebat de vino dare q̄ dicebat q̄ deficiēte vino quod soluebat sibi debita moreretur pro eo. scilicet quis omni mane et sero bibebat satis. de illo vino et per consequens faciebat eum letuz z debitorum obliuisci Non ergo carissimi subeamus debitum carnis ad quod non tenemur vt secundum carnem viuam⁹. Viuere enim secundum carnem non est soluere debitum immo est addere debitum supra debitum. qui autem addit debitum cito consumit substantiam suā et postea mēdicat. Exemplum de filio p̄digo qui posīq̄ consumpsit substantiam suam custodiebat porcos et cupiebat implere ventrem de siliquis porcorum. Prouerbiorum.xxiij. Vacantes potibus et dantes simbola consumentur. ¶ Quinto propter impossibilitatem vitandam quia impossibile est vt carnis quis satisfaciat quia cōtra plura intendimus et tanto vult plura et nunq̄ satiatur Prouerbiorum.xxx. Tria sunt insatiabilia et quartum nunq̄ dicit sufficit infern⁹ et os vulue z terra que nūq̄ satiatur aqua ignis vero nūq̄ dicit sufficit. Ignis ille est concupiscentie carnis. que nunq̄ dicit sufficit Job.xxxi. Ignis est vsq̄ ad consūmationem deuorans. Et ideo carni faciendus est sicut neq̄ seruo. Eccle.xxxiij. Seruo malo dolo tortura et compedes. mitte eum in operationez si vacet. ¶ Sexto propter dignitatem obseruandam homo enim est dignissima creaturarum et est sic ordinatus. vt dicit Boetius q̄ si secundum rationem et spiritum virtuose vixit transfertur ad deos id est angelos. Si autez secundū carnis desiderium vixit infra bestias redigitur et diuersis bestijs comparatur. Bene. Quosdam ventri obedientes loco animalium numeremus non hominum. Psalmi.xlviij. Homo cum in honore esset non intellexit comparatus est iumentis insipientibus et similis fac. est illis. Ber. Puto si bestie farent loqui dicerent ecce Adam factus est quasi vnus ex nobis. ¶ Septimo propter mala euadenda. Nam viuens sm carnem incurrit omnia ista bona cōuertuntur et in malum. et baptismus et fides et meritum passionis christi et gratia dei et tempus et omnia bona nature. z fortune ita q̄ vere de eo pōt dici illud. Marc.xiij. quod dictum est de Juda. Bonū erat illi si natus non fuisset homo ille. Et autez qui sm spiritum vixit omnia conuertūtur in bonum etiam mala per occasionez. vt dicit Augustinus Ro.viij. Diligentibus deū omnia cooperantur in bonum. ¶ Octauo nō debemus sm carnez viuere propter penam euadendam et gloriam consequendā quia vt in secundo membro dictum est viuens sm carnem consequitur omnem mortem in qua omnis pena continetur. Et viuens sm spūm viuet omni vita in qua omne bonum et omne gaudium continetur. Isa.lxiij. Oculus non vidit deus absq̄ te que preparasti expectantibus te. Et sic patet secundum. ℟ Tercio ostendit q̄ viuere sm spūm et non secundum carnem possumus et debemus. quia qui spū dei aguntur id est lege spūali a deo data et infusa cordi aguntur interius. hi filij dei sūt id est exteri⁹ exteriora charitate bona opera faciunt. glosa hi filij dei sunt id est ex dilectione interiori seruiunt exterius. vere qui spūalia agunt hi filij dei sunt non tamen creatione sed imitatione que facit filium i bono Ephe.v. Imitatores mei estote sicut filij charissimi et similiter in malo Johan.viij. Vos ex parte dyabolo estis z desideria p̄tis vestri vultis facere. ¶ Et nota hic q̄ agi sm phūm et. Damascenum proprie bruto rum est que mouentur impeta ad op⁹ nec refrenari possunt in quo notatur dominium legis spūs vel potius dominum spiritus sancti per legem suam ad ducendum affectum vsq̄ in opus exterius. Actuum quarto. Non enim possum⁹ que vidimus et audiuimus non loqui. vnde plus est agi q̄ regi importat enim vehementiam impetus potentis. Sic agebatur iesus a spiritu in deserto Luce.iiij. Nec ē ignominosum agi sic. immo est honorabile. Multo enim magis bonum agim⁹ si sic a spiritu agamur. q̄ gutē hi qui spiritu dei aguntur id est lege spirituali a deo infusa cordi interius aguntur sunt filij dei id est exterius ex amore seruiunt patet quia tales non acceperunt spūm seruitutis exhibite in timore solo. Et hoc iterum sicut indei fecerunt quia spiritum receperunt in se. quia non plus effecit in illis nisi seruilem timorem quo legē adimplerēt. cui⁹ signū fuit q̄ lex fuit data in igne z falgoribus et tonitruis terribilis vt p̄z Exodi.xix. et Hebreo.xij. Ita terribile erat q̄ videbat q̄ Moyses dixit exterrit⁹ sū z tremebūd⁹. Nō ei accepistis spūm seruitutis in timore iterū sicut iudei semel sz accepistis spūm adoptiōis filioz. i. p quē adoptant et efficiūt filij electi z p ons accepistis spūm dilectionis nullus em̄ adoptat i filiū nisi diligatur. Ephes.i. Qui p̄destinauit nos in adop. fili. et talis spūs expellit timorē de corde. i. Jo.iiij. Timor nō est in charitate.

Idem tamen est spūs qui operatus est in illis timorem et legem timoris dedit eis t in nobis amorem et legem amoris dedit nobis. Idem ergo spūs est sed propter diuersa opera dissimiliter appellatur. nam spiritus timoris dicitur esse inde eis quia eodem spiritu quo in tabulis scripta ē lex. timor incussus est eis qui gratiam nondum intelligebant de sua infirmitate peccatis per legem coniuncti. Spūs autem libertatis dicitur esse his quibus impartitur eius opere gratis et regeneratio in vitaz eternam et fides per dilectionē operatur non per timorem. non formidando penam sed amando iusticiam vt dicit Augu. Ipsa enim fides et dilectio a spiritu sancto est.

¶ Duo enim timores hic insinuantur. Unus est in perfecta charitate scz timor casus. qui nos filios dei generat. Alter qui non est in perfecta charitate sed seruilis. Hi autem duo timores faciunt duo genera seruorum. Est enim seruus qui est et filiꝰ qui timet dōm et honorat patrem. et ē seruus qui timet penam sed non diligit iusticiam vt dicit Aug. Et quis tanto beneficio non debemus esse ingrati et spūs gratos nos facit ideo spūs est in quo clamamus abba pater tanq̄ filii gratius referentes id est qui nos clamare facit impellens nos ad clamandum. Gal'.iiij. Misit deus spiritum filij sui in corda vestra clamantē abba pater. Hic autem duo ponit que tamen vnum sunt. Sed abba dicit propter hebreos hebreū enim est. pater dicit propter latinos. his enim duobus generibus hominum loquebatur scribendo romanis Nec tamen greci excluduntur quia pater grece idē est q̄ pater latine et fere eadem est vox. ¶ Notandum ergo q̄ propter sacramentum vtrumq̄ posuit sicut Marci. xiiij. Utrūq̄ dns in passione commemorat Nam rps factus est lapis angularis ecclesie collecte partim ex hebreis ad quos pertinet abba. partim ex gentibus ad quos pertinet pater quia ecclesia de vtroq̄ populo in vno angulari lapide christo est collecta qui fecit vtraq̄ vnum vt esset vnus grex t vnus pastor vt dicit Augu. Nota etiam q̄ hic clamor non est in labiorum motione tātum sed magis in corde per desiderium et feruorem sicut tacenti moysi dictum est q̄d clamas ad me. Exo. xiiij. Et sic patz q̄ per spūm sanctum adoptati sumus in filios. filij autem ex amore seruiunt. amanti autez nichil est difficile et ideo fm spūm et non fm carnē possumus t debemus viuere: qz

Quis opera spūs difficilia videantur tamē amanti sunt facilia. Et sic patet tercium.

S Quarto probat per testimonium spūs sancti q̄ filij dei sumus. quia ipse spiritus sanctus testimonium reddit spiritui nostro i.ꝺ est recognoscere facit mētem nostram dum per eum facta remissione bene agimus. q̄ filij dei sumus hoc facit recognoscere spūs sanctus dum in ecclesia fit remissio petōrum in spū sancto quam remissionem licet tota trinitas faciat tamen proprie ad spūm sanctum dicitur pertinere quia spūs cōis est patri et filio amboꝝ q̄ vnio per quē fit societas et vnitas qua efficimur vnum corpus vnici filij dei. Unitas enim compaginat quam facit charitas que est a spū sancto. Et sic illud p spiritum sanctum intelligitur pertinere quia gratie et bonitatis ē se testificari bonitas autez spiritui sancto attribuitur. ¶ Et hec q̄ testimonium indubitāter per tria reuelatur scz per fraternam charitatem dum in corde sentitur. i. Johan. ij. In hoc scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam quoniaz diligimus fratres. per eterne dulcedinis pregustationem Augu. Quid est quod me in eius recordatione tā dulciter tāz vehementer afficit. Nunq̄d non ipse est deus. meus quasi diceret ita hic est fons in quo nō communicat alien⁹. et per vicioz detestationem et penitentie voluntariam aggressionem. nemo enim sibi displicet sibi irascitur. se punit nisi habeat aliquid in se for. se. Ephes. v. Nemo vnq̄ carnem suam odio habuit sed nutrit et fouet eam. Si autem filij sumus et heredes heredes quidem dei coheredes autem christi. Magnus autem fructus est ē filium dei per gratiaz quia efficitur heres vite eterne in qua omnia bona continent Et intellige q̄ non est aliud hereditas dei cuius heredes sumus q̄ ipse deus. Ipse enim est tota merces Gene. xv. Ego merces tua magna nimis. Quis vt dicit Aug. Uisio dei est tota merces. Unus autez hereditatis rps inquantum homo est nobis scū heres est. Sed inq̄tū deus est ipse est hereditas. Ps. xv. Dns pars hereditatis mee q̄t fm diuinam naturam ē hereditas nostra. et fm humanā naturā est pars hereditatis nostre t nobiscū heres. Vnde⁹ an tē hereditatis rps nos istituit eē heredes in morte sua dū dixit Lu. xxij. Ego dispono vobis sicut disposuit michi p̄ me⁹ regnū vt edatis et bibatis sup̄ mēsam meā in regno meo. Et Johan. xvij. Uolo vt vbi ego

sum et illi sint mecum. id est eiusdem gloriē possessores. Filij autem concubinarū qui sunt filij carnis et secundū carnem viuunt largitus est munera id est bona temporalia. In cuius figura christus ascendēs crucem exiuit se omnibus indumētis suis et crucifixoribus dedit. In cuius etiam figura scriptura refert / q̄ abrahām dedit isaac hereditatem filijs autem concubinarum largitus est munera. Gene. xv. Nos autem vt dicit apostolus ad Galla. quarto scōm isaac reptōmissionis filij sumus et si filij et heredes. Et sic patet quartum.

¶ Dñica. ix. de euangelio. Sermo. lxxxij.

Homo q̄daz erat diues qui habebat villicum et hic diffamatus est apud illum quasi dissipasset bona ipsi⁹ Lu. xvi. Tres errores pullulabant in mundo in aduētu christi et adhuc pullulant. ¶ Primus est q̄ homo est liber dominus omnium bonorum que possidet siue sint bona nature siue bona fortune et quicquid placet sibi potest inde facere sine peccato Mat. xxij. An non licet michi quod volo facere. Sic tenent sarraceni. Quod si verum esset nequaq̄ dominus requireret rationem a villico. ¶ Secundus est q̄ homo in predicatione vel disputatione non debet allegare dicta vel falsa hominum dānatorū. Contra quod dicit Augu. q̄ si quid fidei nostre direxerit accōmodum accipiendum est ab eis tanq̄ ab indignis possessoribus sicut qui rapit rosam et dimittit spinam. Quod si esset verum nequaq̄ christus villicum iniquitatis adduceret in exemplū. ¶ Tercius est q̄ deus amicis suis benefacit in hoc mundo et in alio et qui sunt hic diuites erunt diuites in celo. t qui sūt hic pauperes erunt pauperes in futuro. Quod si verum esset nequaq̄ christus diceret diuitibus. vt facerent sibi pauperes amicos. quia ipsi sunt heredes regni. Cōtra hec tria est presens euangelium. In quo duo principaliter continentur. Primo ēm parabola quedam ad propositum de diuite quodā et eius villico enarratur ibi. Homo quidam erat diues qui habebat villicum. Secundo parabola ad propositū adaptat ibi. Et ego dico vobis facite vobis amicos de mammona iniq̄tatis. ¶ Circa parabolā quinq̄ ponunt. Primū est apud dūm villici diffamatio ibi. Homo quidam erat diues qui habebat villicū et hic diffamatus est apud illū quasi dissipasset bona ipsius. Secundum est a dño villici citatio ibi. Et vocauit illū t ait illi q̄d hoc audio de te redde rationē villicationis tue. Tercium est villici callida cogitatio ibi. Quid faciā q̄t dominꝰ meus aufert a me villicō. non valeo mendicare eru. Quartum est villici accelerata executio ibi. Cōuocatis itaq̄ singulis de. ꝺ. sui. dixit primo &c. Quantum est a dño suo villici cōmendatio ibi. Et laudauit dominus villicum iniquitatis eo q̄ prudē. egi. quia filij seculi huius prudētiores filijs lucis in ge. sua sunt. ¶ Primo ergo ponitur villici diffamatio cū dicit. Homo quidā erat diues &c. non iste filius dei est qui est diues omnibus bonis quia cū ipse sit ipsa beatitudo Johā. xvij. Hec est vita eterna. Et beatitudo scōm Boeciū sit status omnium bonorū aggregatione perfectus liquet ipsum esse omnibus bonis plenum qui factus est homo vt nobis omnia bona sua daret Roma. viij. Pro nobis omnibus tradidit illum scz filiū quō nō etiaz cum illo oia nobis donauit. Profecto qui nobis seipsum dedit omnia nobis dedit. Quicquid ergo habemus siue in bonis fortune siue in bonis gratie siue glorie totum ab eo tenemus tanq̄ miles tenet feudum a rege immo plus tanq̄ villicꝰ a dño qui non habet in bonis domini sui nisi solam dispensationē. Villicus sicut dicit glosa proprie est custos ville. yconomus autē est dispensator rerū et bonoz dñi. Hic autem villicus accipitur generaliter pro dispensatore. Villicus ergo iste est homo cui deus omnia bona dedit tanq̄ dispēsatori suo. Mat. xxv. Homo quidam peregre proficiscens vo. ser. fu. et tra. il. bo. s. t vni dedit quinq̄ talēta. alteri vero duo. Alij vero vnū vnicuiq̄ scōm propriā virtutē q̄t non oia omnibus dedit. sed alicui plus alicui minus. Hic autem villicus diffamat tripliciter. Primo apud deum per angelos qui nobiscum morantur et referunt facta nostra coram deo. Thi. xij. Cum orares cum lachrymis obtulit orationē tuam coram deo. Et similiter referunt mala nostra. Talis diffamatur per euidentiam facti / quia facta nostra mala et bona ascendūt coram deo Genesis. xv. Clamor sodomorum et gomorre. venit ad me. Ibidē quarto. Uox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra. Actuum decimo. Elemosine tue et orationes tue ascenderunt in memoriam in conspectu domini. Et ad hebreos quarto. Omnia nuda et aperta sunt oculis eius. Et de quo diffamatus

est. Certe quasi dissipasset bona ipsi⁹. Ex quo patet q̃ bona que habemus non sunt nostra sed dei/ quia a deo sunt nobis tradita/ quia dicit bona ipsius et non bona sua.i. Cor. quarto. Quid habes quod nõ accepisti quasi diceret nichil. Uere peccator omnia bona dei dissipat. Et primo bona nature malis vsibus applicando que nobis deus contulit vt ad bona ipsis vtemur vt intellectum ad cognoscẽdum vera voluntatem ad amandum bona memoriam ad recolendum dei beneficia. et omnia membra ⁊ totum corpus ad dei glorią et honorem scilicet ad seruiendum iusticie in sanctificationem vt oculos ad videndum dei creaturas/ in quibus magna dei bonitas apparet aures ad audiendum dei verba ⁊ sic de alijs vt supra dictum est in epistola. Humanum dico.i. Corinth.vi. Glorificate et portate deum in corpore vestro. Ro.xij. Obsecro vos per mi. dei vt exhibeatis corpora vestra deo hostią viuam sanctą deo placentẽ. Sed pctõr puerit ordinem et deuastat intellectũ applicãdo ipsum ad cognoscendũ falsa ⁊ diabolica mũdi. Jacobi tercio. Non est ista sapientia desursum descendens sed terrena animalis et diabolica. Deuastat voluntatem volendo nocius et apparẽtia bona. Dissipat memoriam recolendo iniurias et ad malum prouocantia Mat.xxvij. Domine recordati sumus quia seductor ille dixit post tres dies resurgam. Dissipat enim omnia membra et totũ corpus seruiendo impudicicie et iniquitati vt oculos applicando ad concupiscibilia carnis et mundi. aures ad vana et inhonesta audiendum et sic de alijs Romanoꝝ.vi. Sicut exhibuistis membra vestra seruire immũdicie et iniquitati ad iniquitatem. ita exhibete nunc mẽbra vestra seruire iusticie i sãctificationẽ. ¶ Secundo dissipat bona fortune vel indebite acquirendo sicut ficus dissiparentur si partica sicut nuces excuterent de ficu vel minus tenaciter tenẽdo et ipsis non vtendo vt auarus. Dissipat scẽtia si ipsa non vtamur Eccle.xix. Thesaurus inutilis ⁊ scientia abscondita que vtilitas in vtrisq̃. Uel ipsa inutiliter vel nocive expendendo vt prodigus. Luce decimoquinto. Dissipauit substantiam suã viuẽdo luxuriose cũ meretricibus. ¶ Tercio dissipat bona gratie ipsa tanq̃ immũdicijs proijciendo nec de ipsis curãdo q̃ sacramẽta eccl'ie ⁊ virtutes ⁊ dona spũs scti ⁊ meritũ passiõis ie su christi voluntarie proijcit. Ecclesia. x. hic enim animam suam venalem habet/ quoniam in vita sua proiecit intima sua. Trenoꝝ.i. Dederunt pro cibo quecq̃ pretiosa ad refocillandam animam. nec de ipsis curat q̃ predicatores et ministros ecclesie docentes quomodo ipsa possit rehabere. et paratos ad reddere sibi spernit. i. Corinth. quarto. Tanq̃ purgamẽtum huius mũdi facti sumus olim peripsima Job xxi. Qui dixerit deo recede a.no. sci.vi. Ino. Potius vult perdere ois bona gratie q̃ vnum aureũ. et potius vult lucrari vnũ aureum q̃ animam rehabere. ¶ Secundo diffamatur hic villicus iniquitatis id est peccator apud homines q̃ ad infamandum sunt valde proni. Contra quos dicit Eccle. Audisti verbum aduersus proximũ commoriatur in te. fidens q̃n non te diripet. Et alludit vulgare quo dicitur. Ipse creparet nisi diceret. Sicut enim fumꝰ procedit ab igne et fetor a cadauere. sic infamia a peccato. nec potest fieri ignis quin fumus exeat. ita nec potest peccatum fieri quin infamiam diffundat. Et nota q̃ est valde stultum de fama nõ curare. Qui enim famam accepit alterius ad sue fame restitutionem multoplus tenetur q̃ ad restitutionem temporalium/ quia vt dicitur pro verbiorum. xxij. Melius est nomen bonum quã diuitie multe. ¶ Tercio diffamatur apud omnes creaturas/ que eum accusant quasi eas incarceratas teneat videlicet de narios in cista: frumentum in horreo et vinum in dolio. ⁊c. Item quatuor elementa accusant peccatorem/ que triplici voce secundũ Hugonẽ de scto victore nobis loquũtur accipe/ redde/ fuge. Accipe beneficium/ redde debitũ/ fuge supplicium. Prima vox est famulantis/ secũda admonentis/ tercia cõminantis. Uox famulantis. Nam dicit celum ministro tibi lucem in die vtrigiles/ tenebras in nocte vt pauses ad consolationem tuam temporum vicissitudines ministro calorem estate. et frigus hyeme. Aer dicit ad vtilitatem tuam tibi statum prebeo et omne genus auium ad tuã mitto obsequium. Aqua dicit potum tibi prebeo/ sordes purgo/ arentia rigo/ et omnia aduersorum genera piscium/ ad tuum esum nutrio. Terra dicit ego te porto pane confirmo/ et vino letifico. Ignis dicit. ego te calefacio omnia cruda ad tuum commodum coquo. Uox admonentis. Mundus dicit seruo tibi/ qr factus sum propter te/ vt et tu seruias illi/ qui te et me fecit propter se. Il sentis

beneficium redde debitum. ne qui fecit te et me puniat te propter me. Uox cõminantis. Ignis dicit a me combureris. Aqua a me demergeris. Aer in me ventilaberis. Terra a me absorberis. Infernꝰ a me deglutieris. Ideo dicitur. Sapientie. v. Armabit creaturam ad vltionẽ mi. Ibidem pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos. Et sic patet primum. ¶ Secũdo ponit villici a domino citatio quia vocauit illum et ait illi. Quid hoc audio, dete. oe quo talia audire non debeam cum omnia bona mea tibi traderim. Nec consideratio retraxit Joseph. ne peccaret cum uxore domini sui. vt dicitur Gen.xxxix. Ecce dominus meꝰ omnibus michi traditis ignorat quid habeat i domo sua. Quomodo ergo possum hoc malum facere et peccare in domino meo. Econtra de malis dicitur Job.xij. Abundant tabernacula predonum et audacter prouocant deum cum ipse dederit omnia in manꝰ eorum. Et nota q̃ ex his verbis demonstratur q̃ nõ de facili debemus credere dicenti malum de aliquo Gen.xviij. Descendam et videbo vtrũ clamorem opere compleuerint. i. Jo. quarto. Nolite omni spiritui credere. qr vt dicitur Eccle.xix. Qui cito credit leuis est corde. Uocauit ergo illum vt sciret veritatem. Dicit hic glosa. Uocat dominus quando incurit timorem eterne damnationis. et ideo dicit. Redde rationem villicationis tue. i. dum vivis cogita qualiter debes operari sciens te pro omnibꝰ factis tuis reddituꝝ rationem. Eccle.xi. Scito q̃ pro his omnibus adducet te deus ad iudicium Hiero. Siue comedam siue bibam siue aliud quid agam semper videtur ille tumultus terribilis meis auribus insonare. surgite mortui venite ad iudicium. Uel hec redditio rationis potest esse de p̃senti. et tunc ad confessiones refertur. Cõfessio enim est quasi quedam computatio coram dei vicario Isa.xxxviij. Recogitabo tibi oẽs annos meos in amaritudine anime mee. X In summa nota q̃ gñaliter de septem queret dñs rationes in die iudicij iuxta septem bona que dixit ⁊ commisit homini. ¶ Primum est corpus cum membris. ¶ Secundum est anima cum suis potẽtijs. Terciũ est virtutes ⁊ dona spũs sancti cum sacramentis. Quartũ est artes cum documentis. Quintum est mundus cum elementis. Sextum est tempus cum incrementis id est cum vicissitudinibus temporum. Septimũ est q̃ dedit scipsum passum pro nobis in precium redemptionis Ephe. quito Tradidit semetipsum pro nobis De his omnibus queret deꝰ rationem in die iudicij. De primo secunda. Corin. quinto Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal christi vt referat vnusquisq̃ propria corporis prout gessit. De secundo ⁊ tercio Math.xxij. Cuius est ymago hec ⁊ superscriptio. ymago quo ad animam cuz suis potentijs superscriptio q̃ ad virtutes et dona cum sacramentis. De quarto. Matthei.xxv. de talento cõmisso p quod intelligitur ars vel scientia. De quinto Psalmista. Aduocauit celum desursũ et terram discernere populum suum. De sexto Tre. primo. Uocauit aduersum me tempꝰ hie. Omne tempus tibi impensum requiretur a te qualiter sit expensum De septimo zach.xi. Afferte michi. mercedem meam p his scilicet que feci et sustinui pro vobis. Carissimi si diligenter attendimus de omnibus nobis collatis bonis strictam rationem nos reddere oportebit et de ipsis bonis nichil possumus nobis cõferre. i. Thi. vi. Nichil intulimus in hunc mundum nec sufferre quid possumus. Solũ ergo p expẽsis stamus in hoc mundo. Et ideo stultum est valde multa velle habere cum in multis bonis non sit nisi afflictio spiritus ⁊ cogitatio noxia et ad vltimum redditio rationis ipsorum bonorum Ecclesiastes. v. Uidi aliud malum sub sole diuitie cõgregate in malum domini sui. Et de omnibus nichil nisi breuem vitam habemus. Ecclesiastes. quinto. Et quid habet homo de vniuersis diuitijs suis nisi q̃ cernit eas oculis suis. Nam vbi sunt multe opes sunt et multi q̃ comedant eas. Optima est ergo sententia apostoli et consilium. i. ad Thi. vi. Habentes alimenta et quibus tegamur his cõtenti simꝰ. Quia cui multa dantur magna ratio ab eo requiretur. Dum enim crescunt dona crescunt rationes donorum vt inqt Grego. ¶ Item si diligenter attendimus magna nobis cura incumbit et omnino necessaria. Nam deus nosipsos nobisipsis cõmisit. Eccle.xv. Ab initio deus constituit hominem et reliquit eum in manu consilij sui. Quilibet autem homo est quoddaz castrum fortissimuz quod et vndiq̃ expugnatur Nam expugnatur a dexteris p prospera cotrumpẽdo. a sinistris per aduersa frãgendo. a sursum per presumptionem ⁊ superbiam eleuando. a deorsum per desperationem deprimendo ab, ante per laqueos tentationum male operando. a retro per

memoriam malorum ad malum incitando Et hec omnia demones qui non dormiūt operantur et in tam duro bello proditio ē in membris nostris que se tenent cum inimicis nostris Roma.vij. Video aliam legē in membris meis. Non ergo expedit nobis curam aliorum suscipere. Et sic ꝓz secundum. ℣ Tercio ponitur villici callida cogitatio ibi. quid faciam quid quia dominus meus aufert a me villicationem fodere non valeo. mendicare erubesco. Cogitemus ergo et nos quid faciem⁹ in morte cum amoti fuerim⁹ a dispensatione omnium bonorum. et erimus omnino mendici. quia nō poterimus operari Mat.xxij. Ligatis manibus et pedibus mittite eum in tenebras exteriores. Similiter mendicare erit inutile. Exemplum de quinq; viginibus fatuis que ab alijs virginibus et a xpo repulsam passe sunt Math.xxv. Ite potius ad vendentes. Amen dico vobis nescio vos. Similiter nos a christo et ab omnibus sanctis repulsam patiemur nisi hic operemur dum tempus habemus. Et ideo bonum est consilium Salomonis. Ecclesiastes.ix. Quodcunq; potest facere manus tua instanter operare quia nec opus nec ratio nec sapiētia nec scientia erit apud inferos. quo tu properas. Si enim cogitasset dives epulo non fuisset in tanta penuria constitutus quia nec vnam guttam aque potuit habere. Hic cadit exemplum regis francie qui dum esset in extremis cōstitutus cum magno fletu dicebat. heu michi quo vado vbi erit hac nocte hospitium meum quam rationem reddam deo meo de tot bonis que omnia relinquo et nichil possum mecum portare et vertens se ad milites ⁊ barones aiebat. Charissimi mei relinquitis me solum ire et nullus vestrū associat se michi. et hoc dicens expirauit. Faciamus ergo nobis amicos vt iste fecit vt si nō operemur simus participes operum eorum. Unde ait scio quid faciam tempore huius villicationis id est dum vivo vt cum amotus fuero a villicatione scilicz per mortem recipiant me supple illi quibus misericordiam impendam in domos suas id est fiam particeps meritoꝝ eoꝝ in celo. nam sm merita mānsiones celi distribuuntur. Psalmista. cxx. Jocundus homo qui miseretur et commodat disponit sermones suos. Et attendite q̄ in hoc mirabiliter peccant homines quia de futura vita non curant prouidere imprudentiores bestijs prouer. vi. Vade ad formicaz o piger et considera vitam eius. Hic cadit exemplum de illo qui fuit electus dominus in ciuitate quadam in qua erat consuetum. q̄ in fine anni dominus ad insulam quandaz ex ulando mitteretur in qua negs cibū inueniens negz vestimentum in fame ⁊ nuditate male afflebatur. vt patet in historia Barlaam et Josaphat. Idē facit apis. Et homo miser nō curat si moriatur fame in alia vita ⁊ tamē si debet stare ad balnea solum octo diebus mirabiliter vadit munite. Et sic patet terciuz. ℨ Quarto ponit̄ villici accelerata executio. quia conuocatis singulis debitoribus domini sui dixit primo. Quantum debes domino meo. qui dicens centuz cados olei. Glo. Cados grece dicitur ãphora latine vnas tres cōtinens. Dicitq; illi. Accipe cautionem tuā id est litteras sine cartas vbi caueꝫ de debito tuo q̄ solum debeas domino tuo quia quaginta cados olei. Dimidiam partem dimisit ei. Deinde alij dixit. tu vero quantuz debes. qui ait centū chotos tritici Glosa Chorus. xxx. modijs impletur. Modius cōtinet. xliij. libras frumenti sicut sextarius florentin⁹. Dixit q̄z illi. Accipe litteras tuas et scribe. lxxx. id est in quibus scriptū est q̄ solum debes domino tuo. lxxx. choros quintam partem dimisit ei. Ubi nota quantum ad misticum sensum. q̄ per illuz qui debebat oleum. per quem intelliguntur subditi pl⁹ dimittitur q̄ illi qui debebat triticum per quem intelliguntur prelati qui tenentur ad consecrationem corporis xpi. et ad pascendum pane verbi diuini corpus christi misticum maior ergo debetur subditis q̄ prelatis remissio. facilior enim est venis apud deum subditorum q̄ prelatorum quia leuiora sunt eorum peccata Sapien. vi. Exiguo conceditur misericordia potentes autem potenter tormenta patientur. Ista autem accelerata executio est contra multos valde qui concipiūt bonum propositum et nunq̄ pariunt. Isa te vicesimo septimo. Uenerunt filij vsq; ad partum et non erat virtus pariendi. Sapphira secundo. Uox carnantis in fenestra eorum in superluminari. quia sicut eorum semper dicit cra cra. Sic multi considerāt mala sua et vertunt reuertunt se in eis et dicunt se omnino velle exire ⁊ tñ nō exeūt

Prouer.xxvi. Sicut ostium vertitur in cardine suo sic piger in lectulo suo Contra q̄s dicitur Eccle.v. Ne tardes converti ad dominū et non differas de die in diem subito enim veniet ira illius et in tempore vindicte disperdet te. Et ideo dicitur Isa xxvi. A facie dñe concepimus et peperimus. Mulier quando concipit et nō parit. morit̄ur Et sic patet quartū. ℟ Quinto ponitur villici cōmendatio quia laudatus dominus villicum iniquitatis q̄ prudenter egisset. Nota q̄ duo fuerunt in isto villico vnum fraudulentia qua contractauit bona domini sui ipso inuito ⁊c. Alterū fuit prudentia qua sibi tam caute in posterum prouidit. Quantum ergo ad primum non laudatur sed quantum ad secundum. Et ideo dicit q̄ prudenter egisset. Deinde christus huius rationem assignat dicens. quia filij huius seculi id est mundani q̄ dicuntur filij seculi per imitationem qua seculum imitantur prudentiores sunt filijs lucis id est iustis et bonis qui christum veram lucem imitantur. Non autem simpliciter prudentiores sunt sed in generatione sua sunt prudentiores. q̄z simpliciter prudens non est nisi qui considerat vltimum ⁊ vniuersalem finem. qui deus est. Omnes autem filij sunt prudentes secundum q̄d. et ideo iusti filij lucis sunt simpliciter prudentiores filij seculi. Et ideo dicit Beda. Sicut bubo noctua et mus velut̄ vident de nocte q̄ nos tamen simpliciter nos melius videmus q̄ ipsi. ita filij seculi qualdā astutias et versutias mundi in lucrando ⁊ decipiendo melius vidēt q̄ filij lucis. Sic iste villicus subtiliter considerauit decepionem domini sui vt per hoc posset euadere. Posset etiaz comparatio istius excessus esse de genere vt filij seculi dicant̄ prudentiores in genere mali puta in deceptionibus et versutijs mundi q̄ filij lucis i genere boni puta ⁊ sollicita cura animē ⁊ bonis operibus. quia magis prudenter mundani faciunt opera seculi q̄ iusti opera lucis Isa.lxiij. Quasi pannus mēstruate vt̄ universe iustitie nostre. ℂ Sed contra dicit. Augustinus q̄ plus debz amari iusticia q̄ ante amebatur iniquitas. Et glosa Augustini dicit super illud Psal. cxviij. Bonum michi lex oris tui super milia et auri et argenti. Ample charitas diligit deum q̄ cupiditas aurum. Dicendum est q̄ semper in iustis plus amatur deus q̄ aliquod temporale possit diligi a cupiditate. hoc est ex maiori dilectionis radice non tamen semper ex feruentiori motu sed aliquando ex ipsa charitate que excedit cupiditatē surgit motus minoris feruoris q̄ motus cupiditatis. Hic ergo non attenditur excessus prudentie quantum ad radicem sed quantum ad motum quia nichil prohibet filios lucis minus prudentes esse circa diuina ⁊ minus feruenter diuina operari qui tamē plus diligunt deum q̄ mundani filij seculi operentur terrena. qui tamen minus ea diligunt. Huius solutionem etiā queras in epistola septime dominice in fine secundi membri. ℬ In fine nota septēnotabilia de hoc villico vt ex hoc euangelio patet. ¶ Primum est quia cognouit se habere dominū cui deberet reddere rationē Secundū est quia preuidit villicationem sibi esse auferēdam. Unde dixit de vtroq; quid faciam quia dominus auferet a me villicationem Eccle.vij. Memorare nouissima tua et in eternum nō peccabis. Job nono. Uerebar omnia opera mea sciens q̄ non parceres delinquenti. Tercium est quia considerauit statum suū viere. scō. Uide vias tuas in conualle. Quartum est quia cogitauit quomodo sibi succurreret in futurum. Unde ait. Scio quid faciam. Galla.vi. Dum tēpus habemus operemur bonum ad omnes. Quintum est quia curauit sibi facere amicos. Eccle.xxv. Beatus qui inuenit amicum verum. Sextum est quia discrete diuisit Psal. cxvi. Dispersit dedit pauperibus id est discrete dispersit. Septimum est quia dedit alijs exemplum benefaciendi. Unde et laudauit dñs villicum iniquitatis Mat.v. Sic luceat lux vestra coram hominibus. ⁊c. Et sic patet quitum et per consequēs primum principale.

ℂ Secundo post parabolam sequit parabole adoptatio ad propositū. Et hoc est. ego dico vobis facite vobis amicos de mammona iniquitatis quasi diceret. Quoniam quidem sic laudatus est villicus de beneficio illicito et ego per cōtrariū vos hortans dico vobis facite vobis amicos scz pauperes de māmona iniq̄tatis id est de diuitijs que multis sunt occasio iniquitatis vt cum defeceritis avita presentivel a vestris meritis recipiant vos id est, sint causa quare vos recipiamini in eterna tabernacula id est in celestibus mansionib⁹. Johan.xiij. In domo patris mei mansiones multe sunt. Hic dicit glosa. Naz quoslibet pauperes debemus facere amicos sed eos qui nos possint in eterna tabernacula recipere. Non ergo pcōres. Eccle

As.xij. Si beneferceritis scitote cui beneferceritis. Ibidē benefac iusto et inuenies retributionem maguam. Ibidem. Benefac humili et ne dederis impio. Quod intelligendum est in duobus casibus. Unus est si creditur cum alicui datur ꝙ propter bonum negligat usum. Alius est cum datur pro facinore impietatis vt faciunt illi qui dant histrionibus causa histrio nar⁹. Indubitanter ergo primo subueniendum est filijs dei ꝙ filijs diaboli. Illi etiam sustentandi sunt ne pereant non quia mali sed quia naturam bonā habent et ad imaginem dei facti sunt. Et nota ꝙ hec mammona huius mammone sicut dicit glosa. syra lingua diuitie dicuntur punica vero lingua dicitur lucrum. Dicitur etiam māmona, ne. demon qui diuitijs preest non ꝙ sue sunt sed quia de ipsis tētat. D Dicuntur autem diuitie mammona iniquitatis quatuor modis. Primo non quia diuitie inique sunt scōm se cum sint creatura dei sed quia occasio sunt iniquitatis male ipsis vtentibus quēadmodum scientia dicitur inflare. i. Cor. viij. Scientia inflat. Secundo dicuntur iniquitatis quia de iniquitate collecte sicut dicit glosa/ qz scōm naturam institutam omnia erant cōmunia. Sed natura destituta per peccatū suaricia subintrauit et fecit meum ⁊ tuū et inde est collectio diuitiarum. Secundū quem sensum dicit. Augu. Omnis diues aut iniquus est aut heres iniqui. Tercio dicuntur iniquitatis quasi inequalitatis quia inequaliter habentur nec scōm meritā qz vn⁹ habet mille aureos et ali⁹ habet denarios. Et frequēter ꝙ dign⁹ est multa habere quasi nichil hz et qui nō est dign⁹ multa possidet. Quarto dicuntur iniquitatis scōm Augustinū/ quia iniquitas id est mundus qui totus in maligno positus est dicit eas diuitias sed in veritate non sunt diuitie sed fallaces diuitie. Diuitie enim simpliciter sunt dona spūs sancti et virtutes et merita. E In hac ergo adoptatione parabole tria ponuntur. Primo ex̄ mouemur vt nobis amicos faciamus. Secundo ostenditur de quo amicos facere debemus quia de mammona iniquitatis. Tercio ad quid amicos facere debemus subiungit/ quia vt recipiāt nos in eterna tabernacula. C Primo ergo monemur vt nobis amicos faciamus quia inter omnia bona que facere possum⁹ hoc est precipuū scz facere amicos Eccles. vi. Amico fideli nulla est cōparatio et nō est digna ponderatio argenti et auri Boe. Dic ꝙ preciosius genus diuitiarū est amicos inuenisse/ Tullius. Omnibus rebus humanis anteponenda est amicicia nil enim tā nature aptū tanq̄ conuenies ad res secundas vel aduersas. Ad conseruationem quippe nature multum valet amicicia quia si prosperitas assit habemus qui nobiscum gaudeat. si vero aduersitas habeamus qui nobiscū eam sustineat. Amicicia enim prevalet cōsanguinitati Tullius. In hoc prestat amicicia propinquitati quia ex propinquitate nō benuolētia tolli potest sed ex amicicia nō Sublata enim benuolentia nomen amicicie tollitur et propinquitas remanet. Cō/ sanguinitas nanq̄ facit vt aliquis sit tibi propinquus et amicicia facit vt quis sit quasi alter tuus. Tullius. Qui verū amicum intuetur quasi exēplar aliqō intuetur sui/ quocirca/ ꝙ absētes assūt et egētes abūdant et imbecilles valēt et quod dictu difficilius est mortui viuunt. Uerbi gratia. Qui sanctos vel pauperes bonos fecerit sibi amicos qui tam decesserunt sunt in curia celestī ante deum cum illis cum nondū ibi sint in propria persona. Item qui pauperes bonos vel alias bonas personas fecerunt sibi amicos qui iam decesserūt sunt in eis cotam deo in oratione. et cum sint ipsi egentes meritorūm eis abundant. et cuz per se sint debiles resistere diabolo in eis sunt potētes/ quia bona et merita amicorum applicantur eis. Itē cū aliquis in propria persona fit mortuus in amicis vivit qui in eis subueniunt et testamentum eius fideliter exequuntur. Exemplum de illo fratre qui deputatus fuit penis purgatorij. xxx. annis. et socius suus extraxit eum pro eo celebrando. F Et notandum ꝙ ille qui vult facere sibi amicos homines. duo debet considerare. Primo vt faciat sibi amicos homines virtuosos et bonos. Tullius. Hoc ipsum primum sentio amiciciam nisi in bonis esse non posse quomodo tibi erit amicus. qui sibi est inimicus Eccle. xiij. C Qui sibi neqū est cui bonus erit Psal. Qui diligit iniquitatem odit animam suam et ideo cum hominib⁹ mundi non est facienda amicicia quia mali sunt. Et hoc apparet manifeste quia amici mundi non sunt veri amici sed ficti ⁊ nō permanet in tempore necessitatis. Prouer bioxum. xx. Amici diuitum multi. a paupere autem et quos habuit recedunt ab eo. et ideo de talib⁹ nō est curandū Boecius. An precio sunt amici quos non virtus sed

fortuna conciliat. Sed quos fortūa tibi fecit amicos infortunium facit inimicos et ideo si possides amicum in tentatione posside illum vt dicitur Eccle. vi. Solum ergo amici dei sunt faciendi amici et non homines mundi cuius ratio est. quia amici dei non querunt principaliter nostra sed nos. secunda Corin. xii. Non quero vestra sed vos C Amici mundi econuerso sentiunt. qz non querunt nos sed nostra. et ideo deficientibus nostris. et ipsi ab amicicia deficiunt. Sed quia virtuosi homines non querunt nisi nos ideo deficientib⁹ nostris ipsi non propter hoc deficiunt et ideo nec cū mundo/ vel mundanis amiciciam contrahere debemus. Ecclesiastici. xxv. Tres species odiuit anima mea pauperem superbum diuitem mendacem et semen fatuum et insensatum. Que tria conueniunt mūdo qui pauper meritis ⁊ diues rebus prouer. xiij Est diues cum nichil habeat et est pauper cū sit in multis diuitijs. Similiter est superbus et mendax. fatuus et insensatus quia quotidie flagellatur et nunq̄ corrigitur. Unde. Prouer. xxvij. Si contuderis stultū in pila quasi ipsanas desuper ferente pila non auferetur ab eo stulticia eius. Secūdo debet considerare vt amiciciam beneficijs prosequatur. Sapiēs dicit theretius in andria. hoc tempore obsequiuz amicos veritas odium parit. Ignem amoris oportet nutriri lignis beneficiorum aliquod beficit. prouer. xvi. Cum defecerint ligna extinguetur ignis Obsequia enim valde duros ad amorem prouocant. et de inimicis amicos faciunt Roma. xij. Si esurierit inimicus tuus ciba illum si sitierit potum da illi hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius qui scilicet cor eius ad amorem tuum accendent. G Secūdo ostenditur de quo facere debem⁹ qz de diuitijs iniquitatis. Sz quomodo hoc est verum cum dicatur. Ecclesiastes. xxxiij Qui offert sacrificium de substantia pauperis quasi qui victimat filium in conspectu patris. Et ideo dicit Augu. ꝙ hec similitudo est intelligenda per contrarium vt sicut villicus fecit sibi amicos de alieno ita nos faciamus de proprio. Exponit autem Augu. in de verbis domini faciatis vobis amicos de mammona iniquitatis. i. de diuitijs quas iniquitas. i. mundus iniquus dicit esse diuitias q̄ in veritate non sunt diuitie sed fallaces diuitie cum vere diuitie sint virtutes et dona spiritus sācti. Sz accipiendo similitudinē sicut factū est tūc est dicendum ꝙ duobus modis possum⁹ exponere. Primo vt faciamus nobis amicos de diuitijs iniquitatis id est de diuitijs que quatuor modis dicuntur diuitie iniquitatis. vt dictū est supra ⁊ tūc planū est. Alio modo vt faciamus nobis amicos de diuitijs iniquitatis que male acquiruntur et conseruantur. C Et de talibus diuitijs quatuor modis possunt fieri amici. Primo cum integre restituuntur pauperibus ea que per rapinam vel furtum ab eis male habita sunt et humiliter petitur remissio de iniuria eis illata differendo restitutionem. Secundo cum ignoratur cui sit restituendum et de consilio ecclesie pauperibus erogantur. Tercio cum aliquis cōtra prohibitionem ecclesie lucrat vt laborando diebus festiuis vel aliter. ita tamen ꝙ non tenet ad restitutionē vt est lucrum de meretricio vel interdū de alearto tūc enim facienda est medicina vnde facta sunt vulnera et danda est de hoc pauperibus elemosina. Quarto faciendi sunt amici de māmons iniquitatis id est de diuitijs que iniuste seruātur cum tenacitate sed nimia vel mortali. Potest enim quis damnari eo ꝙ non dat sua Mat. xxv. Discedite a me maledicti. Esurivi enī ⁊c. Unde dīues epulo dānatus est/ quia nō dedit suis. Luce. xvi. D Tercio ostenditur ad quid amicos facere debemus quia nō ad ambitum dominandi vel vt magni videamur sed vt nos recipiant in eterna tabernacula: et ideo vt glosa dicit. Non quoslibet pauperes amicos facere debemus sed eos qui nos possunt in eterna tabernacula recipere. Et sic patet secundum et consequenter totum.

C De epistola Sermo. lxxxiij.

NOn sumus cōcupiscentes malozū sicut et illi cōcupiscunt. i. Corinth. decimo. Apostolus recitauit supra in hoc capitulo multa beneficia que deus fecit populo in deorum: quia per manum Moysi transierunt mare rubrū sicco pede submersis pharaone et exercitu eius. Et postea venerūt per desertum sub columna nubis per diē et ignis per noctem in quo alitī sunt manna. xl. annis: que beneficia in epistola septuagesime continētur. In hac autem epistola recitat peccata et penas peccatorum quas filij israel passi sunt. dum inter tot dei beneficia peccarent. et hoc facit Apostolus vt p beneficia memorata ducat nos

F

ad [illegible] dei vt bene operemur et per penas inflictas ducat nos ad dei timorem quatenus a malis caueamus: quia hec omnia in figura nostra contingebant illis et propter nos et propter nostram correctionē scripta sunt. In hac ergo epistola quatuor facit apostolus. Primo nos hortatur vt a quinq; vicijs caueamus. an. q filij israel per desertum eundo inciderunt. In principio epistole. Secundo quare ab his cauere debemus assignat causam et rationē ibi. Hec autē omnia in figura contingebāt illis. scri. sunt autem ad correctionē. ¶ Tercio ex premissis reddit nos cautos circa duo scz circa causam in peccatū. et circa tentationem ad causam impellentē ibi. Itaq; qui se existimat sta. vi. ne cadat tenta. vos non sp̄n. hu. Quarto postq; per magnas penas non terruit subleuat per spem et roris diuini irrigationem ibi. Fidelis dñs est qui non patietur vos tentari su. id qđ po. vsq; ad finem. ¶ Primo ergo nos hortatur vt a quinq; vicijs caueamus in q filij israel per desertum eundo inciderunt et pro ipsis valde puniti sunt. ¶ Primum est concupiscentia malorum desideriorum quando habentes manna cibum optimū non fuerunt cōtenti eo. sed desiderauerūt carnes dicentes illud. Numeri. xi. Recordamur piscium. quos comedebamus in egipto gratis in mentem nobis venerunt cucumeres et pedones porriq; et allia. Ite vulgus quoq; promiscuum quod ascenderat de egipto flagrauit desiderio carnium iunctis sibi filijs israel. et dominus misit in eos coturnices in maxima abundantia ita q; sufficit omni multitudini per mēsem Et adhuc esce eorum erant in ore ipsorum et ira dei ascendit super eos et occidit magnam multitudinem eorum ita q; locus ille vocatus est sepultura concupiscentie. Illud manna cibus optimus est corpus christi et verbum dei que debent christiani comedere. Jo. vi. Nisi mānducaueritis ca. fi. ho. et bi. ei⁹ sanguinē nō habebitis. vi. in. v. Mat. nūo. Nō i solo pane viuit hō. ꝛc. Christiani ergo q nō sūt cōtenti corpe xpi. immo ipsū comedere nolūt. sed desiderāt cepas et allia id est bona thalia: que faciūt horizplorare multis modis sicut cepe faciunt lachrimari et q nolūt comedere verbum dei sed manseant super ipso et desiderant coturnices cibum regium id est verba mundana et historias romanor. ipsi sunt concupiscentes malorum desideriorum propter quod dñs irascitur valde et immittit diuersas pestilētias in populo scilicz guerras infirmitates. et fames in quibus homines cum suis desideriis cōsumentur. Deu. xxxii. Consumentur fame et deuorabūt eos aues morsu amarissimo. quod fit in guerris. Multum ergo deberemus sollicitari vt digne corpus christi sumeremus et verbum dei deuote audiremus quia vtrumq; habz mirabilia bona in homine efficere. ¶ Secundum est ydolatria quando Moyse moram faciente in monte populus fecit vitulos aureos et postq; comederunt surrexerunt ludere coram eis. i. ipso adorare cū ludis et clamore. Quod cernens Moyses ipsos confregit in puluerum quem sperssit in aquam. et bibere filijs israel mandauit et statim apparuit in barba qui fuerunt autores criminis. Tunc Moyses cum filijs leuitis adens de porta castrorum vsq; ad portas omnes illos qui habebunt signum in barba interfecerūt gladijs et fuerunt viginti tria milia interfectorum vt patet Exodi. xxxii. Duo vituli aurei sunt concupiscētia carnis et concupiscentia oculor. Illa dorant concupiscentiam carnis quoniz de ius venter est. Qui ita coluni personam suam et ita sunt subiecti ventri sicut deo imo in centuplo magis q deo. Nam vt satisfaciant ventri mandata dei cōtemnunt. Ista est peior ydolatria q antiquorum. q illa nobilia corpora ipsi adorabant scilicet solem lunam et stellas. Sed tales adorant saccum stercorum et cibum vermiū. Illi vero adorant concupiscentiā oculorum id est diuitias quorum deus nummus est cum p ipso acquirendo vendunt animam diabolo vt auarus Eccle. v. Auaro nichil est crudelius hic enim animam suam venalē habet. Et quia iuxta sententiam veritatis nemo pōt duob⁹ dominis seruire. ideo ipsi deo seruiunt nummo. Colocesses terra. Auaricia que est ydolorum seruitus et vere dicit seruitus quia auarus vt seruus comedit omnia peiora domus et bona vilit vi pecuniam augeat. ¶ Et nota hic q multis accidit sicut filijs israel q adorauerunt ydola. quia moyses non redijt ita cito de monte. sic multi qui non recipiunt ita cito a deo quod volunt vadunt ad diuinos et sortilegos et per artem demonij credunt se obtinere petita sicut fecit Saul qui an. Coartor nimis quia dominꝰ recessit a me et non respōdit michi nec per somnia nec per diuina. i. Regum. viceſimooctauo. ¶ Tercium est fornicatio quando fornicati sunt cum madianitis: et moabitis et

dominus mandauit moysi vt suspenderet omnes principes exercitus. Et tunc phinees filius Eleasari filij Aaron arepta pugione ingressus est inpanar post sambri et perfodit eum cum scorto madianiti in loci genitalibus et fuerunt illa die interfecti. xxiiij. milia Apostolus aūt dicit. xxiij. milia vt temperatius loquatur et potius dicat minus q plus. Siquidem Balaam docuerat Balach regem madianitarū vt pulchriores mulieres poneret in vijs vnde transibant filij israel vt cum eis peccarent. et sic dominus iratus traderet eos in manus eius. Istud peccatum ē mirabilis potentie ad trahendum et tenendum. Et ideo vt dicit Ambro. cū omni peccato potest homo pugnare fornicationem autem debet fugere et non cum ipsa pugnare. i. Cor. vi. Fugite fornicationem. Quia fornicatio habet visum basiliſci. qui per visū interficit. Si enim volueris cum ipsa pugnare nec fortior eo Sanſone nec sapientior Salomone nec sanctior Dauid. In q ergo confidis omnes isti fuerunt victi a fornicatione et in anima interfecti. Prouer. vii. Fortissimi quinq; interfecti sunt ab ea. Unde helias qui imperterritus steterat ante regem fugit a facie Jezabel. iij. Regū. xix. Greg. Qui continentiam suam deo dedicauit habitare cum feminis non presumat. Qui ergo vult ab hoc peccato conseruari illesus oportet q per abstinentiam et disciplinam maceret corpus suum sicut beatus benedictus qui per carnis vulnera eduxit vulnus mentis a corpore quia voluptatem traxit in dolores vt dicit Gregorius. Oportet etiam q caueat se a consortio mulierz. et tercio q bene custodiat sensus suos. et quarto oportet pro castitate conseruanda deum et sanctos deprecetur. Sapien. viii. Et scivi quoniam aliter non possum esse continens nisi deus dederit. ¶ Quartum est tentatio dei. i. diffidentia de deo. et ponitur hic effectus pro causa quia homo non confidit de deo. ideo tentat deum. In hoc peccatum pluries inciderunt filij israel scilicet quando diffisi sunt q deus non posset eis dare terram p missionis et quando diffisi sunt de aqua in deserto et de cibo. Psal. lxxvii. Nunquid et pane poterit dare aut parare mensam in deserto. et in multis alijs locis vt patet Numeri. xxi. Tentauerunt iam me per decem vices. Propter quod iratus dominus immisit in eos serpentes ignitos quorum morsibus oēs interficiebātur Sapientie. xvi. Peruersorum morsibus colubror⁹ exterminati sunt donec moyses de mandato domini fecit serpentem eneum suspendēs eum in palo. et quicunq; mordebātur aspicientes serpentem statim sanabantur vt dicitur. Numeri. xxi. Hoc peccato mirabiliter peccant homines. Quidam enim de dei bonitate diffidūt ne sibi et familie sue in necessarijs prouideat qui dat iumentis escam ipsorum et pullis coruorum inuocātibus eum. ꝛc. Psal. cxlvii. Qui pascit sarracenos et iudeos qui ipsum crucifixerūt. Et solem suum facit oriri super bonos et malos et super iustos et iniustos. Mat. v. Et ideo dant se iniustis lucris et multis petis et confidunt plus de se q̄ de deo. Cōtra quos dicit. xvii. Maledictus homo q confidit in homine et bu. car. brach. sect a do. rece. cor eius. Benedictus vir qui confidit in deo et erit dominus fiducia eius. Quidam diffidunt de dei misericordia et non credunt q deus eis parcat et ideo de sperant. Genes. iiij. Maior est iniquitas mea q̄ vt veniā mereāris. Sic desperauit Judas et abiens laqueo se suspendit Mathei. xxvii. Quidam diffidunt de gratia et non credunt q deus conferat eis gratiā ad penitentiam agendam. et ideo desperant penitentiam facere posse. cōtra quos Isa. iiij. Qui sperant in do. mutant fortitudinē current et non laborabunt. Phil. iiij. Omnia possum in eo qui me confortat.

¶ Quidam diffidunt de dei largitate nō credentes. q pro paucis bonis operibus dabit deus eis vitam eternam. et ideo nō curant bene agere. Contra quos dicitur. Math. xix. Centuplum accipietis et vitaz eternam possidebitis et breuiter ola peccata quasi ex diffidentia procedunt a quo etiam procedit tentare deum. ¶ Quintū est murmur contra deum et cōtra eum qui est loco dei. In hoc pcm inciderunt filij israel. Numeri. xxiiij. Utinam mortui essemus in egipto quando sedebamus super ollas carnium. Sed hic loquitur apostolo de illo magno et pessimo murmure chore dathan et abyron de quo habet. Numeri. xvi. Quādo chore assumptis secum ducētis quinquaginta Leuitis de maioribꝰ q̄ pernoia p̄sueuerat ad p̄silia vocari. et dathā et abyron de tribu ruben murmurauerūt contra moysen et aaron. p ducatu filiorū israel volētes dñari xpi populo sicut moyses et aaron. Et tūc aperta ē terra et deglutiuit chore. dathā et abyron cū omnibus suis. et ignis egressus a domino cōbussit

illos ducentos quinquaginta leuitas ꝛ se quēti die omnis turba filiorum israel murmurauerunt contra Moysen et Aaron dicentes. Vos interfecistis populum domini. Tunc egressus ignis a domino cōbussit.xviij.milia hominum et septingentos. ꝛ Aaron arrepto thuribulo cucurrit ad incendium et stetit inter mortuos et viuentes et cessauit plaga Nume.xvij. Percussi sunt.xviij.milia hominum septuginti absq; his qui perierūt in seditione chore. Et vocatur ille ignis exterminator quia eos occidit extra terminos terre promissionis vel angelus bonus qui ignem procurauit dicitur exterminator. Potuit etiam esse angelus malus quia mali per bonos et malos pununtur. Boni autem nunq; puniūtur nisi per malos. Isto peccato mirabiliter mundus est inuolutus qui murmurat de dei patientia. qua patiēter tolerat pctō res. et non statim punit eos et ideo sine timore male facit. Eccleſia.viij. Quia nō profertur cito contra malos sententia filij hominū absq; vllo timore perpetrant mala. Murmurat econuerso de dei iusticia qua emittit pestilentias et famem et guerras ad puniendum mala.ij. Regum.ij. Num vsq; ad interritiones tu⁹ mucro desenet. Murmurat de dei prouidētia qua vni dat multum et alteri parum vni multos filios et alteri nullum. vni letam vitā alteri amaram. vni sanitatem et alteri infirmitates. vni multas bonitates et alteri nullam et sic de alijs, diuersitatibus quas in mundo videmus. Et si pluat murmurat. similiter si non pluat. et tamen deus omnia recte ꝛ ordinate disponit Boetius. Et tu quāuis causam tante dispositionis ignores tamē quantum bonus rector mundū temperat recte fieri cuncta ne dubites. Murmurat etiam mundus valde contra illos qui loco dei sunt in mundo scilicet contra papā cardinales et alios ecclesiaꝝ prelatos. Murmurant etiam cōtra religiosos seruos dei Et breuiter tantum murmurat mundus q̄ septies deberet crepare in die. Contra quod dicitur Sapi.i. Custodite vos a murmuratione que nichil prodest a detractione parcite lingue. ꝛc. Nota quod proprie dicitur murmurare qui bona sibi collata nichil vel parum reputat et bona alijs collata reputat magna. Et sic proprie isti fecerunt chore dathan et abyron cum suis. adnersus Moysen et aaron murmuruerunt vt patet inuenti. Nume.xvi. Et sic patet pti

Nume. ¶ Secundo enumeratis diuersis generibus peccatorum. ac etiam penis eorum a quibus nos monuit abstinere assignat et causam et rationez quare ab his cauere debemus dicens. hec omnia in figura scilicet nostri contingebant illis id est et culpe eorum sunt figure culparū nostrarum et pene illoꝝ sunt figure nostrarum vt dicit Aug. Sic ergo figura nichil respectu rei quam figurat vt circulus respectu vini. sic si incidimus in similia peccata illis. culpe nostre ꝛ peccata nostra erunt maiora. Et hoc propter ser. L

Primo quia magis sumus illuminati: quia post aduentum xpi omnia sunt clara et aperta que in veteri testamento erant valde velata et obtenebrata. In cuius figura in morte xpi veluz templi scissum est Ignorans autem minus peccat q̄ sciens. Thi. primo. Ideo misericordiam dei cōsecutus sum quia ignorans feci. Secundo quia magis sumus roborati ad resistendū peccato. nā ex passione xpi mira virt⁹ affluxit nobis ad resistēdū petis et ad perstiendū ad operādū bonū que virtus nobis in baptismo applicat. magis autē peccat fortis q̄ debilis. Unde quantum ad hoc magis dicitur peccasse adam q̄ eua. quia fortioris nature ad resistendū. ¶ Tercio qr magis sumus dei beneficia cōsecuti. quis deus nobis dando filium suum omnia bona dedit nobis cum ipso Romanoꝝ. viij. Quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit L u. r. Multi reges ꝛ prophete voluerunt. vi. que nos videtis ꝛ non viderūt ꝛ audire qui vos audit non audit. Magis autem peccat contra deum qui a deo plura beneficia est consecutus. q̄ qui pauciora. ¶ Quarto quis virtus peccati ꝛ dyaboli magis est diminuta. nam dyabolus est in infernum proiectus ꝛ ibi est religatus qui mirabiliter homines tentabat et tormentabat Johan.xij. Nunc princeps huius mūdi ejicietur foras. Similiter cōcupiscentia peccati eneruata est per sacramenta noue legis. Romano. vi. Vetus homo noster simul crucifixus est id est concupiscentia mali. vt destruatur. corpus. peccati. Magis ār peccat minus impulsus ad peccandum q̄ qui multum ꝛ quantum ad hoc minus peccat mulier petō carnis q̄ vir multum ꝛ quātū ad hoc minus peccat mulier petō carnis q̄ vir. ¶ Quito qr medicine ad oē morbū peccati delēdū in nouo testamento efficacissime sūt parate qr sacramenta noue legis cōtinent grām ꝛ efficiūt quod figurant. quod non faciebant sacrificia veteris legis. Hebreoꝝ. x. Impossibile est enim sanguine tauroꝝ et hircoꝝ auferri peccata. Hebreoꝝ. ix. Que nunq; possunt iuxta conscientiam perfectum facere seruētem. Et ideo si tales medicinas negligimus magis sumus culpabiles. Sexto qr magis affectum habemus scilicet premium eternum quod statim nobis repromittitur. Illi autem omnia mandata dei obseruantes ad infernum descendebāt. Unde propter omnes iusticias patrum veteris testamenti nunq; fuit dictum alicui. Hodie mecū eris in paradiso. sicut latroni solū propter vnā confessionem. Et ideo magis sumus culpabiles si tantum premium et ita propinquum negligamus. Videmus enim modo homines qui non curant benefacere/ quia vsq; ad mortem differunt accipere premium. Quid ergo debebant illi facere qui in morte non consequebantur. Hebreoꝝ. ij. Propterea nos abundantius obseruemus ea que audiuimus ne forte superefluamus. Si enim omnis preuaricatio ꝛ inobediētia accepit iustam retributionē mercedis quomodo nos effugiemus: si tantam negleximus salutez. Et ideo sicut peccata nostra sunt maiora ita pene nobis maiores reseruantur/ quia illi puniebantur temporaliter pro legis transgressione. nos autē eternaliter Hebreoꝝ. x. Irritam quis faciens legē moysi sine vlla miseratione sub duobus vel tribus testibus moritur q̄to magis putatis duriora mereri supplicia q̄ filium dei conculcauerit et sanguinem testamenti pollutum duxerit. Et ideo hec omnia ad correctionem nostram scripta sunt. in quos fines seculorum deuenerūt. Sicut enim christus est finis omnis legis et omnis rei vt dicit apostolus ad. Roma. x. et Johan. Apo. primo. Ita etas nostra in qua christus natus est. finis est omnium aliarum etatum/ quia omnes alie etates ꝛ que in ipsis facta sunt ordinata fuerūt ad illam etatem. et ad ea que in ipsa fiunt et facta sunt. Et sic patet secundum. W

¶ Tercio ex his que dicta sunt de penis petōq; redditur nos cautos cōtra duo. Primo cōtra casū in peccatū. Et hoc est. Ptacq; qui se existimat stare videat ne cadat id est qui se credit in statu gr̄e esse videat vt consideret ne de gratia cadat in peccatū. Secundo cōtra tēptationis impulsū ad causā. Et hoc est. Tēptatio vos non apprehēdat nisi humana id est tēptatio leuis. sine qua pñs vita duci nō potest. Jaco.i. Unusq̄sq; tentat a concupiscentia sua Johā.i. Si dixerimus qr petīa nō habem⁹ nos ipse seducimus et veritas in nobis non est. Recipre ergo tentationes/ diabolicas carnales et mūdanas in corde et nutrire eas est magnus impulsus ad casum quia de facili cadit homo talia cogitando. Psalmista. Beatus qui tenebit et ꝛ allidet paruulos suos ad petrā. et sic patet tercū. N Quarto posq; per magnas penas nos exterruit subleuat per spem / ne timor ad desperationem inducat. Subleuat autē per spem ex duplici diuine bonitatis affectu. Primus est protegendo ne irruat immoderata tentatio. Et hoc est. Fidelis deus q̄ nō patietur vos tēptari tentationis cohibens impetum super illud quod potestis frre. hiere. Bellabunt aduersus te et non preualebunt/ quia ego tecum sum. vt liberem te vt dicit dominus. ¶ Secundus est promouendo per ipsam tentationem in melius et prestando robur ad resistendum. Et hoc est. Sed faciet cū tentatione euentū scilicet bonum dando robur et constantiam vt posset sustinere et vincere Eccle.xxxiij. Timenti deū non occurrent mala sed i tentatione deus illum conseruabit et liberabit a malis. Esa.xl. Qui dat lasso virtutem. et his qui non sunt fortitudinē et robur multiplicat. Sicut enim deus dat tentandi licentiam sic dat tentatio misericordiā. Domicilio quarto. Angelus dñi descēdit in fornacē et fecit medij fornacis quasi ventū roris flantē Bene.vij. Multiplicate sunt aq̄sq; tribulationū et tentationū et archa exposito est ele uata vt non mergeretur.

O Est autem proueniens quem deus cum tentato facit in tēptatione quintuplex. Primus est ipsius cognitio Eccle.xxxiij. Qui mittit disciplinam quasi lucez. In eodem.xxxiij. Qui nō est tentatus qualia sit Jsa.xxviij. Et tantū veratio dabit intellectum. Secundus est maior sui humiliatio Psalmi.tricesimo septimo. Afflictus sum ꝛ humiliatus sū nimis. Tercus est ad alios compassio Eccle.xxxi. Intellige que sunt proximi tui ex teipso Debe.iij. Non habemus pontificē q̄ non possit cōpati infirmitatib⁹ nostris tēptatus sūt per oia. Propterea premisit deus cadere caput nostrū vt alijs cōpateret. Quartus est deuotiōis excitatio. Psalmista. cxix. Ad dominum cū tribularer clamaui. Osee.vi. In die tribulatiōis sue mane cōsurgēt ad me. Quintus est eterna coronatio. Jaco.i. Beatus vir q̄ suffert tēptationē qm cū probat⁹ fuerit accipiet coronā vite. et sic patet quartum et consequenter totum de epistola.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dñica.x.de euan. Sermo.lxxxiiij.

Cum appropin=

quaret iesus hierosolymam videns ciuitatem, fleuit super illam Luce.xix. Sicut dicit Boecius in libro de cõsolatione philosophie, prosa prima libro.ij. Non sufficit q̃ ante oculos nostros situm est intueri sed rerum exitus prudentia metitur. Homo enim dotatur multis virtutibus vt ad multa respicere debeat et inter illas maxime prudentia insignitur vt presentia disponat et ordinet et a futuris malis caueat. Deberet nanq̃ homo merito confundi cum bestie modica naturali prudentia vel astutia sibi cõcessa ita bene vtuntur. Prouerbiorũ. vi. Vade ad formicam o piger et considera vias eius Mat.x. Estote prudentes sicut serpẽtes. Homo autem perfecta ratione et prudentia a deo sibi traditis in nullo vult vti. sed olim vult viuere sicut bestia quod deus valde habet pro malo scz̃ homo tempus gratie et virtute plenum non intelligit sed qualitercunq̃ potest presentem leticiam amplexatur. de futuro malo penit⁹ nichil curãs. De hac ergo materia presens euãgelium loquitur in quo duo principaliter continentur. Primum est fletus christi super ciuitatem. et ciuium futuram subuersionem. In principio euangelij. Secũdo est predictio euentus malorũ promentis obcecatione ibi. Et quidem in hac die que ad pacem. ꝛc. Nunc autem absc̃dita sunt ab oculis tuis. Tercium est reuerentia et honor a christo templo exhibitus in illicitorum eiectione et doctrine effusione ibi. Et ingressus iesus templum cepit eũcere ementes et vendentes ꝛc. ⁊ erat quotidie docens in templo. Primo ergo ponitur fletus christi super ciuitatem et ciuiũ futurã subuersionem. qz videns iesus ciuitatem scz in magno tripudio letantem hoc enim fuit in dominica oliuarũ. fleuit super illaz dicens. quia si cognouisses et tu saltem in hac die tua que ad pacem tibi. nunc autem obscondita sunt ab oculis tuis. Et tu supple fleres id est si cognosceres tu malis tibi ventura sicut ego cognosco qz ista sunt michi presentia vt dicit Boecius que sunt q̃ fuerunt venientq̃ vno intuitu cernit. tu fleres cõpassa tibi metipsi sicut ego fleo. Sed qz non consideras nisi presentia bona que modo in pace possides. ideo non fles sed letaris. Et sic in hac parte exẽplo xpi monemur ad duo. Primo vt peccatori gaudẽti eo non prospicienti mala sibi futura nos ea ipsi annunciemus que sunt septem.

Primum est denudatio omnium bonorum presentium. Nam peccator in morte omnia perdit. animam enim asportat diabolus corpus comedunt vermes. et bona temporalia diuidunt consanguinei Job. Cuius messem id est carnem famelicus comedet scz̃ vermes et ipsum rapiet armatus id est diabolus capiet eius animam. et dividentes diuitias id est consanguinei quas desiderant Luce.xij. Stulte hac nocte reperunt aiam tuam a.te. et que parasti cuius erunt. ¶ Secundum est priuatio omnium bonorum spiritualium scz meriti pastricis christi et suffragiorum ecclesie ac etiã proximorum bonor̃. Mat.xxv. Omni habenti dabitur et abundabit ab eo autem qui nõ habet et quod videtur habere auferetur ab eo. ¶ Tercium est occursus demonum Trenorum. i. Omnes persecutores eius apprehenderunt eam inter angustias Bernar. O alia quis erit ille pauor cum tibi occurentia cateruatim illa teterrima mõstra videbis ad cuius confugies auxilium. hic cadit exemplum illius romani de quo dicit Bre. in dyalogo qui in morte vertebat oculos et clamabat petens inducias vsq̃ mane et statim mortuus est. ¶ Quartum est inutilitas penarũ quia per omnes penas quas patietur nec purgabit nec miam dei flectet. et si minimam de illis hic poterit ab omnibus purgaret et vitam eternam meretur. Quintum est inaudita confusio. nam omnia peccata eius denudabitur. Danie.vij. Judicium sedit et libri aperti sunt id est conscientie. Et qui non fuit filius dei ad clamores omnium ad furcas inferni suspendetur et sic suspensus semper apparebit Hiere.xx. Confundantur vehementer quia non intellexerũt opprobrium sempiternum. Sextum est separatio a deo et ab omnibus electis que erit principalis pena in damnatis Mathei.xxv. Discedite a me. Septimum est applicatio ad intolerabilia tormenta Job.xxiij. Ab aquis niuis transeunt ad calorem nimium Apo. Missi sunt in stagnũ ignis et sulphuris. ¶ Secũdo monemur vt vano gaudio mundi fletũ et tristiciã preferamus. et hoc propter quatuor. Primo qz nichil vel modicũ durat Job. Gaudium ypocrite id est mundi ad instar puncti. quis totus mundus est ypocrita. Exẽplũ eius patet in christo. nã quando christus sic fleuit, fuit susceptus cum magna gloria scz in die palmarũ ⁊ nõ nisi quatuor diebus elapsis fuit summe cõfusus et vituperatus. nam qui prius pellis

menta prosternebant in via ecce suis exuitur et sors super ea mittitur. et cui pus⁹ ab omnibus est clamatum. Benedict⁹ qui venit in nomine domini. statim postea dictus est vach qui destruis templum dei. Et a q̃ solus et sanctificatio tanq̃ a vero deo petebant tanq̃ reus cum latronibus ad mortem fuit postmodum condẽnatus. De hoc habes. in dominica ramis palmarum in principio. ¶ Secundo quia gaudium mũdi dementat hominem et infatuat. Est em̃ sicut forte vinum quod qui nescit temperare infatuatur. debet autem temperari memoria aduersorum que in tali gaudio plurib⁹ acciderunt et que possunt accidere Eccle.xi. In die bonorum ne immemor sis malorum. Eccle.vij. Cor sapientis vbi tristicia est. Cor stultorum vbi leticia. Ideo Salomonem deseruit sua sapientia quia leticiam ad gaudium mundi non temperauit. nec prohibuit cor suum quin omni voluptate frueretur tristicia vero erudit. Ecclesiastes.vij. Melius est ire ad domum luctus q̃ ad domum conuiuij. in illa enim finis cunctorum admouetur hominum et viuens cogitat quid futurum sit. Et recte ibi finis cunctorum hominum edocetur. nam diuersi fines hominum. nam quorundam fines sunt diuitie. quorũdam honores quorũdam voluptates. quorũdam potentia. quorũdam filij et consanguinei. et quorundam finis est deus et bona opera. Isti fines aperte mõstrantur in morte nã de omnibus diuitijs homo nil secum portat nisi modicum ciliciũ Job.xxvij. Dines cum dormierit nichil secum auferet. Honores hominem totaliter derelinquũt nam reconditur sub terra vbi ab omnib⁹ suppeditatur Hie.xxiij. Sepultura asini sepelietur putrefactus proiectus extra portas hierusalem. corpus vero quod ita delicate fuit nutritum fit cibus vermium. Trenorum quarto. Qui nutriebantur in croceis amplexati sunt stercora Isa.xiij. Subtus te sternetur tinca operimentum tuum erunt vermes. Potentia vero vndiq̃ subtrahitur. nam fasciatur vt puer ⁊ inter duos lapides reponitur vel reducitur ij. Mac.ix. Is qui sibi videbatur fluctibus maris imperare et montium altitudines in statera appendere super modum in gestatorio portabatur. Filij vero et consanguinei derelinquunt Trenor̃. i. Omnes amici ei⁹ spreuerũt eã. sola bona opera comitant Ambro. Sola mia comes est defunctorum Apo.xiij. Opera enim illorum sequuntur illos. Deus etiaz mittit angelos pro anima ad celum deferenda Luce.xvi. Factum est vt moreretur mendicus ⁊ portaretur ab angelis. Et sic patet q̃ solus deus et bona opera sunt pro fine habenda. cum in morte non derelinquent. Ecclesiastes.xij. Time deum et mandata eius obserua. hoc est enim omnis homo. Tercio quia cum habentibus gaudia mundi fortuna perniciose indit Boetius. Cum his quos elidere nititur scz fortunã blandissimam familiaritatem habet. Idem. hunc continue ludimus ludum rotam volubili orbe versamus infima summis et summa infimis mutare gaudemus. Cum his vero qui tristantur fortune nullum contubernium habet. Quarto quia gaudium mundi ad dolorosum finem adducit. Prouerb. xiij. Extrema gaudij luctus occupat. Qz vel homo dimittit gaudia scz per mortem vel gaudium dimittit hominem per aduersam fortunaz. et vtrũq̃ dolorosum. De primo. Eccle.xli. O mors q̃ amara est memoria tua homini pacem habenti in diuitijs et adhuc valenti capere cibum. De secundo Boetius. Infelicissimum genus infortunij est fuisse felicem. Fletus vero et tristicia ducunt ad bonum finem scz ad consolationem eternam. Math.v. Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur. R

Et nota q̃ prout ex scriptura sacra haberi potest. quintuplex est fletus christi q̃ signat quintuplicem fletum quem in hac vita habere debemus. Primus est fletus infantie. scilicet ex infantili necessitate sicut cantat ecclesia. Vagit infans inter arcta positus presepia Sapien.vij. Et primã vocẽ simile omnib⁹ emittit plorans. Qui signat fletum quẽ habere debemus pro incolatu presentis miserie Augustinus. In valle miserie sumus in qua eo magis est flendum quo nimis flemus. Idem⁹ puer q̃ nascitur a ploratu incipit nec ridere potest lachryme sunt testes miserie statim natus plorat. nondum loquitur. et iam ẽ propheta sue calamitatis. Ista miseria incipit in natiuitate. in vita continuatur et protenditur vsq̃ ad mortem. Ideo vita humana fluuio comparatur. Unde fluuius in principio et in fine amaritudinem habet quia a mari oritur et in mare regreditur ⁊ in medio hz continuã labilitatẽ. Sic et natiuitas nostra ẽ amara qz caduca vita amarior quia labilis mors amarissima quia periculosa. ¶ Secundus est fletus quo fleuit super Lazarum mortuum ex immẽso amore

quintuplex fletus.

ad vitam eum reuocando. qui signat fletū quē habere debemus super istos qui mortui sunt in peccatis Hieremie.ix. Quis dabit capiti meo aquam et oculis meis fontem lachrimarum et plorabo die ac nocte interfectos populi mei Augus. Multi mala gemūt et ego compassionem habeo his qui male gemunt. amisit nummum et gemit. amisit deum et non gemit. Eccle.xxij. Super mortuuz ploza deficit enim lūx ei⁹ et super fatuum ploza deficit eum sensus eius. Et sequitur. Luctus mortui septem dies. fatui autem et impij omnes dies vite illorum. Ex quibus verbis habetur q̄ tres plorandi sunt. scz mortuus fatuus et impius. sed differenter. mortuus est plorādus paruo tempore. fatuus toto tempore vite sue impius in tota vita et post vitam

3°

¶ Tercius est fletus quo fleuit super ciuitatem ex nimia compassione vt hic qui significat fletum quem habere debemus pro calamitatibus miserorum. ij. Cor. xi. Quis infirmatur et ego non infirmor. q̄s scandalisatur et ego nō vror Job. xxx. Flebam quondā super eo qui afflictus erat z cōpatiebatur anima mea pauperi. Et ista compassio fuit amarior i xpo q̄ in aliquo alio. Et ratio est. quia aliquando compassio causatur ex amore naturali fm q̄ homo aliquem naturaliter diligit. et ideo naturaliter homo compatitur homini. immo non videtur homo sed bestia crudelior si homini non condolet. sed quia amor iste parum est. ideo parum mouet. Aliquando causatur ex amore accidētali fm q̄ homo diligit hominem quadam amicicia tē porali. et ex tali amore compatitur amico dolenti. non tantum quia homo: sed etiā quia amicus est. Iste amor magis mouet q̄ primus. Aliquando vero causatur ab amore spirituali quo quis diligit hominē in deum et fm deum. et iste amor est maior q̄ primus et secundus. non tantum q̄ facit duo corda vnum esse. vnde multitudinis credentium erat cor vnum et anima vna. sed etiam q̄ sint ambo vnius corporis mistici. membra. Et ideo si dolet membrum vnum compatiuntur et alia. Et q̄ iste amor magis fuit in xpo q̄ in aliquo alio. ideo in eo fuit maior compassio.

.4°

¶ Quartus est fletus quo fleuit in cruce ex nimio dolore hebreor. v. Cuz clamore valido et lachrymis offerens exauditus est pro sua reuerentia. qui signat planctuz compunctionis quem debent habere illi qui in cruce penitentie sunt. Psalmista. Lauabo per singulas noctes. i. per singula peccata lectum meum. i. cor meum et faciem meam. Sic fleuit et lauit Magdalena et mundata est sic fleuit et lauit petrus peccatum suum. Luc. xxij. Egressus foras fleuit amare. Quidam rident peccata sua et cum risu confitentur ea et ideo non delent ea. ¶ Quartus fletus est vt viscerosa pietate quo christus fleuit super casum Jude. Unde Augustinus in quodam sermone. Noster redemptor delictum Jude deplorauit vt euangelista ait. cum vidisset eum turbatus est et dixit. Unus ex vobis me tradet. quanta misericordia dei. tradi tus pro traditione dolet proditus pro proditore turbatur. per quod datur intelligi q̄ debemus fiere ptelatos et clericos quādo cadunt: quia eorum casus est valde periculosus. Sicut enim bonus sacerdos vocatur angelus Math. ij. sic malus vocatur dyabolus Johan. vi. Nonne vos duodecim elegi et vnus ex vobis dyabolus est. Unde Crisi. Nichil tantum destruit ecclesiam dei sicut q̄ clerici deteriores sunt laicis. Ad idem Hieronimus dicit. viij. q. ij. Qualis. Et sic patet primum. ¶ Secundo predicitur euentus malorum pro mentis expectatione. Unde ait. Et quidem in hac die tua in qua gaudeo et secundum carnē et non fm spūm vinis que ad pacem tibi conueniunt scilicet diuitie delitie et honores. in quibus consistit pax mundi que est pax inordinata simulata et coinquinata sine iniqus. Inordinata est quia dominus obedit seruo et superior inferiori scz anima corpori et ratio sensualitati. Prouer. xxx. Per tria monetur terra per seruum cū regnauerit per stultum cum saturatus fuerit cibo. et per odiosam mulierem cum in matrimonium assumpta fuerit. Iste seruus et stultus est corpus. et odiosa mulier alia que dū regnat in homine assumitur in matrimonium et anima fit ancilla. Simulata est quia mundus pacem videtur dare. homini et infert ei magnam guerram scilz cum deo Job nono. Quis restitit ei et pacem habuit? Sic Judas dedit pacem xpo et fecit eum capi. Talem pacē dedit Joab Abner. diceng. Salue mi frater et apprehendens mentum eius cum manu infixit gladium in viscera eius. ij. Regū. xx. Coinquinata est sine iniqus quia pax mundi ē de malis et turpibus. Prouer. ij. Lrātur cū malefecerint z ex. i reb⁹ pessimis. Propterea dicit. Psal. Lelauit super iniquos pacem peccatorū vi. sic pacificati sunt heros

des z pylatus super mortem xpi. Hanc pacem venit xps destruere Lu. xij. Putatis q̄ venerim pacem mittere in terram. non dico vobis sed separationem Math. x. dicitur. Non veni mittere pacez sed gladiū Hec pax claudit oculos mundanorum ne videant mala ventura super eos. Unde sequitur. Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis scz mala super te ventura. Et que sunt ita mala ostendit dicens. quia venient dies in te romane obsidionis qua circūdabunt te inimici tui supple romani principes vallo. scz per cathenationem factam de vallis id est de palis ligneis. Nam vallus est palus. sed vallum est ista cathenatio facta de palis. Tres enim aggeres sive fossata dicūtur fecisse Titus et Uespasianus super hierusalem in circuitu eius et in principio fecerunt vallum. Similiter circundabunt te per exercitum bellatorum circūquaq̄ dispositum et. angustiabunt te vndiq̄ per machinas et balistas vndiq̄ erectas et a terram prosternent te scilicet capiendo z filios tuos qui in te sunt capiēdo occidendo et dispergendo et non relinquent in te lapidem super lapidem non relinquerunt lapidem super lapidem penit⁹ et funditus destruendo vt dicit Joseph⁹. Et casum huius cladis et euersionis subdit dicens. Eo q̄ non cognouerit tempus visitationis tue Here. viij. Miluus in celo cognouit tempus sunum turtur et ynndo et cyconia custodierunt tempus aduētus sui. populus autem meus non cognouit iudicium domini. Et q̄ hoc totum dō xpo predicit de euersione hierusalem completum est pt3. Post euersionem enim hierusalem redeuntibus romanis romam inuenerunt qui in speloncis et siluis latuerunt redierunt ad ciuitatem et ceperunt loca sancta venerari z reedificare quod audientes romani miserunt hierusalē Delium Adrianum qui funditus eam euertit ita q̄ lapis super lapidem non remansit. Postea dictus Delius edificauit modicaz ciuitatiunculā nō in eodem loco sed in loco vbi moderna hierusalē sita est. z a nole suo heliā noiauit et hōgo ipe sic dicta est. Quod patz ex hoc quia locus in quo crucifixus est dominus. et ortus in quo sepultus est in medio ciuitatis sunt. ante erant extra. Ex quo patet q̄ romani sicut Nabugodonosor fuerunt flagella z virga dei. iudeoz. sed sicut pater quando verberauit filium vsq̄ ad mortem proiecit virgam in ignem sic deus proiecit romanos propter pctā sua et ab alijs flagellati fuerunt et quasi consumpti

quia deus vnum peccatorem per alium punit. ¶ Et nota q̄ hec euersio facta fuit in mense augusto propter quod hoc euangelium legitur in mense augusto et recitatur. ¶ Moraliter autem ad nostras edificationem hec contingunt in anima peccatoris et primo in vita. secundo in morte. In vita quidem quia anima in peccato circundat in suggestione et interiori a propria concupiscētia z exteriori ab alijs creaturis Psal. cxvij. Circumdātes circundederūt me. Coangustatur in delectatione prosternitur in consensu et tunc capitur ciuitas anime et tunc etiam filij eius scilicet boni motus vel motes si qui erant in ea repugnantes similiter prosternuntur et non relinquetur in ea lapis super lapidem in consuetudine actionis. per quam paulatiz anima misera tota dissoluitur. Iste ordo ponit Job. xvi. Circumdederunt me lanceis suis. ecce primum. Lancee enim dyaboli sunt suggestiones eius conuulneranit lūbos meos. ecce secundum. In delectatione peccati conuulnerantur lumbi taz interiores anime q̄ exteriores corporis et effūdit in terra viscera mea. ecce tercium. Uiscera enim anime id est affectiones effunduntur in terra i cōsensu concidit vulnere me super vulnus. ecce quartum. In morte autem peccatoz circundatur a demonibus per horribiles visiones et interiores qui stant parati rapere animam eius Job. xx. Uadent et venient super eum horribiles. Coangustatur vndē q̄ per peccatorum suorum recordationem que replicant ei demōes vt inducant eum in desperationem Sapien. iij. Uenient in recordationem peccatorum suorum timidi Et ideo in morte non debent peccata reduci peccatori ad memoriam sed solum misericordis dei et passio christi z quomodo ad vnum verbum pepercit latroni. Prosternitur in corporis et anime dissolutione quādo corpus in terram proficitur et anima in infernum simul cum filijs suis. i. cum operibus suis. Gen. iij. Pulvis es et in pulverem reverteris. Luc. xvi. Mortuus est diues z sepultus in inferno Non reliquetur in eo lapis super lapidem in pene solutione in qua etiam de minimis reddet rationem Mat. xviij. Nō exies inde donec reddideris nouissimū quadrantez. Et hec omnia ideo euenient ei. quia non cognouit tēpus visitationis sue nec in vita nec in morte. O charissimi timeamus z nos hāc euersionem qui pluries visitationem eius contempsimus. nec eam cognouimus. cum ta-

quare comitur hoc cenā gr̄m. iste spūs

tinen visitatio eius circa nos multū melior est q̄ circa iudeos. ¶ Vbi nota q̄ ꝛ tuor sūt valde periculosa in peccatore Primum est insensibilitas peccatoris. Si enī peccator cognosceret quot mala per peccatum incurrit et quot bona perdit et in presenti et in futuro potius vellet mori q̄ peccare. Et ideo iusti qui hoc cognoscunt potius eligunt tormenta et mortem q̄ peccare Dante.xiij. Melius est michi incidere in manus hominum q̄ derelinquere legē dei mei. ¶ Secundus est contemptus medicine. Christus enim parauit medicinas efficaces ad omnem morbum anime expellendum scilicet sacramenta ecclesie. quas gratis mandauit dare vt per impotentiaz nullus excusaretur. Luce.x. Gratis accepistis gratis date Peccator autez has medicinas contemnit Psal. Omnem escam abominata est' anima eorum. ¶ Tercium est cotruptio palati anime. habet enim peccator ita cotruptum palatum anime q̄ mala sibi sapiunt bona. et bona sibi sapiunt mala. Augu. Palato non sano pena est panis qui sano est suauis. et oculis egris odiosa lux que puris est amabilis. Numeri. xri' Nauseat anima nostra sup cibo isto leuissimo. ¶ Quartum est induratio mentis q̄ est peius omnibus quia nec verba nec verbera nec beneficia prosunt. Exemplum de pharaone. i. Regum. vi. Quare aggranatz corda vestra sicut aggrauauit egiptum et pharao. Eccle. tercio. Cor durum male habebit in extremis. ¶ Vbi sciendum q̄ christus in decem magnis beneficiis nos visitauit et quotidie visitat. que solum nobis christianis confert. primū est quia de seruitute dyaboli eripuit nos et regenerauit in filios dei omnibus alijs in eadez seruitute relictis Joh. vi. Nemo potest venire ad me nisi pater q̄ misit me traxerit eū. Hoc totum fit in baptismo qui operatur in virtute passionis christi in quo eripitur de seruitute dyaboli et fit filius dei. Col. primo. Qui eripuit nos de potestate tenebrarum et transtulit regnum fi. di. s. i. Joh. tercio. Videte qualem charitatē dedit nobis deus vt filij dei nominemur et simꝰ. Quia a christo dicuntur christiani. ¶ Secundū est quia a vinculis peccatorum nos absoluit omnibus alijs ligatis remanentibus in peccatis. Est enī petōr magnis cathenis ligatꝰ. ita q̄ non possit ire quo vult. ꝛ ducatur quo non vult. Prouer. v. Funibꝰ peccatorum suoꝝ quisq̄ constringitur. Unde Apl's in persona peccatorum ait Romanorum. viij. Non quod volo bonuz hoc agos sed quod odi malum hoc facio. Ab his vinculis nos absoluunt sacerdotes vice xpi. Solo enim petro ⁊ successoribus eius date sunt claues absoluendi peccata. Wat. xvi. Tibi dabo claues regni celorum et quodcūq̄ solueris super terram erit solutum et in celis. Nota etiā de leone de quo dicitur in Esopo cui quidam extraxit spinam de pede qui postea condemnatus et leonibus traditus ad deuorādum dictus leo defendit eum. ¶ Tercium est quia ve ste omnium virtutum et donorum spūs ꝛ cti nos induit omnibus alijs remanentibus nudis Isa. lxir. Dis omnibꝰ velut ornamento vestieris. Hec est illa vestis polimēta quam Jacob id est xps fecit Joseph id est homini xpiano. Gen. xxxvij. Hec est illa vestis que fecit nos dignos conuiuio eterno quam ille non habens expulsus est de nuptijs Wath. xxij. Et nota hic q̄ quidam furantur hanc vestem sicut Ptolomeus furatus est tunicam inconsutilem christi illi scilicet qui vadunt in vestimentis ouiū. intrinsecꝰ autem sunt lupi rapaces vt ypocrite et heretici. multi sunt sicut vulpes q̄ habet optimum corium et malas carnes. ¶ Quartum est quia in fide vera ⁊ doctrina nos instruit que in nullo alio populo requiescunt nisi in nobis quod est magnum beneficium. Psal. cxlvij. Non fecit taliter omni nationi et iudicia sua non manifestauit eis. Facile est xpiano saluari sed omnibus alijs quasi impossibile vt dixit semel quedam demoniaca. et hoc quia nō sunt nutriti in vera fide. ¶ Quintum est quia corpus et sanguinem suum nobis ad manducandum sub specie panis et vini instituit omnibus alijs in solo pane corporali relictis qui est in infinitum maioris virtutis q̄ manna vt patet in Johanne. vi. Qz iste cibus dat vitam perpetuam sed non manna Johꝫ. vi. Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in eternum. Iste cibus continet gratiam dei sed non manna. Itez purgat peccata sed non manna. Item cōuertit comedentem in seipsum et non conuertitur in comedētem sicut manna vt dicit Aug. ¶ Sextū est q̄ efficacissima medicamenta contra omnes anime morbos nobis relict ꝛ sacramēta ecclesie omnibꝰ alijs infirmantibus et morientibꝰ sine alia medicina. Psal. cij. Qui sanat omnes infirmitates tuas. In nullo eñ ppto inuenit aliq̄ medicia ꝓtra petōr nisi ppto christiano Augu. Non est locus veri sacrificij

in toto mundo extra ecclesiam catholicā. ¶ Septimum est quia totam auctoritatez suam et vicarium suum in christiano populo dereliquit. Wath. xvi. Tu es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiā meam. et tibi dabo claues regni celorum. Petrus autem pater et pastor est populi christiani. Omnes autem alij spirituales a patre et christi vicario sunt penitus destinati. Luce Qui vos audit me audit. ¶ Octauum est quia nos exules a ciuitate nostra quotidie in eam reducit omnibus alijs extra dimissis. Johannis. xiij. Iterum veniam et assumam vos ad meipsuz vbi ego sum et vos sitis. Nota hic quantam reuerentiam faciebant guelli regi Rarolo qui per ipsuz reducti fuerāt ad terras suas. i. Wach. i. Felix dies in qua reuersus es ad terram tuam. Nonum est quia heredes regni celestis nos fecit omnibus aliis exheredatis ⁊ extra hereditatez regni celestis projectis. Wath. viij. Multi venient ab oriente et occidente. et recumbēt cū. Abraham Isaac et Jacob in regno celorum. Filij autez regni eiicientur in tenebras exteriores. ¶ Decimum est quia thesauruz suum scilicet meritum sue passionis nostris prelatis nobis dispensandum reliquit. vt patet in indulgentijs que tantum valent quantum sonant que soluz in nostro populo inueniuntur. Virtus etiam sue orationis que maxima est solū applicatur nobis christianis. Joh. xvij. Ego p eis rogo nō pro mundo. Charissimi ista sūt maxima et ineffabilia beneficia in quibus nos christus visitauit ⁊ visitare non cessat. Et quia ista beneficia nō recognoscimus immo ea contemnimꝰ ideo sicut iudeos pluries dedit populum christianum in direptionem et dispersionem vt patet in magnis persecutionibus quas passa est ecclesia vt tēpore totile tirānj qui totam ytaliā destruxit Temporibus etiam nostris omnes ciuitates vltramarine christianorum capte et destructe a barbaris nationibus eis sicut iu dei seruunt sub tributo et quasi totꝰ xpianissimus populus in partibus vltramarinis est extirpatus in quibus xpiana religio maxime floreꝫ fuit nunc autem nostre ciuitates a nobis ipsis delentur et cōsumuntur per que apparet omnino q̄ deꝰ est valde iratus nobis et hoc ideo. quia visitationem eius non cognoscimꝰ. Et sic patet secūdum. X Tercio ponitur reuerentia et honor a xpo tēplo exhibitꝰ. qz in breuius in templum cepit ejicere ementes et vendētes de illo ad litteram. In primo atrio templi fecerunt sacerdotes loca venalia vbi vēditores et campsores erāt q̄ ex auaricia fecerunt vt venientes ad templum haberent paratum quod sacrificarent. Et quia aliqui non habebant vnde emerent posuerunt ibi nūmularios a quibus mutuo acciperent pecuniam. Et quia secundū legem ad vsuram accommodare non debebant. ideo prestabant sub nomine paliate vsure sez sub nomine collibioꝝ et dicuntur collibia munuscula fructuum. Et ideo dicit. Scriptum est Isa. lxi. Domꝰ mea domus orationis vocabit. vos autez fecistis il. spelūcam latronū vsurariorum. Est enim vsurarius occultus latro qui facit hominē mori in balneo Ytere. vij. Nisi quid spelūca latronū facta est domus mea in qua inuocatum est nomen meum. Et nota q̄ hāc electionem oporteret q̄ dominꝰ omni die faceret in ecclesia quia quotidie patrimonium crucifixi et beneficia ecclesiastica emuntur et venduntur. quod est maius peccatum q̄ vsura vel rapina. nam in tali venditione emitur et venditur christꝰ sicut res venalis sicut Judas eum vendidit et sacerdotes et scribe ipsum emerunt et ideo pariticatur peccatum symonie peccato Jude et sacerdotum qui occidi christum fecerunt. Et sic patet tercium et consequenter totum.

¶ De epistola Sermo. lxxxv.

Scitis quoniam cum gentes essetis ad simulachra muta prout ducebamini ēsetes. i. Cor. xij. Ante aduentum christi mūdus diuersis ydolis seruiebat: sed p grām xpi destructa sunt idola et tōc alij errores pullulare ceperunt. Qz eñ christus expresse tres esse in trinitate personas et vnam essentiam trium personarū a qua ola bōa procedunt hoc multi male intellexerūt ponendo inequalitatem et maioritatē in personis et ponendo q̄ quedam opera procedunt ab vna persona et quedam ab alia. ad quod sequebatur diuersitas in essentia. Et ideo apostolus in presenti epistola hos errores eluminat. In qua quidem epistola quatuor facit. ¶ Primo ostendit q̄ ydolatrie ac omnis mali principium actor est diabolus in eo q̄ suggerint et liberum arbitrium in eo q̄ consensit in principio epistole. ¶ Secundo ostendit quod spiritus sanctus non est actor ꝛ

Universidad de Deusto Biblioteca

ficulus mali sed est actor et principium omnis boni in eo q̄ ad bonum monet et dirigit ibi. Ideo notum vobis facio q̄ nemo in spiritu dei loquens dicit anathema iesu z nemo potest dicere dominus iesus nisi in spū sancto. Tercio ostendit q̄ grē gratuz facientes sunt a spiritu sancto z a tota trinitate in eo q̄ ipsas infundit ibi. Diuisiones autem gratiarum sunt idem autem spiritus et diuisiones misteria ꝛc. Quarto ostendit q̄ etiam gratie gratis date que dantur ad vtilitatem ecclesie sunt a spiritu sancto. in eo q̄ ipsas etiam peccatoribus largitur et tribuit ibi. Unicuiq̄ autem datur manifestatio spiritus ad vtilitatem aliꝰ quidez per spiritum datur sermo sapiētie ꝛc. ¶ Primo ergo ostendit Apls q̄ ydolatrie et per consequens omnis mali principium actor est dyabolus in eo q̄ suggerit et libertum arbitriuz in eo q̄ consentit. Et hoc est quod dicit Scitis quia cum gentes essetis ꝛ. i. sē̄ similiter viuentes de nouo enim corinthij cōuersi erant de ritu gentilium ad fidem xp̄i ad simulachra muta prout ducebamini. s. a dyabolo suggerente et instigante. euntes scilicet eratis per liberum arbitrium tali suggestioni dyabolice consentiebatis z opere implebatis Sed nōne simulachra dabant responsa. quomodo ergo erāt muta. Ad quod dicendum est q̄ simulachra ō ese et a se muta erant. Psal. cxiij. Os habēt et non loquentur. Sed interduz demones in eis et per ea loquebantur et dabant responsa deo permittente quia peccata eorū hoc merebantur vt in ydolis que colebant deciperentur et perirent quia seruiebant creature potius q̄ creatori. ¶ Circa hoc ergo notandum q̄ quicunq̄ gentiliter viuunt adhuc adorant simulachra. Sēciliter autem viuunt et non secundum legez christianam quicunq̄ contra legem dei querūt diuitias et honores et hmōi mundana et omnes tales simulachra adorant. Nam auari qui super omnia querunt pecuniam simulachruz est nūmus in quo est crux quā mundus adorat. Gulosi autem simulachrū est bolus Luxuriosi vero simulachrum est venter. Phili. iij. Quorum deus venter est Uane gloriosi autem simulachrum est honor mundanus non verus honor qui exhibetur in testimonium virtutis. sed honor mundanus qui est honor pannoruz z equorum Job. xij. Dilexerunt gloriam hominū magis q̄ dei. Illud ergo q̄ quisq̄ p̄ omnibus diligit est suus deus z suū simulachrū vt dicit Augu. Omnis autez pctōr istud in quo et propter quod peccat pre omnibus diligit et plus diligit q̄ deum quia contra mandatum dei illud querit et operatur et pdit deū vt illō habeat in oibus. Et ideo omnis peccator est quodāmodo ydolatra et simulachrū adorat. Qui ergo filios vel pecuniā vel quodcunq̄ aliud pre oibus diligit id adorat. nā ex indiscreto amore ydolatria ortum habuit. Et ideo Apl̄us dicēdo simulachrū omne malum dedit intelligi cuius actor et principium est diabolus et liberum arbitrium hominis Sen. quarto. Subtus te erit appetitus tuus et dominaberis isti⁹. Et sic patet primū. ¶ Secundo ostēdit q̄ spūs sanctus nō est actor alicuius mali sed est actor et principiū omnis boni. Unde ait. Ideo notum vobis facio q̄ nemo loquens quocūq̄ modo loquēdi siue cordis siue oris siue operis in spū dei id est a spū dei motus dicit aliquo modo loquendi anathema iesu id est diuisionem et separationem a iesu. hoc est id ad quod separatur a iesu sicut est blasphemia vel aliud tale. Uel anathema iesu id est diuisionem iesu vt iesu sit genitiui casus. id est non dicit iesum diuisam alium scilicet deum a patre vt fecit arrius. Contra quē Augustinus. Meretrix non permisit diuidi filium suum. iij. Regum tercio. Et tu diuidis deum tuum. Idem introduxit filiū arrio loquentem et dicentem. Uerberib⁹ asperis laceratus sum sanguinem meum fudi. animam meam posui vt te michi coniungerem et tu diuidis me. Nec dicit iesū diuisum a patre vt sit solum homo. vt facit iudeus z sarracenus. nec dicit opera iesu diuisa ab operibus dei. Johan. v. Quecunq̄ pater fecerit hec z filius similiter facit. In eodem. xiij. Pater in me manens ipse facit opera. Nulla ergo falsitas est a spiritui sancto circa iesum. sed omnis veritas. et nemo potest dicere ore scz proferendo et animo tenendo. quod est proprie dicere dominus iesus id est q̄ iesus sit dominus suus et omnium. nisi in spū sancto id est per spm̄ sanctū. Hanc veritatem interius docentem et cordi imprimentem. Joxvi. Cum autem venerit spūs iste veritatis docebit vos omnem veritatem. Sed nonne aliquis posset dicere ptaus intentione dns iesus. Ad hoc dicendum q̄ dicere dupliciter sumitur vno modo large scilicet pro enunciare voce. quod non credit corde nec tenet vel ostendit opere. et hoc mō non accipit hic. Alio mō accipit stricte scz quando id quod proferur ore creditur corde et ostenditur opere. et sic accipitur hic. Est ergo hic diligenter attendendum q̄ dum aliquid in corde cōcipitur deo et isti conceptui viterius consentitur tunc illud interius dicitur in corde quando autem tale dictum cordis exterius voce exprimitur vel signo vel quocunq̄ modo tunc magis dicitur. Quandovero quis opere ostendit se sic credere tūc totus homo est quasi in dictōo et de se toto linguā facit. Duo ergo primi modi et si sint a spiritu sancto scilicet consentire et confiteri tamen sine tercio nō introducunt in regnū celorū Math. septimo. Non omnis qui dicit michi domine dne intrabit in regnum celorum. sz qui fecerit voluntatem patris mei qui in celis est ipse intrabit in regnuz celorum Jaco. ij. Fides sine operib⁹ mortua est. Cum ergo omne bonum his trib⁹ modis fiat. scilz corde ore. et opere. et hec ergo sint a spiritu sancto patet q̄ spūs sanctus sit actor et principiū oīs boni. Et sic ps q̄ nulla diuisio est a spūsctō nec diuisio creatorio in se vt quidā diuidūt nec diuisio creature a creatore. quod fit per pctm̄ quia cum spūs sanctus sit actor actor autē habeat vnire manifestum est. q̄ nulla diuisio a spū sancto est et nullum peccatum: quia omne peccatum diuidit nam diuidit hominem a deo Isa. lix. Iniquitates vestre diuidunt inter vos et deum vestrum. ꝛc. Item diuidit ab angelis et a sanctis. Item diuidit a congregatione fidelium in qua non est merito sed solum numero. Itē diuidit a merito passionis xp̄i z omnium sanctoꝝ et a bonis que fiunt in ecclesia et etiam a propriis bonis. Item diuidit animam a corpore. Romanoꝝ. vi. Stipendia peccati mors. Et tandem diuidit a regno celoꝝ. Mat. xxv. Discedite a me maledicti in ignem eternum. Et sic pater q̄ qui diuisionem faciunt in terris z in domibus vel qui diuisionem sequuntur non habent spiritum sanctum. sed spūm dyaboli qui primam diuisionem fecit in celo et in paradiso et primos rebelles ipse fecit et breuiter sicut propria operatio filij dei venientis in mundum fuit vnire filios dei qui erant dispersi in vna fide et in vna ecclesia. et in vna operatione. ita dyaboli est dispergere et diuidere Joh. x. Fur non venit nisi vt mactet et perdat. Imitantur autem istum qui sunt ex parte istius. Sapien. secundo. Similiter patet q̄ nemo talium potest dicere vere et proprie iesus est dns meus ni si spiritū habeat sicut veri xp̄ieni. mali autem christiani false dicunt iesus est deus meus. Est enim falsa discrepatio vocis a re que per vocez significatur vnde talis cōfessio est quasi negatio. Thi. i. Confitentur se nosce deum factis autem negāt. Tales sunt similes militibus pylati qui genuflectebant coram iesu dicentes. Aue. rex iudeorum et percutiebant eum. Tales sunt significati per istam ficum habentem solū folia cui christus maledixit que statim arruit Mat. xxi. A Tales videtur esse peiores sarracenis quantum ad quattuor. Primo quia sarraceni negant christum verbo. sed isti facto peius enim est facti q̄ verbum. Secundo quia sarraceni ex ignorantia christum negant. Non enim sciunt ipz esse verum deum et dominū si scirēt multi eorum saluarentur per bona opera: Christiani autem sciunt et credunt iesum ee dominum suum et tamen ei negant debitum obsequium quod maius malum videtur esse. Exemplum si duo homines negarent regi debitum obsequium ita q̄ vnus diceret domine nescio quomodo vobis debeā obsequium hoc exhibere si enim scirem libēter vobis exhiberem. Alter vero diceret. vere scio q̄ hoc obsequium vobis debeo sed nolo exhibere manifestum est q̄ secundus magis offenderet. ¶ Tercio quia sarraceni legem suam obseruant. tales autez nullius legis esse videntur quia nec christiani nec sarraceni sunt. Et ideo tales sine lege peribunt. ¶ Quarto quis tales videtur esse apostate a fide quantum ad rem fidei videntur etiam periuri esse eo q̄ in baptismo promiserunt renunciare dyabolo z pompis eius et ideo malo christiano fides erit ad cumulum dānationis quia magis peccat xp̄ianus fornicando et alia que prohibentur in euangelio faciendo q̄ sarracenus. sicut magis peccat religiosus q̄ secularis idem peccatum committendo. Sic ergo stat⁹ religionis si seruetur est ad magnum meritum z si non seruetur ad cumulum dānationis. sic est de fideli xp̄iano. qz si ipsam fidem seruet infinita et inestimabilia bona inde consequetur. Si autem xp̄ianus fidem opere non impleat nichil boni consequetur. immo omnia que sūt fidei cedent sibi ad cumulum damnationis. s. petri secundo. Melius erat istis viaz iusticie non cognoscere. q̄ post agnitionem retrorsum conuerti ab eo quod illis traditus est Et sic patet secundum. ¶ Tercio ostendit q̄ gratie gratum facientes hominem sunt a spiritu sancto et a domino iesu christo et

deo patre quia vt dicit Augu. Indiuisa sunt opera trinitatis ad extra. Statie aũt gratum facientes ordinant. ℟ Prio hominem ad deum ipsum gratificando et iustificando Et hoc est. Diuisiones gratiarum sunt homines scilicet gratificantium. Idem autem spiritus istarum gratiarum scilicet datoꝛ ꝛ diuisoꝛ. Quia quidã in maiori copia recipiũt vt apostoli qui in tanta copia receperant gratiam spiritus sancti. vt nõ possent ampli⁹ peccare. Similiter beata virgo. Quidam in minori copia recipiunt. Nam peccare possunt et de facili peccant. Quidam enim recipiunt vt i vno acru iustificentur vel in paucis vt latro de cruce qui in vna confessione fidei iustificatus est. Quidam recipiunt vt in multis bonis actibus iustificentur vt Paul⁹ ꝛ Wagdalena et in multis alijs. Talis diuisio apparet Ephe.iiij. Unicuiq; nostruꝝ data est grã secundũ mensuram donationis christi Romanoꝝ.xij. Habentes donationes secundũ graciã q̃ data ẽ nobis dif. ¶ Scõ grẽ gratum facientes ordinant hominem ad proximum cui seruire faciunt propter deuꝫ. Et hoc est Diuisiones ministrationũ sunt quibus scilicet propter deum primo ministratur Idem autem dominus scꝫ iesꝰ christus omnia ministris suis abundantissime administrãs.i. Petri.quarto. Si quis autem ministrat tanq̃ ex virtute quam administrat deus. Nam quidam ministrant populo in sacramento altaris et diuino officio. quidam i predicatione verbi dei quidam in prebendo necessaria vite .quidam in deseruiendo de persona sua proximo. q̃dam in confortando et visitando et dando bonum exemplũ alijs.i.Coꝝ.iij. Sic nos existimet homo vt ministros christi et dispensatoꝛes misteriorum dei. ¶ Tercio grẽ gratum facientes ordinant hominem ad seipsum prout opus eius meritoriũ vite eterne faciunt. Et hoc est. Et diuisiones operationum sunt quib⁹ diuersimode meremur. Nam quidam plus meretur in vno et eodem opere quidam min⁹ vt patet de illa vidua mittente duo era minuta in gazophilatium de qua christ⁹ dixit q̃ pl⁹ omnibus misit Luce.xxi. Quidam meretur in vno opere quidaꝫ in pluribus. Quidaꝫ in tacendo quidam in dicendo. Quidaꝫ in sanitate quidam in infirmitate et sic de alijs Idem vero deus scꝫ pater qui operat omnia supradicta et ola necessaria ad salutez in omnibus quia quod non dat vni dat alteri. Isaie vicesimosexto. omnia opera nostra operatus es in nobis domine Phil.ij. Qui operatur in vobis velle et proficere per bonam voluntatem. Et sic per ea q̃ dixit expressit trinitatem personarum. vnitatem vero essentie expressit in eo q̃ dixit qui operatur omnia in oib⁹. Sic Isaias polliꝫ dixit ter sanctus adiunxit dominus deus. ¶ Notandum ergo q̃ in hoc tercio membro ad tria monemur. Primo vt gratiam nos iustificantem habere nitamur per cõgruam dispositionem quia spiritus sanctus paratus est eam omnibus dare Jaco.pri. Qui dat omnibus affluenter et non improperat Apo.iij. Ego sto ad ostium et pulso si quis aperuerit michi introibo ad illum. Propterea enim filiꝰ dei incarnatꝰ est ꝛ mortuus resurrexit vt nos gratificaret et iustificaret. Roma.quarto. Traditus est propter delicta nostra id est propter peccata nostra scilicet delenda et resurrexit propter iustificationem nostrã. Ad hoc etiam nati sumus vt in gratia dei viuamus. Eccle⁹iastes.xij: Time deum et mandata eius obserua.hoc est omnis homo. Ad hoc etiam prestat nobis vitam vt gratiam et misericordiam consequamur. Isa.xxx. Propterea expectat deus vt misereatur vestri.propterea enim angeli ꝛ omnis creatura obsequũtur nobis vt per gratiam salutem consequamur Hebre.primo Omnes sunt administratoriꝝ spiritꝰ in ministerium propter eos qui hebre.cap.salutis: ¶ Secundo monemur vt de gratijs et bonis nobis a deo datis proximo obsequamur Johan.xiij. Si ego laui pedes vestros dominus ꝛ magister.et vos debetis alter alterꝰ lauare pedes. Gal.vi. Alter alterius onera portate et sic adimplebitis legem xpi.i. Petri quarto. Unusquisq; sicut acꝺoꝛ gratiam in alterutrum il.administrabo. diſpen.mul.gra.dei Agendo em facta proximi nostra agimus quia deus retribuet nobis Luce.x. Curã illius habe. et si quid supererrogaueris ego cuꝝ rediero reddam tibi. Ille vero seruus qui talẽtum ꝛ pecuniam domini sui abscondit nec prestitit eam proximo condemnatus est vt patet. Luce decimonono. Prouerbiorum vndecimo. Qui abscondit frumenta maledicetur populis. In eodem. quinto. Deriuentur fontes tui foras et in plateis tuis aquas diuide. Ad hoc nos inducunt omnes creature: quia omnia bona recepta a deo communicant nobis vt sol lucem. terra fructus. aqua pisces. Ad hoc etiam ipse creatoꝛ nos inducit qui seipsum comunicat et in natura et in gratia et in gloria. ¶ Tercio monemur vt i gratis nobis data per bona opera fructificemus Colꝝ. i. In omni opere bono fructificantes ꝛ crescentes in scientia dei. Multi crescunt soluni in persona sed in virtute et gratis deficiunt. Isaie.lxv. puer centum annoꝝ morietur. Iere.xxij. Scribe virum istum sterilem qui in diebus suis non prosperabitur. Eccle⁹ia.x. In pigritijs humiliabit contignatio id est virtutes in homine regentes et protegentes ipsum denastãtur et annichilantur per nõ operari. Sicut homo amittit visum si diu ſter in carcere nichil videns. et si homo comederet solũ lac perderet dentes. Nota de ficulnea de qua dixit dominꝰ eius colono vt succideret eã quia non ferebat fructum iam per tres annos qui respondens ait. Dimitte eam etiam hoc anno vsq; dum fodã circa illam et mittam stercora et siquidẽ fecerit fructum bene. si autẽ non in fu.suc.eam. Luce.xiij. Tres anni sunt tria tempora scꝫ ante legẽ sub lege et in gratia. Ille tercius annus est tempus gratie plenum omni bono simo id est omni bona pinguedine spiritualium bonorum quia christus est passus. ex cuius passione magna virtus ad bene agẽdum nobis emanauit celum est apertum dimittuntur peccata. bulla gratie dei est aperta. et omnia breuiter sunt paccata. Quicunq; ergo illo tercio anno id est tẽpore gratie non fructificat. debet amputari et in ignem mitti Mat.vij. Omnis arbor que non facit fructum bonũ excidetur et in ignem mittetur. Et sic patet tercium.

℣ Quarto ostendit q̃ etiam gratie que gratis dantur ad vtilitatẽ ecclesie dãtur et sunt a spũ sancto. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit differentiã istius grẽ ad precedentem scꝫ gratum facientem dicens. Unicuiq; scꝫ mẽbroꝝ ecclesie datur manifestatio spũs id est gratia aliqua⁹ per quã videtur et apparet in eo esse spũs sanctus etiã si non habeatur et hoc nõ ad proprium meritum sed ad vtilitatẽ ecclesie et aliorũ.et sic notaꝫ duplex differentia grẽ gratis date ad gratiã gratũ facientẽ. Prima est q̃ ista facit habere spũm sanctum et si non manifestat q̃ habeatur. hec vero facit apparere q̃ insit etiam si non habeat. Secunda est quia ista est ad habentis meritum ordinata. hec autem ad ecclesie vtilitatem etiã si habens eam nichil mereat. ¶ Secũdo distinguit multiplicẽ differentiã gratie gratis date dicẽs. Alij quidem datur sermo sapientie per spm̃ sanctũ id est gratia predicandi ꝛ docendi ea q̃ ad sapientiam pertinent scꝫ eterna in premium iustis reposita que non inuenitur in terra suauiter viuentium Job.xxviij. Alij sermo scientie scõm eũdem spm̃ id est gratia predicandi ea que ad scientiam pertinent scꝫ ad rectam conuersationem in his temporalibus et in nocte huius mundi. Unde primi predicatoꝛes scꝫ qui predicant ea q̃ ad sapientiam pertinent solꝫ comparãtur. secundi vero lune. Isti enim mentibus iã claris per gratiam tanq̃ sol diei irradiãt. Isti autem tenebrosam huius vite noctez illuminãt. Genesis primo. Fecit deus duo luminaria luminare maius vt preesset diei et luminare minus vt preesset nocti. Alteri fides in eodem spũ.id est sermo fidei vel gratia docendi ea que ad fidem pertinent. Fides em̃ ipsa est de gratijs gratum faciẽtibus dei enim donum est vt dicit Apostolus Epheseo. ij. Hoc donum vel gratiam monet prelatos petrus habere dicens. Parati semper omni poscenti vos reddere rationem de ea que in nobis est fide et spe. Alij gratia sanitatum scilicet conferẽdarum in vno spũ quia si a natura potuissent tamen non habebantur vel non eo⁹dem modo vel vbi natura non poterat sed deficiebat Math.x. Infirmos curate/ mortuos suscitate/ leprosos mundate/ demones eiicite. Alij hoc operatio virtutum id est miraculorum. que fiunt omnino contra et supra communem cursum nature. Et he due vltime gratie dantur ad confirmandũ sermonem predicationis sapientie et scientie et fidei. de quibus dictum est Mar.xvi Signa autem eos qui crediderint hec sequentur. In no.meo eiicient demonia lin. lo.no.ser.rol.ꝛc. Alij datur prophetia.i. gratia predicandi futura que est ꝓgatiua magna. Actu.xiij. Erant autẽ in ecclesia antiochie prophete et doctoꝛes. Alij dat discretio spirituum id est gratia discernendi inter spũs cũ aliquid suggerit vtrũ boni vel mali sint et hoc est multum necessariũ qz ipse sathanas trãsfigurat se in angelum lucis vt dicit Apostoꝰ. ij. Corin. i. Johan. quarto Nolite omni spiritui credere sed probate si spiritus ex deo sint. Hanc gratiam Eua non habuit qua diabolo promittente incredibilis statim credidit. Alij dantur genera linguarum id est gratia loquendi in diuersis ydeomatibus proprie Actuũ. ij. Ceperũt loq varijs. Alij dat interpretatio sermonũ id est gratia interpretãdi sermo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem ignotum et obscurum per planum et notum. Hoc donum habuit Daniel qui interpretatus est scripturam regi. Hec autē operatur omnia vnus atq; idem spiritus diuidens omnia supradicta dona prout sibi placet et Romanoꝝ nono. Non est current̄is neq; volēt̄is sed miserēt̄is dei. Et sic pz quartum et consequenter totum.

¶ Dñica.xi.de euāgelio. Sermo.lxxxvi.

DIxit ies⁹ ad quos dā qui in se confidebant tanq̄ iusti et aspernabant ceteros parabolā istā. duo homines ascenderunt in templū vt orarēt Luce.xviii. Sicut dicit beatus Augustinus. In malis operibus iniquitas exercetur vt fiant superbia vero etiam bonis operibus insidiatur vt pereāt. Unde hoc singulare habet superbia q̄ bonis operibus coniuncta ipsa perire facit. Exemplum huius patet in lucifero q̄ fuit in omnibus perfectus Ezechi. xxviii. Tu signaculū similitudinis scz dei plen⁹ sapientia et perfectus decore in paradiso dei fuisti omnis lapis preciosus operimēt̄um tuum. Quis tamen de his et cum his superbiam possedit omnia hec perierunt in eo et ipse damnatus ad infernum descēdit. Humilitas vero econuerso quia quibuscunq; quantiscunq; malis oppositā pe nitus ipsa expellit et delet et ad gloriam perducit eternam Job.xxii. Qui humiliatus fuerit erit in gloria. Et de hac materia christus in euangelio quandam similitudinem narrat. Circa quam tria facit primo ponit homines contra quos hanc parabolam inducit. In principio euangelij. Secundo ipsam parabolā in qua oratio pharisei et publicani describitur consequēter subiungit ibi. Duo homines ascenderunt in templum. Tercio vtriusq; orationis finem infert et concludit ibi. Amen dico vobis descendit hic iustificatus ab illo quia omnis. ⁊c. ¶ Primo ponit homines contra quos hec parabola inducitur quis contra quosdam qui de se confidebant ⁊ reputabant se iustos et alios tanq̄ peccatores despiciebant. ℣ Tria ergo peccata in talibus hominibus esse demonstrātur. Primum est quia de se confidebant quod est valde stultum/ quia neq; in se neq; in aliqua re mundi debet vel potest homo confidere nisi in solo deo et hoc patet per singula discurrendo. Nam in bonis mundi vt in diuitijs potentijs dignitatibus et sic de alijs non est confidendum / quia de necessitate omnia hec vel dimittūt nos per aduersam fortunam. vel nos dimittimus ea per mortem. Job.xxvii. Diues cū dormierit nichil secū auferet prima Thi. sexto. Nichil intulimus in hunc mundum nec auferre quid possumus. Exemplum de illo diuite. Luce duodecimo. Qui dixit anime mee habes multa bona reposita in annis pluribus. Proverbiorū vndecio. Qui confidit in diuitijs suis corruet. Similiter non est confidendū in dignitatibus et statibus bonorum vt dicit Boecius. Dignitas non hominem dignum et bonum sed potius ostendit et demonstrat indignum. et ideo non ex dignitate virtus sed ex virtute dignitate honor accedit. et ideo non in dignitate sed virtute confidendum est. Uituperabile ergo est dignitatem habere sine virtute/ quia vt dicit Boecius. Dignitas non fugare sed illustrare panos nequitiam solet. Et dato q̄ homo dignitatem cum virtute habeat non est tamen in dignitate confidendum cum frequēter homo ipsam perdet et in vita pluries vel saltem in morte et qui pro deo ab hominib⁹ colebatur absconditur sub terra ab hominibus conculcandus. Boecius. Plena est exemplorum vetustas plena est presens etas quanti reges felicitatem calamitate mutauerunt. Nec in bonis nature est confidendum vt in sanitate vel robore corporis cum modica infirmitate homo subito conteratur et necessario habeat ab alijs sustentari Exemplum de Anthioco. ii. Machabeorum. ix. Is qui videbatur fluctib⁹ maris imperare et montium/ altitudines in statera appendere. Nūc humiliatus ad terram in gestario portabatur. Similiter nec in gratijs gratis datis vt in eloquentia scientia artibus et similibus/ quia per modicum impedimentum. vt per infirmitatem vel retinsionez in carcere vel per multorum locorum mutationem nichil valent. Quid enim valet eloquentia vel quicunq; scientia vel lex vel decretales inter tartaros vel sarracenos. Proverbiorū. Fallax gratia et vana est pulchritudo. Similiter nec in amicis nec in consanguineis est confidendum/ quia veri amici non inueniuntur in mūdo. sed omnes sunt amici ficti et tempore prosperitatis ⁊ non tempore aduersitatis/ et ideo contemnendi. Boetius. An presidio sunt amici. quos nō virtus sed fortuna conciliat sed quos fortuna fecit amicos ifortuna facit inimicos

propter quod dicitur Iere.xvii. Maledictus vir qui confidit in homine et ponit carnem brachium suum. Ergo nec in mundo qui totus in maligno positus est / nec in rebus mundi confidendum est quia in supradictis quinq; omnis spes mundanorum fundatur. Isaie.xxxvi. Ecce confidis in baculo arundineo super egiptum cui cū innixus fuerit homo cōminutus intrabit manum eius et perforabit eam. Egiptus interpretatur tenebra id est confusio ⁊ angustia et significat mundum. In solo ergo deo confidendum est quia ipse est vera et firma spes Iere.xvii. Benedictus vir qui confidit in dño. et erit dñs fiducia eius.

¶ Secundum est quia se iustos reputabant. quod est valde presumptuosū. Proverbiorum.xx. Quis potest dicere mundū est cor meum purus sum a peccato. Jacobi. iii. In multis quidem offendimus omnes prima Johan.i. Si dixerimus quia peccatum non habemus ipsi nos seducimus et ve. in nobis non est. Et dato q̄ homo non haberet conscientiam alicuius grauis peti non propter hoc debet se iustum reputare i. Corinth. quarto. Nichil michi conscius sum sed in hoc non iustificatus sum. Eccle sia. nono. Sunt iusti atq; sapientes et opera illorum in manu dei et tamen nescit homo vtrum amore an odio dignus sit Mat. vii. Multi dicent michi in illo die domine nonne in nomine tuo prophetauimus et signa multa fecimus et demonia eiecimus et virtutes multas fecimus et dicet illis. Amen dico vobis nunq; noui vos. ¶ Tertium est/ quia ceteros aspernabantur qđ est valde impium cum solum deus intueatur cor et in corde consistat bonitas ⁊ malicia hominis quia cum de corde exeāt cogitationes male. furta/ homicidia. et cetera multa vt dicitur Mat.xv. Liquet q̄ neminem malum possumus iudicare. Item qui apparet malus et est malus in conspectu hominum est bonus et predestinatus in conspectu dei. Nā eo tempore quo magdalena erat peccatrix. Judas ergo apostolus et faciebat miracula. et tamen ista erat predestinata ad vitam et Judas prescitus ad mortem. Et ideo frequenter aliter videtur deo q̄ nobis Boetius. Hoc quod tu iustissimum et equissimum putas omnia scienti prouidētie diuersum videt. Itē sicut hō subito pernū cogitatū malū fit malus. ita subito p vnā veram contritionē fit bonus et recipit gratiā spūs sancti. Unde super illud. Actuum secundo. Factus est repente de celo sonus dicit glosa. Nescit tarda molimina spūs sancti gratia. Cum ergo vt dicitur Job.xiii. Homo mutetur continue et nunq; in eodem statu permanet de nemine possumus iudicare vtrum bonus vel malus sit. Sicut de fluuio velociter currente nō possumus dicere hec aq; est hic quia anteqū verbum sit completum recessit. Ceterum opera hominū bene possumus iudicare bona vel mala esse/ quia de apertis peccatis licet nobis iudicare q̄ malā sint sed ipsum facientem nos nō possumus malum iudicare nisi pro tunc quādo mala facit. Et ideo prohibetur nobis omnino proximum iudicare et spernere. Luce sexto. Nolite iudicare et non iudicabimini. nolite condemnare et non condēnabimini. Isaie.xvii. Et qui spernis nomine et ipse spernetis. Et sic patet primum.

℣ Secundo ponitur ipsa parabola. in qua pharisei et publicani ostenditur describitur. pharisei erant quedam secta inter iudeos ab alijs in quibusdam observantijs diuisi sic dicti a phares quod est diuisio. habebāt enim in manu et in fronte mēbranas vel cartas in quibus erat descriptus decalogus in signum q̄ precepta habenda sunt ante oculos cordis per iugem memoriam et in manu per operum adimpletionem. Item spinas ferebant in fimbrijs palliorum vt pungerent eos dum incederent et recordarentur mandatorum dei et sic tota religio eorum erat in apparentia et superstitione. Et erant pharisei maioris reputationis inuita inter iudeos sicut sunt monachi inter christianos. Publicani autem dicebantur/ quasi publice exercentes artes et mercationes quibus peccatum nō deerat. Unde publicani quasi publice peccantes. erant autem apparenter malicie sicut pharisei apparentis bonitatis. De his igitur duobus scz pharisco et publicano est presens parabola in qua oratio vtriusq; describitur et primo oratio pharisei qui habuit bonum principiū quia ad templum locum sanctum ascēdit. Christiani ergo qui ad ecclesiam non vadunt ad regratiandum deo pro beneficijs receptis vt pharisei fecit. nec ad petendum indulgentias pro commissis vt publicanus nullius legis esse videntur et peiores sunt omni natione et ideo sicut canes sine lege peribunt et extra proijcientur. Apo.xxii. Foris canes et venefici. Itē habuit bonum principium quia bona intentione ascēdit scz vt oraret. quod est contra

malos qui vadunt ad ecclesiam ad confabulandum et loquendum. Quidam vadit ad videndum mulieres et mulieres vadunt vt videantur. et ideo vt aspiciantur attente vadunt parpurate ⁊ cooperte valde vt diabolus qui apparuit beato Martino. Et sic ecclesia que deberet esse locus orationum fit spectaculum peccatorum. ⁊ qui debuerant pro indulgentia peccatoꝝ tre peccata multa incurrunt. Et vnde debuit honorari diabolus exaltatur. Et quãdo maior deuotio vel religio debet haberi scilicet in solemnitatibus tunc huiusmodi vana pernitiosius obseruãtur propter quod dicitur Isa.i. Kalendas vestras et solẽnitates vestras odiuit anima mea In eodem tercio. Decaluabit dominus filias sion pro eo q̃ ambulauerunt extenso collo et nutibus oculorum ibant. Sed habuit malum mediũ quia fatue et superbe orauit et malum finem/ quia condemnatꝰ decescit vnde debuit iustificatus recedere. ℣ Fuit autem huius oratio primo presumptuosa/ quia stans apud se orabat quasi de suis meritis confidens. vnde statue corporis in eo elationem significabat mẽtis quasi diceret. Non oportet me genuflectere pro aliquo quia plenus sum omnibus et abundo. Contra quos Apo. iij. dicitur. Dicis quia diues sum et locupletatus et nullius egeo et nescis quia tu es miser et miserabilis et pauper ⁊ cecus et nudus. Secundo fuit effrontuosa quia gratias ago tibi quasi diceret. Nõ habeo conscientiam alicuius peccati. et ideo nõ peto veniam sed aperta fronte sto coram te referens gratias. Contra quod Romano. iij. Omnes peccauerunt et egent gratia dei. Tercio fuit superba ⁊ vaneglorioſa qz non sum sicut ceteri hominũ raptores iniusti adulteri. Vne eñ sunt partes iusticie vt ait Augustinus scz declinare a malo et facere bonum. Primam partem ostendit se habere cum dicit. Non sum sicut ceteri hominũ rap. ꝛc. Secundã partẽ ostendit se habere cũ subdit ieiuno bis in sabbato decimas do de cibus que possideo. Vbi nota q̃ omis peccator est raptor iniustꝰ ⁊ adulter et in oi petõ cõmittit furtũ iniusticiã et adulteriũ. Raptor est quia animã q̃ solius dei est aufert ei et dat diabolo. Iniustus est qz cũ ipse sit seruꝰ empcius dei et sanguine emptꝰ ipse se subtrahit ab eius seruitio ⁊ seruit diabolo eius inimico. Adulter est qz in deserto deo qui est proprius sponsus anime cũ diabolo fornicatur. Et ideo excludẽs a se hec tria omnem radicem peccati a se excludit. Iste nota q̃ homo duo habz a deo scilicet se ⁊ sua et ideo tanq̃ feudarius debet se et sua recognoscere se tenere. In eo enim q̃ bis in septimana ieiunabat ostendit se deo facere sacrificium de corpore suo dum ad cꝰ honorem corpus per ieiunium macerabat in eo vero q̃ decimas omnium soluebat ostendit omnia bona q̃cunq; habebat a deo recognoscere se tenere. In eo vero q̃ ad templum venerat ad orandum et gratias referebat ostendit pro se et omnibus suis deo omagium facere tanq̃ domino. et per consequens ostendit se in omnibus perfectuꝝ esse et dei mandata seruare. Et hoc est gratias tibi ago quia non sum sicut ceteri hominum. quasi diceret ego sũ solus bonus ceteri autem in comparatione mei sunt mali potuit saltem dixisse sicut multi hominũ sum. ℣ Quarto quippe sũt species superbie. vt dicit Beda. Prima est cũ quis bonum quod habet a se habere et nõ a deo existimat Contra quod Apo.i. Cor. quarto. Quid habes quod non accepisti si autem accepisti quid gloriaris quasi nõ acceperis. Dãe habuit Nabugodonosor qui ait Nonne hec est Babilon ciuitas ista magna quam ego edificaui in robore fortitudinis mee. Danielis quarto. Et ideo conuersus est in bestiam. quia sicut bestia deum non cognouit. Unde statiꝫ subditur ibidem. Ab hominibus eiciẽt te et fenum vt boues comedes donec scias q̃ excelsus dominetur super vniuersam terram in regno hominum: ¶ Secunda est cum quis bonũ quod habet putat pro meritis suis a deo sibi datum quod extinguit materiam gratie quia sicut dicit Apostolꝰ Roma.xi. Si autem gratia dei iam non ex operibus alioquin gratia iam nõ est gratia. Hanc habuit lucifer qui ex operibus et meritis suis voluit super omnes creaturas sibi principatum dari et ideo proiectus est in infernum quia qui volebat in omnibus prees subtus omnia fuit demersus. Ysaie decimoquarto. Qui dicebas in corde tuo in celum conscendam supra astra celi exaltabo solium meum/ verumtamen ad infernum detraheris in profundum lacꝰ. ¶ Tercia est cum quis iactat se et vult videri habere quod non habet quibus maius preamꝫ est videri et non esse q̃ esse et non videri vt dicit. Philosophus hanc habent pocrite. Mathei. viceſimotercio. Ue vobis scribe et pharisei / et hypocrite / qui assimiles estis sepulchris dealbatis que a foris speciosa apparet ho. intrin. autem plena sunt ossibus mortuorum. ¶ Quarta est cũ quis despectis ceteris appetit singulariter videri habere quod habet. Hanc habuit ille pharisseus qui reputauit se singulariter iustũ et ideo hodie singulariter in toto mundo predicatur superbus et iniustꝰ vt qui voluit singulariter bonꝰ apparere singulariter predicetur malus quia deus superbis resistit. Jaco. quarto. ¶ Quarto oratio pharisei fuit contumeliosa quia nõ sum velut etiam hic publicanus quasi diceret ille etiam publicanus est de numero supradictorum scilicet raptorum iniustorum et adulterorum et per consequens orando contumelias ei inferebat Psalmi. Oratio eius fiat in peccatum. ¶ Quinto fuit mendosa qz ea que dixit se nõ habere habebat et que dixit se habere non habebat. Nam dixit se non esse raptorem ⁊ bonitatem et gloriam que est solius dei rapiebat Luce. xviii. Nemo bonus nisi solus deus. Isa. xlii. Gloriam meaꝫ alteri nõ dabo Item dixit se non esse iniustum publicanum temere iudicauit et de numero malorum dixit ipsum esse in quo magna iniusticia consistit Item dixit se non esse adulterum et ipse cum superbia q̃ est vxor dyaboli adulterium commisit dimissa humilitate que debet esse vxor cuiuslibꝫ iusti. Sapien. octauo. Hanc quesiui michi sponsam assumere. Item dixit se ieiunare et ipse sicut lupus vẽto vane glorie pascebat Osee xii. Effraim pascit ventuꝫ. Et ideo ieiunio dyaboli ieiunabat Isi. Qz cibis abstinẽt et prauis agunt demones imitantur quibꝰ cibus semper abest et culpa semper adest. Item dicebat se decimas offerre omnium et ipsam decimam bonorum operum deo non attribuebat sed ipse sibi iusticiam suã attribuebat tãq̃ principio ⁊ de ipso vanã gloriam querebat tanq̃ fine. Huius oppositum facimus dum initium et finem bonorum operum deo attribuimus qui est alpha et o principium ⁊ finis omnium Apo. i. ¶ Sexto fuit fatuosa quia sicut vbi humilitas ibi sapientia vt dicitur Proverbi. xvi. ita vbi superbia ibi stulticia Et hoc apparet quantum ad ser. ℣ primo quia orationem suam inordinate incipit scilicet a gratiarum actione. Missa enim que est valde ordinata oratio incipit a confiteor ⁊ terminatur a deo gratias Ro. xvi. Que a deo sunt ordinata sunt. et ideo oratio istius nõ fuit a deo quia non fuit ordinata. Inchoãs est enim oratio in consideratione et confessione peccatoꝝ. Prouer. xviii. Justus a principio ẽ accusator sui. Et hoc enim humiliatur et compungitur in lamentis et q̃ consequens oratio eius ascendit ad deum Eccle siast. xxxv. Oratio humiliantis se nubes penetrat. ¶ Secundo quia bonitatẽ dei nimis artauit. nam eum qui vult omnes homines saluos fieri. et non dat spũm ad mensuram et dat omnibus affluenter credidit solum se feciſſe bonum ⁊ solum se spiritu ambulare. et eius bonitatem sibi largitam fuisse. ac si quis crederet. q̃ sol in domo sua tantum luceret. Bernardus. Nolo vt nusquam arbitreris, solem iustitie apparere et lucere. nisi in cella tua.

¶ Tercio qz de magna equitate gaudet dicens. Non sum sicut ceteri hominuꝫ qõtale est ac si quis gauderet quod esset mõstrum in natura. ¶ Quarto quia ipse veherat ad orandum et non orat sed laudat se dicẽs gratias ago tibi domine quia nõ sum sicut ceteri hominum quod est valde stultum scz se laudare coram deo qui omnia nouit. Secus esset coram hominibus qui ignorat facta aliorum. ¶ Quinto quia infirmitates suas abscondit ei a quo sanari deberet dicens se nullum morbum habere. quia dixit. non sum raptor iniustus nec adulter Boetius. Si operam medicãtis expectas oportet vt vulnus detegas. Prouer. xxviii. Qui abscondit scelera sua non dirigetur. ¶ Septo quia elemosinam petiturus diuitias suas ostentat quod tale est ac si quis iret petendo elemosinam manibus plenis aureis. In oratione enim homo notum. Et ideo debet facere sicut pauperes qui ostendunt omnes miserias suas ⁊ magis ostendunt se miseros q̃ sunt. Et sic patz oratio pharisei que fuit presumptuosa effrontuosa superba contumeliosa mẽdosa et fatuosa. ℟ Secundo describitur oratio publicani. que fuit per contrarium bona. Nam fuit timorosa pudorosa dolorosa accusatoria vera et sapientia plena. ¶ Primo fuit timorosa quia propter multitudinem peccatorum timebat appropinquare sanctis: et ideo a longe stabat quod est contra multos qui cognoscunt se magnos peccatores et sedent iurta altare et iurta sacerdotes. Et nota hic de osa. quem dominus interfecit quia tetigit archam. q̃. Regum. xvi. Hic cadit exemplum quod recitat beatus Grego. in dyalogo de illa domina que cum de nocte polluta

esset a viro. iuit de mane ad dedicationez oratorij sancti Sebastiani et retigit reliquias eius et statim inuasa est a dyabolo. ¶ Secundo fuit pudorosa quia nõ audebat oculos ad celum leuare. quia celi agmina per pctã offenderat. et celum amiserat ideo pre verecundia non audebat celum respicere. Unde ecclesia cantat. Non sum dignus videre altitudinem celi pre multitudine iniquitatis mee. ¶ Tercio fuit dolorosa quia percutiebat pectus suum. sub quo est cor quod magno dolore percutiebatur interius magis q̃ pectus exterius. Vere peccator debet summe dolere quia pro tam modico bono amittit tot bona. et incurrit tot pessima mala. Sic doluit Magdalena et percussa fuit in corde. ¶ Quarto fuit sui accusatoria quia se solum accusabat et reum reputabat. Psal. quinquagesimo. Quoniam ego iniquitatem meaz ego cognosco. ꝛc. ij. Regũ. xxiij. Ego sum qui peccaui. ego inique egi.

¶ Quinto fuit vera: quia sicut habebat in corde ita loquebatur ore et sicut erat interius ita ostendebat se exterius. Eccle. quarto. Non confundaris pro anima tua dicere verum. quod est contra multos qui stant in ecclesia ad orandum et aliud habent interius q̃ quod ostendunt exterius quia recipiunt osculum pacis et nolũt pacem et dicunt. Dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. et tamen non dimittunt suis offensoribus offensas. et ideo non recedunt iustificati sicut hic publicanus quia eis nichil dimittitur sed hunc publicano omnia sunt dimissa in quo pensare debemus magnam dei misericordiam in humilem publicanum. Non audet publicanus appropinquare et deus appropinquat. non audet ad celum respicere. et deus respectu misericordie eum respicit. penas a se exigit et deus ei parcit culpam suam cognoscit et deus ei ignoscit. Sic humilis nõ audet appropinquare vt deꝰ appropinquet non aspicit vt deus aspiciat premit conscientiam sed spem sublenat. percutit pectꝰ et penas a se exigit. vt deus parcat confitetur vt deus ignoscat. ignoscit deus vt ille agnoscat. ¶ Sexto fuit sapientia plena quod patet quantum ad sex opera sapientis. ¶ Nam ad sapientem pertinet primo seipsum considerare. Prouer. xvij. Oculi stultorum in finibus terre sapientis autem oculi in capite suo. Sic iste oculos continebat submissos ad considerandum pessimum in quo fuerat. Secundo facta sua ad debitum finem ordinando quia sapientis est ordinare. i. Corin. xiij. Omnia secundum ordinem fiant in vobis. Sic iste orationem suam optime ordinauit ad iustificationem et veniam consequendam quia descendit iustificatus in domum suã. Tercio ad sapientem pertinet a malo recedere et ad bonum appropinquare. Job. xx viij. Timere deum ipsum est sapientia et recedere a malo intelligentia. Sic iste recessit a petis ꝛ venit ad orationẽ. ¶ Quarto ad sapientem pertinet res iusto precio appreciari. nam ad sapientez pertinet rẽ quãq̃ rem tanti existimari quanti habenda est. Sic ille existimauit dum melius hominum putauit gratiam dei habere et ei reconciliari. Et ideo omniꝫ dimissis iuit ad templum pro gratia dei habenda quã secum reportaret. Mathei. xiij. Simile est regnum celorum homini negociatori quẽrenti bonas margaritas inuenta autẽ una preciosa margarita vendidit omnia q̃ habuit et emit eam. ¶ Quinto ad sapientem pertinet vltimũ finem considerare. nam sapientia de altissima causa est scilicet ꝺ deo qui est vltimus finis Sapi. sexto. Cogitare enim de ista sensus. est consummatꝰ pire. ix. In hoc glorietur qui gloriatur scire et nosce me. Sic ille vltimum finem in sua oratione considerauit scilicet deo coniungi cui homo in oratione coniungitur. Nã vt dicit Damascenus Oratio est mentis ascensus in deum. Unde orantibus apostolis spiritus sanctus sup̃ eos venit. ¶ Sexto ad sapientez pertinet meliora eligere. Uñ pñs dixit q̃ sapientes bene et multũ sunt consiliatiui vt meliora eligãt. Prouer. xi. Ubi multa concilia ibi multa salus. Sic ille melius elegit scilicet seipsum hic punire et iudicare. Unde percutiebat pectꝰ suũ se reum dicens prima Corin. xi. Si nosmet ipsos diiudicaremꝰ nõ vtiq̃ iudicaremur. Unde augustinus. Domine hic vre hic seca vt in eternum michi parcas. Et patet oratio publicani que tota fuit fulta bonis. sicut oratio pharisei malis. Ecclesia. xxxiij. Uñ contra vnum malum contra bonus. Iuxta magnam vallem semper est magnus mons Et sic patet secundum. ¶ Tercio infertur vtrinq̃ orationis finis. quia publicanꝰ fuit iustificatus propter humilez orationẽ phariseo propter superbiam suã remanente in fecibus suis. Ubi est argumentum q̃ melior est peccator humilis q̃ iustus superbus. Augu. Audeo dicere superbiã

esse vtile in aliquod apertum manifestũq̃ peccatum incidere vt sibi displiceant qui tam sibi placẽdo ceciderãt. Salubriꝰ eñ Petrus displicuit sibi quãdo fleuit q̃ placuerat quãdo negauit. In fine autem reddit rationem huius diuersitatis cum qua infert sententiam generalem dicẽs q̃ omnis qui se exaltat humiliabit et ecõuerso. Que sententia est firmata coram deo et scripta et publicata in mundo. quia omnis qui se humiliat coram oculis proprijs exhibitur coram oculis dei et in presenti ꝛ in futuro. Et qui modicum humiliatur modicum exaltatur. et qui multum multum. et qui nichil nichil. Quia enim christus se super omnes humiliauit ideo super omnes est exaltatus Phil. ij. Semetipsum exinaniuit. Et sequit. Propter quod deus exaltauit il. ꝛc. Et quia beata virgo post christum super omnes humiliauit se ideo post christum super omnes exaltata fuit. Luce primo. Quia respexit humilitatem ancille sue. Et quia Johannes post christum sup omnes se humiliauit ideo a christo sup omnes est exaltatus et cõmendatus. Et quia Achab modicum se humiliauit quia forinsecus ambulans demisso capite indutus cilicio ideo deus parum ipsum exaltauit differens vsq̃ ad mortem sententiam detectionis. iij. Regum. xviij. Nonne vidisti Achab humiliatum coram me propter qõ non inducam malum in diebus eius. Et econuerso de superbis quia qui multum superbit multum deprimitur et qui modicum modicum. Quia nanq̃ lucifer multũ superbiuit multum fuit deprimendus cum tota comitiua sua. et similiter primi parentes qui sententiã grauissimam in se ꝛ sua posteritate receperunt. Et quia Nabugo donosor minus superbiuit minus fuit depressus scilicet septem annis quibus stetit cũ bestijs et postea restitutus est vt patet Danielis quarto. Qui autem iacet in imo non potest cadere. Et sic patet totum de euangelio.

¶ De epistola Sermo. lxxxvij.

Notũ vobis facio euangeliũ quod predicaui vobis. i. Corin. xv. Hec est pars secunda totius prime epistole Cor. In qua postq̃ egit de donis spũs sancti agit de resurrectione mortuoꝝ. Et quia resurrectio xpi est causa nostre resurrectiõis q̃ vt dicitur infra si xps resurrexit et nos resurgemus. ideo ꝓbata xpi resurrectione probata erit ꝛnostra. Et idcirco primo in hac epistola probat xpi resurrectionẽ. in qua quatuor facit. q̃ enim anteq̃ christuꝰ resurgeret. resurrectio mortuoꝝ erat valde difficilis ad credendũ ꝛ apud multos quasi impossibilis videbat propter quod p quosdam dictũ dei Exo. iij. Christuꝰ eã ꝓbauit dicẽs. Ego sũ deꝰ abrahã deus ysaac et iacob. Nõ est deus mortuoꝝ sed viuentiũ Ideo apꝰlus in hac parte primo ponit prologũ in quo reddit auditores benivolos ꝛ attentos ad probationẽ resurrectiõis audiendũ. In principio epistole. Secũdo ipsam christi resurrectionẽ probat per scripturas. que sunt testimoniũ ad credendũ ibi. Tradidi enim vobis in primis quod et accepi. q̃n christus mortuus est. Tercio idẽ probat per testimoniũ multoꝝ qui viderũt christũ resuscitatũ. et per suũ q̃ et iã Paulus ipsũ vidit. quoꝝ testimoniũ nullatenus est spernendũ ibi. Et q̃ visus est cephe et post hoc vndeci. Quarto ostẽdit q̃ suũ testimoniũ et idoneũ ad credendũ ibi. Gratia dei sũ id quod sũ et gra eius in me vacua non fuit. ¶ Primo ergo ponit quendã prologũ in quo reddit auditores benivolos ꝛ attentos dicẽs notũ facio vobis fratres scz in fide et dilectione euãgelium. id est bonã et veram et salubrẽ nunciationẽ. Et nota q̃ euangeliũ aliquando sumit stricte pro his tantũ que in quatuor euangelistis continent. aliquãdo euangeliũ nunciatio appellat p quã peruenit ad regnũ eternũ et sic accipit hic glosa super illud Marci. i. Initium euangelij. euãgelium eſt nunciacio per quã proprie ad regnum celoꝝ ꝛ ad remissionẽ pctoꝝ peruenitur. Dicit ergo. Notũ vobis facio euangelium q̃ predicaui vobis scilicet alias q̃ et accepistis id est acceptastis. in quo ꝛ stetis scz in ipso perseuerando per gratiam fidei et dilectionis dei. per quod et salui mini scz in spe et tandẽ eritis saluandi in re. si tamẽ teneritis tanq̃ memores et attenti qua ratione ꝓdicauerim vobis id est quo fine. qui vt vos lucrarer christo. ij. Corinth. xi. Nõ quero vestra sed vos nisi frustra credidistis quasi diceret. Nõ tenuisse quomodo ꝓdicaui est frustra credidisse q̃ est magnũ dãnũ. Hayno. Frustra credit q̃ ab ipsa fide postmodũ recedit. ¶ Nota ergo q̃ in hac prima parte ad duo monemur scilicet ad audiendum verbum dei. et ad obseruandum et tenendum opus. Primo monemur ad audiendum euangelium. id est bonam annunciationem id est verbum

dei. et hoc propter quinq; bona que facit in audiente. O Primo illuminat intellectum de credendis. De sperandis/ de amandis/ de agendis/ et de omnibus necessarijs ad salutem Actum. xx. Non enim subterfugi quo minus annunciarem vobis omne consiliū dei. Psal. cxviij. Lucerna pedibus meis verbum tuum et lumen semitis meis. Secundo facit recipere fidem que est fundamentum omnium bonorum et nichil est homini bonum sine ipsa. Romanoꝝ. x. Ergo fides est ex auditu auditus autem per verbum christi per quaz anima desponsatur christo. Osee secundo Sponsabo te michi in fide. Tertio inflāmat affectum. In predicatione enim monstratur q deus est summum et perfectum bonum. omnia bona in se continens. Omnia alia bona sunt bona fallacia et imperfecta. Et ideo animus auditorum accendi tur ad ipsum super omnia diligendum qz bonum non mouet voluntatem nisi cognitum. cognitum autem mouet/ quia vt dicit phūs ethico. primo. bonum est qđ omnia appetunt. Hoc optime patet Actuū. x. Ubi dicit q loquente petro cecidit spūs sanctus super omnes qui audierunt verbum. Quarto monet ad penitentiam predicator enim ostendit mala que peccator p peccatum incurrit que sunt infinita. et bona que perdit que similiter sunt infinita. Ostendit etiam q vile et bestiale et periculosum est in peccato manere/ quis si moreretur statim ad inferna descēderet que omnia considerans peccator. nisi sit omnino bestia conteritur et redit ad penitentiam Unde Actuum. ij. Dis auditis compuncti sunt corde et dixerunt ad petrum et reliquos apostolos. Quid faciemus fratres. Et ait petrus. Penitentiam agite. Hoc est contra multos qui dicunt quare vado ad predicationem ex quo non facio quod dicitur. Ego scio quid debeo facere. Talis errat quia frequenter homo cōpungitur in predicatione vt dictum est et venit malus ad predicationem et redit bonus cum bono proposito. ¶ Quinto facit bona temporalia cōtēnere. In predicatione enim ostenditur q omnia bona temporalia scz diuitie/ delicie et honores ꝛc. ducunt ad dolorosum finem/ quia vel homo dimittit ea per mortem vel ipsa dimittunt cum per aduersam fortunam et q quicūq; ipsa dimittit habebit bona etrena. quod considerans homo sapiens contemnit et reliquit ea. Sic apostoli audientes christum predicare oia dereliq̄runt Mat. xix. Ecce nos reliq̄mus oia et secuti sumus te.

P Secundo monemur ad tenendum et standū per opus in sermone dei et hoc propter quatuor. Primo qz nisi in sermone dei nostri maneamus omnis bona fructuū in nobis et gloria dei et passio christi et merita sanctorum et sacramēta ecclesie et dona et virtutes et bona nature et fortune et gratie ac etiam bona que fecimus et breuiter omnia sunt frustra et nō includunt debitū finem nō permanēte in sermone dei. Ecclesiastes. ix. Qui offēdit in vno multa bona perdet. Secundo quia permanentia in sermone dei facit discipulum christi quod est magis q̄ esse cardinalem pape Johan. viij. Si manseritis in sermone meo vere discipuli mei eritis. Tertio facit hominem liberum Johā. viij. Si manseritis in sermone meo vere discipuli mei eritis et cognoscetis veritatem et veritas liberabit vos. Nam talis obseruantia eripit hominem de seruitute diaboli et viciorum et transfert in libertatem gloríe filiorum dei Hall'. quarto. Itaq; non sumus ancille filij sed libere. qua libertate christus nos liberauit quod sic patet sicut dicit phūs. Liber est qui est causa sui. Seruus autem est qui est causa alterius q̄ nō operat sibi sed domino. Et secundum hūmodum obseruās sermonem dei est liber quia omnia bona que facit sunt sua. i. Corinth. tercio. Omnia vestra sunt vos autē christi christus autē dei. Peccator aūt omnia perdit quia animā aufert diabolus corp' comedunt vermes et bona tēporalia auferunt consanguinei et sic est causa alterius. Quarto facit hominem immortalem. Johan. viij. Si quis sermonē meum seruauerit morte non gustabit in eternum sed trāsibit de morte ad vitam/ quia mors naturalis conuertitur in vitam glorie. Et ideo non debet dici q moriatur. sed q tunc incipit viuere/ quia vt dicitur philosophus qūdo introducitur perfectior et nobilior forma et abūcik imperfectior talis nō debet dici corruptio sed ḡnatio vt qñ corpori hūano infundit alia rōnalis. Cuius alia sensitiua vegetatiua corrūpat tamē dicit q tūc homo generat. et sic patet primū. O Secundo xpi resurrectionem probat per scripturas dicens. Tradidit enim vobis in primis. i. inter prima et maxima que vobis predicauī hoc fuit vnum scz q̄ christ' mortuus est pro peccatis nris ꝛ sepultus ꝛ tcia die resurrexit sicut scripture testant

Nam de eius morte Isa. et Iere. testantur aperte. ꝛ similiter Daniel. q̄ ait. Post. lxx. hdomadas occidetur xps Danie. ix. De sepultura dicitur Isaie. liij. Dabit impios pro sepultura et diuites pro morte sua. In eodez. xl. Erit sepulchrum ei' gloriosum. De resurrectione vero dicit Osee vi. Viuificabit nos post duos dies et i die tercia suscitabit nos. Et sic patet secundū

R Tercio post. q̄ probauerit christi resurrectionem per scripturas. probat eā dem per testimonium hominum dicens q̄ xps post resurrectionem visus cephē. id ē petro. vt patet Lu. xxiiij. et post hoc vnde eum vt patet Johannis. xx. Deinde visus est plusq̄ quingentis fratribus simul ex q̄ bus multi manent vsq; adhuc prompti si opus est ad testificandū hoc. Quidam dormierunt id est mortui sunt. Hoc ex euangelio non potest ostendi. Deinde visus est Jacobo nec potest hoc ostendi ex euangelio. Et dicitur hic Jacobus fuisse Jacob' alphei qui fuit episcopus hierosolimitanus de quo dicit Hayno q̄ in parascene deuouit se non comesturum donec videret xp̄m a mortuis resuscitatum. Deinde vis' est apostolis omnibus et hoc in die ascensionis. vt patet Marci. xvi. et Actuum. i. ¶ Et nota hic. q̄ non facit mentionem de apparitionibus que facte sunt mulieribꝫ quia olim mulieres non recipiebantur in testimonium. Nouissime autem omnium apostolorum visus est michi vt patet Act. ix. Dixit Ananias Saule frater dominus noster iesus christ' misit me qui apparuit tibi in via qua veniebas tanq̄ abortino. Quasi diceret. bene dico nouissime quia abortiuus sum inter apostolos. Uocat se abortiuum quia quasi extra tempus nat' est et quia violenter natus et quasi coact' conuersus ad dominuz. vel qz minor alijs consideratione status preteriti. Et hoc est quod subdit. Ego sum minimus apostolorum sm temporis successionem qui non sū dignus vocari apostolus quia persecutus sum ecclesiam dei. Actuum ix. Saulus ad huc spiritus minarum et cedis in discipulos dñi. ¶ Moraliter ex hoc secūdo et tercio membro ad nostram edificationē tria recipere debemus. Primum est vt peccatū summe caueamus et detesteimur quia propter ipso delendo mortuus ē filius dei Romanoꝝ. Traditus est propter delicta nstra. resurrexit propter iu. Dicitur de adam q̄ videns abel filium suum mortuum et considerans q̄ nisi peccasset non fuisset mortuus fleuit peccatum suum centum annis in quadam valle tanq̄ in carcere collocat' quanto ergo magis debemus abhorrere peccatum cum filius dei sit pro ipso mortuus. Nos etiam ex peccato quattuor mortes incurrimus. S Prima est vita amara qua in hac valle miserie viuimus q̄ mors equiparatur Eccle. xxx. Melior est mors q̄ vita amara. de qua dicitur Hesi. ij. Quocunq; die comederis ex eo morte morieris id est amare viuere incipies. Secunda est separatio gratie dei ab anima per culpam propter quod omnes nascuntur filij ire. vt dicit Iob. Tercia est separatio anime a corpore propter quod omnes morimur Ro. vi. Stipendia peccati mors. Quarta est separatio anime a deo et a vita beata. Oēs istas quattuor mortes incurrimus per peccatum factum per primos parētes et ideo multum debemus timere peccare quia si peccauerimus omnes istas quattuor mortes percotes sine comparatione sentiemus et maxime quartam scilicet separationem anime a deo et a vita beata quia cum hoc deputabimur supplicijs eternis q̄uis supplicium eternum principaliter consistat in separatiōe anime a deo. vt dicit Crisostomus. Qō supplicium non incurrimus ex primorum parentum petō. sed ex propijs peccatis: quia qui solum cum petō primorum parentum mortui sunt de tali separatione nullā penam habent. T Secundum est vt cum christo moriamur sepeliamur et resurgamus. Primo debemus mori cum xp̄o in cruce penitentie Math. xvi. Si quis vult post me venire abneget semetipsum id est vitam carnalem et tollat crucem suam scz penitentie et sequatur me. Sicut faciebat apostolus qui dicebat xp̄o confixus sum cruci. Gallath. ij. Et iterum. Ego stigmata domini nostri iesu christi. i. corpore meo porto. Gallath. vi. Et ad hoc vt penitentia sit facilior debemus de omnibus amaris et duris que christus pro nobis sustinuit facere vnum fascem ꝛ in corpore nostro ponere. Cantico. primo. Fasciculus mirre dilectus meus michi inter vbera mea commorabitur. Et tūc omnis amara huius vite dulcorantur. et omnem passionem patiēter feremus. Gregorius. Si passio domini ad memoriam reuocetur. nichil est adeo durum quod non equo animo toleretur. Quod figuratum fuit quando filij israel venientes in Marath inuenerunt ibi aquas amaras: quas non potuerunt bibere. Et dominus ostendit Moysi li

Dominica vndecima post Pentē Cantem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gnuz quod mittens Moyses in aquas statim dulcorate sunt. Exo.xv. ¶ Secundo debemus sepeliri cum xpo vt sicut anima xpi ad inferos descendit corpore cū tumulo remanente. ita et nos debemus ad infernum per animi cogitationem ire Isa.xxxviii. Ego dixi in dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi. Debemus q tidie cogitare penarum inferni acerbitatem. De qua dicitur Job.xxiii. Ab aquis niutum transeunt ad calorem nimium. Ps. cxlviii. Ignis grando nix glacies spiritus procellarum pars calicis eorum. Et penarum inferni eternitatem Math.xxv. Jbūt hi in supplicium eternum et iudicij vltimi horribilitatem Hiero. Sine comedam siue bibam siue aliud quid facio semper illa vox horribilis sonat in auribus meis. Surgite mortui venite ad iudiciuz Eccle. vij. Memorare nouissima tua et in eternū non peccabis. ¶ Tercio debemus resurgere cum xpo id est in nouitate vite gratie ambulare Roma.vi. Quomodo xps resurrexit a mortuis per gloriam patris ita et nos in nouitate vite ambulem⁹. Sūt multi qui posq̄ mortui fuerint in peccatis nū q̄ volunt resurgere. Prouerbiorum xxvi. Sicut ostium vertitur in cardine suo. sic piger in lectulo suo id est concupiscentia carnis sue. Contra quos apostolus ad Ephe. v. Surge qui dormis et exurge a mortuis et illuminabit te christus. Surgamus. ergo in triduo cum xpo. i. in vera contritione pura confessione et perfecta satisfactione. Surgamus et immortalis cum christo vt non ampli⁹ pcōtum morte pessima moriamur. Roma.vi. xps resurgēs a mortuis iam non moritur. ꝛc. ¶ Tercium q debemus accipere vt et resurrectionem nostrā probemus sicut et xps pbauit suam. Probauit autem xps suam resurrectionem triplicitez scilicet per ostensionē vulnez Jo. xx. Ostendit eis latus et manus. per palpationem carnis Luce.xxiiij. Palpate et videte. Et per comestionē faui mellis et partis piscis assi. Jbidem. Habetis hic aliqd quod manducetur. at illi obtulerūt ei partem piscis assi et fauum mellis. U

Tria enim sunt signa. q quis vere surrexit a morte culpe et peccati. Primum est ostentio vulnerum. i. peccatorum. Si enim pcā pure et clare ostenderimus sacerdoti signum est q vere resurreximus. i. Johā. i. Si confiteamur peccata nostra fidelis ē et iustus vt remittat nobis pcā nra. Prouerbiorū.xxviij. Qui abscōdit scelera sua non dirigetur. qui autem confessus fuerit et reliquerit ea miam consequetur. ¶ Secundum est palpatio carnis. quando enim homo permittit se palpare a penis i carne sua et ab aduersis in filijs et amicis suis et ab aduersa fortuna sua in rebus suis et non murmurat. signum est q vere resurrexit In omnib⁹ istis tribus permisit se palpari Job.i. in omnibus non peccauit neq̄ stultum quid contra deum locutus ē Job. i. Sed quando murmurat in aduersis vt filij israel qui statim vt defecit eis aq̄ murmurauerunt contra Moysen dicentes. vtinam mortui essemus in egipto. signum est q non resurrexit. ¶ Terciuz est comestio quia si comedit fauum mellis id est verbū dei quod est cibus anime Math.quarto. Non in solo pane viuit homo sed in omni verbo quod procedit ex ore dei. Quod palato sano est super mel dulce. Psal.cxviij. q̄ dulcia faucib⁹ meis eloquia tua super mel oti meo. Comedit etiam piscem assū. i. xpm assatum in ligno crucis scz in sacramento altaris. et hoc degne signum est q vere resurrexit. Qui autem neutrum digne comedit. signum est q non resurrexit quia nisi is qui de graui surgit infirmitate confortetur cibo moritur. Et nota hic de animali non ruminante. de quo non poterat fieri sacrificiū deo nec erat cibus apt⁹ populo dei et significat q iste qui verbum dei non masticat sed deglutit corpus christi non dūdicat neq̄ discernit ab aliis cibis nō est de populo dei nec potest deo sacrificare. Et sic patet tercio. X Quarto ostendit sui testimonij idoneitatem. qz licet ratione status preteriti suuz testimonium non esset efficax tamen ratione status in quo tunc per gratiam dei erat suuz testimonium efficax erat ad credendum. sicut et aliorum apostolorum: quis per gratiam dei erat apostolus sicut et alij. et per eandem gratiam multuz profecerat ecclesie nec vacua in ipso manserat. Et sic patet totum de epistola.

¶ Dñica.xij. de euā. Sermo.lxxxviij.

Exiens iesus de finib⁹ tyri venit per sydonem ad mare galilee inter medios fines decapoleos Marci.vij. Sicut dicit apostolus ad Ro.v. Sicut ex vno hoie peccatum et condemnatio processit in multos immo in omnes propter quod omnes nascemur filij ire multomagis ex vno homine iesu christo iustificato et salus in omnes abundauit. Et peccato autem primorum parentum gratiā dei perdidimus Et penas multas incurrimus. nam gratuitis fuimus expoliati et in naturalibus vulnerati. Fili⁹ autem dei veniens in mundum gratie dei nos restituit et naturalia nostra membra sanauit in parte tandem corpus et animā plenarie sanaturus. De hac ergo materia presens euangelium tractat. Nam in ipso quoddam christi miraculuz recitatur quo modo surdi⁹ linguam et aures cuiusdaz sanauit surdi et muti per que pcōtus sanatio designatur. que fit per gratie dei restitutionem. Circa quod miraculum euangelista tria facit. Primo antecedentia miraculum describit et narrat. In principio euāgelij. Secundo ipsum miraculum a christo factum recitat et exarat ibi. et apprehendens eum de turba seorsum misit digitos suos in auriculas eius. et expuens tetigit linguam eius. Tercio subsequentia miraculum subnectit et notat ibi. Et precepit eis ne cui dicerent. Quanto autem magis eis precipi ebat ꝛ tomagis plus p̄dicabāt et eo amplius ammirabantur dicētes. de ne. omnia fecit. A Circa primum tria ponuntur. Primum est aduentus saluatoris ad humanam miseriam quia eximit de finibus tyri. ꝛc. Secundum ē adductio peccatoris ad diuinam clementiam. quia adducunt ei surdum et mutum. Tercium est deprecatio intercessorum pro sanitate recipienda quia deprecabantur illum vt imponat illis manum. Primo ergo ponitur aduentus saluatoris ad humanam miseriam. nam filius dei videns humanam miseriam et seruitutem durissimam qua sub diaboli imperio omni famulatu viciorum impie premebatur compassus est ei et descendit de celo vt eam liberaret et vt ei perfecte compateretur voluit eius miserias experiri Hebreoz. iij. Non habemus pōtificem qui non possit compati infirmitatibus nos. tentatus autē per omnia. Et ibidem secundo. Debes enim per omnia fratribus similari vt misericors fieret. Et qz in natura diuina nullam penaz poterat experiri ideo factus est homo et venit per sydonē id est tristiciam humane nature. naz sydon venatio tristicie interpretatur vsq̄ ad mare id est vsq̄ ad amaritudinem crucis inter medios fines decapoleos. i. sub decem decalogo pceptoz legis. qz legē nō venit soluē sz adimplere. ¶ Et nota q hec decapoleos huj⁹ decapoleos vel decapolios idē ē q̄ decapol ꝛ ē regio decē vrbiū trāsiordanē ad orientē posita in cui⁹ regionis medio ryz⁹ et sydō sūt. Sic ergo angustias nostras assumpsit amarā mortē gustauit ꝛ legem seruitutis seruauit vt de his omnibus nos liberaret. Gal. quarto. Misit deus filium suum factum ex muliere sub lege vt eos qui sub lege erant redi. Inter mi serias enim humane nature est corporalis infirmitas et macula peccati Et ideo filius dei vt ostenderet q solum in mundum venerat vt humanaz naturam a miserijs liberaret cepit eam ab infirmitatis miseria. et a peccati macula liberare. Luce. vi. Virtus de illo exibat et sanabat omnes. Unde istū surdum et mutum et. corporaliter ꝛ spiritualiter sanauit. eo q quēcunq̄ sanauit in corpore sanauit et in anima quiavt dicit Augustinus. Dei perfecta sunt opera. Secundo ponitur adductio peccatoris ad diuinam clementiam. quia quamuis filius dei venerit in mundum cum sacco gratiarum et virtutum et donorum spiritus sancti paratus omnibus dare gratis tamen homo induratus et obstinatus in malo nolebat ad ipsū accedere vt gratijs ꝛ virtutib⁹ ditaretur Job.xxi. Qui dixerunt deo recede a nobis scientiam vi. tu. nolumus ꝛ ideo deus de exuberanti diuersis modis adduxit eū ad se. Charissimi parabola hec est tē potis instantis Nam filius dei stat ad ostium anime et pulsat et vult intrare ad nos cum sacco pleno omnium bonorum. Apoc. iij. Ego sto ad ostium et pulso si quis aperuerit michi introibo ad illum. Et nos miseri obstrecati nolumus ei aperire in intro fetis et in lacu miserie eligentes. Sed deus in misericordia copiosus non attendit ad miserias nostras sed diuersis vijs ad se ducere nos cōatur ne tantum bonum quantū nobis vult dare perdamus. B Nam aliquos ducit ad se per verbum predicatōnis dum verbo predicatoris dat virtutem compungēdi cor. Psal. Ecce dabit voci sue vocem virtutis ita q peccatoz in ipso verbo predicatoris compungitur et ad deum redit Actuz. ij. Dis auditis cōpuncti sunt corde et dixerunt ad petrum ꝛ ad reliquos apostolos. Quid facimus viri fratres per subtractionem autez talis virtutis dicitur deus cor peccatoris indurare Exodi quarto. Ego indurabo cor pharaonis et nō dimittet populum. Quod est signum magne ire dei. quando homo in predicatione nullo modo conteritur. Quosdam ducit ed se per graues infirmitates Psal. Multiplicate sunt infirmitates postea accelerauerunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quosdam per aduersa et varia tribulationum genera Osee.vi. In tribulatione sua mane consurgent ad me. Quosdaz p prospera. p̄ psalmista. Confitebimur tibi cū benefeceris ei. Quia vt dicit Boetius Deus facit sicut bonus medicus qui vnicuiq; tribuit sicut sibi expedire cernit. Naz quidā franguntur in aduersis et quidam dissoluuntur in prosperis et quidam in dignitate pereunt. et quidam in dignitate saluantur. et sic de aliis et ideo per diuersa t multa ducit ad se saluandos. Nam omnes salūdos ducit t attrahit ad se ex gratia specialī. Joh.vi. Nemo potest venire ad me nisi pater qui me misit traxerit eū. ¶ Tercio ponitur depcatio intercessoū pro sanctate recipienda quia deprecabantur eum vt imponat illi manum. i. conferat virtutē et sanitatem. Ubi notandum q̄ per istum surdum et mutuz peccator intelligitur qui per se ad deum accedere nō pōt ideo oportet vt adducatur nec per se potest gratiaz interpretare eo q̄ inimicus dei est. gratie autem conceduntur amicis. et ideo oportz vt amici dei pro ipso orent. Job.xlij. Seruus meus Job orabit pro vobis facē eius suscipiam vt nō vobis imputetur stulticia et ideo quotidie peccatores conuertuntur et recipiunt gratiam dei quia quottidie ecclesia iustorum rogat pro eis deum. Ideo conuersus est paulus quia Stephanus p eo rogauit vt dicit Augustin⁹. Et ideo Augustin. conuersus est et recepit gratiaz dei quia mater eius pro ipso rogauit. Unde in sti nō solum sanitatem anime sed etiam dilationem sententie dei impetrant peccatoribus vt patet in exemplo quod christ⁹ posuit de colono qui impetrauit a domino neficulneam ifo anno abscideret. Luc.xiij. Optimum est ergo habere amicitiam seruorum dei et cum eis habitare⁹ quia angeli dei non potuerunt submergere sodomā et alias ciuitates donec Loth habitauit i eis et promisit deus parcere omnib⁹ illis ciuitatibus propter decem bonos si ibi fuissent inuenti. vt patet Gene. decimooctauo. Significatur autem peccator per surduz et mutum vt dicit theophilus sic facit dyabolus peccatorem nam facit eum muteū ne consilium vel auxilium a deo et sanctis petat vel peccata confiteatur. Facit eū surdum ne predicationem et verbum dei audiat in quo possit medelaz anime sue inuenire. Psalmista. centesimo decimotercio Os habent et non loquentur aures habēt et nō audiēt. ¶ Uere t totaliter dyabolus surdum facit petōrem quantum ad ser. Primo quia vocem vniuersitatis creaturarum clamantium vt deus diligatur super omnia non audit Augu. Domine celū terram mare et omnia que in eis sunt dicunt michi vt amem te. nec cessant hoc dicere omnibus vt sint excusabiles. Nancvo cem petōr non audit quis pius amat terrena q̄ deum. Secundo quia vocem clamoris misericordie sanguinis xp̄i non audit quem petre audierunt et scisse sunt vt patet Mat.xxvij. Sed vocem clamoris vindicte sanguinis Abel bene audit: quia vlcisci vult et non misereri debet. xij. Accessistis ad mediatorem testamenti non ihesum et sanguinis aspersionem melius loquentem q̄ Abel. Uidete ne recusetis loquentem. Sanguis enim Abel clamat vindictā quia absorptus ē a terra. Hic cadit exemplum istius domine que recollegit sanguinem in vita dū interficeretur vir eius quē postea ostenderet filio vt vlciscereтur ne faceret pacem cum homicida id est dyabolo. sic fecit terra de sanguine Abel que aperiens se suscepit eum in signum vindicte t clamans vindictā. Gene. quarto. Ecce vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra. Sed sanguis xp̄i non est absorptus a terra. sed statim redūt ad corpus clamans misericordiam. in signum q̄ parcebat omnibus Lu.xxiij. Pater dimitte illis quia nesciunt quid faciunt. ¶ Tercio quia illā tubam terribilem. quam mortui audient et ideo resurgent ipse non audit scilicet surgite mortui venite ad iudicium quam iusti semper audiunt Hieronimus. Siue comedaz siue bibam siue aliud quid faciam semper video resonare in auribus meis il. tu. ter. sur. mor. ueni. ad iudicium. Sed sic agit quasi sit in eternum victurus t laudat oculos atq; aures ita q̄ tonitruū diuine cōminationis non audit. Psal. Intonuit de celo dominus et al. de vo. s. ec. Et ideo petōr assimilatur aspidi surde que vt non audiat vocem incantatoris vnam aurem figit ad terram t in aliam figit caudā. Sic petōr desiderio t occupatione terrenoz obturat vnā aurē tōgitudine vite t vnā spe finalis penitētie. ¶ Quarto facit eū surdū ne audiat pauperē clamātē. t dū ipse deū in paupere nō audit clamabit ipse ad deū et non exaudietur. Prouer.xxi. Qui obturat aures suas ad clamorē pauperis cla. ip. ad deū et nō exaudietur. vt pz in diuite epulone Lu. Dormierūt sōnū suū et nichil inuenerunt. vi. di. i ma. s. augu. Trāsit

peccator. nō pōt p se. ad deum accedere. etc.

somnus iste transit vita ista et nichil inueniunt in manibus suis qui nichil posuerūt in manibus christi. ¶ Quinto ad fratrem veniam petentem et dum ipsi fratri remittere nolnerit nullius sibi peccatuz a deo remittitur. Eccle.xxviij. Relinque proximo nocenti te et tunc deprecanti tibi peccata soluentur. homo homini seruat irā t a deo querit medelam in hominem sibi similem non habet misericordiam et de peccatis suis deprecatur. Mathei.xviij. Nonne oportuit et te misereri conserui tui sicut et ego tui misertus sum. Sexto ad legem dei pertinentem et dum ipse non audit legez dei mandantem deus non audit eum orantem Prouer.xvij. Qui declinat aurem suaz ne audiat legem oratio eius erit execrabilis

D Similiter dyabolus facit peccatorem mutum quantū ad tria. Primo ad dei laudem quia deum pro beneficijs nature. fortune et gratie non laudat Luce decimo septimo. Nonne decem mundati sunt nouem vbi sunt et non est inuentus qui rediret et daret gloriaz deo nisi hic alienigena Secundo ad peccatorum confessionē. Job xxxi. Si abscondi quasi homo peccatuz meum et celaui in sinu meo iniquitatem meā Tercio ad necessariorū deprecationē. Cōtra quod Eccles. xxxix Aperiet os suum in oratione et delictis suis deprecabitur. Et sic patet primum. ¶ Secūdo ponitur ipsum miraculum a christo factuz. In quo miraculo siendo christus septem seruauit. Nam primo sequestrauit euz a turba. Secundo misit digitos in aures eius. Tercio sputo tetigit linguam eius. Quarto ad celū suspexit. Quinto ingemuit. Sexto mādauit apertionem. Septimo ipsuz miraculum est secutum perfecte t integre. In quibus omnibus ostendit modum quomodo peccator debet curari nam qui solo verbo omnia creauit. huic similiter verbo poterat curare. Primo ergo sequestrauit eū a turba Simile fecit de filia archisinagogi quā a mortuis suscitauit Math. nono. In quo ostendit q̄ peccator qui curari desiderat. debet se a mundi tumultib⁹ separare. Die remie. xlviij. Relinquite ciuitates et habitate in petra. In eodem ii. Egredimini de medio babilonis populi meus vt saluet vnusquisq; animam suam. In tumultibus enim lites et inaudita auditur et aures ad mala inclinantur Seneca quotiens inter homines fui minor homo redij. Uā in Arsenius magnus miles romanus petēs modum sue salutis sibi reuelari audiuit vocem dicentem sibi. Arseni fuge homines si vis saluus fieri. Secundo misit digitos in aures suas. In quo ostendit secundum Crisō. q̄ digiti et totum corpus eius erāt vniti diuinitati. t ideo de digitis eius exiuit virt⁹ in aures muti eas audire facies. Item per digitos dons spiritus sancti designantur quia in digitis operatio manus est. Unde operatio christi que fuit virtus et manus dei in donis spūs sancti fuit Luce. xi. In digito dei ejcio demonia. Unum autem de donis spūs sancti vt dicit Apostolus Corinth. xij. Est discretio spirituuz vt homo sciat discernere inter bonū t malum. Per hoc ergo q̄ misit digitos in aures eius datur intelligi q̄ petōri conuerso magis necessaria est discretio spirit⁹ sancti. per quā eligat discretum modum viuendi: et per quam de verbis scripture eliciat sanum intellectum. quia vt dicit apostolus. ij. Cori. iij. littera occidit. Propter eas multi facti sunt heretici quos littera occidit. quibus malus spūs falsam et litteralem sensum de scripturis suggessit. i. Joh. quarto. Nolite omni spiritui credere sed probate spiritus an ex deo sint. Item datur intelligi q̄ peccator maxime indiget donis spūs sancti quantum ad auditum: quia fides ex auditu habetur. Romano decimo. Fides autem est donum dei scōm Apo. ad Ephe. secundo. Nunquid fides sine dono dei haberi potest. et per consequens nec salus nec vita cum fides sit fundamentum totius salutis. Per hoc ergo q̄ misit digitos in aures eius dedit intelligi q̄ tota salus peccatoris a spiritu sancto est. ¶ Tercio sputo tetigit linguam eius vt sic ostenderet q̄ omnia membra sacri corporis eius diuina existunt et sancta sicut et sputum quod vinculis linguae solui. Est enim omne sputum superfluitas. sed in homine omnia diuina fuerunt vt dicit Theophilus. Item saliua a capite descendit. per quā dei sapiētia designat que ex ore dei procedit Eccle. xxiij. Ego ex ore altissimi prodij. Per sapientiā aūt dei omnes sanant. Sapien. ix. Per sapientiā tuā omnes sanati sunt. Ideo ergo sputo tetigit linguam eius vt ostenderet q̄ omnis sanctio a sapientia dei est que per sputuz christi intelligit. Per saliuam ergo istam que a capite christi processit gra spūs sancti designat que a xp̄o capite tot⁹ ecclesie procedit omnia mēbra ecclesie Johā. primo De plenitudine eius oēs accepim⁹ gratiaz. Inter omnia autem mēbra lingua mae

gis indiget gratia spiritus sancti propter quod spiritus sanctus super apostolos in specie lingue descendit. vt ostenderet q̄ pector maxime indigeret grā spiritus sancti in lingua. Et ideo sputo tetigit linguaz ei⁹ vt scilicet sanaretur in lingua et deinde sā cta et sana verba proferret Jacobi.iii. Lingua constituitur in membris nostris q̄ maculat totum corpus Inquietum malum est plena veneno mortifero. Item saliua ē medium gustus et est saporū discretiua z ideo si corrupta fuerit decipitur gustus in iudicio saporum sicut patet in febricitantibus quibus propter amarum humorem quo palatum infectum est cibus q̄ dulcis est amarus videtur. Si autem bene disposita sit saliua bene iudicat gustus. In saliua enim intelligitur gratia quam dominus dat affectui qua affectus ei sanatur vt sapiāt ei res prout sapere debent sine qua amaz videt dulce et econuerso. Palatum sic corruptuz habent peccatores quibus spiritualia desipiunt et carnalia sapiunt Isa.v. Ue qui dicitis malum bonum et bonum malum. ponentes amarum in dulce et dulce in amarū ¶ Quarto suspexit ad celum vt ostenderet q̄ omne datum optimum et omne donuz perfectum desursum est descendens vt dicitur Jaco.i. Ex nobis enim possumus deficere sed nō aliquid boni facere Johan.xv. Sine me nichil potestis facere. ¶ Quinto fleuit vt ostenderet ꝯ difficile sit sanare peccatorem quē sanaturus fuerat Augu. Maius est facere de impio pium ꝯ creare celū et terram. Idem fecit super Lazarum mortuum dum eum a mortuis suscitauit p quē intelligitur peccator. Item fleuit vt ostenderet q̄ peccatori compatiendum est eo q̄ ipse sit in magna miseria constitutus. nam omnia mala et infirmitates propter peccatum ei euenerunt. Item fleuit vt ostenderet q̄ super omnia de morte peccatoris flendū est et de morte anime magis ꝯ corporis. Hiere.vi. Luctum unigeniti fac tibi planctum amarum. Quia mors peccatorū pessima. Psal. ¶ Sexto mandauit apertionem dicens Effeta quod est adaperire vt cognoscas deum creatorem tuum z redemptorem tuum prouisorem tuum et glorificatorem tuum. Aperire vt cognoscas statum pessimum in quo eras et optimum in quo es. Aperire vt cognoscas penas et mala a quibus te absolui et gratiam et bona que tibi feci. Aperire vt cognoscas finem tuum et exitum tuum vt amplius non pecces. Ecclesiastī. septimo. Memorare nouissima tua et in eternum non peccabis. ¶ Septimo ipsum miraculum perfecte secutum est quia statim aperte sunt aures ei⁹ et corporis et mentis. et solutum est vinculum linguae eius. Quēcūq enim christus sanauit in corpore sanauit z i mēte. Et ideo postq̄ christus per gratiā soluit eum a peccatis bolus in eū potestatē amisit. z pcōsequēs vinculum quo linguam eius et aures ligauit est solutum et loquebatur recte; quia christus linguam eius saliua sua tetigerat id est sapientiam et gratiā recte loquendi lingua eius posuerat. F ¶ Ubi notandum q̄ diabolus pcōrem tenet ligatū quatuor vinculis. Primo vinculo pudoris ne peccata confiteat. hunc pudor debet excludere pudor finalis iudicij. Naiii. Reuelabo pudenda tua in facie tua et ostendam gētibus nuditatem tuā. ¶ Secundo vinculo impunitatis peccatoū vt peccare non timeat. Contra quod Eccles. v. Ne dicas peccaui et quid accidit michi triste. Altissimus enim est patiens reddetor. Ecclesiastes septimo. Quia nō profertur cito contra malos sententia filij hominum absq̄ vllo timore perpetrant. ¶ Tercio vinculo desperationis de venia z diffidentia a pcō cauendi vt peccare non desistat Genesis quarto. Maior est iniquitas mea q̄ vt veniam merear. Quarto vinculo stulte spei finaliter penitendi vt gaudeat in bonis mundi. Contra quod est illud Ecclesia. quinto. Ne tardes conuerti ad dominum et ne differas de die in diem subito enim veniet ira illius et in tempore vindicte disperdet te. Quia nescit hō finem suum Eccle.ix. Omnia vincula iniq̄ salina dei id est gratia dei rumpit. et facit hominem recte loqui. Nam contra primū vinculum dicit illud Ecclesia. quarto. Est confusio adducens ad ignominiā et est confusio addūcēs ad gloriā et grām. Contra secundū dicit Augu. Nullū malū impunitum. nullū bonū irremuneratum. et ideo si non puniar hic puniar alibi dure. Contra tercū dicit Psal.c.xliii. Miserationes ei⁹ super omnia opera eius. et ideo maior est misericordia dei q̄ oēs iniquitates mee. Et maius est resuscitare mortuum q̄ conseruare viuū. Qui ergo me a morte peccati suscitauit in vita gratie cōseruabit. Contra quartum dicit Bernar. Qui tibi promisit veniā de cōmisso die crastinū nō spopondit. Et sic patet secundum. ℏ Tercio ponunt subsequentia miraculum quia precepit eis ne cui dicerent. Ipsi aūt multo plus eum predicabāt et eo amplius admirabantur. sez tam de miraculosa operatione et perfecta. et de humilitate tam profunda. Et ideo eius magnalia predicabāt dicentes. ¶ Bene oia fecit et surdos fecit audire et mutos loqui. In quibus verbis salubria exempla habemus et primo habemus vnum exemplum ex parte christi scilicet opera nostra bona celandi sez ne a vento vane glorie arescant. Quelibet enim res habet stimulum suum. Stimulus enim bonorum operum est vana gloria que bonis operibus insidiatur vt pereant. Simile exemplum dedit nobis in transfiguratione quando mandauit discipulis suis ne alicui dicerent visionem Mat.xvii. Attenditene iusticiam vestram faciatis coram hominibus vt videamini ab eis Mat.vi. Ideo lampades quinq̄ virginum fatuaꝝ fuerunt extincte: quia erant plene vento vane glorie. nam in bonis operibus que fecerunt ventum humane laudis quesierunt. Contra quod Luce.xvii. Cum omnia feceritis que precepta sunt vobis dicite serui inutiles sumus. ℣ Ex parte autem istoꝝ qui adduxerunt mutum ad iesū habemus tria exempla. Primuz est vt opera dei magna predicemus quia ihūs xp̄s mandauit eis ne alicui dicerent hoc fecit ad nostrum exemplum. tamen ipe volebat vt dei opera predicarent ad laudem dei z proximi edificationem vt Grego. dicit et Thobie.xii. Opera dei reuelare et confiteri honorificum est. Psal.xcv. Annuncia te inter gentes opera eius et narrate mirabilia. ¶ Secundum est vt facta dei non scrutemur sed admiremur. Prouerbi.xxv. Qui scrutator est maiestatis opprimetur a gloria. Eccle.iii. In pluribus operibus dei ne fueris curiosus. Admiremur ergo dei potentiam qua omnia creauit. dei sapientiam qua omnia ordinauit. dei clemētiam qua pro nobis homo fieri et mori voluit. dei charitatem qua se nobis ad mandducandum dari ordinauit. dei gratiam et dei iusticiam qua electos predestinauit et qua reprobos prescuit et nichil horū scrutemur. Nam quis primum scilicet dei potentiam circa mundi creationem Aristoteles et alij quidam voluerunt scrutari errauerūt dicētes mūdū stetisse ab eterno. Qui vero scām sez dei sapientiā circa rez ordinationē quidā voluerūt scrutari errauerunt dicentes oia a casu et fortuna euenire. Ecclesiastes nono. Uidi sub sole nec fortium bellum. nec artificium gratiam. nec sapientum panem nec velocium cursum. nec doctorum diuitias. sed tempꝰ casumq̄ in omnibus. Sed quia tercium sez dei clemētiam circa salutem humanam quidam volunt scrutari infatuantur et incidunt in errores reputantes insaniam q̄ deus sit factus homo et moriuus vt iudei et sarraceni. i. Cor.i. Nos autem predicamus christum crucifixum iudeis quidem scandalū gentibus autem stultitiā. Quia autē quartum sez dei charitatez qua se voluit nobis ad manducandum dare quidam volunt p̄ quirere recedunt a fide dicentes. Durus est hic sermo quis pōt eum audire. quomō potest hic carnē suam nobis dare ad manducādū Jo.vi. Quia vero quintum sez dei gratiam et dei iusticiam circa predestinationem electoꝝ et prescientiam reprobozꝝ quidam volunt perscrutari errant dicentes omnia de necessitate euenire. et predestinato et prescita. et quicunq̄ sunt predestinati de necessitate saluabuntur. et similiter presciti necessario dānabunt. ¶ Tercium est vt confiteemur q̄ xp̄s semper omnia bene fecit. et oia bene facit ꝯis multa distorta nobis videantur Boetius. Et tu quisquis causam tāte dispositionis ignores recte fieri cuncta ne dubites. Et sic patet tercium. et consequenter totum.

¶ De epistola Sermo. lxxxix.



Ducia talē habemus per xp̄m ad deum non q̄ sufficientes simus cogitare aliquid ex nobis. ii. Cor. quarto. Apl̄us in hac epistola diremit quandam controuersiam que maxime erat tempore suo et fuit etiā tempore christi scilicet q̄ ministri et discipuli moysi z veteris legis erant maioris excellentie ꝯ ministri noue legis scilicet discipuli christi. Johan.ix. Tu discipul⁹ eius sis nos autez moysi discipuli sumus nos scimus quis Moysi locutus est deus Hunc autem nescimus vnde sit. Hanc autem questionem apostolus in epistola solui ostendens. q̄ ministri noue legis z discipuli xp̄i sunt maioris excellentie. ꝯ ministri veteris testamēti z discipuli Moysi In qua quidē epistola principaliter tria facit. Prio quis intendebat se commendare cum ministris nouī testamenti cuius ipse minister erat ne crederā q̄ ex superbia hoc diceret a se p̄sumptionē excludit oēs q̄ talis excellentia et omne bonū q̄ habebat a gra dei p̄cedebat. In p̄cipio epistole. Scdo excellentiam ministroꝝ no

ui testamenti respectu ministrorum veteris testamēti subiungit ibi. Qui idoneos nos fecit ministros noui testamenti. Tercio talem excellētiā per duas rationes probat. prima ibi. q si ministratio mor. li. de. Secunda ibi. Nam si ministratio damnationis. ¶ Primo ergo excludit a se p̄sumptionē attribuens omne bonum gratie dei dicens. Fiduciam talez id est talia loquendi habemus ad deum scilicet tales et hoc per xp̄m id est per merita xp̄i et non propter merita nostra: quia vt dicitur hiere. xvij. Maledictus vir qui confidit in homine et ponit carnē brachiū suum Benedictus vir qui confidit in dño et erit dom⁹ fiducia ei⁹. Loquimur ergo in virtute xp̄i quia non sumus sufficientes cogitare aliquid a nobis: nedum loqui quod vere aliquid sit. i. bonū tanq̄ a nobis agētibus et mouentibus principaliter Johā. xv. Sine me nichil potestis facere. phil. ij. Qui operatur in nobis velle et perficere p̄ro bona voluntate ergo et cogitare et velle et perficere quod cogitatum est de⁹ in nobis operatur Isa. xxvi. Omnia opera nostra operatus es in nobis dñe. Mali autem volunt et cogitant et operantur mala ob sq̄ deo quia sine ipso factum est nichil id est p̄ctm̄ sed sufficientia nostra ex deo ē supple in omni bono. Aduertendum tamē est hic quia per hec verba non aufert apostolus potentiam cogitandi bonuz ab homine et a libero arbitrio sed sufficientia solum. quasi diceret. Ex sua conditione nō habet potentiam cogitandi bonuz sed ex re in actum bonum non potest nisi per gratiam dei quod esset a se sufficientiam habere. i. Coz. xv. Non aūt ego sed gratia dei mecū vnūquodq̄ eoz que sunt ordinata ad vitam eternam adipiscendam sz principium et consummatio est a deo. i. Re. tercio. Ego incipiā et ego cōplebo. Et sic p̄z quia ꝓpria virtus hois non sufficit ad salutem Augu. Sine te dñe nichil sunt oēs conatus mei. Nichilominus tamen homo debet firmiter credere q̄ diuinū auxilium ei non deerit nisi ipse fuerit in culpa. Et ideo debet facere posse suum et laborare q̄ diuinū auxiliū ei assit et debet ideo orare. elemosinas facere ieiunare. et alia bona facere vt auxilium dei mereamur etiaz si sit in p̄ctō mortali qz nō vult dicere apostolus q̄ sine gratia dei nichil boni possumus facere cum videamus homines gratia dei carentes multa bona facere: sz vult dicere q̄ nichil boni meritorie vite eterne possum⁹ facere sine gratia dei Roma. vi. Gratia dei vita eterna. Sine ergo gratia gratū faciēte multa bona possum⁹ facere. Sed sine gratia gratis data nichil omnino boni possum⁹ facere. nec esse nec subsistere nec viuere. ¶ Et ideo notāduz q̄ tripliciter hō deficit ex seipso. R̄ Primo deficit ad subsistendū. Scōs ad bene viuēdū. Tercio ad suū desideriū implendum. Primo ergo deficit ad subsistendū. Et hoc patet quo ad tria. Primuz est quia esse suū conseruare nō potest. indiget enim deo cōseruante Hie. Omnia enim que de nichilo sunt in nichilum tenderent nisi ea omnipotens auctor manu regiminis teneret. Indiget enim cibo quē deus ei per creaturas suas administrat. Psal. cxliij. Aperies tu manuz tuā et imples omne animal benedictione. Ex quo patet magna ingratitudo peccatorum qui cum a deo conseruentur et sustentur ipsū impugnant et seruos suos molestant ꝓpter quod digne merentur priuari vita et omnibus bonis. Exemplum de filiis israel qui cum a deo nutrientur cibo optimo angelo⁹ murmurabant et seruos eius sc̄z moysen et aaron molestabāt propterea ignis de celo cōsūpsit eos. i. Coz. x. Neq̄ murmuraueritis quidā eoz murmuraverunt et perierunt ab exterminatore. Secunduz est q̄ personam suam ab hostibus defendere nō potest immo a demonibus cito perimeretur nisi auxilium angelo⁹ ei adesset. Psal. nonagesimo. Angelis suis mandauit de te vt custodiant te in omnib⁹ vijs tuis. ꝛc. Ex quo patet magna rusticitas peccatorum qui angelos non reuerētur. ¶ Unde phūs dicit q̄ si quis ignorat an nix sit alba ꝛ an parentibus et dūs id est angelis sit reuerentia exhibēda indiget sensu vel pena. Uā sicut ignoriz an nix sit alba ē cecus. ita ignorans an angelis sit reuerentia exhibenda est verberandus et multomagis qui hoc scit et eos nō reueret et maxime q̄ angelo⁹ dñm in magna reuerētia nō hz. ¶ Tercū ē q̄ bona sua tueri nō p̄t quin ab ipso recedāt ꝛ ipse ab eis ꝫh⁹ ablatis ei⁹ subsistētia removet Boetⁱ. Relinq̄t em̄ te sc̄z fortuna quā nō relictuā se nemo vnq̄ poterit esse secur⁹ Quid igit̄ referre putas siue illā. s. fortunam moriēdo deseras aut illā fugiēdo. i. Thi. vi. Nichil intulim⁹ in hūc mūdā nec auferre q̄d possum⁹. Ex q̄ apparet magna stultitia peccātū q̄ bonis suis cōfidit Isa. xxxvi. Ecce cōfidis super baculū arundineū cui cū innix⁹ fuerit hō ꝛminu⁹ intrabit.

eius et perfo. eam. Bona principia sunt baculus arundineus qui est frondosus extra et vacuus intra et stabilitatem nō habet. qui ergo innititur ei confringit. ¶ Secundo est homo insufficiens et deficit ad bene viuendū. quod p̄z quantū ad tria. Primum est qz nō potest bonā vitā inchoare. Initiū em̄ bone vite est bona cogitatio et bonum propositū. Sed vt dictum est supra hoc est nobis difficile et per nos habere non possumus. Ex quo apparet p̄sumptio multorū dicentium quando voluero mutabo vitam et corrigam me. Romanoz. ix. Non est volentis neq̄ currentis sed miserentis dei. Hec est promissio nequissima que multos perdidit vt dicit. Eccle. xxix. Secundum est qz posq̄ vitam bonam inchoauerit non potest in ea perseuerare Grego. Cito bonum amittitur nisi a largitore custodiat. Augustinus loquēs de negatione petri. hic agnoscitur q̄ verum sit. sine me nichil potestis facere ecce ad vnius aure impulsum firmissima colūna tremuit. Ex quo patet stoliditas quorūdam qui cum sint in bono statu vt eis videtur non timent de casu non attendentes ad illud. i. Corinth. x. Qui se existimat stare videat ne cadat non curant deum et sanctos rogare vt in bono statu conseruētur. Ubi attendendum q̄ indiscreta p̄sumptio firmitatis multis fuit occasio ruine. Ideo petrus vilius ceteris cecidit qz p̄e ceteris p̄sumpsit Augustinus. Multos impedit a firmitate p̄sumptio firmitatis. ¶ Tercium est quia non potest ex se fructum bone vite apprehendere. quia quantumcunq̄ bene agat non sunt condigna opera sua ad vitam eternam Romanorum. viij. Non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam quē revelabitur in nobis. Ex quo apparet audacia multorum qui credūt opera sua sufficientia esse ad vitam. Contra quos apostolus ad Titum. iij. Non ex operibus iustitie que fecimus nos sed sc̄m suam misericordiam saluos nos fecit. In cuius figura dicitur Gene. ij. q̄ deus posuit hominem in paradisum et non dicitur q̄ homo per se ierit in paradisum. Attende tamē hic q̄ sicut vita eterna non datur ex operibus nr̄is. ita nō dat sine operibus nr̄is. em̄ medū quo fit in medū sine quo nō fit. ij. Thi. ij. Nemo coronabit nisi q̄ legitime certauerit. ¶ Tercio hō deficit ꝛ est insufficiēs ad suū desiderū implendū ꝛ sa. Quod p̄z quantū ad tria. Primū est quia desiderium hominis non satiatur nisi in perfecto bono. Perfectū autem est vt dicit phūs cui nichil deest. In mundo autem isto nichil inuenitur perfectum cui nichil desit. et q̄ oēm perfectionē habeat. nec in tota natura nisi solus deus ꝛ ideo hō non potest satiari nisi in solo deo ꝛ ei⁹ gloria. Psal. xvi. Satiabor cū apparuerit gloria tua. Secundū est q̄ desiderū hois non potest implere quicq̄d est minoris capacitatis q̄ hō quia minus nō implet magis. homo autē ad imaginē dei factus est capax ipsius dei ergo nichil min⁹ deo potest ipsam implere Augu. Fecisti nos domine ad te et inquietum est cor nostrū donec requiescat in te. Tercū est quia nichil potest desiderium hominis implere. nisi quod intrat in animam vbi est desiderū. In animam autem non intrat nisi deus. Et ideo bona mundi immittunt sitim ꝛ nō satiant quia non intrant vbi est desiderū Exemplum de tenente ciatum siue cuphū in manu et non bibente in quo sitis augetur et non extingueretur. Solus ergo deus replet desiderium hominis Psal. cij. Qui replet in bonis desiderium tuum. Ex quibus oibus apparet stultitia mundanorum qui in bonis mundi credunt satiari. sed econuerso euenit eis quia quanto plura habent. tanto plus sitiunt. Et sic patet primum. ¶ Secundo excluso p̄sumptione ponit excellentiam ministrorum noui testamenti dicens. Sufficientia nostra ex deo est. qui et idoneos nos fecit ministros id est in scientia et vita perfectos hiere. tercio. Dabo vobis pastores secundū cor meum et pascent vos scientia ꝛ doctrina. Sic ergo fecit nos ministros idoneos nō cuiuscq̄ operis sed noui testamēti. De quo dicitur hiere. xxxi. Feriam domui israel et domui iuda fedus noui testamēti sc̄z non sc̄m pactū quod pepigi cū p̄r̄ eorū. De quo Zu. xxij. Dic est calix noui testamēti: sc̄z p̄firmator testamēti nō littere sc̄z litterali intelligētia sed spū. i. spūali intelligentia. Et sic ministri veteris testamēti solam litteram docebant obseruare. et intelligentiam littere et significationem non curabāt. Mathei. xij. Ecce mater tua dicitur christo. id est sinagoga et fratres tui sc̄z iudei foris stant supple indulgentia litterali non valentes penetrare vsq̄ ad spiritualem. querentes te id est salutē quā in tali intelligētia inueniri nō possūt Sed ministri noui testamēti docēt litteram et intelligentiam littere quod melius et

Universidad de Deusto
Biblioteca

vtilius et honorabilius/ quia littera per se sine spūali intelligētia occidit. De legalibus et iudicialibus et cerimonialib⁹ verum dicit simpliciter quia impossibile erat ea adimplere Actuum. xv. Hoc est onus qđ nec nos nec patres nostri portare potuimus. ꝛc. In ipsis autem mandatis decalogi littera in se et per se considerata non occidit simpliciter/ sed occasionaliter. Nam prohibitio occasionaliter inducit culpam et irritat et prouocat concupiscentiam Romanorum. v. Lex subintrauit vt abundaret delictum. i. Corin. xv. Virtus vero peccati lex. Littera etiam occidit quia occasionem superbiēdi prestat. i. Cor. viij. Scientia inflat Ecclesiastes. i. Qui addit scientiā/ addit et laborē eo ꝙ in multa sapientia multa sit indignatio. Sps aūt id est spiritualis intelligētia que ministrat in nouo testamēto vinificat scz animā. Si quis em illud Mat. xvi. Si quis vult post me venire abneget semetipsum ꝛ similiter istō. Si quis amat amamim su. pdet eā solū litteraliter intelligeret mozerē in alia sed spūaliter intellectū dat vitā aie vt scz hō dat vitam carnalē in cruce penitentie. ¶ Et nota ꝙ tunc est perfecta spūalis intelligētia quando est ei adiuncta gratia spūs sancti et tunc perfecte vinificat Johā. vi. Spūs est qui vinificat/ caro autem non prodest quicq̄. Mortificat enim omnem carnalitatem et per consequens dat vitam spiritus Roma. viij. Si autē spū facta carnis mortificati. vi. Spūs ergo et gra spūs sācti vinificat. Et quia p ministros noui testamēti datur gra spūs sancti iuxta illud. Actu. viij. Tunc imponebāt manus super illos et accipiebant spiritū sanctum. Ideo perfecta intelligentia spiritualis docetur et traditur in nouo testamēto a ministris ecclesie. ¶ Queritur hic vtrū lex noua quod idē est ꝙ testamentū nouum sit lex scripta vel indita. Et dicendum' ꝙ vnumquodq̄ dicitur esse illud quod est in eo potissimū. Illud autem quod est potissimum in lege noua et in qua tota eius virtus/ consistit et gratia spūs sancti que datur fidelib⁹ per quā iustificant Roma. viij. Lex sps vite liberabit me a lege pec. ꝛ mor. Un Augusti. Sicut lex factoꝝ fuit i talib⁹ lapideis ita lex fidei scripta est in cordib⁹ fideliū. Habet tn lex noua quedā sicut disponētia ad gratiā spūs sancti. et ad hunc gratie visū pertinentia/ que sunt quasi secundaria in noua lege. De q̄bus oportet istrui fideles christi et verbis et scriptis tā circa credēda q̄ circa agenda. Et ideo dicendum ꝙ principaliter lex noua est indita secūdario est lex scripta. ¶ Item queritur an lex noua iustificet. Et dicendum ꝙ sicut dictū est ad legem euangelij vel nouam duo pertinent vnum quidez principaliter scilz gra spiritus sancti interius data. et quantum ad hoc lex noua iustificat secundario pertinent ad legem euangelij documēta fidei et precepta ordinantia humanum affectez et humanos actus. et quantum ad hoc lex non iustificat. Unde hoc ꝙ hic dixit littera occidit. spiritus autem vinificat. Augustinus exponit dicens ꝙ per litteram intelligitur omnis scriptura extra homines existens etiam moralium preceptoruz qualia continentur in euangelio. vnde etiam littera euangelij occideret nisi esset interna gratia fidei sanans. Et sic patet excellētia ministrorum noui testamenti. quia docent litteram spiritu intelligi. et quia donā ministerialiter gratiam spiritus sancti p quā peccata dimittuntur et fides et alie virtutes infunduntur Jo. xx Accipite spiritum sanctum quorū remiseritis peccata remittent. Et sic patet secundum. ¶ Tertio ponit duas rationes ad hanc excellentiam probandam. quarum prima est a minori quasi illud de quo minus videtur debere esse in gloria est in gloria. ergo id quod magis. Dicit ergo ꝙ ministratio mortis id est lex moysaica. que non splendebat seipsaz mortem inferri precipiebat ꝛ sic occidebat omnes vel plures quia nullus ipsam implere poterat vt patet Exodi. xxi. De lege talionis et per totum leuiticum. qui fecerit hoc vel istō morte moriatur. Si talis ministratio litteris deformata. i. inhoneste formata propter multa ad litteram inhonestatem sonantia que ibi formabantur vt pz Deutro. xxiij. vbi precipiebatur pariliuz portare ad fodiendum et stercora ad condendum. deformata dico in lapidibus viij sed materia. Si ergo talis ministratio fuit in gloria in splēdore scz gloriosi i facie moysi relucente ac si ēent quedaz cornua Exo. xxiij. Videntes autem aaron et filij israel ꝙ cornuta esset moysi facies timuerunt prope accedere sicut et nunc fit nostris episcopis postq̄ facti sunt cornuti quibusdam militarissimi erant vir audent accedere. ita ꝙ non possent filij israel intēdere id est intente respicere in faciez Moysi ꝓpter gloriam vultus eius. s. Moysi que euacuatur In ipso enim inchoauit ꝛ in ipso cessauit. Non enim fuit in Josue nec in alijs sanctis

sanctis eius nec continue fuit in moyse scz cito transiit quia non erat veritas glorie scz figure. i. Cor. x. Omnia in figura cōtingebant illis Argumentum est ꝙ omnis gloria mundana que est gloria Moysaica cito transit. Si ergo sic fuit in gloria ministratio ista quomodo nō magis ministratio spiritus ꝛ legis noue que spiritualis est quia spiritualia docet erit in gloria id est in magna gloria quasi diceret sic. Sed hanc gloriam non videm⁹. In qua ergo gloria erit certe in futura et eterna. De qua Psalmi. cxlix. Exultabūt sācti i gloria. Et sic pz prima ratio que est sumpta penes hoc ꝙ lex noua docet litteram spiritualiter intelligi lex autem vetus non. Secunda ratio sumitur penes hoc ꝙ in lege noua datur etiam gratia spiritus sancti per ministros ecclesie que iustificat homines. Dicit ergo. Nā si ministratio damnationis id est lex moysaica que damnabat ad mortem temporalem et ideo quod supra dixit ministrationē mortis hic dicit ministrationem damnationis. In gloria scilicet temporali scilicz multomagis ministerium iusticie id est noui testamēti abundat in gloria. Nota ergo istō quod dicit ante ministrationem spiritu⁹ dicit hic ministerium iusticie quia in nouo testamento datur spiritus sanctus per quez iusticia est in homine. Et quia nouuz testamentum abundat in iusticia abundare debet in gloria. Prouerbiorum. xv. In abundanti iusticia virtus maxima est. Et sic patet ꝙ ministri noui testamenti sunt magne dignitatis tam ex eo ꝙ docent litteram in spiritu spiritualiter q̄ ex eo ꝙ sunt ministri christi et eius instrumentum et dant spiritum sanctum per quem peccata dimittuntur et virtutes infunduntur quod ministri veteris testamenti nō faciebant. Et sic patet ꝙ ministri noui testamēti in magna reuerentia sunt habendi et ipsi debent se in magna sanctitate conseruare vt tanto ministerio digni sint quia ve illi qui salutem alios docet et spiritum sanctuz alijs cōfert et ipse salutem perdit et spiritu sancto priuatur et per tale ministeriuz sit dign⁹ morte eterna pri. Cori. quarto. Sic nos existimet homo vt ministros christi et dispensatores ministeriorū dei. Et sic patet totum.

¶ Dñica decimatertia de euan. Ser. xc.

Beati oculi qui vident que vos videtis. Luce. x. Euangelium ptesēs est valde pulchrum et magnum et multa in se continēs nec pauciverbis expediri potest. In quo quidem euāgelio questio apud antiquos phōs multum ventilata determinatur in quo scz esset beatitudo. Quidam em posuerunt beatitudinem in bonis corporis vt epicuri. quidam in bonis mundi scz diuitijs/ honore/ potentia. et sic de alijs/ quidam in virtutibus moralibus vt stoici. q̄dam in virtutibus naturalibus et cognitione creaturarum et maxime substantiarum separatarum vt peripatetici id est aristotelici. Christus autem veniens in mundum qui ad hoc natus est. vt testimonium perhiberet veritati ostendit ꝙ in omnib⁹ supradictis vera beatitudo non consistit/ sed in visione ꝛ cognitione dei dicēs. Beati oculi qui vident. ꝛc. In quo quidem euāgelio principaliter tria continent. Primo enim beatitudo ab apostolis et eorum sequacibus in nouo testamento haberi perhibetur. In principio euangelij. Secūdo cuiusdam legisperiti alia interrogatio et christi sapiens responsio subinfertur ibi. Et ecce quidā legisperi. stur. exē. eum. Tercio eiusdē legispe. alia interrogatio ꝛ eius a christo per exemplū explanatio subiungitur ibi. Ille autem volens iustificare seipsum dixit ad iesum et quis est meus proximus. Suscipiens autem iesus dixit. Homo quidam descendebat ab hierusalem in hiericho. ¶ Primo ergo christus pronunciat beatitudinem apostolox et eorū sequacium que ab aduēu christi in te habetur. Que beatitudo siue beneficium antiquis patribus quantūcunq̄ magnis nō est concessum. Dicit ergo beati oculi interiores et exteriores qui vident que vos videtis et non solum vestri sed omniū qui vident per fidem que vos videtis ꝙ spem id est recte cognoscunt iste sacramenta/ in me cōplera que vobis revelata sunt. Eandem esse beatitudinē christus reptomittit credentibus et thome videnti. Johannis xx. Beati qui non viderunt et crediderūt. Unde Cirillus hic dicit ꝙ videre hic non sumit pro actu oculox alias herodes ꝛ pp Jatus fuissent beati qui rpm viderūt sed sumit hic pro visu et recreatione mentis scōm quod dicimus iste vidit bona temporalia. i. gaudium est bonis temporibus. Et sic patet ꝙ hanc beatitudinē nos habem⁹ qui xpi beneficijs gaudem⁹ et ipsum per fidē videmus. Patres autē veteris testamenti vsq̄ ad illud tēp⁹ xpi beneficijs nō sunt gauisi. et ideo nos sumus magis beati q̄ ipsi ꝛ hoc est qđ sequit. Multi ꝓphe-

te predicentes futura esse que vos videtis presentia. et similiter multi reges voluerunt videre oculo carnali que vos videtis. i. me et que per me fiunt et non viderunt. et audire que vos auditis. s. doctrinam et predicationem meam et nō audierunt. Sed dicitur Johā. viij. Abrahā pater vester exultauit vt videret diem meū vidit et gauisus est. Responsio illud intelligitur de visu spirituali. sed illud de corporali et spirituali simul. Hec ergo gratia antiquis patribus non est concessa. licet multum eam desiderauerunt. Ysaie. lxiiij. Utinam dirumperes celos et descenderes. hoc enim ecclesie noui testamenti apostolis est concessum. Antiquis autem patribus in figuris et enigmatibus. Namalius vidit tres et vnū adorauit vt Abraham. Alius vidit rubum ardentem non combuti et posteriora domini vt Moyses et sic de singulis: nos autē reuelata facie gloriam domini speculamur vt apostolus dicit. ¶ Ubi nota q̄ hec beatitudo apparet esse in nobis plusq̄ in patribus t hominibus veteris testamenti quantum ad octo. ℟ Primo quantum ad veri cognitionem/ quis aperte t non per figuras cognoscimus misterium trinitatis t incarnationis filij dei. Johannis. xvi. Uenit hora cum iam non in proverbijs loquar vobis. sed palam de patre meo annunciabo vobis Ephe. quarto. Quod alijs generationibus non est agnitum filijs hominum sicut nunc reuelatum est sanctis apostolis eius. Secundo quantum ad dei placationem. quia immolata est hostia per quam placari et reconciliati sumus deo. Roma. v. Cum inimici essemus reconciliati sumus per mortem filij eius. Tercio ℟ tum ad debiti solutionem pro quo omnes in carcere detinebantur. i. Petri primo. Non auro t argento redēpti estis sed pcioso sanguine agni incōtaminati. Quarto quantum ad spūs sancti donationem/ quia per sacramenta et ministros ecclesie dat spūs sanctus ad robur et ad vincendū ex omni parte peccatum quod in veteri testamento nō fiebat Johan. xx. Accipite spūm sanctum. Quinto quantum ad virtutis emanationem. Nam ex passione christi magna regula ad bene agendum emanauit. Johan. xij. Ego si exaltatus fuero a terra omnia traham ad me id est per virtutem passionis mee traham ad me hominem qui est quodāmodo omnia. Sexto quantum ad medicinarū preparationē. Nam ex latere christi pendentis in cruce fluxerunt sacramenta ecclesie efficaces medicine contra omnem morbum anime vt per hoc euangelium omnino datur intelligi in homine sanctiato. Fluxerunt etiam inde indulgentie ad peccatorum remissionem. Septimo quantum ad nobilissimi et virtuosissimi cibi institutionem Johā. vi. Panis quē ego dabo vobis caro mea est. Octauo quantū ad regni celestis possessionem. Luce. xxiij. Hodie mecum eris in paradiso. Hanc vocē omnes patres veteris testamenti non audierunt. Uere ergo beati sunt oculi nostri quia talia vident et audiunt. S Waraliter autem ad edificationem nostrā nota q̄ ad bene viuendum tria sunt necessaria scz instrumentum sanum medium aptū et obiectum solidum. Similiter in visione spirituali hec tria sunt necessaria in qua instrumentum sanum est cor mundū. Mathei quinto. Beati mundo corde quoniā ipsi deum videbunt. Et tribus autem mundatur cor. Primo quando vis naturalis purgata est ab errore diaboli quod facit fides. Actuum. xv. Fide purificans corda eorum. Secundo quando vis concupiscibilis purgata est ab amore carnis quod facit charitas spūs sancti Augustinus. Et sato spū desipit omnes caro. Tercio quādo vis irascibilis purgata ē ab amore mūdi quod facit spes / quoniam qui sperat meliora bona relinquit illa. Mathei. xix. Ecce nos reliquimus omnia. Qui ergo habent fidem rectā et carnalis desideria nō sequuntur sed abnegant se et mundanis tantū bus abrenunciant habent sanū oculum mentis ad videndum christum et eius beneficia. ¶ Medium autem aptum in visione spirituali est triplex. scz speculum fidei. i. Corinth. xiij. Uidemus nunc per speculum scz fidei. Speculum creature Romanoꝝ. i. Inuisibilia dei per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur. Et speculum scripture. Johannis. v. Scrutamini scripturas ille sunt qui testimoniū perhibent de me. Et sic patet q̄ in vita illa per tria possumus christum cognoscere verum deum et verum hominem scz per fidem et creaturas id est per opera q̄ christus exercuit in creaturis. Johannis. v. Opera que ego facio testimonium perhibent de me. Et per scripturas. Luce. xxiiij. Nonne sic oportet christum pati. ¶ Obiectum autē solidum est christus in quo habitat omis plenitudo diuinitatis corporaliter. Hebreorum xij. Aspicientes in auctorē fidei t consummatorem iesum. In hoc obiecto principaliter tria viderunt et considerauerūt apostoli que nos etiam considerare debemus scilicet exempla operum ad imitādū Johan. xiij. Exemplum enim dedi vobis. ꝛc. Mirabilia virtutum ad regratiandum t. Pe. i. In omnibus gratias agentes deo. Et documenta verboꝝ ad instruendū Luce. xxiiij. Tunc aperuit illis sensum vt intelligerent scrip. Jo. vi. Uerba que ego locutus sum vo. spūs et vi. sunt. Et sic patz primū. ¶ Secundo ponitur cuiusdam legisperiti alta interrogatio et xpi responsio. Dicit ergo. Et ecce quidam legisperitus surrexit ab omni vi. et sic sa. repu. tem. eum. Non ergo causa discendi sed se ostentandi proponit questionem dicens Magister. Doloſa lingua magistrum vocat cuius non vult ē discipulus sed tentator. Quid faciendo vitam eternā possidebo. At ille dixit ad eū. In lege quid scriptum est. quomodo legis scilicet in ipsa lege. At ille respōdens ait. Diliges dominum deum tuum. ꝛc. Et attende hic q̄ in deum. et in math. non ponūtur nisi tria. Lucas autem addit quartum s. ex omnibus viribus tuis. Et hoc facit pter quatuor rationes propter quas diligendus est deus. Prima qua creator dās esse. Secunda quia conseruator in esse. Tercia quia redemptor et recreator in bene esse. Quarta quia glorificator in optimo esse. Ergo diliges dominum deum tuū ex toto corde tuo/ quia te ad imaginē suā creauit excellētem creaturam. Ex tota anima tua/ quia te conseruat et tibi prouidet per angelicam naturam. Hebreoꝝ. ij. Omnes sunt administratorij spūs in ministerium missi. Ex omnibus viribus tuis id ē ex omnibus tuis potentijs tam interioribus q̄ exterioribus quia te redemit et exaltauit factus homo in humana natura. Apo. v. Redemisti nos domine et in sanguine tuo et fecisti nos de no. regnū. i. reges. Et ex omni mente tua quia te resuscitabit in anima et corpore glorioso ad dinam gloriam Math. xxv. Uenite benedicti patris mei percipite regnum Augustinus autem sic exponit. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo id est intellectu sine errore. ex tota anima id est voluntate sine contradictione. ex tota mente id est memoria sine obliuione. Et dicit hoc nō posse impleri in via sed ostenditur per hoc vbi implebitur scilicet in patria Greg. autem dicit ex toto corde id est superomnia. et dicit q̄ est inculcatio verborum. ¶ Addit autez et proximum sicut teipsum quod exponitur ser modis. ℟ Primo sicut teipsuz. i. diligas in proximo quod debes diligere in te scilicet naturam et imaginē dei et virtutē non vicium. Secundo sic sicut teipsum scilicet ex charitatis affectu non ex concupiscentia carnis. Tercio sic sicut teipsum id est in deo et non in mundo. Quarto sicut teipsum id est ꝓpter teipsuz scilicet propter deum et non propter commodum temporale. Quinto sic sicut teipsū id est ad quod teipsum scilicet ad gratiaz in presenti et gloriam in futuro. Sexto sic sicut teipsum id est quomodo teipsum. scilicet supra res temporales et corpus proprium et infra deum. Qui sic diligit proximum legem impleuit. Et ideo sequitur. Dixit illi. recte respōdisti hoc fac et vives. ¶ Et nota q̄ per nomen proximi intelligitur omnis homo vt dicit Augustinus. Et attende q̄ dilectio triplex est. Prima naturre et hec proprie sm Dyon. dicitur amor quo naturaliter omnia corporis existentia colligantur adinuicem et communicant sibi alterutrum bonuz quod habent. Unde Dyonisius. Est autem amor quasi quidam diuinus circulus. Secunda est amor amicicie et hec vocatur proprie dilectio que ē inter creaturas ratione vtētes eo q̄ in dilectione cadat electio que est vtentium ratione. Tercia est gratie. et hec proprie dicitur charitas que includitur in hoc mandato specialiter. Amor ergo respicit naturam dilectio rationem. et charitas gratiā. Ponitur autem in mandato vnum pro altero eo q̄ hec tria sint motiua ad diligendum deum. scilicet natura. ratio et gratia Natura ergo respicit creatorem. ratio redemptorem. rationale est enim vt qui tanta sustinuit pro nobis diligatur a nobis. gratia iustificatorem. gratis enim nos iustificat. Excellētiam et virtutem istius mādati hic videamus in quo omnia mandata implentur et de quo dominus speciale mandatum dedit Johannis. xiij. Hoc est preceptum meum vt diligatis inuicem. Hec ē illa pretiosa margarita pro qua homo debet omnia dare. ¶ Quamuis ergo omnes virtutes sint margarite pretiose tamen charitas siue dilectio est omnibus pretiosior. pri. Corinth eorum decimo tercio. Maior horum est charitas. Cuius excellentia et virtus ex tredecim apparet.

℟ Primo ex similitudinis excellētia nam charitas omnibus optimis ēn vno quoq̄ gñe similatur. In trinitate nāq̄ deꝰ

spiritus sanctus vna trium personarum verus deus est amor patris ad filium vnde in diuinis amor est vna de tribus personis per quem est deus omnia operatus Inter angelos vero supremus ordo scilicet seraphin ab incendio amoris nominatur eo q̄ pre ceteris dei amore feruent. Inter luminaria celi sol qui omnibus pre eminet amori comparatur. Nam sicut sol omnibus se communicat. ita amor omnibus est communis. quia homines in quocunq̄ statu loco et conditione amare possunt. Omnia etiā animalia amant alio suo modo amandi. Inter elementa ignis qui nobilior est amori comparatur Luce.xij. Ignem id est amorem veni mittere in terram. Unde spiritus sanctus qui est verus amor in specie ignis super apostolos descendit. Inter metalla aurū quod optinet primum locum amori comparatur ratione valoris et pretiositatis. Inter virtutes vero ipsa charitas obtinet primum locum vt dictum est. Inter omnia fortia mors ē fortior que amori cōparatur Cant.viij. Fortis est vt mors dilectio. ¶ Secundo ex virtutis efficacia nam charitas plumbea facit aurea transitoria perpetua. mortua viua. Opera enim de genere bonorum extra charitatem facta sunt plumbea et modici valoris. Sunt etiam transitoria: quia meritum temporale et finitum habent. Sunt etiam mortua. quia vita gratie carent. et ad eternam vite ducere non possunt que omnia si fierent in charitate essent aurea. i. infiniti valoris. Essent perpetua quia perpetuum et eternum meritum haberent. Essent viua: quia charitas est vita operū et ad vitam eternam perducerent. Similiter charitas homines mortuos in peccatis quotidie vivificat. Unde de Augustino legimus. Vulnerauerat charitas christi cor eius et exemplo seruorum dei quos de mortuis viuos fecerat scilicz charitas. ¶ Tercio ex societatis valētia. q̄ si eēs virtutes essēt in vno nisi charitas ei socia ret. et cū eis inhereret nō facerēt eū bonuz nec deo acceptū. Charitas aūt sine alijs si possibile eēt faceret hoiem bonū et deo acceptū Augu. Ubi charitas est dd est quod potest obesse et vbi charitas nō est quid ē quod pōt prodesse. Itē charitas ē gra gratiaz alie virtutes sine ea gratie nō sunt quia gratis non operantur. Et quia non sufficiunt reddere animam gratiam: vel etiam sua opera absq̄ charitate deo grates facere. Et nota q̄ in templo dei omnia fuerunt deturata vt patet tercii Regum sexto. Item in templo dei quod est anime omnia debent fieri in charitate et ex charitate. ¶ Quarto ex bonorum abundātia Nam qui habet charitatem est diues omnibus et abundat. et qui non habet est penitus nichil habēs. Cuius ratio triplex potest assignari. Prima quia charitas thesaurus est in agro cordis absconditus. pro quo habendo omnia debent vēdi. Matthei.xiij. Simile est regnum celorum thesauro abscondito in agro. Secūda est quia qui habet charitatem habet deum in anima in quo sunt omnia bona. Augusti. Rarum habens in archa diues est deū habēs in conscientia ditior est. Tercia est q̄ charitas aliena bona facit sua. Augustin⁹. Dēsent inuidi quantuz bonum est charitas q̄ sine nostro labore aliena bona facit nostra Cuius ratio est quia vt dicitur Mathe.iij. vita iustoz quedam negociatio est et societas qui autē est societate particeps est omnium bonorum societatis per charitatem autem homo intrat in societatem sanctoz et ideo fit particeps omnium bonorū que in ecclesia iustorum fiunt. Psalmista.cxviij. Particeps sum ego omnium timentium te ¶ Quinto ex penarum irrogantia que nō habenti charitatem infliguntur quia excōmunicatur. et ab omni bono separatur. Nā primo separatur a deo. i. Corin. xvi. Si quis non amat dominū iesum sit anathema. glosa id est separatus. Secundo separatur ab angelis et a sanctis. Tercio separat a meritio passionis christi et omnium sanctorum Quarto separatur a participatione sacramentorum ecclesie. Quinto separatur ab omnibus virtutibus et donis. et gratia dei Sexto separatur ab indulgentiis et missis et ab omni bono quod fit in ecclesia cuius per charitatem particeps erat. Septimo separatur a bonis propriis que vnq̄ fecit et remanet nudus sicut ribaldus qui amisa perlusit. ¶ Sexto ex personarum inherentia. nam cetere virtutes bonis et malis inesse possunt charitas autem sanctis et filijs dei inest Unde Augusti. Charitas dei et proximi propria et specialis virtus sanctorum est atq̄ pioz cū cetere virtutes bonis et malis assignētur eē communes. hec enim sola diuidit. et discernit inter filios regni et seculi. ¶ Septimo ex perpetuitatis permanentia quia cum cetere virtutes excidant charitas nunq̄ excidit. i. Cor. xiij. Nam post mortem anima maxime diligit deum et seipsum et proximum. Poeta: Omnia pretereunt preter amare deum. homo etiam habens charitatem nunq̄ potest excidere nisi prius charitatem amittat. vnde sicut anchora tenet firmam nauem: ita charitas animam. ¶ Octauo ex remuneratione premij. Nam scōm charitatē premium glorie mensuratur et non scōm aliā virtutem neq̄ scōm operum multitudinē quod dominus ostendit cum dixit q̄ illa vidua q̄ duo era minuta misit i gazophilacium plus ceteris misit. Luce.xxi. Et hoc ideo quia cum maiori amore et deuotione misit et ideo plus meruit. nec mirum quia deus solam charitatem habet caram. et sola charitas habet deum carum. Cuius signum est quia qui charitatem non habet pro nichilo dat deum. aliquando pro vno denario. aliquādo pro vno obolo. sed qui est perfectus in charitate potius vult mori et omnia perdere q̄ a dei charitate separari Romanorum.viij. Quid nos separabit a charitate christi. q. d. nichil. ¶ Nono ex virtutum informatione. nam charitas omnes virtutes informat. et quia omnis actus seu operatio est a forma inde est q̄ charitas omnes virtutes reducit in actū et facit operari. et actus omnium virtutū attribuuntur charitati. i. Chorinth. xiij. Charitas patiens est. etc. omia credit: omnia sperat. etc. Inde est etiam q̄ nullum opus alicuius virtutis sine charitate valet ad vitam vel potest vitam conferre. i. Corin. xiij. Si linguis hoim loquar et angelorū charitate autē nō habeam. factus sū velut es sonans. etc. ¶ Decimo ex fortis vinculi colligatione. nam charitas est vinculū fortissimuz quo solus deus ligari potuit. Hugo de sancto victore. O charitas q̄ magnū est vinculum tuum quo etiam deus ligari potuit. Et si cōtra deū fortis fuisti. multomagis contra homines preualebis. Hoc vinculum traxit deum ad terram id est reclusit eum in vtero virginali nullum vinculum potuisset eum ad columnam ligare nisi hoc. nullum ferrum eū in cruce tenuisset nisi charitas affuisset. Charitas enim hominis tenet deū. Unde angelus ex parte dei dixit. Loth charitatem habenti. Festina et saluare ibi quia non potero facere quicq̄ donec ingrediaris illuc. Gene.xix. Et moysi dixit deus. Dimitte me vt irascatur furor meus contra eos. Exodi. xxxi. ¶ Undecimo ex hominis trāsformatiōe. Nam charitas transformat hominem in deū. Psal.lxxi. Ego dixi dij estis et filij excelsi omnes scilicet per charitatē. Subleuat etiam homines a terrenis et ad celum transfert. Est enim ignis subtilians crassa et omnem terrestreitatem cōsumens. Ezechielis.viij. Eleuauit me spūs inter celū et terram. Spūs amor dei est. Quod figuratum est in Helia quē currus igneus sublenauit in paradisum transuexit. iij. Regnz ij. Currus igneus habēs duas rotas est amor dei et proxim. ¶ Duodecimo ex nobili anime vestitiōe. Est enim charitas vestis nuptialis et regalis que facit hominē dignum nuptijs regis eterni. et quicunq̄ ea caret repellitur tanq̄ indignus Mathei.xxij. Amice quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialē. Hec vestis est nobilissima: quia non de pilis animaliū est facta nec de visceribus vermiū sed de visceribus Iesu christi. Hec est tunica inconsutilis propter quā xp̄s potius voluit scindi q̄ perforari q̄ ipsa scinderet. Hec est tunica polimita: quā Jacob fecit Joseph filio suo id est deus pater filio suo quā fratres sui tinxerunt in sanguine quia propter charitatem corpus christi sanguine aspersū fuit. Isaie.lxij. Quare rubrum est vestimentū suum. Hec est vestis regalis quā christus omni christiano donat in baptismo qua solum filij regis eterni vtunt. s. soli veri christiani. ¶ Tredecimo ex suaui eius delinitione. nā charitas grauia facit leuia et aspera suauia Augusti. Omnia seua et immania ptorij suauia et ppe nulla facit amor Mat.xi. Jugum enim meum suaue est et onus meum leue. s. amanti. Alijs aūt est ita graue q̄ ipsum nescīt baiulare quod bene norunt qui charitatem non habent. Exemplum huius patet in Jacob qui seruiuit pro Rachel. xiij. annis et videbant ei pauci dies pre amoris magnitudine Gene.xxix. Hec etiam in amatoribus mundi apparet qui pro amore carnali mirabilia sustinent et omnia eis leuia vident. Uere ergo possumus dicere illud. Sapien. vij. Uenerūt michi oia bona pariter cum illa. Et sic patet secundum. ¶ Tercio ponitur eiusdem legisperti quedā alia quō ex prioribus exorta et eiusdē explanatio. Et hoc est. Ille aūt volens iustificare seipsum id est iustū ostēdere putans se aīi hoiez. et nō ante deuz stare dixit ad iesum. Et quis est meus proximus. Suspiciens autem iesus etc. Hic ponitur christi responsio et per exēplum explanatio. Ubi per quandam similitudinem ostendit omnem hominem esse proximum ac etiam inimicum presumi ejus posse q̄ ille qui descendebat ab hierusa-

lem in hierico fuerit hierosolimita et per consequens iudeus cuius ille samaritan⁹ qui erat inimicus gentis iudeorum curam egit. pertranseuntibus leuita et sacerdote gentis sue qui dictus est fuisse prorum⁹ illi qui incidit in latrones. Suspiciens er Jesus in celum vt alios attentos ad audiendum redderet. et vt ostenderet q̃ omnis sapientia et doctrina de sursum a deo est ait. Homo quidam descendit ab hieru. in hie. ꝛc. Littera plana est et historia. Nã inter hierusalem et hierico est quoddam desertum olim a latronibus frequentatũ. Hierusalem autem in monte sita est et hierico in campestribus ita q̃ vadens de hierusalem in hierico descendit. In hoc desertum ductus est iesus vt tentaretur a dia. ¶ Mistice autem in ista similitudine tria describuntur. Primo describitur lapsus primi parentis et totius generis humani in illo. Et hoc est. Homo quidam. Secũdo ostendit defectus legis ꝛ sacrificiorum veteris testamẽti ad liberationem ipsius ibi. Accidit autem vt quidam sacerdos. Tercio reparatio ipsius per filiũ dei facta insinuat ibi. Samaritanus autem. ꝛc. Homo iste adam est ꝛ totum genus humanum / in eo. qui peccando descendit ab hierusalem id est a paradiso terrestri et statu pacis et visionis dei / quia ante q̃ peccatũ faceret omnis aderant ei in pace. et pace peccatoris et temporis et omnium creaturarum patiebatur. Hierusalem enim visio pacis interpretatur. Recedendo ergo ab hierusalem descẽdit i hierico. id est in defectus multiplices et miserias humane nature et mundi quos quotidie exprimitur Et ideo dicit descendebas quod est verbũ preteriti imperfecti temporis et signat. cõtinuationem preteriti ad presens. Hierico autem luna interpretatur et significat mutabilitatem humane nature et mundi. Qui incidit in latrones id est in demonũ potestates / quis ab eo deuictus est. ij. Petri. ij. A quo enim quis superatus est huius et seruus est. Qui etiam dispoliauerunt eum scz gratuitis donis. nam homo peccãdo perdidit gratiam dei. ¶ Vbi nota primum hominem et nos in illo tripliciter spoliatum scom tripler vestimentum quod per peccatum amisit scz innocentie / immortalitatis / et gratie vel virtutis Job xix° Spoliauit me gloria mea. quo ad primum abstulit coronã de capite meo. Quo ad secundum destruxit me vndiq̃ et perco quo ad tercium. Et plagis impositis quia vulnerauerunt eum in naturalibus. Omnis enim naturalis et potentias anime et membra corporis vulnerata habemus et ad malum naturaliter inclinamur. Generatiũ. Sensus enim ꝛ cogitatio humani cordis prona sunt in malum ab adolescentia sua. quod ante peccatum nõ erat immo naturaliter inclinabatur ad bonum sicut ad modo ad malum ꝛ plus. ¶ Vbi nota q̃ homo in naturalibus est tripliciter vulneratus scom tres vires anime naturales. Vis enim rationalis est per veri ignorantiam vulnerata. concupiscibilis per malicium siue per concupiscentiam mali. Irascibilis per impotentiam boni. et sic remansit ei nosse obtenebratum. velle maculatũ posse debilitatum. Hec sunt ille tres lãcee ẽ in corde Absalon Joab id est diabolus infixit. Et sic abierunt semiuno relicto id est vita nature tantũ relicta et illa diminuta et penosa. Et ideo talis vita ẽ quasi mors et taliter viuere est quasi mori. Unde cantamus. Media vita in morte sum⁹. ¶ Vitam autem gratie que est vera vita abstulerunt. Et attende q̃ abire dicunt nõ cessando a tentationibus sed insidias occultando. Nam primum hominem in forma assumpta scz serpentis visibiliter tentauerunt. nos autem inuisibiliter tentauit et insidias inuisibiles parat. Accidit autem vt sacerdos. ꝛc. Hic notatur defectus sacrificiorum in sacerdote. et legis in leuita ad curationẽ casus humani. Quia neq; aarõ sacerdos cuz omnibus sacrificiis neq; mos ipses leuita frater eius cum lege potuerũt hominem curare sed solum ostendebant vulnus. Et hoc est quod dicit. q̃ viso illo preterũt immo magis per transgressionẽ exuperauerunt Romanorum. v. Lex subintrauit vt abunderet delictum. Dicit autem preterũt quia lex venit et stetit vsq; ad tempus prefixum. deinde non valens curare abiit scilicet in aduentu filij dei. Romanorum. viii. Nam quod impossibile erat legi in quo infirmabatur in carne deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati et de peccato damnauit peccatum in carne. ¶ Vide etiam q̃ lex non ad hoc data est precognitiue vt hominẽ curaret. Et ideo dicit. Accidit quod consueuimus dicere in his que non prouidentiue fiunt vt dicit Theophi. Nec immerito sacerdos et leuita non potuerunt sanitatum sanare cum ipsi essent eodem modo et eodem vulnere vulnerati. Et ideo necesse habeant sicut pro populo ita et pro

se hostias offerre Hebre. ix. Et hoc est qõ hic dicitur. Descendit eadem via. oportebat enim carere vulnere qui posset humanum genus sauciatum curare. ¶ Et ideo sequitur Samaritanus autez quidam. ꝛc. Hic ostenditur humana reparatio facta p filium dei. quia samaritanus quidam id ẽ xps qui singularis et solus inuentus ẽ ad genus humanum liberandũ. Apocalipsis v. Et ego flebam multum quia non est inuent⁹ neq; in celo neq; i terra neq; subtus terram qui aperiret librum et solueret signacula eius. et ideo dicit quidam samaritanus autez custos interpretatur qui xps est de quo propheta. Nisi dominꝰ custodierit ciuitatem. Dicit autem iter faciens quasi ex proposito venies vt nos curaret. Venit autem in similitudine carnis peccati et ideo secus eum venit quia in similitudine. Veniens autem factus est compassioni nostre susceptione finitimus ꝛ misericordie collatione vicinus. ¶ Unde sequitur. Et videns eum mia motus est Augustinus. Videns quidem eum iacentem non volentem non currentem. et ideo misericordia motus est quia in eo nullum meritum inuenit quo curari dign⁹ esset: sed ipse de petõ dãnauit peccatum in carne. Unde sequitur. Appropians alligauit vulnera eius infundens oleum et vinum Augustinus. Et quid est tam longinquum quid est tam remotum. q̃ deus ab hominibus. immortalis a mortalibus. iustus a petõribus. non loco est longe sed dissimilitudine et ideo appropiauit. Cum enim in se haberet duo bona. iusticiam et immortalitatẽ et nos duo mala. scilicet iniquitatẽ et mortalitatem. si vtrumq; malum nostrũ suscepisset parũ nobis profuisset et liberatorez nobiscum opus haberet. vt ergo hoc non esset quod nos prope nos non est factus ille peccato: sicut nos sed factus ẽ ille mortalis sicut nos. suscipiendo penam et non culpam vt et culpam deleret et penam. ¶ Alligatio autem vulnerum est cohibitio peccatorum que per vinum ꝛ oleum cõpescuit. nam in vno mordente vulnus austeritas preceptorum significatur sicut in oleo misericordia et remissio peccati Etc. In vino morsum discretionis adhibet. in oleo molliciem pietatis. Per vinum mundentur putrida. per oleum sananda foueãtur. Miscendo est ergo lenitas cum severitate et faciendum est quoddam ex vtroq; temperamentum vt neq; multa austeritas et exulceretur subditi neq; nimis benignitate soluantur. Hoc figuratum est in eo q̃ dominus mandauit simul reponi in archa manna et virgã. In manna dulcedo in virga austeritas designatur Crisi. Uel vinum infundit id ẽ sanguinem passionis et oleũ crismatis vt indulgentia darctur per sanguinem et sanctificatio cõferretur per crismatis vnctionem. ¶ Infusio itaq; vino ꝛ oleo imposuit eum super iumentum Aug. Jumentum eius est caro in qua ad nos venire dignatus est. Imponi iumento est in ipsam incarnationem christi credere per cuius fidem saluamur Ambrosius. Uel iumento imponit. dum petã nostra portat et pro nobis dolet. i. Petri. ij. Qui peccata nostra pertulit in corpore super lignum. Theophi. Uel imposuit in iumentum suũ id est in corpus suum membra sua nãq; nos fecit et participes corporis eius. Sequitur. Et duxit eum in stabulum. i. in ecclesiam Crisi. Est enim stabulum ecclesia que in itinere huius mũdi lassatos et sarcinis delictorũ depressos suscipit veniẽtes vbi deposito onere peccatorum viator lassus reficitur et refectus salubri pascua reparat. Et hoc est quod dicitur. Et curã illius egit. Totum enim quicquid contrarium et nostrum est fortis est quia intra stabulum requies omnis et salubritas inclusa est Ambro. Sed nõ vacabat huic samaritano diu in terris degere. redeundum erat vnde descenderat. Unde sequitur. Et altera die protulit duos denarios et dedit stabulario. et ait. Curam illius habe. Quis est iste alter dies nisi iste dominice resurrectionis de quo dictum est. Hec est dies quam fecit dominus. Duo autem denarii sunt duo testamenta que imaginem in se habent regis eterni expressam. quoꝝ precio vulnera curantur que data sunt stabulario id est ecclesie prelatis et doctoribus vt ipsis populũ pascant Aug. Uel duo denarij sunt duo precepta charitatis. que per spũm sanctum acceperant apostoli ad euangelizandum ceteris vel promissio vite presentis et future. Sed quia multi prelati obseruant nõ solum precepta sed etiã consilia ad que non tenentur. ideo subdit. Et quodcunq; supererogaueris ego cum rediero reddam tibi id est cum retribuam singulorum mercedes. ¶ His ergo premissis dominus legisperitos interrogat subdens. Quis horum videtur tibi proximus esse illi qui incidit in latrones. At ille dixit. Qui fecit misericordiam in illum.

Nec enim sacerdos nec leuita factus fuit proximus patientie sed ille qui eius misertus est. Inutilis enim est sacerdotij dignitas et legis scientia nisi per bona opera confirmetur. Et ideo sequitur Et tu ihesus vade et tu fac similiter. Crisos. Si quem vides oppressum non dicas vtique ne ꝓximus est sed siue sit gentilis siue sit iudeus ex opere indigeat. non cauillis tus habet autem quicunq; mala fuerit passus. Augustinus. Ex hoc intelligimus illum esse proximum cui vel exhibendum est officium misericordie vel exhibendum esset si indigeret. Ex quo iam consequens est vt etiam ille eis quo nobis vicissim hoc exhibenduz est proximus noster est proximi enim nomen ad aliquid aliud; est nec quisq; dicitur esse proximus nisi proximo. ꝑ nullum exceptū esse cui misericordie denegetur officium. Quis non videat dicente dño Benefacite hijs qui oderunt vos. Ambrosius. Non cognatio facit proximuz sed misericordia Et sic patet mistica expositio. ℣ Moraliter autem ad edificationem nostram exponitur de peccatore nam iste sanctus figuram peccatoris tenz propter septem mala que ei per peccatuz mortale eueniunt que in hoc spuriato designantur. ¶ Primū est descensus vel potius deiectio scilicet nature conditionis et loci. Hanc triplicem deiectionem peccator patitur et propter peccatum. Nam transfiguratur in bestiam vt dicit Boetius.ii. de cōsolatōe prosa.v. sic inquiens. Humane quippe nature ista conditio est. vt tunc tantum ceteris rebus cuz se cognoscit excellat eadem tamen infra bestias redigatur si se nosse desierit nam ceteris animantibus sese ignorare natura est hominibus vitio venit. Cōditio eius pessima est et regioni olim mortalium deputatur Hec omnia patent in primis parentib⁹ quibus peccantibus natura eorum bona facta est mala et senserunt se nudos. i. rebellionem in carne. Et conditio eorū optima facta est mala vt que a nullo poterant pati ab omnibus paterentur t proiecti sūt de paradiso in hanc vallem miserie. Hier. ij. Vide ꝙ malum et amarum est de reliqsse te dominum deum tuuz. Hoc denotatur ibi Descendebat. ¶ Secundum est amissio pacis peccatoris temporis t eternitatz Peccator enim in seipso habet bellum qz cōscientia remordet. Job.xi. Quis restitit ei et pacē habuit. Cum proximo quē nō diligit pacē habere non potest. Prouer.xiij. Inter superbos semper iurgia sunt. Pace eternitatis similiter priuatus est Israel vij. Nō est pax impijs dicit dominꝰ. Hoc notatur ibi. ab hierusalem que interpretatur visio pacis. ¶ Tercium est mutatio. i. libertatis dignitatis et pinguitatis. Nam qui erat liber fit seruꝰ peccati Joh. viij. Qui facit pec. seruus est peccati. qui erat filius regis eterni. fit filius dyaboli Joh. viij. Vos ex patre dyabolo estis. Qui erat dives id est pinguis vt pote particeps meriti christi. et omnium bonorum que fiunt in ecclesia fit omnino pauper penitus nichil habens. Prouer.xxij. Est quasi diues cum nichil habeat et est quasi pauper cuz in multis diuitijs sit. Hoc notatur ibi. In hierico quod interpretatur luna que semper mutatur. ¶ Quartum est incursio malorum scilicet culpe pene et nequitie demonum. Nam malum culpe incurrit contemnendo diuinam maiestatem. malum pene incurrit cum mortem anime et corporis que est finis omnium malorꝝ subeat cōdemnatus. Sapien. ij. Morte turpissima condēnemus eum. Malum nequicie demonum incurrit cum ab eis nequiter tractat et eorum potestati subditur. Hoc notatur ibi. Incidit in latrones. ¶ Quintum est expoliatio innocentie gratie et virtutum et omnium bonorꝝ suorꝝ. Nam homo per peccatum veste innocentie exuitur quam in baptismo induit gratia dei et omnibus virtutibus priuatur t omnia bona sua auferuntur ab eo Math.xxv. Et autem qui non habet et quod habet auferet ab eo. Hoc notatur ibi. Despoliauerunt eum.

¶ Sextum est vulneratum scz intellectus voluntatis et memorie ac omnium potentiarum anime nam in fallacijs occupatur transitoria bona diligit et malorum recordatur. Hoc notatur ibi. plagis impositis. ¶ Septimum est prostratio quia semiuiuus ia. in terra. Jacet peccator quasi mortuus in terra quia non sentit mala que incurrit. t bona que perdit. non sumit alimentum anime et non recipit medicinas sacramentorum ecclesie. Hec enim tria sunt signa hominis. q. mortui. s. non sentire non confortari cibo et non recipere medicinas. Et sic patet totum de euangelio.

¶ De epistola. Sermo.xci.

Abrahe dicte sunt promissiones et semini eius. Gal. iij. Superius apostolus probauit per scripturas ꝙ hereditas eterna nō datur ex lege sed ex libera ꝓmissione dei qui gratis eaz repromisit Abrahe forte dū dam in semine suo. Hoc idem supra immediate probauit per consuetudinem humanam que in testamentis seruatur que est. Post testamentum testibus et instrumento et morte testatoris firmatuz nemo spernit aut aliter ordinat ꝙ testator ordinauit sed ordinatio testatoris habetur rata t firma. Hanc ergo consuetudinem in epistola hodierna applicat ad propositum et scōm eum disputat et per eam probat ꝙ hereditas eterna datur ex libera promissione dei et nō ex lege. In qua epistola quatuor facit. Primo supradictam consuetudinem humanam ad suum propositum aptat. scz ꝙ ex promissione dei quam gratis fecit Abrahe. et non ex lege Moysi datur eterna hereditas. In principio epistole. Secūdo ostendit talem promissionez esse confirmatam a deo et probat ꝙ lex nō est aduersus talem promissionem nec eam euacuat ibi. Hoc autem dico testamētum confirmatum a deo. Tercio mouet quandam questionem et soluendo pertractat ibi. Quid ergo lex propter trangressionem posita ē. Quarto mouet quandam aliam questionē et soluēdo errorem inde eliminat ibi. Lex ergo aduersus promissa dei absit. ¶ Primo ergo adaptat predictam consuetudinē humanam ad suum propositum dicens. Abrahe dicte sunt promissiones. q. d. Si humanum testamentum per testes roboratum manet et est stabile multomagis ꝓmissio dei qui mentiri non pōt. Sed Abrahe dicte sunt promissiones a deo et semini eius id est promissum est Abrahe. ꝙ in illo et per illum qui de semine eius nasciturus erat. omnes gentes debebant benedictionem gratie t glorie hereditare. Et hoc est quod sequitur. Non dicit in seminibus q̄ si in multis vt per multos debeat esse talis benedictio sed q̄si in vno id est per vnū qui est xp̄s talis benedictio debet gentibus prouenire. Et sit hic relatio ad rē suppositam in termino seminis t non ad significatum. Et nota ꝙ dicit promissiones qz hoc pluries sibi deus repromisit vt patet. Geneſ. xvi. xvij. et xviij. Et sic patz primū. ¶ Secundo ostendit talem promissionem esse confirmatam a deo et probat ꝙ lex data postea Moysi non est aduersus talem ꝓmissionem nec eam euacuat. Dicit ergo. Hoc autem scilicet quod dictum est supra ꝙ solū in vno semine Abrahe id ē christo benedictio erat futura dico id ē veraciter affirmo testamentum confirmatum a deo esse eo modo quo deus potuit confirmare quia iurando per seipsum cum non haberet maiorem per quez juraret Hebreo. vi. Abrahe promittens deus quia neminem habuit maiorem per quem juraret. juravit per seipsum Gene. xxij. Per memetipsum iurauj dicit dominus quia fecisti rem hanc. ꝛc. Benedicentur in semine tuo omnes terre quia obedisti voci mee. Item cō firmauit replicando promissionem. Facta est enim Abrahe repromissio in Jsaac iterata t in Jacob repetita vt sic possent esse testes promissionis diuine qz in ore duorum vel trium stat omne verbum. ꝛc. Postꝙ probauit talem promissionem esse confirmatam a deo statim probat ꝙ lex non ē aduersus talem promissionez nec eam euacuat et ponit ad hoc duas rationes. Quarum prima sumitur ex tempore dationis legis secunda ex ratione et causa promissionis ibi. Nam et si ex lege hereditas. Dicit ergo. Si sic confirmatū est a deo et ob hoc non facit ipsum irritum lex ad euacuādam promissionem id est. ita ꝙ promissionem euacuet que. i. quia illa facta est post quadringentos et. xxx. annos supple a promissione facta Abrahe. a natiuitate enim Jsaac fluxerunt quadringenti anni. et est ratio talis Abrahe facta ē promissio. quā credens iustificatus est vt dicitur Roma. iij. Ergo cum lex tot annis fuerit post promissionem non potuit iustificare Abrahā vt fieret promissio propter ipsam lex ergo posita data non iustificauit Abraham nec in ipsa nec per ipsam accepit et meruit repromissionem. ¶ Secunda ratio est talis ad idem probandum. Lex non potuit irritare predictum testamentum. cum fuerit tāto tempore subsecut quod si dicatur immo ex lege est gratis in presenti et eterna hereditas in futuro. hoc non est verum. Nam si ex lege hereditas eterna et gratia in presenti habenda est ergo non ex repromissione cum enim Abrahā non fuerit sub lege sed ante legem sequitur ꝙ sit frustratus promissione: quia ex promissione tantum habere debebat. Et hoc est quod subdit Abrahe autem per promissionem donauit deus et non per legem donauit inq̄ et gratiam in presenti. et eternam hereditatem in futuro Romano. quarto. Nō est ex lege promissio Abrahe t semini eius vt heres esset mundi. In quo ostenditur ꝙ non datur eterna hereditas ex sufficientia meritorum sed magis ex liberalitate datoris eam promittentis. Et sic patet secūdꝫ.

¶ Tercio monet quādam questionē que talis est. Si lex non iustificat. non confert hereditatem eternam. quid ergo est lex. id est ad quid data est lex et que est eius vtilitas. Et respondet statim dicens. propter transgressiones posita est scilicet reprimēdas et coercendas. Lex enim dicitur a ligando. vt ligaret freneticam naturaz que ad omnia vicia prona erat Gen. viij. Proni sunt sensus hominis in maluz ab adolescētia sua. Uel propter transgressiones conuertendas vt homo qui de suis meritis cōfidebat acciperet precepta in quibus aperte deficeret et sic quereret saluatorem. Et etiam propter transgressiones multiplicādas occasionaliter vt sic videntes manifeste q̄ multiplicarentur peccata clamarent pro saluatore habendo. propter hoc enim data est lex duratura non semper sed donec veniret id est in carne appareret semē scilicz Abrahe cui repromiserat dominus q̄ per ipsum esset benedictio. Dicitur autem rp̄s semen: quia per ipsum est radix et origo omnis boni Isa. vi. Semen sanctum erit id quod steterit ita scilicet in Maria. Si ergo tantum debebat durare lex que fuit per angelos ordinata tanq̄ per ministros et fuit data eorum ministerio patet q̄ est temporalis vel per angelos vt dicit Glosa. i. per Moysen t alios ministros dei qui angeli dicuntur Malach. ij. Labia sacerdotis cuius scientiam et legem requirent de ore eius qz angelus domini exercituum est. Ordinata dico in manu mediatoris id ē in potestate rp̄i vt ē diu vellet stare lex vnde non erat stabilita simpliciter Mathei sexto. Dominus est filius hominis etiam sabbati Gen. xxxiij. In dextra eius ignea lex. Iste ergo mediator rp̄s est qui est deus et homo. ideo non est vnius nature sed duas naturas habet in se scilicet diuinam et humanam et hoc valde conuenienter quia ipse debebat inter deum et hominem mediare. ideo cū vtroq̄ debuit conuenientiam habere Aug. Mediatorez inter deuz et hominem oportet aliquid habere simile deo. et aliquid simile hominibus ne in vtroq̄ simile hominibus longe fieret a deo aut in vtroq̄ simile deo longe fieret ab hominibus. Deus autem vnus est. id est quamuis mediator iste sit deus et homo est tamen vnus deus. et non sunt plures dij. Iste ergo mediator fecit paces inter deum et hominem. et inter diuersos populos simul reducens eos ad vnam fidem et ad vnam ecclesiam et ad vnā legez euāgelij qui ante diuersas legis habebāt nam gentiles habebant legem nature t iudei legem Moysi. Lex autem euangelij cōtinet decalogum. Moysi et legem nature et vtriq̄ multa super addit et multa resecat nā a lege moysi resecat ceremonialia q̄ lege aūt gentilū supstitiōes de cultu et latria deoz veneratōe creaturarū. Sic ḡ mediator iste oia reduxit ad cōcordiā. Ephe. ij. Ipse est ē pax nr̄a q̄ fecit vtraq̄ vnū Et nota hic quando et quomodo debemus reuereri et honorare cum ipse sit rex noster et legifer noster et iudex noster omnibus his consueuerunt homines magnā reuerentiam exhibere. Nota etiam hic de sarracenis quantam reuerentiam faciunt machameto qui dedit eis legem et iudeis Moysi. et miseri christiani non diligunt regem eorum non honorant legiferum suum non timent iudicem suum. non remunerāt aduocatū suum et non recognoscunt beneficium mediatoris sui Et sic patet tercium ¶ Quarto monet quandaz aliam questionem dicens. Lex ergo aduersus promissa dei. Quasi diceret debebat dari benedictio et gratia que promissa erat in semine Abrahe per quam iustificatio peccatoris fieret data est lex transgressionum multiplicatiua et maledictionem et ira dei nō obseruantibus inducens cui⁹ obseruatores nō inueniebantur ergo videtur q̄ lex sit data cōtra id quod deus promisit Abrahe. Sz ipse soluit dicens. Absit scilicet q̄ hoc sit verum immo lex est ordinata in promissionem quod probat quia si lex est data esset que iustificaret vel viuificaret nunc lex esset contra promissionem. quia ipsam euacuaret cum ex lege nature esset iusticia sic ēt omnes querent legem cum in ea iustificarentur et sic posset contingere q̄ nullus p semen Abrahe iustificaretur vel saltem q̄ multi non iustificarentur. Et tunc lex directe esset contra promissionem. quia dictum est q̄ in semine Abrahe omnes debebant benedici quia ergo lex nō iustificat sed cōclusit scriptura. i. lex scripta omnia esse sub peccato t peccatores et hoc lex ordinat ad promissionem vt promissio de iustificatione et hereditate habenda daretur credentibus non ex operibus legis sed ex fide iesu christi. i. in iesu christo habita t sic nec promissio legi nec lex promissioni aduersatur Et sic pz quartum. ¶ Moraliter autem ad edificationem nostram nota circa primaz partem epistole vt dicit apostolus q̄ qui filij sunt

Abrahe scilicet per sanctam imitationem benedicentur cum fideli. Abraham t ideo si volumus hanc benedictionem possidere imitemur opera Abrahe. quia nō filij carnales. Abrahe benedicētur nisi fuerint eīs in fide et operib⁹ imitati. Matth. viij. Multi venient ab oriente et occidente et recūbent cum Abraham. Isaac et Jacob in regno celorum. Filij autem regni eiicientur in tenebras exteriores. ¶ Imitentur ergo Abraham in octo maximis virtutib⁹ quas habuit. ¶ Primo imitemur eum in perfecta fide quam de vnitate et trinitate dei habuit quia tres vidit et vnum adorauit Gene. xviij. Et quam habuit de incarnatione filij dei Gene. xv. Credidit Abraham deo et reputatum est ei ad iusticiam. Quam fidem ostendit duz fecit Eleazar iurare ponendo manum sub femore suo q̄ ac ciperet Isaac vxorez de cognatione Abrahe. In quo ostendit q̄ de femore suo aliqs maior debebat nasci qui deus erat cum p ipsum sicut per deum fecit eum iurare. et quia omnes saluantur per fidem iesu christi que primo fuit in pectore Abrahe. ideo anime sanctorum dicuntur requiescere in sinu Abrahe. i. in luce t recte visionis quā Abraham consecutus est per fidem. quia visio succedit fidei Luce decimosexto. Factum est autem vt moreretur mendicus et portaretur ab angelis. Abrahe. ¶ Habuit etiam fidem vtilem quia ipsam per opera ostendit. Nostra autem fides est valde imperfecta. quia si perfecte crederemus non peccaremus. pri. Johannis. Qui credit in ilłm non peccat. Propterea apostoli petebant dicentes. Domine adauge nobis fidez Luce. xvij. Unde spiritus dicitur mundum arguere de peccato quia non crediderunt in christum vt patet Johan. decimosexto. Est etiam fides nostra mortua quia ipsa p bona opera non manifestamus. Jaco. secūdo Fides sine operibus mortua est. Et sic per fidem quam habemus nec a malis declinamus nec bona operamur. Nec enim duo facit fides perfecta scilicet declinare a malo et facere bonum. Hanc fidez habuit Abraham et ideo reputatum est ei ad iusticiam. ¶ Secundo imitemur eum in vera spe. Nam cum esset centenarius t similiter sarra. non est infirmatus in spe sed veraciter sperauit habere filium quem deus ei promiserat. Romano. iiij. Qui contra spem in spe credidit vt fieret pater multarum gentium Glosa. Spes prior scōm naturā fuit dum de muliercula secundū naturā sperauit sobolem nec tamen habuit. Modo contrarium isti spei sperauit scz vt vetulus de vetula et sterilis de sterili generaret admirāte illo. qui dat tumentis esē ipsoz et pullis coruorum inuocantibus eum. Non enim confidit de dei prouidentia que dat. In vera autē spe mirabiliter deficit mūdus Psalmi. Et ideo non abstinet ab iniustis lucris. Idez non confidit de dei misericordia que omnibus offert veniam. et ideo confiteri nō curat Mathei. xvij. Quotiens peccabit in me frater meus. et dimittam ei vsq̄ ad septies. Dicit illi Jesus. Non dico tibi vsq̄ septies sz vsq̄ septuagies septies. Itē in eodē vndecimo. Euntes dicite quid est misericordiam volo et non sacrificium. Item non confidit de dei potentia vt sustentet hominem in penitentia facienda. et ideo penitentiam nō curat facere. Cōtra quos Isaie. xl. Qui sperant in domino mutabūt fortitudinem. ¶ Tercio imitemur eum in abundanti charitate que apparet in eo q̄ primus cepit peregrinis hospitiuz exhibere. Item in eo q̄ valde obnixe pro sodomitis orauit et dicens quomodo orauit iuciens a quinquaginta vsq̄ ad decem Genesis decimo octauo. In charitate mirabiliter defecit mundus. quia omnes que sua sunt querunt. et non inuenitur hodie dilectio in patre ad filium. Hodie regnāt in mundo duo amores scilicet amor inordinatus vsq̄ ad contemptum dei t amor proprius vsq̄ ad consummationem christi. Et ratio huius est. Quia quantum abundāt iniquitas refrigit charitas Osee quarto. Maledictum et mendacium et homicidium et furtum et adulterium inundauerunt et sanguis sanguinē tetigit. ¶ Quarto imitemur eum in perfecta obedientia q̄ patet in eo q̄ ad vnam vocem domini egressus est de terra et de cognatione sua et reliquit patriam et parentes. ¶ Idem patet in eo q̄ ad mandatum domini voluit vnicum filium immolare. Cogitemus quanta obedientia fuit ista et apparebit imperfectio nostre obedientie ad deum qui tota die clamat vt mundanis renunciemus et mundum fugiamus qui totus mundus in maligno positus est et nichil prodest. Tota die clamat dominus. Agite penitentiam. Mathei tercio. Tota die clamat vt vitemus consanguineos et parentes / quia inimici hominis domestici eius. Et si aliqui sunt / qui mundanis renuncient et relinquant patriam et pa-

rentes. faciunt sicut vxor Loth que retrospexit. Ita q̃ corde sunt semper circa mundana et consanguineos et notos. Contra quos dictum est Abrahe. Egredere ō terra tua et de cognatione tua. Cum tamē iã esset egressus et habitaret in arã. In cui⁹ figura mandatum est in lege q̃ ab animali immolando deberet ãputari vesicula gutturis et proiici quia homo dedicãs se deo debet proiicere desiderium mundanorum. ¶ Quinto imitemur eum in pacifica conuersatione. Unde ad Loth ait. Ne queso sit iurgiũ inter me et te. Ecce vniuersa terra coram te, est ne ad sinistram ieris ⁊ dextram tenebo ⁊c. Heñ xiii. Hac pacifica conuersatione omnino et totaliter caret mundus immo continuis guerris homines cõsumuntur et bona ipsorum deuastantur ⁊ anime perduntur Cuius ratio est. quia perdita pace anime ad deum nulla pace potit homo Job. nono Quis restitit ei et pacem habuit. Sed si homo haberet pacem cum deo et ambularet in via dei. deus daret sibi omnem pacem Baruch. iij. Si in via dei ambulasses habitasses vtiq; in pace super terraz. ¶ Sexto imitemur eũz in spirituali circuncisione que per carnalem eius circuncisionem figurata est vt scilicet act⁹ vt opera nostra circũcidamus. Hiere. quarto. Circũcidimini domino viri iuda. Hac circũcisione mirabiliter indiget mundus. q̃ totus est dissolutus et in vestibus et in domibus et in ludis et in omnibus operibus suis. Et ideo christus voluit circuncidi vt in eo omnes christiani spiritualiter circuncidantur. ¶ Septimo imitemur eũ in humilitate profunda. Quia cum ita esset perfectus et singularis amicus dei. ita vt de eius semine promitteret nasciturum filiuz suum. tamen in nullo superbiuit. Sed magis est totam deo humiliat⁹ dicẽs loquar ad dominum meum cuz sim puluis et cinis Genes. xviij Peccator autem nichil penit⁹ habens superbit Qui enim deum non habet qui est omnis omnino nichil habet Ecclesia. decimo Quid superbis terra ⁊ cinis ¶ Octauo imitemur eum in plena libertate. quia regi sodomorum iniuste expoliato gratis succurrit cum vernaculis suis et recuperauit homines et predam de omnib⁹ nichil recipere voluit vt p3 gen. xiiij. Sic ⁊ nos gratis iuuare debemus violenter oppressos et irripere eos de manu violentoꝝ Job. xxix. Conterã molas iniqui et de dẽtibus illius auferebam predam. Sed heu hodie totus mundus venalis est, nec inuenitur qui gratis vel amore dei velit miseris assistere etiam sacramenta ecclesie et patrimonium crucifixi venduntur pecunia quod est maximum malum et perducens ad detrimentum et perditionem Accuum vitã. Pecunia tua tecum sit in perditionem quoniam donum dei existimasti pecunia possideri. Et sic patet totum de epistola.

¶ Dominica decimaquarta de de euangelio Sermo. xcij.

Cum iret Jesus in hierusalem transibat per medium samariam et galileã. Luce. xvij. Sicut dicit Augustinus. Magnus vtiq; venit medicus quia mundus vbiq; iacebat egrotus. Totum quippe genus humanum egrotum valde iacebat in morte spiritualiter ⁊ corporaliter. nec aliquis reperiebatur qui posset ipsum sanare nisi filius dei Psalmista. Misit verbum suum ⁊ sanauit eos: propterea clamat ecclesia dicens. Medita vita in morte sumus quem querimus adiutorem nisi te domine. Venit ergo filius dei et sanauit omnes qui ad ipsum accesserunt. Luce: vi. Virtus de illo exibat et sanauit omneo. Et sicut tunc omnes sanauit ita quotidie sanat omnes qui volũt in ipsum credere. Denarius quippe numerus est perfectus numerus vltra quem non proceditur sed omnem continet numerum et signat q̃ omnis multitudo hominum per ipsum christum sanata est qui per transgressionem decalogi sunt infirmi. In hoc enim miraculo vniuersitas peccatorum intelligitur per christum fore sanata et corporaliter et spiritualiter. Sicut isti vtroq; modo sunt sanati vt sancti dicunt. sed paucꝝ hoc magnum beneficiuz recognoscunt. nam de decem mundatis solum vnus redũt gratias referẽs iesu. Circa hoc miraculum euangelista quinq; ponit per ordinem. Primum est decem leprosoꝝ christo in hierusalem pergenti occursus et obuiatio. In principio euangelii. Secundum est clamor ipsorum atq; postulatio ibi. Qui steterunt a longe et leuauerãt voce dicẽtes. Tercũ est ipsoꝝ clamatiũ erauditio ⁊ curatio ibi. Quos vt dicit. Ite ostẽdite vos sacerdotib⁹. Quartũ est vnius mũdatoꝝ regratiatio ibi. Unus aũt ex illis vt. q̃ mũ. ẽ. Quintũ est reliquoꝝ nouã exprobratio et regratiãtis ꝓmẽdatio ibi. Respõdẽs aũt iesus dixit. Nõne decẽ mundati sũt et nouẽ vbi sunt. vsq; in finẽ. Pulo ergo ponitur occursus leprosorum ad iesum in hierusalem pergentem. Et hoc est. Dum iret iesus in hierusalem. ⁊c. Littera plana est. Nota ergo hic quattuor loca scz hierusalem per quam intelligitur celestis patrie interpretatur enim visio dei siue pacis. Samaria que interpretatur custodia. quis custodire nos debem⁹ a multis. Galilea que interpretatur rota siue transmigratio. q̃ cauere nos debemus a rota fortune. et de vicijs ad virtutes. ⁊ de mundo ad celum transmigrare. Et castellum per quod ecclesia militans intelligitur munita virtutibus et custodia angelorum. Debemus ergo transire per samariam id est per custodiam nostrorum et sensuum nostrorum. et per galileam id est per cautelã fortune et transmigrationem de vicijs ad virtutes. et intrare ecclesiam per fidez et charitatem. Et tandem ire cum iesu ad hierusalem id est ad visionem dei. Et sic patet primum. ¶ Secũdo ponitur clamor leprosorum atq; petitio. ℨ Ubi nota q̃ per leprosos istos signantur peccatores volẽtes a dño curari. qui debent quinq; facere que isti fecerunt si volunt anime consequi sanitatem. Primo nãq; debent deo occurrere et et cordis ostium aperire quia ipse stat ad ostium ⁊ pulsat volens ad nos intrare. vt dicitur apocalipsis. iij. Et quantum debemus et occurrere. certe parum Bernardus. O homo non oportet te mare transnatare. non transalpinare terram. ℨ vsq; ad cordis ostium et oris occurrere domino tuo. vsq; ad cordis compunctionem et oris confessionem. Et hoc notatur ibi. Occurrerunt. Secundo debent firmum ꝓpositum boni habere. quod notatur ibi. Steterunt. Steterunt enim in proposito per boni conceptionem. Hoc enim necessario peccator conuertendus debet habere scilicet firmum propositum abstinendi a malo et faciendi bonuz. Exo. xv. Stetit vnda fluẽs. id est peccator quasi vnda maris fluẽs ⁊ effluens. quia tunc stat quando habet firmum propositum abstinendi a malo et perseuerandi in bono et hoc fit quando cõgregate sunt abissi peccatorum in medio maris id est amari cordis per cõsiderationem et compunctionem Isa. xxxviij. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine anime mee. ¶ Tercio debent habere de petis que fecerunt verecundiam ⁊ confusionem. Et hoc notatur ibi. A longe Lu. xvij. Publicanus autem a lõge stãs noluit oculos ad celum leuare. Idem patz de Magdalena. que stans retro non audebat ante accedere Eccle. quarto. Est confusio adducens petiñ ⁊ est confusio adducẽs gratiam et gloriam. Multi volunt conuerti ad deum et nullam confusionem de peccatis assumunt immo veniunt ad confessionem ridendo Hebreoꝝ. iij. Frons mulieris meretricis facta est tibi noluisti erubescere. ¶ Quarto debent habere deuotam et lachrymosam orationem. Hoc notatur ibi. Leuauerunt vocem suam Treno. secũdo. Leuemus corda nostra cum manibus Job. v. Uoca si est qui audiat et ad aliquẽ sanctorum conuertere Augustinus. O si possemus homines excitare et cuz illis pariter excitari. et tales essemus amatores vite permanentis quales sunt illi vite fugientis. Si homines tantum desiderarẽt mundari a lepra spirituali sicut a corporali cito essent mundati et gaudia pro illa facerent. iiij. Regum. v. Et si rem grandem dixisset tibi propheta certe facere debueras. Peccator enim valde indiget sanctos orare. cum ipse sit spũs vadens scilicet per seipsum in petiñ. sed non rediens scilicet per seipsum. vnde nisi precibus sanctoruz iuuaretur nũq̃ de peccato exiret. Et ideo petões quotidie conuertuntur quia ecclesia quotidie pro eis orat. In cuius figura mandatum est in lege q̃ leprosus per quẽ peccator intelligitur deberet clamare ⁊ se immundum dicere. Quinto debent verazz confessionem habere de christo et discretam petitionem ad ipsum confitentes et et dicẽtes Jesu preceptor miserere nostri quia debent confiteri q̃ iesus est saluator hominum et preceptor cui omnis creatura obedit ad nutum a quo nichil aliud debent petere nisi misericordiam et gratiaz suaz. Psal. quinquagesimo. Miserere mei deus ſm magnã misericordiam tuam. Cũ enim peccator sit totus plenus malis ⁊ vacuus bonis. nichil est magis miserũ q̃ peccator et nichil est miserius vt dicit Augu. Peccatore non miserante seipsum. et ideo abissus miserie peccatoris debet ab issum divine misericordie inuocare. Psalmista. quadragesimoprimo. Abissus abissum inuocat quia mis dei respicit miseriam peccatoris. Et sic patet secundum. ¶ Tercio ponitur ipsorum clamantium erauditio et curatio. Ubi nota quattuor verba domini scilicet vidit. dixit. ite. et ostendite. vidit miserando. dixit precipiendo et consulendo. ite obediendo. ostendite vos sacerdotibus peccata confitendo. Istis quattuor modis sanatur peccator a lepra anime.

A Primo enim oportet q̄ deus respiciat peccatorem cuius respectus penetrat cor. Sic aspectus basilici penetrat vsq; ad cor et interficit hominem sic respectus xp̄i penetrat vsq; ad cor et dat vitam animę. Si respexit dominus petrum. et ideo flauit egressus foras fleuit amare et reuixit qui erat mortuus. Hoc est primum et optimum in iustificatione peccatoris. quod si hoc deus non facit peccatori induratur et nunq̄ conuertitur. Et per hnius subtractionem deus dicitur cor peccatoris indurare. Exodi. quarto. Ego indurabo cor pharaonis. Secundo oportet q̄ peccator recipiat consilia et precepta dei. vt sciat quomodo debeat agere et a malis cauere. qz vt dicitur Iob. xxxvij. Omnes quippe inuoluimur tenebris. Et ideo oportet vt a deo instruatur de salute sua. Et ob hoc filius dei descendit de celo vt nos veritatez doceret Johā. xviij. Ego in hoc natus sum et ad hoc veni in mundum. vt testimoniū perhibeam veritati. Item cuz sine fide impossibile sit placere deo. ad Hebre. xi. Fides autem ex auditu. per verbum dei habeatur. vt dicitur Romano. x. Necessario oportet homineꝫ instrui si vult salutem cōsequi. Et ideo xp̄s diſperſit apostolos per mundū vt homines docerent Marci. xvi. Euntes in mundum vniuersum predicate euāgelium. Propterea dicebat apostolus Actū. xx. Nō enim subterfugi in quo minus annunciarem vobis omne consilium dei. ¶ Tercio oportet q̄ peccator positꝰ est instructꝰ obediat preceptis dei ea obseruando. Johan. xiij. Si hec scitis beati eritis si ea feceritis Math. xvij. Si vis vitam ingredi serua mandata. Eccles. viij. Qui custodit preceptum non experietur quicq̄ mali. Ergo per obseruationem preceptorum homo consequitur vitam et gloriā. et vitat mala. penas iferni. ¶ Quarto oportz q̄ subijciat se petr̄o ministris ecclesie. et accipiat ab eis ecclesiastica sacramenta. quia q̄uis homo esset instructus de fide et obseruaret precepta legis. nisi acciperet ecclesiastica sacramenta non saluaretur Johannis tercio. Nisi quis renatus fuerit ex aqua. spiritu sancto non potest intrare regnum dei. Hoc christus ostendit in sanctato. quem nec sacerdos nec leuita id est nec sacrificia nec lex sanare potuerunt sed samaritanus id est christus sanauit cum infundendo vinum et oleum id est exhibendo ecclesie sacramenta. quia quamuis deus aliter posset. sine sacramentis homines saluare tamen hoc sibi sic placuit. Ordinauit enim vt nullus sine sacramentis saluetur que efficaciaz habet a passione xp̄i cuius virtus nobis non aliter applicatur nisi mediantibus sacramentis. In cuius figura ysus leprosis mundatis mandauit vt ostenderent se sacerdotibus quia peccatores debent se per veram et purā confessionem ostendere sacerdotibus et recipere ab eis ecclesie sacramenta. Canticorum secundo. Ostende michi faciē tuam. l. conscientiam tuaz sonet vox tua in auribus me. scilicet per veram confessionē Eccle. iij. Presbitero humilia animā tuā. Et sic mūdatur homo a lepra anime. ¶ Sit attende quia vt dicit q̄ dum irent mundati sunt. Ubi notandum q̄ positꝰ peccator recipit respectum dei ad cor per quem dolet de peccatis et proponit in posterum abstinere et bene agere proponit etiam recipere ecclesie sacramenta. statim antq̄ faciat in ipso proposito deus absoluit eum et mūdat a culpa et si statim moreretur non iret ad infernum. Et tanta posset in eo esse contritio q̄ absolueret a culpa et a pena sicut fuit in Magdalena nichilominus oportet q̄ talis q̄tuncuncz confiteatur. et recipiat ecclesie sacramēta si adsit facultas quia nō fuit ei dimissa culpa nisi cum proposito recipiendi cuz posset. Preterea patet q̄ in virtute sacramētorum fuit ei dimissum peccatum quia nanq̄ habuit propositum recipiendi sacramenta ideo fuit a peccato absolutus. ¶ Sed vt dicit phūs propter vnū quodq̄ tale et ipsum magis. Sic ergo propter propositum recipiendi ecclesie sacramenta peccator absoluitur ergo ipsum absoluūt ecclesie sacramēta. et multomagis in sumptione sacramentorum peccator absoluitur q̄ in proposito ea sumendi. ideo nisi ea reciperet eēt mendax nō faciens q̄ dño in corde promisit et propterea si ipse postea non facit quod deo promisit et deus reuocat q̄ indulsit. quia frangenti fidem fides frangatur eidem vt dicunt mira. ¶ Et nota q̄ in hac peccatoris iustificatione quattuor concurrunt. que sūt gratie infusio motus liberi arbitrij ad bonuz cordis. contritio de malo. et peccati dimissio quo ad culpam. Psalmista quinquagesimonono. Commouisti terram scilicet per gratie infusionem et conturbasti eam scilicet per cordis contritionem. sana. contritionez eius scilicet peccati remissionē qz cōmota est scz per liberi arbitrū assēsionem. ¶ Sed si peccator in ipsa cordis contritione absoluitur anteqū perueniat ad sacerdotem vt hic innuitur quia dum irent mūdati sunt quid facit postea sacerdos et a q̄ absoluit eum. Ad hoc dicunt aliqui q̄ solus deus absoluit peccatorez a culpa in ipsa cordis contritione. Ysaie. xliij. Ego sum qui deleo iniquitatez tuam ꝓpter me. Sacerdos autem ostendit eum absolutum. Absoluit etiam eum a parte pene virtute clauium hoc sic communiter soluitur. Sz hoc nullo modo videtur sufficienter dictum q̄ christus non dixit. Petro quecunq̄ ostēderis absolutum sed quecunq̄ solueris vt dicitur. Math. xvi. Similiter Johā. xx. Nō dixit. Quorum remiseritis penas. peccatorum sed quorū remiseritis peccata. etc. Ite dictum est hic immediate supta q̄ in virtute sacramentorum que conferuntur a sacerdote tanq̄ a dei mistro. que etiam in verbis a sacerdote prolatis consistūt. que peccator proponit sumere remittitur ei peccatum. Et ideo dicendum. q̄ sacerdos ministerialiter et instrumētaliter peccatorem a peccato absoluit et non solum a peccato ostendit absolutum. Est enim sacerdos minister dei et eius instrumentum animatum. Et hoc optime ostēdit xp̄s in Lazari resuscitatione. per quez peccator ridēs ad dei gratiam designatur quem christus solus a mortuis reuocauit sed apostolis mandauit vt eum soluerent. Et sic patet q̄ Lazarus a christo fuit resuscitatus. ab apostolis absolutus. Similiter est in iustificatione peccatoris quem solus deus suscitat a morte culpe reddens ei gratiam suam. sed sacerdos absoluit eum a catenis peccatoruz quibus pro tali culpa ligatus tenebat. Exemplum rex vel potestas. cōsilio absoluit malefactorem qui tenetur in carcere in catenis et ministri regis vadunt ad carcerem et ex parte regis absoluunt eum a carcere et catenis et remittunt eum in domuz eius et reddunt ei omnia bona sua. Sic facit sacerdos qui tanq̄ minister dei absoluit peccatorem a catenis peccatorum et reducit eum in ecclesiaz dei. reddit sibi dona sua que ante peccatum fecerat et facit eum participem omnium bonorum que fiunt in ecclesia. dat ei cibum vite manducare scilicet corpus christi et docet eum quomodo debeat viuere et in vijs dei ambulare. et stare. Et sic patz q̄ magna habet sacerdos facere in iustificatione peccatoris et non solum ostendere eum absolutum. Et sic per ea que dicta sūt duo errores eliduntur. Primus est hereticorum qui dicunt nullū mīdari a petō nisi per impositionem manus cum tamen deus in ipsa contritione cordis peccata dimittat. Secundus est pauperū de lugduno dicētium non eē necessarium sacerdoti confiteri. quia quilibet bonus christianus est sacerdos. Et sic patet tercium. ¶ Quarto ponitur vnus de mūdatis regratiatio. quia vnus ex illis vt vidit. q̄ mundatus esset regressus est. Ubi quatuor notanda. Primum est beneficij q̄ cepti recognitio. quia vnus vt vidit quia mundatus est. i. cognouit se a christo esse mundatū. Sic peccator debet cognoscere immensum beneficium indulgentie petrī. a petrō. et super omnia carū tenere. qd̄ non faciunt qui pro nichilo proiciunt beneficium impensum iterum peccando. Secundum est festina ad benefactorē regressio. quia regressus est. Sic peccator positꝰ mundatus est debet redire ad deum per plenam satisfactionem. Sic redijt Magdalena de qua Gre. dicit q̄ tot habuit in se holocausta virtutum quot ante habuerat oblectamenta peccati. Deu. xxv. Pro mensura peccati erit et plagarū modus. Tercium est benefactoris diuulgatio. cōmendatio. quia cum voce magna magnificans deū Psalmi. Uenite audite et narrabo. o. qui te timent de. q. fe. ani. mee. Debet enim homo beneficia narrare ad laudem. gloriam dei. Luce. viij. Redi in domum tuam. et narra quanta fecit tibi deus. Psalmista. xxv. Narrabo omnia mirabilia tua. Sic narrauerunt illi quatuor viri leprosi qui stabant iuxta portam samarie quando obsidebatur ciuitas dicētes. Hec dies boni nuncij est. Et sequitur. Uenite. nunciemus in aula regis. iiij. Regum. vij. ¶ Quartum est humilis et deuota gratiarum actio. quia cecidit in faciem pedes eius gratias agens Psalmista. cij. Benedic anima mea do. et noli obliuisci omnes retributiones eius. Quia vt dicit Ber. Ingratitudo est ventus vrens siccans fontem pietatis. rorem misericordie fluenta gratie. Debet ergo peccator regratiari deo. q̄ a tot malis eripuit eum et tot bona contulit ei. Et nota q̄ boni cadunt in faciem sicut iste. quia videnti et considerant viam per quam vadūt in qua per humilitatem cadunt. Item ante pedes cadit ihesu qui beneficium mundationis sue ei attribuit sic faciunt boni. mali autem cadunt retro sicut Heli. i. Regum. iiij. Et ideo frangunt sibi collum. qz non vident. Ad maiorem commendationē istius additur. Et hic erat samaritanus

nus id est alienigena. Multi enim seculares magis recognoscunt beneficia dei q̄ domestici et clerici et religiosi qui ad gratiam maximā sunt vocati quā nō recognoscunt. Et multi sarracen magis recognoscunt beneficia dei q̄ plurimi christiani q̄ beneficijs pluribus dotati sunt. De quo dominus conqueritur dicens. Cognouit bos possessorem suum et asin⁹ presepe domini sui. id ē homines bestiales sine fide. Israel autem me nō cognouit Isaie. i. Et sic patet quartū. ¶ Quinto ponit reliquorum nouem exprobratio et regratiātis recommendatio/ quia respondens ihesus dixit. nonne decem mundati sunt et nouem vbi sunt. Ubi prius cōmemorat beneficiū collatum communiter dicens. Nonne decem mundati sunt. Secundo improperat culpam ingratorum dicens. Nouem vbi sunt. Querit enim non quasi ignoret. sed vt ostendat se ingratos tanq̄ incognitos reprobare Mathei. xxv. Amen dico vobis nescio vos. Tercio commendat gratitudinem redemptis dicens. Non est inuentus qui rediret et daret gloriam deo nisi hic alienigena. Quarto cōmēdatum licenciat vt vadat proficiendo in beneficio quod accepit dicens. Surge scz incipiendo vade proficiendo Psalmista. Ibunt de virtute in virtutem. fides tua saluum te fecit. scz in gratia sanctificando. et tandem ad vitam eternam perducendo. Johan. x. Ego vitam eternam do eis. Et sic patet quintū.

B Moraliter autem ad edificationē nostram nota q̄ per lepra intelligitur peccatum. et per leprosum peccator multiplici ratione. ¶ primo ratione originis. sicut enim lepra ortum habet ex corruptione quatuor humorum. sic peccatum ex corruptione et mala dispositione quatuor affectionum que sunt gaudium vanum. timor seruilis et mundanus. vana spes. et dolor malus. propterea dicit Boecius. Gaudia pelle pelle timorē spemq̄ fugato. nec dolor assit. Quando enim affectiones corrumpuntur et deordinantur anima efficitur leprosa. ita vt ab habitatione iustorum quo ad meritum proijciatur. Math. xxij. Ligatis manibus et pedibus proijcite eum in tenebras exteriores. ¶ Secundo ratione proprietatis et male operationis. Lepra enim septem malas proprietates habet et operationes significantes septem pcā mortalia. Prima est quia tumorem generat et signat superbiam. i. Corin. iij. Et vos inflati estis. Secunda est quia visum turbat et signat inuidiam que non potest videre bonum alterius malum autem videt libenter. propter hoc non recto oculis aspiciebat Saul Dauid. i. Regum xviij. Tercia est quia vocem aufert et in hoc signat iram/ quia ad litterā homo vitus non potest proferre verba. et si loquatur talia dicit q̄ videtur insanus. Propter hoc fratres Joseph non potuerūt et quicq̄ pacifice loqui. Genesis. xxxij. Et ideo verba irati non sunt attendenda. Quarta est quia membra inutilia reddit et detruncat et in hoc signat accidiam. Accidiosus enim vt piger nichil vult operari et omnia spiritualia sunt et in fastidium proueniunt. Ab scondit piger manū suam sub ascella. In eodem. xx. Propter frigus piger arare noluit. mendicabit ergo in estate et non dabitur ei. Quinta est quia sitim generat et in hoc signat auariciam. Auarus enim semper sitit et nunq̄ satiatur Eccli. quinto. Auarus non implebitur pecunia Proverbior. xxx. Tria sunt insatiabilia et quartum nunq̄ dicit sufficit. Infernus et os vulue et terra que nunq̄ saturat⁹. Ignis vero nunq̄ dicit sufficit. per ignes auaricia designatur quis sicut ignis ex appositione lignorum crescit. sic auaricia ex appositione diuitiarum. Et nota q̄ omnibus istis tribus insaturabilior est auaricia/ quia licet modo infernus nō saturetur tamen in die iudicij quando omnes mali et demones ibi recludentur satur erit. Similiter os vulue id est concupiscentia carnalis in senectute saturatur. terra essit quādo est magna inundatio aquaruz sanat in diluuio/ quia vt dicit. Hiere. cum cetera marcia senescant in homine sola auaricia non nescit. Similiter per magnam inundantiam diuitiarum non saturatur auarus. Dato q̄ ei⁹ diuitie cooperiant terram et vadant vsq̄ in frāciam. et vsq̄ vltramare ad nundinas. Similiter in iudicio quando infernus erit satur. tunc auarus sitiet omne bonum et nichil boni poterit habere. Sicut ille dives vnaz guttam aque nunq̄ potuit habere necvnq̄ habebit. Sexta est quia anhelitum fetidum habet sine fatu et in hoc signat luxuriam que facit hominem fetere coram deo et hominibus. Johannis. i. Computruerunt iumēta in stercore suo homines carnales. Sic fetuit Thamar cōtra fratre suo postq̄ concubuit cum ea. ij. Regū. xiij. Econtra virginitas facit homis redolere. cuius odorē sentiens vnicornis capitur in gremio virginis. Septimus est quia omnes bonos humores consumit et malos generat et in hoc gulā signat. Esaus enim omnia bona sua consumit et carnaliter et spiritualiter. Sic consumpsit bona sua filius prodigus viuendo luxurioše et per consequēs voluptuose. quia gula deseruit luxurie nec luxuria insurgit. nisi foueatur a gula. ob hoc etiam Esau vendiderat primogenita sua. Generatur etiam multa mala desideria in anima gulosi quia tota die concupiscit et desiderat. ¶ Tercio per lepram intelligitur hic peccatuz ratione curationis. quia sicut leprosuz solus deus potest curare eo q̄ est corruptio sanguinis in principio et fonte vite vbi generatur sanguis. scilicet in pulmone. sic peccatuz solus deus potest delere. eo q̄ est corruptum principium vite anime scilicz amor dei. quem solus deus potest in anima reparare. C Et nota q̄ in scripturis inueniuntur tribus modis leprā fuisse munda tam qui significant tres modos remissionis peccatorum. primus modus fuit in ablutione aque vt lepra naaman. quarti. Regum quinto. Et signat baptismum in quo omnia peccata mundantur. Sic fuit mundatus Constantinus corporaliter et spiritualiter. Hec fuit illa piscina de qua templorum pontifices habuerunt responsum q̄ in piscina sanguinis puerorum deberet Constantinus lauari. quia in baptismo virtus sanguinis christi operatur. et in eius virtute mundat baptismus. Secundus modus fuit in ostentione ad sacerdotes vt patet hic. et signat confessionem in qua q̄ per quā peccata mūdantur Jac. v. Cōfitemini alterutrum peccata vestra et orate pro inuicem saluemini. Tercius modus fuit in tactu manus christi. Mathei octauo. Extēdens ihesus manū suā te. e. d. vo. mū. Et signat bonam operationem. Nam si homo in peccato mortali existens non desperat. sed facit bona opera vt oret et ieiunet et faciat elemosinas dominus illuminat eum et non permittit eum perire sed reducit eum ad penitentiam. Hoc patet in Cornelio cēturione de quo dicitur Actuum. i. Elemosine tue et orationes tue ascenderunt in cōspectu dei. Et ideo ad eum missus est. Petrus vt baptizaret eum. Sed si homo negligit bene operari in peccato existens vt multi stulte faciunt dicentes ad quid michi prodest bene operari tunc deus derelinquit eum. Et sic patet tercium et consequēter totum de euangelio.

¶ De epistola. Sermo. xciij.

Spiritu ambulate et desideria carnis non perficietis Gal. v. Secundum quod dicunt sancti et philosophi et ad oculum patet homo constat ex anima et corpore. et ideo habet in se duas vitas et naturas scz carnalem et spūalem. In vita autē spirituali ratio est domina est que ipsam dirigit et gubernat. Comitantur etiam eā omnes virtutes et dona spūs sancti. habitat etiam deus in tali vita per gratiam. Proverbiorum. viij. Delicie mee esse cū filijs holm. Et quia talis vita est vita diuina et rationalis et ordinata virtuosa et gratiosa oportet necessario q̄ habeat operationis fructus. Econtra vita carnalis est sine regimine rationis. Et ideo est vita deordinata bestialis et viciosa. et deo et sanctis odiosa. Et ideo opz q̄ habeat pessimos fructus. Et ideo apostolus in presenti epistola ad vitam spūalem nos hortatur carnali repudiata vita cū fructibus. In qua quidem epistola quatuor facit. Primo ad vitam spiritualem nos hortatur carnali repudiata et huius rationē assignat. In principio epistole. Secundo malos fructus siue opera vite carnalis propter que homo a regno dei separatur enumerat ibi. Manifesta autem sunt opera carnis que sunt forni. ꝛc. Tercio vite spiritualis fructus et eorum vtilitatem recitat et assignat ibi. Fructus aūt spūs est charitas gaudiū pax. Quarto ostendit q̄ oēs veri christiani vitam carnalem abnegant ibi. Qui aūt sunt christi carnem suam crucifixerunt. Primo ergo apostolus ad spūalem vitam nos hortatur dicens. Spū ambulate id est in doctrina spirituali que est apostolica. Et huius rationem assignat duplicem. Primo est quia talis ambulatio valet contra concupiscentiam carnis que inordinate appetit delectabilia sensus. Et hoc est. Desideria carnis non perficietis vt in peccatum mortale non ruatis. et non dicit non habebitis/ quia hoc est impossibile. oportet enim desideria carnis habere et in eis saltē venialiter peccare Ecclesia. xviij. Fili post cōcupiscentias tuas non eas. ¶ Et q̄ posset aliquis dicere. est ne aliqua rebellio in homine inter carnem et spiritum. Respondet q̄ sic immo magna/ quia caro concupiscit aduersus spm. aduersus ea que ratio hois spūs sancti gra informata et illuminata dicit esse facienda. Dicitur aūt caro cōcupiscere sicut auris dicit audire. et

oculus videre. Anima ergo vel homo per carnem concupiscit sicut per oculum videt habet autē in anima talē malā concupiscē tiam a carne et in cruce. propterea caro concupiscere dicitur. Spūs autē concupiscit aduersus carnem id est aduersus ea q̄ caro inordinate appetit. et hec duo in homine repugnāt et sibiinuicem aduersant nec conueniunt. Et ideo homo non potest libere agere quod vult quis si vult agere opera spiritualia caro retardat et resistit et offerendo delectationem abducit eum et retardat eum. Si autē vult operari opera carnis. spiritus et ratio obsistit ostendens per rationem q̄talis operatio ducet eum ad malum finem et tormenta inferni. Et sic patet q̄ in natura hominis cōtinua pugna consistit. Romanor. vij. Video aliā legē in mēbris meis repugnantē le. mentis mee. Videt ergo ex hoc q̄ deus instituit natute ordinauerit eaz male. Ad hoc dicēdum q̄ deus non sic ordinauit naturā immo in magna pace creauit hominem Psalmista. lxxv. In pace factus est locus eius. Sed statim postq̄ fecit homo guerram cū deo contemnendo mandatum eius. et homo sensit hanc guerram in se inter animā et carnem. Sensit etiam guerram cū omnibus creaturis. ¶ Secūda est ratio quare secundū spiritū est ambulādum. quia si spū ducemini non estis sub lege sez timoris que est lex seruorum sed estis sub lege amoris et libertatis que est filiorum dei. Romanor. viij. Qui spiritu dei aguntur hi filij dei sunt Et. ij. Corinth. iij. Ubi spiritus domini ibi libertas Et. i. Thi. i. Iusto lex non est imposita. Et vt dictū est in precedenti epistola lex propter transgressores posita est. qui autem dicunt a spiritu sancto non transgrediunt. et ideo non sunt sub lege. optimum est ergo secundum spiritum ambulare ex quo homo liberat a lege seruitutis. et ponitur sub lege amoris. quia ex hoc magnum commodum prouenit homini quod est. Nā ex quo ex amore operatur omnia opera sunt ei leuia. et amor omnia grauia facit leuia. Math. xi. Jugū enī meū suaue est. et sarcina mea. Moraliter ergo videndū est circa hoc primū membrū in quib⁹ consistat vita spūalis. vtra quā caro purgat et in quibus cōsistat carnalis contra quā spūs pugnat. Circa primū nota q̄ vita spūalis in duob⁹ cōsistit. Primo in vere fidei receptiōe. Fides enī est fundamētū in vita spūali. i. Cor. iij. Fundamentū aūt aliud nemo pōt ponere p̄ter id quod positū est

christus iesus id est fides christo iesu quia in christo iesu tota siat fides. Oportet enī credere q̄ christus iesus sit verus deus et verus homo creator celi et terre. et q̄ sit remunerator bonorum et punitor malorum. et omnia alia que fides catholica tenet habet. xi. Credere enim oportet accedentem ad deum quia est et inquirentibus se remunerator sit. Secundo consistit in vere fidei et aliarum virtutum actione. quia quādo homini infunditur fides. infunduntur omnes alie virtutes. Et ideo oportet q̄ habeat secundum fidem et alias virtutes. aliter recipit alias in eo fides. virtutes essēt frustra et melius esset non habere Jaco. ij. Ostende michi fidem tuam ex operib⁹. Ostendo michi fidem tuam ex operib⁹. Item oportet q̄ spe recte vtatur. quod tunc est quando non in statibus et dignitatibus mundi vel diuitijs vel amicis ponit spem suam. sed in solo deo. Hiere. xvij. Benedictus vir qui confidit in domino. et erit dominus fiducia eius. Item oportet q̄ charitatem habeat ordinatam. quod tunc est quādo deum super omnia diligit sicut dātem sibi esse conseruantem in esse. redimētem a malo esse. et donantem optimum esse scilicet vitam eternam Luce. x. Dilige dominum deum tuum ex toto corde tuo. Similiter tunc est quādo animam suam post deum super omnia diligit et eius miseretur. Eccle. xxx. Miserere anime tue placēs deo. Similiter debet diligere proximum suum sicut seipsum. id est ad quod seipsum scilicet ad gratiam in presenti et gloriā in futuro. ¶ Item oportet q̄ prudentia vtatur in factis suis non prudētia carnis que inimica est anime et inimica ē deo et legi dei non est subiecta Romanorum. viij. Sz prudentia spiritus que est vite et pacis. que cōsistit in memoria preteritorum scilicet malorum q̄ deus intulit pcōtibus et preterum bonorū que deus contulit iustis vt et malis terreat. et caueat et ex bonis alliciat et diligat. Consistit scōo in dispositione p̄sētium vt hō facta sua ordinet ad bonū finem. et viuat sm rationem et prudenter dispenset bona sibi collata a deo Matth. xxv. Euge serue bone etc. Consistit tercio in cautela futurorum malorum vt scilicet sic egat ne mala futare vite incurrat. quia omnes manifestari oportet ante tribunal christi. vt referat vnusquisq̄ propria corpora pro ut gessit sive bona sive mala. ij. Corin. v. Et quid prodest homini si vniuersum mundum lucretur. anime vero sue detrimentū patiatur Mat. decimo sexto. ¶ Item opor-

tet q̄ in prosperis que deus homini p̄fert temperantia vtatur vt in parcitate viuat ne caro lasciuiat. et rebellet anime. Et ideo oportet esse temperatum in cibo et potu. Temperate etiam acquirat diuitias et temperate vtatur acquisitis. ne ad inopiā veniat quia vt dicitur. Eccle. xl. Vita⁹ est mori q̄ indigere Item prouerbiorum. xxx. Duo petiui a te ne deneges mihi antequam moriar. Vanitatem et mendacium longe fac a me. Mendicitatem et paupertatem. ne dederis michi. tantum victui meo tribue necessaria. Temperate etiam vtatur honoribus et dignitatibus ne in ipsis superbiat et proximū offendat Quia vt dicitur Eccle. xxxviij. Michi heri tibi hodie. Sicut fecisti michi fiat tibi. Item oportet q̄ in aduersis que homo patitur fortitudinem assumat ne per impatientiam frangatur vt patienter sustineat dispendia rerum et persone que deus permittit homini euenire in bonum suum. vt scilicet in ipsis purgetur. i. Petri. primo. Modicum nunc si contristari oportet in variis tentationibus vt probatio fidei vestre multo pretiosior sit auro q̄ per ignez probatur. Grego. Quod formant auro. quod flagellum grano. quod lima ferro. hec tribulatio viro iusto. Hanc fortitudinem habuit Job. in aduersis que deus ei euentre p̄misit. ¶ Ultimo oportet q̄ iuste viuat et quo ad deum et quo ad seipsum et quo ad proximum. Quo ad deum vt eius mandata obseruet et debitam reuerentiam exhibeat sicut domino et omnia ab eo recognoscat Hec omnia seruare summa iustitia est Quo ad seipsum vt anima dominetur et caro seruiat quod magna iustitia est. vt anima spōsa dei lumine rationis insignita virtutibus illustrata et donis spiritus sancti et altata dominetur carni ancille neq̄ de luto formate que est saccus stercorum. et cibus vermium et tandem in cinerem reuertura. Magna etiam iustitia est vt homo pugnat carnem suam que eum ad malum inducit et inimicitias in bello spirituali contra eū exercuit sicut occultus hostis. Quo ad proximum vero vt eum non decipiat et ei fidem seruet et breuiter quecunq̄ vellet sibi fieri debet proximo facere et quecunq̄ nollet sibi fieri non debet proximo inferre et hoc est valde iustum Mathei. vij. Quecunq̄ vultis vt faciunt vobis homines. et vos facite illis. Et sic patet q̄ vita spūalis cōsistit in receptione virtutum et bono vsu earum. Vita autem carnis in operibus carnis consistit que statim patebunt. Et sic p̄z primū. ¶ Secundo enumerat malos fructus siue mala opa vite carnis. Et pōit. xvij differentias operum carnis ad quas vult q̄ omnes alie reducantur si plures inuenientur. Et attende quia vt dicit Augustinus. Non hec omnia qui hic enumerat esse opera carnis ad voluptatem carnis pertinent sed vicia sunt animi vt inimicitie ire rixe. et similia. Credere etiam omnia mala accidere anime ex carne error est. Non enī omnia vicia vite inique attribuenda sunt carni ne ab his omnibus mundemus dyabolum qui carnem non habet. sed carnis nomine totum hominem significauit. sed pro tanto vicia carnis dicunt. quia homo viuendo sm carnem in hec vicia incidit. Numerus autem ipsorum sic accipitur. ¶ Primo enim ponuntur quattuor opera ad que voluptas carnis instigat. que sunt maioris infamie et minoris culpe scilicet fornicatio. immundicia impudicitia et luxuria. Fornicatio dicit ipsum opus luxurie. Immūdicia dicit opus luxurie cū masculo vel quocunq̄ alio preter mulierez. Impudicicia vero dicit impudicam vitā que pōt esse inter virum et vxorem. vt quando vir effrenate vtitur vxore. Luxuria autem dicit ipsum habitū malū quē homo per multas fornicationes acquisiuit. vnde luxuriosus dicitur qui ex malo habitu inclinatur vehemēter ad opera carnis et vult ea perficere. ¶ Secōo ponit. xi. alia opera que procedunt a peruersa voluntate a dyabolo instigata et moti que sunt minoris infamie et maioris culpe. Quorum primum scilicet ydolor. seruitus est directe contra deum quando sez honor soli deo debitus creaturis exhibetur. Alia vero decem sunt contra proximū que sunt veneficia vt quando mors alicui per venenum procuratur vel simili modo. Inimicitie vt quando quis odit et persequitur aliū. Contentiones. i. pugne verborum. Emulationes vt quando duo adinuicem contendunt. Ire id est subita tempestas anime et furor mentis. Rixe vt quando admodum se percutiunt. Dissensiones vt quando fiunt partes in populo vel scisma in ecclesia vt fecerunt Mathan. et Abyron. Secte que grece dicuntur hereses q̄ sunt in confessione errorum. Inuidie de alienis bonis. Homicidia quando iniuste homo occidetur. ¶ Tercio ponit duo alia opera ad q̄ inclinat voluptas et necessitas et ideo sūt maioris culpe et minoris infamie q̄ sūt ebrietates. i. potinue potationes et comessationes. i. superflue et assidue comessationes sicut diues epulo faciebat. qui epulabat quotidi

Universidad de Deusto
Biblioteca

splēdidit et his similia que predico vobis sicut dixi scz ad romanos quoniam qui talia agunt regnum dei non conse. sed in infernum demergentur Math. xxv. Discedite a me maligni in ignē eternum. Et sic ptz secundus. ¶ Tercio enumerat fructus vite spūalis et eorum vtilitatem assignat dicens. Fructus autem spiritus. ꝛc. D Vbi nota q ponit. xij. fructus vite spūalis quorum primus est charitas. que prout est primus fructus est ipsa vita spūalis. Est enim charitas coniunctio anime cum deo que est vita anime. sicut separatio anime a deo est mors Angusti. Vera mors ē quā homines non timent scilicet separatio anime a deo. Charitate amantur que amāde sunt que si habeatur sequitur gaudium. Et ideo secundus fructus est gaudium. qō est coniunctio conuenientis cum conuenīte scilicet anime cum deo per gratiam ꝛ potentiaz anime cum virtutib⁹ et donis spiritus sancti. et tunc in homine est verū gaudium. In pctōre vero vbi talis coniunctio non est non potest esse verum gaudium sed vanum ꝛ malum Augustinus. Quid est se culi gaudium nisi nequitia impunita scilz luxuriari. spectaculis vagari. ebriositate ingurgitari. et turpitudine fetere et nil pati malum vnde Seneca. Fundamētum bone mentis est non gaudere vanis. ad summa peruenit qui scit quo gaudeat. Tercius fructus est pax scilicet pax peccatoris ad deum et pax temporis ad proximum Joh. xiij. pacem relinquo vobis pacem meam do vobis. Romanoz. xij. Si fieri potest q ex vo. est cuz omnibus hoibus panē habētes. Sed pax non ad est peccatoribus: qz nec cum deo nec cum proximo pacem hñt. Isa. xvij. Non est pax impijs dicit dominus. ¶ Et nota q hi tres fructꝰ perfecte habebuntur in patria. in via autem imperfecte habentur. Item nota q hi tres fructus perficiunt animam quantum ad vera mala et vera bona: quia vera mala scilicet peccata excludunt ab anima. et vera bona scilicet virtutes et dona ponunt in eam. Tres vero fructus sequentes perficiunt hominem quantum ad malum pene. Tribus enī gradibus ascenditur ad hoc q aliquis pfecte se habeat ad malū pene. Primus gradus est patientia et ideo quartus fructus est patiētia q̄ in hoc attēdit vt hō nō labat in malum culpe propter mala pene q̄ de⁹ et cuentre gmittit. Patiētia autē pōt haberi pfecte. iuxta illō. Psal. Turbatus sum ꝛ non fum. ꝛc. Pōt etiā haberi minus perfecte vt cum quis aliquantulū turbatur. ¶ Quintus fructus est longanimitas que est lōga expectatio emotionis malorum que homo patitur vel acceptatiō bonorum que sperat. Eccle. i. Usq; in tempus sustinebit patiens et postea redditio iocunditatis. Non potest proficere patiēs qui ad horam sustinet malum pene. ex quo in hoc non perseuerat. ¶ Sextus est bonitas que est quedam dulcedo animi que facit vt homo non patiatur a malis pene. nec deducatur ab eis ad consentiendum a licui malo. quod fit quando homo habet dulcedinē spiritus sancti in corde ita q̄ dulcedine illa quasi quadam salsa dulcoratur tribulationes. Ecclesiastici. xxxiij. Spiritus meus super mel dulcis. Propter hanc dulcedinem martires non senserunt tormenta sed videbatur eis super flores ambulare cum incederent super carbones vt tyburcius. ¶ Tres fructus sequentes faciūt vt homo bene se habeat ad proximuz suum. ¶ Septimus ergo fructus est benignitas que cōsistit in suotum largitionē Unde. i. Cor. xiij. Charitas patiens est benigna est. i. larga dicit glosa. Et super illō ad Ephe. iiij. Estote inuicem benigni. i. de facultatibus vestris largi dicit glosa. Octauus est mansuetudo que attenditur in restabilitate ipsius persone vt homo sit tractabilis et sciat aliis conuenire. Quidam enim sunt facti sicut vitrum quod vix pōt tangi habentes illud apostema. noli me tāgere ¶ Sed quia frequenter tractabilitem solet comitari conuertibilitas ad malz ideo nonus fructus ponitur fides que hic in hoc attenditur vt homo talem se exhibeat vt in ipso merito confidatur vt confidentem in se non fallat. vel deserendo eī in aduersis vel defraudando eum in commissis vel altomodo. Quamuis glosa alio modo videatur hic accipere fidem vt scilz fides dicatur certitudo de inuisibilibus. ¶ Tres vero vltimi fructus faciunt vt homo bene se habeat circa bona transitoria quibus vtitur. Decimus ergo fructꝰ est modestia que in hoc attenditur ne in vsu temporalium quantum ad quantitatem curretur vt homo de temporalibus. nec nimis possideat nec nimia appetat. i. Thi. vi. Habentes alimenta et quib. te. h. cōten. simus. Undecimus fructus est continentia que in hoc loco attenditur ne homo qualitate rerū sensibilium seducatur vt bibulus seducitur dulcedine vini et gulosus dulcedine cibi et vir dulcedine vxoris. Sic fuit seducta mater nostra eua que videns pomum quod esset pulchrum oculis ad vescendum suaue accepit. et comedit deditq; viro Bene. iij. Seneca. Palatuz tuū fames excitet non sapores. ¶ Duodecimus fructus est castitas que in hoc loco attenditur ad supremum finē vsus temporaliū referatur. Anima em̄ est sponsa dei nuncij vero sibi missi a spōso suo sunt bona p̄sentia ad nūciandum aliquid ei de potentia sapientia et bonitate sponsi suivt p hoc in eius amore ardescat Augustinus. Domine celum ꝛ terra et mare et omnia que in eis sunt vndiq; dicunt michi vt amē te. Anima enim que nuncios amplectitur pro sponso adulterium spūale cōmittit. Unde contra castitatem de qua hic agitur facere videtur. ¶ Ultimo vero addit quandā vtilitatem dicens. Aduersus hmōi non est lex. id est qui talis agunt non sunt sub lege ergo sūt filij et si filij et heredes. Romano. viij. Et sic patet tercium. ¶ Quarto ostēdit q omnes veri christiani vitā carnalē abnegant vita spūali electa dicens. Qui autem sunt christi. ꝛc. Ubi nota q omnes homines sūt christi triplici ratione scz ratione creationis ratione conseruationis et ratione redemptionis. Sed per gratie inhabitationem et mandatoz implectionē solum christiani veri sunt christi qz christus in eis sicut in tēplo per gratiā habitat et ipsi christi mādata obseruant. Veri em̄ christiani carnem suā in cruce penitentie crucifigūt. In qua crucifixione oia vicia eneruantur. et concupiscentia debilitat. Sic crucifixit carnem suam beatus Benedictus qui per cutis vulnera edurit a corpore vulnus mētis vt dicit Gregoriꝰ. in dyalogo. In cruce enim omnia vicia apparent crucifixa. et omnes virtutes regnant. Nam ibi crucifixa est superbia et regnat humilitas/ quia ibi crucifixus est christus humilis et abiectus. Ibi crucifixa est auaricia et regnat largitas/ qz ibi christꝰ ad vnū verbū dedit regnum eternum latroni. Ibi crucifixa est gula et per consequēs luxuria ꝛ regnat tēperantia et castitas/ qz in ea crucifixus est christus famelicus et sitibundus. Ibi crucifixa est ira et regnat mānsuetudo qz in ea crucifixus est christus totus mānsuetus dicens. Pater ignosce illis qz nesciūt q̄d faciūt Luc. xxiij. Et breuiter discurrere p singula et inuenies oia vicia crucifixa in cruce ꝛ oēs virtutes maxime regnare vt di. Augustinus. Et qz veri christiani christū sequūtur in cruce penitentie. ideo in ea omnia vicia crucifigunt. Galla. ij. Christo confixus sum cruci Mat. x. Qui nō accipit crucē suā et sequit me nō est me dignꝰ. ꝛ sic pz q̄rtū ¶ Dñica. xv. de euangelio Sermo. xciij.

NEmo potest duobus dominis seruire. Math. vi. Euangelium hodiernū non est historiale sed totū doctrinale et continet altam et vtilem et necessariam doctrinam tam in principio q̄ in medio ꝛ in fine In quo quidē euāgelio christus tria facit. Primo ostēdit q singulare seruitiū quod deo debemus non possumus deo et alijs creaturis insimul exhibere. In principio euangelij. Secundo a nobis superfluā curam rerum temporalium nititur amouere ostendens per rationes et exempla q̄ deꝰ in necessarijs nobis non desinet prouidere ibi. Ideo dico vobis ne solliciti sitis anime vestre quid māducabimus. Tercio ostendit quid in tota vita nostra querere debemus et ad quem finem opera nostra principaliter ordinare ibi. Querite primo regnum dei et iu. eius. Primus ergo ostendit q singulare seruitium quod deo debemus non possumus alicui alteri simul impendere. d. Nemo potest duob⁹ dominis seruire scz inter se differentibus Crisostō. Duos autem dicit qui contraria inungūt. Concordia enim multos vnum facit reddit rationem. Aut em̄ scz diabolum odio habebit quia odibilis est. et alterum scz deum diligit et tunc rectū erit seruitiū et dignum vita eterna. Aut vnum scz diabolum sustinebit. Augustinus. Non quidem diliget. nemo enim diabolum diligit sed sua cupiditate implicatus patitur euz vt si quis aliene ancille cōiunctus propter suam cupiditatem duram patiatur seruitutem etiam si non amat illum cuius ancillam diligit et alterum id est deum contemnet. Augu. Nunquid deum odio habebit nullius enim conscientia deum odisse potest. ¶ Idem in retractione eiusdē dicit scz q̄ nullius conscientia deū odiat. Non video fuisse dicendum. q̄ nullius conscientia deum odiat. Multi enim sunt de q̄bus scriptum est. Superbia eorum qui te oderunt ascendit semper. Ad hoc dicendum q̄ nulla creatura odit deum affectu ꝛ si effectu. nec etiā diabolus odit deū in quantū deus sed in quantuz punit̄ est sicut latro non odit iudicē in quantū hō sed in quantū iudex est et vider. Sic ergo sustinēdo diabolū. i. eius suggestiones ꝛ tēptatiōes recī-

Piendo et faciendo et contemnendo deum preceptis suis. tale seruitium erit peruersum et iniquum et dignum morte eterna. ¶ Et q̃ hoc dictum generale de duobus dominis de deo et diabolo sicut expositũ est intelligatur subdit specificans hoc et dicit. Non potestis deo seruire ꝛ mammone. Wãmona vt dicit glosa est nomen demonis qui preest diuitijs non quidem q̃ in eius ditione sint sed quia laqueis diuitiarum vtitur ad decipiendum Criso. Nõ solũ in hoc nocent diuitie quia latrones contra nos armant et intellectum obtenebrant. sed quia a seruitute dei nos expellunt in suam captiuitatem. Ideo qui vult deum amare necessarium est vt oderit diuitias. Et qui vult auaricie mandata facere necesse est vt contemnat mandata dei Wãmona etiam vt dicit Hieronimus, syra lingua diuitie nuncupãtur. Audiat ergo hoc auarus qui censetur vocabulo christiano non posse simul diuitijs christoq̃ seruire. Et tamen non dixit qui habet diuitias. sed qui seruit diuitijs. qui enim diuitiarũ seruus est diuitias custodit vt seruus. qui autem seruitutis exuit iugum distribuit eas vt dominus Augustinus. Qui ergo seruit mammone id est diuitijs. illi vtiq̃ seruit qui rebus istis terrenis merito sue prauitatis proposuit princeps huius seculi a domino dicitur. ¶ Nota autem circa hoc membrum primum q̃ Fuis hoc dictum nemo potest duobus dominis seruire principaliter videatur intelligi de deo diuitijs tamen potest optime exponi de quatuor. scz de deo et diabolo. de diuitiarum cupiditate et charitate. de anima et corpore et de mundo et christiana religione. ¶ Primo igit̃ exponitur de deo et diabolo. nemo enim potest deo et diabolo seruire propter quinq̃. F primo ꝓpter vestium ministrorum christi preciositatẽ. Omnes enim ministri dei habent preciosissimas vestes anime Prouerbio. vltimo. Stragulatam vestem fecit sibi bissum et purpura indumentũ eius. Vestis stragulata id est varia est vestis virtutũ et donorum spũs sancti q̃ christianus induit in baptismo p̃ quã sit innocẽs et mũdus ꝛ virtꝰ sanguinis christi tũc ei applicat. Et hoc ẽ qõ sequit. Bissus ꝛ purpura indumentũ eiꝰ. Bissus est alba et mũda et purpura rubea sanguine cõche tincta. Cãtico. v. Dilectꝰ meus cãdidꝰ et rubicũdꝰ. Hoc figuratũ ẽ Exo. xxviij. vbi dñs mãdauit moysi ꝛ aarõ quãdo ministrarẽt deo deberent induere vestes preciosas in quibus lapides erant preciosi sculpi. ꝛ similiter omnes leuite deo ministraturi in tabernaculo debebant vestibus pretiosis indui. Diabolo autẽ nullus potest seruire in veste preciosa anime quia statim q̃ incipit aliquis diabolo seruire exuit eum predictes veste et induit vestem pannosam et vituperabilem et efficitur vir confusus valde. Delectatur enim diabolus in lute sicut porcus. et non vult vt apis in floribus commorari. Unde esset in porcos rogauit mitti expulsus ab homine vt patet Mathei. viij. ¶ Hoc fuit figuratum in ambasiatoribus et nunctijs. Dauid qui tuerunt ad consolandum regem Amon super mortem patris quibus fecit medias barbas radi ꝛ precidi vestes vsq̃ ad nates et fuerunt viri confusi turpiter valde. ij. Regum. x. Similiter fratres Joseph statim vt peruenit ad eos exuerunt eũ tunica polimita et talari. Sic facit dñs mones seruitoribus suis. ¶ Secũdo propter mundicie ministrorum diuersitatem. Deus enim requirit in ministris suis solã mundiciam cordis et mentis Psal. Ambulãs in via immaculata hic michi ministrat et de mundicia corporis non curat. Proicit exemplum de Hallia filia consulis. q̃ nisi acciperet virum, haberet barbam. in dyalo. ẽ Diabolus autẽ in ministris suis vult immundiciam cordis et mentis. De corporis vero mundicia multum curat q̃ per pulchritudinem multos peccare facit. Sapiẽ. xiij. Creature dei in odium facte sunt in tentationem anime hominum ꝛ in muscipulam pedibus insipientiũ. ¶ Tercio propter ministrorum dei generositatẽ. Nam omnes ministri dei sunt filij dei regis eterni. i. Johan. iij. Charissimi filij dei sumus sed nondum apparuit quod erimꝰ et ideo omnes sunt reges. Propter quod dicit grego. q̃ seruire deo regnare ẽ. Ministri autem diaboli omnes sunt spũs et serui vilissimi peccatorum. In omni enim petõ mortali anima cum diabolo mechat. propter quod homo efficitur spurius diaboli et seruus peccati Johan. viij. Vos ex patre diabolo estis Ibidem. Qui facit peccatum seruus est peccati. ¶ Quarto nemo põt deo et diabolo seruire ꝓpter materie in qua ministrant diuersitatem. nã omnes ministri dei ministrant ei in luce et in operibus lucis. scz in operibus virtuosis ꝛ iusticia et sanctitate. Luce. i. Seruiamus illi in sanctitate et iusticia. Ministri autem diaboli ministrãt ei i tenebris et i opib⁹ ſcis.

brosis. scilicet in operibus peccatoꝝ que in tenebris sunt ꝛ ad tenebras ducunt: qz omnis qui male agit odit lucem Jo. tercio ¶ Quinto propter ministrorum christi cõcordiam ꝛ pacem nam omnes ministri dei sunt charitate vniti et per consequens humiles et pacifici Johannis. xv. Qui facit concordiam in sublimibus suis. Psal. Nõ habitat in medio domus mee qui facit superbiam. Ministri autem dyaboli non sũt in charitate vniti sed sunt diuersi ꝛ discordes. Unde propriũ ꝛ speciales ministri dyaboli sunt homines partiales scz guelfi et gebelli albi et nigri Luce. xi. Qui non colligit mecum dispergit. Nullum opus est ita dyabolicum sicut scisma in ecclesia. et diuisio in populo. ¶ Secundo exponi põt de diuitiarum cupiditate et charitate. nemo potest enim diuitijs et charitati seruire propter quinq̃. F Nam propter quinq̃ dicetur cupidus vel auarus seruire diuitijs que ad seruum pertinent propter quod dicitur seruus diuitiarũ q̃ omnia aduersantur charitati. primum est qz cupidus custodit diuitias vt seruus et nõ distribuit eas vt dominus non enim habz super eas potestatem nisi sicut seruus Ecclesiastes. vi. Est aliud malum quod vidi sub sole et quidem frequens apud homines. vir cui deus dedit diuitias et substãtiam et honorem et nichil deest anime sue ex omnibus que desiderat. nec tribuit ei deus potestatem vt comedat ex eo. sed homo extraneus vorabit illud. Quia vt dicit Bernar. Si interrogetur auarus. Nonne bonum est dare diuitias perituras. et recipere in eternum mensuras. dare substantiam temporalem. et recipere regnũ eternum. Respondebit q̃ sic. Et si iterum petatur quare hoc non facis dicit quia non possum quia non habeo gratiam largiendi. Auarus enim non potest propria largiri. Charitas autem benigna est. i. larga egenis. et propria facit communia vt dicit augustinus. Secundum est q̃ auarus totum tempus suum et totam vitam suam consumit in congregatione diuitiarum sicut seruus in obsequio domini sui. Seruus enim non laborat sibi sz dño quia vt dicit phũs seruus non est causa sui sed domini. Sic auarus non laborat sibi quia homo extraneus vorabit illud nec est causa sui sed diuitiarũ vnde auarus aranee comparatur que se enitit vt capiat vnam muscam. Psal. lxxxix. Anni nostri sicut aranea meditabũtur. Charitas autem per omne tempus dispergit et dat pauperibus. Psalmista. Dispersit dedit pauperibus. Prouerbiorum. xi. Alij diuidunt propria et ditiores fiũt. alij rapiunt nõ sua et semper in egestate sunt In qua dispersione charitas non consumitur sed augetur. ¶ Tercium est quia auarus hz diuitias extra se ipsum sicut seruus dominum suum extra se ipsum reputat carioremve sicut seruus omnia bona domus et pretiosiora que habet dat comedere domino. et ipse comedit viliora et bonas vestes emit domino et ipse indut viles. Sic auarus omnia bona vendit vt augeat pecuniam. et ipse comedit peiora et quod peius est animam suam pro pecunia vendit. Eccle. x. Auaro nichil ẽ sceleſtius. Vide eñ animam suam venalem habet. Charitas autem nichil pretiosius reputat se. Sapiẽtie. vij. Nec comparauit illi lapidem pretiosum quoniam omne aurum in comparatione illius ar. est exi. immo omnis alia dicit nichil esse et nichil valere sine se. i. Cor. xiij. Si linguis hominũ loquar et an. charitatem autem nõ habeã nichil sum. ¶ Quartum est quia auarus obedit per omnia diuitijs sicut seruus domino Math. viij. Dico huic vade. et vadit et seruo meo fac hoc et facit. Et magis obedit auarus diuitijs q̃ deo. Nam deus mandat non fenerari nec iniuste lucrari nec pro pecunia lucranda vel acquirendo falsum dicere vel deierare. Totum autem contrarium dicit pecunia congreganda. Unde super hoc loco dicit glosa. seruire pecunie deum negare est. Et ab apho. Auaricia dicitur ydolorum seruitus. quia auarus dereliquit deo totaz spem suam et amorem posuit in pecunia de cena illa Eccle. x. Pecunie obediunt omnia. Charitas autem super omnia diligit deum ꝛ eius mandatis obedit. nec pro aliqua re a deo separatur. Romanorum. viij. Quis nos separabit a charitate xpi quasi diceret nichil. ¶ Quintum est quia auarꝰ non est heres diuitiarũ sicut seruus nõ hereditat bona domini sui Job. xxvij. Diues cum dormierit nichil secũ auferet. Charitas aũt manet cũ hoie in eternum. i. Cor. xiij. Charitas nunq̃ accidit. ¶ Propter hec quinq̃ nullꝰ pt charitati ꝛ diuitijs seruire. ¶ Et attẽde q̃ licz hõ nõ posset diuitijs seruire charitatẽ hñdo põt tñ eas cuz charitate possidere vt Abrãm Dauid. Qõ põt fieri tripliciter. Primo qñ hõ tenet diuitias ad honorem dei vt pontifices et prelati qui magnas diuitias habent et augẽt patrimonia ecclesiarũ Psal. lxi. Si opes ꝛ di

uitse in domo eius. ¶ Secundo quando homo tenet et congregat diuitias sibi et posteritati sue ne furetur et mendicet. sed vinat ad honorem dei fm statum suum et deinde ipsis pauperibus benefacit scom quod potest sicut Abrahã et alij patriarche suis filijs thesaurisaverunt. Tercio quando homo omnes diuitias suas distribuit pauperib⁹. et ad ptas causas. Et iste modus est perfectorũ Mathei.xix. Si vis perfectus esse. vade et vende omnia que habes et da pauperibus. ¶ Tercio potest exponi de anima et de carne. Nemo enim potest anime et carni insimul seruire. quia vt dicit apostolus ad Galat.v. Caro concupiscit aduersus spũm et spiritus aduersus carnem. hec enim sibiinuicem aduersantur et ideo cum sint contraria sicut opera vtriusq; vt in precedenti epistola patuit nullus potest vtriq; seruire. Caro enim est ancilla nequam que statim q̃ vi aliquantulum seruitur prote ruit in dominam suam scilicet, in animam. hoc fuit figuratum in Agar ancilla Sare. que statim q̃ Sare seruiuit et dans eam viro suo vxorem et cõcepisse se videns desperit dominam suam vt patet Gen.xvi. ¶ Quarto potest exponi de mundo et christiana religione. Multi enim credunt se posse seruire mundo et vt veri christiani viuere quod falsum ẽ.iij. Regum.xviij. Usquequo claudicatis in duas partes. Eccle.ij. Ue peccatori terram ingredienti duabus vñ. Mũdus enim sibi requirit seruiri in gaudio et leticia et honoribus et diuitijs et prosperitate multa et qui hec non habet spernit et abijcitur. Christiana vero religio vult sibi seruiri in lamento penitentie. in contemptu bonoꝝ in dispersione diuitiarum in infirmitate et aduersitate. Quis vt dicit Hieronimus. Non est christiane dignitatis in temporalibus prosperari. Et qui hec temporalia spernunt xp̃iana religio recepit leta facie dicens eos beatos esse. Mathei.v. Beati pauperes spiritu. et sic patet primum. ¶ Secundo remouet a nobis superfluam curam rerum temporaliuꝝ ostendens per rationes et exempla q̃ de⁹ in necessarijs nobis prouidebit dicens. Ideo dico vobis. ne solliciti sitis anime vestre quid manducabim⁹ Crisostomus. Non hoc dicit q̃ anima indigeat cibo. in corporea enim est. sed fm communem consuetudinẽ locutus est. Anima enim non potest mori in corpore nisi eo cibato. Uel anima pro animali vita posita est vt dicit Augustinus scom illud. Anima eius in sanguine est. i. vita animalis. Neq; solliciti sitis corpori vestro quid induamini. Principium enim tentationis auaricie est esse sollicitum de necessarijs corporis quia vt dicit gregorius primo dyalogorum sollicitat querere necessaria postea superflua Hiero. Precipit ergo nobis ne solliciti simus quid comedamus vt scilicet ne cura temporalium retrahamur ab eternis. sz quia in sudore vultus preparamus nobis panem ergo labor exercendus est sollicitudo tollenda que mẽtem perturbat dum timet ne autem posset sa depereant aut elaborata nõ contingãt. ¶ Nonne anima plus est q̃ esca. ꝛc. Uidebat intentum suum q̃ deus necessaria nobis prouidebit. S Et ponit ad hoc quattuor rationes. Prima est a maiori ad minus ascendens: quia si deus quod maius est nobis tribuit. s. animam et corpus multomagis quod minus est tribuet. s. escam et vestimentum. sicut qui donat equum donat et frenum Hiero. Qui maiora prestitit vtiq; minora prestabit. et in promissis veritatis nemo dubitet: quia si non sumus digni talia accipere tamen decet deum talia dare. Hic cadit exemplum alexandri q̃ petenti sibi dare vnam domum dedit ciuitatem dicens: ꝛ si non decet te talia accipere. tamen decet me talia dare. ¶ Respicite volatilia celi. Hec est secunda ratio de minori ad maius ascendens. quia si pater pascit animalia et aues de domo sua multomagis credendum est q̃ pascat et nos. Sic deus et pater noster cum pascat volatilia celi que non laborant neq; metent. neq; congregant in horrea que deus etiam in seruicium hominum produxit. multomagis pascet nos qui sumus valde cari ei vt pote care empti. Sumus etiã sine comparatione maioris et pluris precij et reputationis q̃ illa apud deũ. Crisostomus. Omnia animalia deus propter hominem fecit. hominem autem propter se. Quanto autem pretiosior est hominis creatio tanto maior est domini sollicitudo de ipso. Si ergo aues non laborantes inueniũt escas. homo nõ inueniet cui deus dedit et operandi scientiam et fructificandi spem. Est etiam hec ratio exempluꝝ quia in exemplo volatilũ generat nobis spem de necessarijs vite. ¶ Quis aũt vestrũ cogitans adijcere põt ad staturã suã cubitũ vnũ. hec ẽ tercia ratio q̃ talis est. Qui dat alicui rem aliquam dat ei illa sine q̃b⁹ res illa nec haberi nec in vsu esse põt sicut de⁹ qui dat oculus homini habet lucem solis sine qua oculus nõ videt. Omnis autem esca ordinatur ad incrementum corporis acquirendum vel cõseruandum. Si ergo prouidentia diuina p singulos dies incrementa corporis nostri nobis non intelligentibus operatur. ꝛ ad tale incrementum per omnem nostram solicitudinem nichil possumus addere vel minuere credendus est omnino et firmiter sperandum q̃ eadem prouidentia nobis necessaria preparabuntur sine quibus ad tale incrementum corporis non possumus peruenire Glosa. Illi curam regendi corporis relinquite qui id ad hanc mensuram fecit peruenire. ¶ Uel potest dici q̃ hic p bat q̃ talis sollicitudo superflua est: quia sicut ad tale corporis incrementum ad qõ vite necessaria ordinantur per cogitatum et sollicitudinem nichil possumus addere vel diminuere. ita per nostrum cogitatum vel sollicitudinem non possumus necessaria procurare quia nisi deus daret operibus nostris effectum et benedictionem suam infundendo aquam solem et ventos et alia huiusmodi faciendo terra penitus nichil fructificaret ergo ipse facit abundantiam ꝛ charitatem. ¶ Et de vestimento ꝯd solliciti estis. Hec est quarta rõ siue exemplum q̃ non debemus esse solliciti de vestimentis sicut nec de cibis quia invitoꝝ nobis deus prouidebit. Que talis est. Si in vilibus rebus que modico tempore durãt diuina prouidentia mirabiliter operatur conferendo eis pulcherrimum vestimentũ et producendo ad debitum incrementum. que tamen non laborant vt homines neq; nent siue filant vt femine. quantomagis eadem prouidentia nobis nobilibus creaturis vipote ad imaginem dei factis et in eternum victuris vestes necessario conferentur. Crisostomus. Hoc aũt dicens non opus p hibuit sed sollicitudinem sicut et supra eũ de seminatore loqueretur. Est ergo hec ẽ tia ratio etiã exẽplum quia docet nos prospe habẽda vestimentoꝝ lilia agri cõsiderate que deus mirabili candore vestit sine sui sollicitudine et labore ita q̃ Salomon qui fuit super omnes reges gloriosus tamen in omni gloria sua tam potentie et sapientie et diuitiaꝝ nunq; fuit sic gloriose et pulchre vestitus glosa. Que purpura resũ. que pictura textricum potest floribus comparari. ¶ Item ipse candor dicit operimentum florum sicut dicimus. operuit illũ rubor. Si ergo fenum quod hodie est et cras id est in futurum in clibanũ mittitur

id est in acernum qui habet similitudinez clibani congregatur deus sic vestit. quanto vos modice fidei. Glosa. Per modica fides est que nec de minimis certa est. Charissimi hoc vestimentum nondum apparet in nobis sed apparebit i gloria resurrectionis quando corpora nostra induent candorem sicut sol Math.xiij. Fulgebunt iusti sicut sol. ¶ Ultimo concludit dicens. Nolite ergo solliciti esse ꝛc. Y Et ad hoc ostendendum duas rationes adducit. Prima est ex parte nostra que est quia nos non sumus vt gentes que dei prouidentiã in rebus humanis non credunt sed omnia credunt a casu ꝛ fortũa euenire et ideo sũt solliciti necessaria inquirere ꝛ recipere pl⁹ debito. Crisostomus. Quia in rebus humanis fortunam credunt esse non prouidentiam neq; indicio dei vitas suas gubernari estimant sed incerto duci euentu. ideo merito timent et desperant quasi qui neminẽ habeant gubernatorem. Nos autem credimus diuina prouidentia omnia gubernari Boetius. O qui perpetua mundum ratione gubernas immobilis stabilisq; manens dans cuncta moueri. et ideo in manu dei nos et nostra committere debemus. Crisostomus. Qui autẽ dei iudicio credit se gubernari escam suam in manu dei committat. Secunda ratio est ex parte dei quia cuz ipse sit pater noster et sciat nos omnib⁹ his indigere non poterit nos deserere. Crisostomus. Non autem dicit scit deus. sz pater vester. vt eos in maiorem spem ducat. Si enim pater est non poterit despicere filios cum nec homines patres hec sustineant qualis esset pater qui sustinet etiam necessaria vite filijs non dare. Si autem essem superflua non ita oportet confidere. Et ideo dixit q̃ his omnibus indigetis vt magis sollicitudinem abijciamus. Notandum autem q̃ per omnia ista verba christus ad duo nos inducit scilicet vt curam superfluam tẽporalem abijciamus. et vt de dei prouidẽtia confidamus. J Et ideo sciendum est q̃ dupler est sollicitudo temporalium vna necessaria ad vitam humanam que permittitur immo precipitur quia nisi homo esset sollicitus serere tempore suo mẽdicaret et mozeretur Prouer.xx. propter frigus arare noluit mendicabit ergo estate et nõ dabitur ei. Ecclesiastes tercio. Tempus spargendi et temp⁹ colligendi. Quedam enim deus disposuit et ordinauit per nostram sollicitudinem fieri. Genesis tercio. In sudore vultus tui vesceris pane tuo Psalmi

sta. cxxvij. Labores manuū tuaꝝ qꝝ mā ducabis beat⁹ es ⁊ bene tibi erit. Dia ergo q̄ certa et determinata tēpora requrūt debemus solicite suis temporibus facere et gubernare. Ecclesiastes tercio. Oīa tēpus habent et suis spaciis transeunt vniuersa Alia est sollicitudo superflua et que ad nos nō pertinet sed ad deuꝫ. Unde glosa dicit hic. est alia sollicitudo superflua ex vicio hominum quando fructus et pecunia em plusq̄ necessarium est reseruant et dimissis spiritualibus illis intenti sunt quasi de bonitate dei desperantes. et hec prohibetur. Si autem aliquis esset certus sicut Joseph q̄ terra in sequēti anno vel vsq̄ ad certum tempus non fructificaret tūc homo posset esse sollicitus pro illo tempore et vsq̄ ad illud tempus fructus seruare sicut Joseph fecit. Sic licet de oleo in sequentem annum reseruare. quia oliue vt in plurimum vno anno ferunt fructum et alio anno non. Sed cum terram deus omni anno faciat fructificare. superfluum est de sequenti anno cogitare. q̄ ergo homo dimittat spiritualia vt ire ad ecclesiam audire missam et predicationem et huiusmodi propter opera manualia quia timet inedia cōsumi nisi sic faceret. ista est superflua cura de dei bonitate diffidens Debet ēm homo sperare q̄ sicut deus dat sibi pacem hoc anno ⁊ suauitatē sic in seq̄ntib⁹ dabit. Tercio ostendit quid in tota vita nostra principaliter querere debemus et ad quē finem omnia opera nostra principaliter ordinare debemus dicens Querite primum regnuꝫ dei scilicet principaliter omnibus terrenis .i. preponendo et omnia propter illud faciendo et iusticiam eius scilicet regni que scilicet ducit ad regnum quia non omnis iusticia ducit ad regnum. Mathei. quinto Nisi abūdauerit iusticia vestra pl⁹ q̄ scribarum et phariseorum non intrabitis in regnum celorum Justicia vero regni est omnia que christus docuit obseruare. et hec omnia adūcientur vobis. Glo. Aliō est quod principaliter datur aliud superadditur quia eternitas debet esse in intentione temporalitas vero in vsu. Alia glo. Omnia sunt filiorum Et ideo hic omnia adūciētur vobis non querentibus quibus si subtrahuntur est ad probationem vt scilicet patientiam coronantur. Si vero datur est gratiarum actiōes et vt per bonam dispositionem mereatur Mathei. xxv. Euge serue bone et fidelis. quia super pauca fuisti fidelis super multa te constituam. ¶ Nota ergo q̄ dominus in verbis istis vitam nostram ordinare intendit vt ordinate viuamus. i. Corinth. xvij. Omnia honeste et secundum ordinem fiant in vobis. Hic autem est rectus ordo vite nostre vt primum et super omnia deum queramus qui est regnum dei Lu. xvij. Regnum dei intra vos est. Secūdo queramus facere opera iusta et esse virtuosi propter quod perueniamus ad regnum dei Math. vndecimo. Regnū celorum vim patitur et violenti. i. iusti et virtuosi rapiunt illud. Bona autem temporalia non debemus querere propter se sed propter bona gratie vt in gratia dei viuamus et tandem ad bona glorie perducamur. Non enim possumus sine vita merere. Uita enim sine bonis temporalibus cō seruari non potest. Et sic patet q̄ bona tēporalia ordinantur ad bona gratie et ad bona glorie. ℟ Et per consequens patet quod hic dicitur scilicet q̄ querentibus primum regnum dei et iusticiam eius omnia temporalia adūciuntur quod tripliciter ostenditur. Primo quia qui habet principale habet accessorium sicut qui habet agrum habet fructum eius et qui habet vrotem habet dotes eius. Cum ergo vt dictum ē bona temporalia ad bona gratie ordinentur. ⁊ bona gratie ad bona glorie. sequitur q̄ qui habet bona glorie habet bona gratie. Est enim gloria gratia cōsummata. et qui habet bona gratie habet bona temporalia Math. xix. Centuplum accipietis et vitam eternam possidebitis ¶ Secundo quia qui querit regnum dei et iusticiam eius est filius dei. filius autez est heres patris in omnib⁹ bonis suis. omnia ergo bona dei habent filij dei. Cur igitur omnia bona sint a deo sequitur q̄ omnia bona sint filiorum dei. Sed in donatione bonorum temporalium deus facit sicut bonus medicus qui subtrahit infirmo multa que ipse vellet quia sunt ei nocina. soluz autem ei concedit illa que sunt ei proficua sic similiter deus facit Augustinus. Scit celestis medicus quid nobis daturus est ad consolationem et quid subtracturus ē ad exercitationem. Non enim homo sine causa tumento sua cibaria subtrahit multomagis deus filijs suis non sine causa tēporalia subtrahit. Idem. Cum petitis rem portalia cum' modo petite. et cum timore illi committite vt si prosint det. si autem scit obesse non det. Quid autem prosit et obsit medicus nouit et non egrotus.

¶ Tercio quia qui querit primum regnum dei et iusticiam eius militat deo et fit miles eius. sed nemo militat suis stipendijs vnq̄. i. Corin. ix. Cum enī deo militare sine bonis temporalibus non possumus manifestum est q̄ nobis ea prebebit Ambrosi. Indecorum est homini curare de cibo vel veste qui militat regno. nouit rex quomodo militiam suam parcat alat et vestiat. Sic pauit populuz suum in deserto. xl. annis sic pauit heliam per coruum multo tempore vt patet. iij. Regum. xvij. Sic etiam modo inuisibiliter pascit omnes seruos suos. Et quis pascit predicatores et ministros et alios multos nichil habentes nisi ipse qui mouet homines ad benefaciēdum eis. ¶ In fine nota q̄ circa hanc vitā ordinatam mundus tripliciter errat. Primo quia principaliter et summopere bona temporalia querit scilicet sanitatem diuitias honores et delitias et secundario et quasi per accidens querit bona gratie scilicet iusticiam regni. Totus enim mundus et clerici ⁊ laici videntur ad predicta bona desuxisse et in eis bonum suum constituisse Psalmista. cxliij. Beatum dixerunt populum cui hec sunt. Secūdo errat quia regnū dei vltimo querit scilicet in morte. Quando enim peccator nō potest plus viuere vt quando credit mortem imminere tunc queritregnum dei ⁊ accipit exemplum a latrone in cruce sed non a Johanne baptista. q̄ a cunabulis fuit sanctus. Contra quod nota exemplum de quinq̄ virginibus fatuis que petierunt oleum media nocte id est imminente morte et non habuerunt et sic lāpades earum sunt extincte et ipse exclusē sunt a regno. ¶ Uercio quia querit regnū dei sed non iusticiam eius omnis enim homo vult esse beatus quia vt dicit boe. Mēbibus hominum naturaliter summi boni cupido incerta est sed opera beatitudinis non curat facere tota die fabricat domum in inferno et habitat in paradiso. Contra quod nota exemplum de filijs zebedei qui petierunt considere christo in gloria ſz nō laborare cum eo in pena. Et ideo null⁹ cōfidat se habere regnum sine iusticia regni cum isti consobrini christi non potuerunt regnum aliter habere seu obtinere. Luce viceſimosecundo. Uos estis qui permansistis mecum in tentationibus meis et ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnum. Et sic patet tercium. et consequenter totum.

SI spiritu viuimus spiritu et ambulemus Galla. vi Duplex est vita. scz spūalis et corporalis. Uita corporalis cōsistit in vnione anime et corporis. Uita spūalis cōsistit in vnione anime cum deo. Uniuntur enī deo anime per gratiam suam in presenti et in futuro vniuetur per gloriam que vnio vitā causabit. Omnis enim christianus regeneratus per baptismum in filium dei debet hac vita viuere. ad quam vitam in presenti epistola apostol⁹ nos hortatur. In qua quidem epistola quatuor facit. Primo hortatur omnes q̄ per viam spūs sancti. que est via virtutum via viciorum dimissa debeant ambulare. In principio epistole. Secundo ostendit qualiter superiores respectu inferiorum in hac vita teneantur incedere et manere ibi. Fratres et si preoccupatus fuerit homo in aliq̄ delicto. ꝛc. Tercio ostendit quō inferiores in hac vita respectu superiorum debeant se habere ibi. Communicet autem dis qui catheziżant. ꝛc. Quarto hortat omnes superiores ⁊ inferiores in hac vita perseuerare ibi. Bonū autem facientes non deficiamus. ¶ Primo ergo hortatur omnes non distinguendo maiores a minoribus vel aliquem gradum in hominibus ponendo vt ambulent per viam virtutum ⁊ viam viciorum dimittant ibi. Si spū viuimus spū et ambulem⁹ id est si spūs sanctus intus nos viuificat p gratiam manifestemus talē vitā per opera exterius faciendo opera spūs sci. Romanoꝝ. viij. Qui vero scōm spm̄ sunt que spūs sunt sentiunt. Et nota q̄ apostol⁹ numerat se cum eis ne sit de quibus dicitur. Mat. xxiij. Alligant onera grauia et importabilia et imponūt in humeros hominum digito autem suo nolunt ea mouere. Econtra Johannes baptista qui penitentiam predicabat vitam penitētis agebat. Et quia ex bene agere consueuit frequenter vana gloria oriri que precedēs bonum enecuat ideo subdit. Nō efficeamur inanis glie cupidi. i. nō appetam⁹ in bonis opib⁹ vanā gloriā hoim. sz solidā gloriā dei. ij. Co. x. Qui gliat in dño gliet. Innicē inuocātes supple. ad pterītōes et lites malī sez in pperādo vt cōicando inuicē inuidētes bonū sez alteri⁹ odiendo Philī. ij. Nichil per cōtentionē neq̄ per inanem gloriā sed in humilitate superiores sibinuicē arbitrantes. hec autē mala facit inanis gloria quam si homo non appeteret, nulli inuide-

ret. ¶ Moraliter autem ad edificationem nostram nota q̄ apostolus in hac prima p̄te ad quattuor nos hortatur scilicet ad ambulandum secundum spūm ad vitandū vanam gloriam ad cauendum prouocationez proximi et ad inuidiam fugiendā. ¶ Primo nos hortatur vt secundum spūz ambulemus. quod ꝑpter quattuor facere debemus. Primo vt promissiones quas i baptismo promisimus obseruemus. Ibi enīz promisimus abrenunciare diabolo et pōpis eius et in deum credere quod est secūdum spūz ambulare. Hec est via trium dierum quam filij israel egredientes de egypto et de seruitute pharaonis petebant facere. Exodi.iij. Viam trium dierum ibimꝰ in solitudinem vt immolemꝰ domino deo nostro. Filij israel sūt christiani qui baptismo egrediuntur de egipto id est mundo et seruitute dyaboli. Egiptus enim interpretat tenebria et confusio que competit mundo quia excecat et cōfudit amatores suos Egrediuntur ergo christiani in baptismo de tenebris pctōrum de confusione mundi et seruitutꝫ dyaboli. ¶ Secundo vt p̄ imitationem filij dei efficiamur quia qui non ex sanguinibus neq; ex voluntate carnis viuunt sed secundum spiritum vt christus virit efficiuntur filij dei Johan. primo. Dedit eis potestatem filios dei fieri qui non ex sanguinibꝰ ꝛc. sed ex deo nati sunt si autem filij et heredes. Romanorum viij. Magnus honor et reuerentia est esse filij dei et magnus fructus et affluentia esse heredem. Propter ista autez duo omnis homo operatur sed propter veritatem istoruz veri christiani operantur quia volunt et verū honorem et verum fructum et affluentiā. Mundani autem vmbram istoruz querunt Nam omnia bona mundi sunt vmbra futurorum bonorum. ¶ Tercio vt rationabiliter et non bestialiter viuamus nobilitatez nature nostre in suo honore obseruantes. qui enim secūdū carnem ambulant bestialiter viuunt et ordinem nature peruertūt et nobilitatz humane nature perdūt Psal. xlviij. Homo cum in honore esset non intellexit compara. est ꝛc. Qui autem secūdum spūm ambulant rationabiliter viuunt ꝛ ordinem nature seruant. que sic instituta est vt spūs carni dominetur et nobilitatē humane nature tenent q̄ sic est quia angelis assimilatur et in omnibus creaturis dominatur. Homo enim secūdum spiritum viuēdo transfertur ad angelos et nō ipsis creaturis sed oēs creature seruiunt ei. Psalmi

sta. lxxxi. Ego dixi dij estis id est angeli. ¶ Quarto vt vilissimam seruitutem pcōrum et mortem eternam euadamus. Qui ergo scōm carnem et non scōm spiritū ambulant efficiuntur serui omnium vitioruꝫ quē in ipsis regnant et mortem culpe nature et gehenne incurrunt. Romano. viij. Si enim secundum carnem vixeritis moriemini sez predicta triplici morte. Qui autem scōm spiritum ambulant fiunt liberi. Galla. iij. Itaq; fratres nō sumus ancille filij id est carnis sed libere id est anime. Qui autē secundū spiritū ambulant fiunt liberi et effugiunt oēm mortē. Jo. xi. Omnis qui viuit et credit in me non morietur in eternū qz mors nature mutat in gloriā Et ideo non debet dici mors sed vita cum nobilioꝛ forma inducat et ignobilioꝛ abūdatur scilicet vita mortalis Johā. v. Trāsiet de morte ad vitā. ¶ Secundo nos inducit vt in bonis que facimus vanā gloriam non queramus Luce. xvij. Cum feceritis oia que ꝑcepta sunt vobis dicite serui inutiles sumus et hoc propter tria.

¶ Primo ne bona nostra que cū tāto labore facimus. et que digna sunt vita eterna perdamus Mat. vi. Amen dico vobis receperūt mercedē suā. Secūdo quia si contemnimus vanā gloriā habebimus veram gloriam a deo et sanctis. Et quis querit gloriaz a bestijs sed apud magnos homines vult gloriari. et in quo loco certe non in camera sed vbi est multitudo. Multitudo aūt per maxima est in celo vbi est gloria nostra Psal. viij. Gloria et honore coronasti eum domine. ¶ Tercio quia si querimus vanam gloriā erimus in perpetuum confusi manentes suspensi ad furcas inferni. Et que potest esse maior cōfusio q̄ stare suspensus ad furcas. Hiere. xx. Confundantur vehementer quia non intellexerunt obprobrium sempiternum. Et attende q̄ hoc vltimum valde difficiliter cauetur. Grego. Quanta vires habet mentis glorie amor nescit nisi qui ei bellum indixerit quia et si facile est eam non appetere dum negatur. difficile tamē est eaz respuere dum offertur. ¶ Tercio nos inducit ne primū ꝓuocemꝰ ad irā cōuiciando vel malis iprecādo vel culpas quas cōmisit vel penas q̄ iurias q̄s recepit ei ad memoriā reducēdo. Hec em̄ oia valde prouocāt ad irā. A q̄ ꝑpter tria cauere debemus. O Primo ꝑpter pcī grauitatē Tales em̄ ex ꝑpria malicia peccāt qō gravius peccatum est q̄ qō ex ignorantia vel

infirmitate. Secundo ꝑpter potentiam dyaboli. Nō enim peccaret homo nisi a dyabolo tentaretur. Ideo tales assimilantur primis pueris qui ponunt obicem in viā vt euntes offendantur. ꝛ qui si scīrent aliquem habere vicus in aliqua parte ꝑpodiant se super illud. Sic tales adeo sūt peruersi q̄ ea libentius dicunt hominib⁹ vnde sciunt eos amplius scandalisari ꝓner. r. Labia iusti considerant placita ꝛ os impiorum peruersa. Secūdo propter templi dei vastitatem. Nam tales templū dei vastant et comburunt igne ire accendite. Et ideo sunt incendiarij templi dei spiritualis incendentes. i. Cor. iij. Templum dei sanctum est quod estis vos. ¶ Unde tales officium dyaboli sibi vsurpant ignem infernalem incendentes. Tales filium dyaboli mortuum suscitant iram que filia dyaboli est. Unde per omnia tales demonib⁹ assimilantur. Quis vt dicit Augusti. Nichil similius actibus demonum q̄ litigare. ¶ Tercio ꝑpter pene acerbitatem tales enim gehenna infernali damnabunt. Math. v. Qui dixerit fratri suo fatue reus erit gehenne ignis. Hic cadit exemplum de illa sanctimoniali de qua dicit Grego. in dyalogo que habebat carnis continentiā sed linguā procacitat em non declinauit. ꝛ dum post mortez in ecclesia sepeliretur de nocte custos ecclesie vidit eam exhumari et ante altare afferri et per medium secari et media pars igne cremata est alia pars intacta remanente. ¶ Quarto nos inducit vt inuidiam fugiamus et hoc propter tria. ¶ Primo quia inuidia est peccatum inexcusabile Crisi. Cum cetera peccata aliquam colorem excusationis habeāt inuidia nullum habet cum non habeat talem delectationez qualem alia peccata habent sed potius cruciatum. Orosius. Inuidia seculi non inuenere tyranni maius tormentum. Secundo propter nocumentum personale. Inuidia enim non nocet vt plurimum nisi inuido.. Magna est stultitia se ipsum consumere ꝛ inimico cui inuidet nil mali facere. Orosius. Inuidus alterius marcescit rebus opimis. Prouerbiorum. xvij. Spiritus tristis exsiccat ossa. Inuidꝰ enim tristatur de bonis proximi. Ex quo patet q̄ inuidia super omnia peccata turpiorem materiam habet. Inuidia namq; miseros homines amat. Miserorum enim est felicibus inuidere. Unde super illud Job. v. Parvulū occidit inuidia. dicit Gre. Parvulus inuidia occidiꝰ quia nisi infelicioꝛ esset de bono alterius non doleret Tercio quia inuidia est peccatum nimis

durabile Ciprianus. Scelus illud moduz non habens permanet iugiter sine fine cū scelera alia finiantur. Quantum enim ille cui inuidetur successu meliore ꝓfecerit tāto inuidus in manus incendiū liuoris ignitus exardescit. Hinc vult minaz. cornus aspectus. pallor in facie in labijs tremor. stridor in dentibus. verba rabida et effrenata conuicia. manus ad violentiam prōpta. et si gladio inter vacua odio tamen furia mentis est armata. Inuidia ē fera pessima que occidit Abel/ vendidit Joseph et tandem ipsum filium dei sanctum sanctorum cruci affigi fecit Mathei. xxvij. Sciebat enim q̄ per inuidiam tradidissent eum. Et sic patet primum. ¶ Secundo ostendit quomodo superiores respectu inferiorum id est prelati respectu subditorum debent invita spiritus ambulare. Unde glosa dicit Hactenus vniuerse ecclesie ē locutus. modo ad prelatos loquitur specialiter docēs quomodo tractent subditos. Dicit ergo. Fratres si preoccupatus fu. homo. i. ipsus denter lapsus per errorem vel impotentiā in aliq̄ dilecto non in multis. sed in aliquo quasi nō vsu q̄dtano peccās. vos q̄ spūales estis. i. esse debetis. Aliter enim nō cōpeteret vobis iudicare et corrigere. i. Cosecundo. Spiritualis iudicat omnia et ipse a nemine iudicatur Grego. super illud. iij. Regum. vij. Non edificabis michi domuz scilicet predicando et corrigendo quia vir sanguinum es dicit. Sordes tergere non valet manus que lutum tenet. Vos igitur spirituales huiusmodi sic peccantem instruite ꝛ corripite non in spiritu iracundie ꝛ in spū lenitatis. Ps. cxl. Corripiet me iustus in misericordia et increpauit me. Idē Quoniā superue. mā. et corripiemur Esai. Egredietur virga. id est correctio de radice iesse id est de incendio amoris. Quia si aliter fieret peccans non pateretur se argui sed excusaret et defenderet culpam sicut Seneca. Uicia animi sicut et vicia corporis leniter sunt tractanda. maxime quādo homo ex ignorantia vel infirmitate peccat. Ex malitia enim peccantes durius sūt puniendi vt hic dicit glosa. Considerans teipsum ne et tu tenteris id est talē correptionem debet prelatus facere humiliter et cum timore dei quis potest et ipse similiter cadere. Ecclesiast. xxxi. Intellige que sunt proximi tui ex teipso. i. Corinth. x. Qui se existimat stare videat ne cadat Aug. Nichil ad misericordiā sic inclinat q̄ ꝑpriū periculi cogitatio. Sic ergo patz q̄ prelatus

Universidad de Deusto Biblioteca

spūalis debet esse humilis et timoratus. Debet etiā esse cōpassiuus et pius vt supportet aliorum infirmitates. Et hoc est qđ addit. Alter alterius onera portate. et sic adimplebitis legem xp̄i. Lex christi est lex pietatis et misericordie Mathei. xij. Euntes discite quid est misericordiam volo et non sacrificium Roma. xv. Debemus nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere et non nobis placere. Et quia prelatus in dignitate status existens frequenter surgit in elationem mentis se magnus reputando. et ideo onus proximi non vult portare. Et ideo hoc remouet dicens. Nā si quis exestimat se aliquid esse cum tamē nichil sit scz er se sed ex grātia dei ipse se seducit id est a veritate cadit vt phariseus se seduxit. Et quia prelatus non solum surgit in elationem mentis considerando et putando se aliquid magni sed etiam per considerationem alterius quando scilicet putat fratrem peccantem imperfectum in comparatione sūpsius. ideo hoc remouet dicens. Opus autem suum probet vnusquisq. Consideratio enim propria multū valet ad humiliationem Michee. vi. Humiliatio tua in medio tui est. Nichil enim homo inuenit in se quod sit ex se nisi malū et culpam sed quicquid boni habet aliunde est. i. Cor. quarto. Quid habes quod non accepisti. Et ideo sic homo considerās defectus suos habebit gloriam tantum in seipso id est intus in conscientia vbi se humiliauit. Gaudet enim quia cognoscit morbum suū quē sanari desiderat. Psal. xliij. Omnis gloria eius filie regis ab intus et non in altero. id est nō in alterius eloquio vel opinione. i. per hoc q aliquis considerat se defectuosum et per consequens se humiliat habet gloriam a deo que est gloria propria intus in anima manens et non habet gloriam in altero id est in opinione et gloria alterius quis se non credit aliqđ magni reputari ab altero. ij. Cor. primo. Gloria nostra hec est testimonium conscīē tie nostre. Et iustum est q vnusquisq seipsum probet: quia vnusquisq onus suū portabit. onus scilicet pro delictis suis debitum. Et ideo non effertur de commendatione aliorum. Psal. Tu reddes vnicuiq secundū opera sua. ꝛc. Q Moraliter autem nota q hic in tota hac secunda parte monet nos apostolus. vt alter alterius onera portemus. Ad quod sciendum est q quattuor nos inducunt. Primus est excellentia saluatoris qui cum sit infinite potētie et excellentie inclinauit se vsq ad terram. vt nobiscum onera nostra portaret et factus est infirmus et egenus vt per experientiam facti nobis compateretur et ab omni miseria nos liberaret. Debitorum. iij. Non habemus pontificem qui nō possit compati infirmi. no. temp. autem p omnia. Erubescat ergo homo nō compati fratri suo et eius onus non portare cum diuina maiestas voluit infirmari vt nobis cōpateretur et ab onere sublenaret. Nonne etiam diuina maiestas quotidie nos supportat a malis que merentur protegendo et necessaria vite cōferendo ꝛ mores nr̄os graues sustinendo et ad penitentiam nos expectando. Certe sic Isa. xl. Audite me domus iacob qui portamini a meo vtero. ¶ Secundum est angelorum beniuolentia qui nobiscum onera nostra portant scz nobis in pugna spirituali assistendo orationes nostras coraz deo ferendo et ad nutritionē et vitam nostram corpora celestia mouendo. et animas nostras ad celum portando. Hebreorum. i. Omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi. Si ergo angeli qui in curia celesti coram deo assistunt descendunt vsq ad nos vt onera nostra portent quanta confusione digni sumus qui onera fratrum nostrorum portare recusamus. Nonne confunderemur si fratres minores venirent ad seruiendum fratribus nostris quibus nos seruire nolemus. certe sic. ¶ Tercium est ministerū omnis creature nam omnis creatura supportat ꝛ iuuat infirmitatem nostram quia cecitatem nostram. sol fugat aerem illuminando. famē nostram reficit terra fructus producendo. immundicias nostras aqua abstergit nos lauādo. frigus nostrū ignis depellit nos calefaciendo. Et breuiter omnia creatura onera nr̄a supportat. In qua datur nobis exemplum vt alter alterius onera portemus. Quartum est maxima indigentia nostra et communis vicissitudo quia quotcūq onera quis sustinet hodie et quantacunq infirmitate detinetur quicq alius quantacūq dignitate fulgeat pōt cras eadem onera sustinere et eandem infirmitatem pati Ecclesiast. tricesimoseptimo. Memor esto iudicij mei sic erit et tuū. michi heri tibi hodie. Rota fortune quotidie et velocissime vertitur ꝛ mundus quotidie mutetur. Et hoc est quod hic dicitur. Considerans teipsum ne et tu tenteris. Multū enim homo monetur ad onus proximi suscipiendū si ipse cito se credere in simili casu esse. R Et nota q onus proximi quod portare debemus in quatuor species diuiditur scz in onus iniurie quod debemus patienter portare ꝛ ei parcere. In onus infirmitatis. nam infirmitates et defectus naturales proximi patienter tolerare debemus. Ambrosius. Cū magna pietate portādi sunt qui increpari pro sua infirmitate non possunt. In onus necessitatis quia necessitates proximi nostris beneficijs et elemosinis sublenare debemus sic etiam obsequio corporali exemplo xp̄i qui pedes discipulorū lauit. Et in onus penitētie pro peccatis debite. in quo fratres nostros iuuare debemus. exemplo christi qui penam peccatorum nostrorum pertulit super lignum in corpore suo et precipue illos qui sunt in purgatorio qui inciderunt in manus domini et complent ibi penitentiam Job. xix. Miseremini mei miseremini mei saltem vos amici mei quia manus domini tetigit me quos propter quinq iniurie debemus. S Primum est grauitas penarum Augustinus. Miro modo est grauis ignis iste. Superat enim omnem penam quam aliquis in mūdo isto perpessus est. Non possunt numerari pene alterius vite. Libentius datur et dari debet elemosina in multis penalibus cōstitutis. Quis differt subuenire amico suo qđ videt in ignem cecidisse. Et ideo valde sunt culpandi qui habent testamenta dispensare et alia suffragia facere et differunt cum propter illa citius ab illis penis liberent. Hic cadit exemplum de illo qui misit equū cognato suo vendendum et in elemosinas erogandum pro anima sua qui non fecit cum ipse post aliquod tempus apparens dixit. Expectabam elemosinas equi mei propter quas citius fuissem liberatus a penis. Nunc autem ad deum vado et cito te coram eo parcre oportebit. Qui statim cecidit mortuus. ¶ Secundum propter quod debemus iuuare mortuos est arctissima paupertas in qua sunt qui nullis paupertas mundi comparari potest/ quia paupertas sue nullo modo consulere possunt. nec laborando nec mendicando nec mutuo ac quirendo Ecclesiastes nono. Quecūq potest manus tua facere instāter operare qr nec opus nec ratio nec sapientia nec scientia erunt apud inferos quo tu properes. Magis autem indigentibus libentius debet elemosina dari. ¶ Tercium est qr nō possunt sua necessaria nobis indicare et a nobis sua suffragia postulare. Libentius autem fit elemosina parvulis expositis qr non possunt querere nec habent seruitorem qui pro eis petat. Quartum est/ quia nos ꝛ nostra ab eis habemus. ipsi em̄ nos genuerūt et diuitias pepererūt. Valde ingratus est ille parentibus qui semel in anno nō facit pro eis vnā missam cantari. cū ipsi nos. xx. seu. xxx. ānos nutriuerit. Multum poterūt conqueri de nobis apud deū cum liberati fuerint a carcere ꝛ penis purgatorij. Quintū ppter qđ debemus iuuare mortuos est magnū emolumentū nostrū quia cū ipsi propter nostra suffragia fuerit liberati in cōspectu dei pro nobis orabūt et veniam petēti nobis impetrabūt. Iusto etiam dei iudicio fiet vt cū nos fuerimus mortui alij nobis sua suffragia largiantur si nos dum viuimus aliis benefacimus. et si nos aliis non benefacimus nec nobis ab aliis benefiet. Et sic patet secundū.

¶ Tercio ostēdit quomodo inferiores respectu suoz prelatorū in via spiritus debent ambulare dicens. Cōcret aūt is q catheizatur verbo. i. instruit ei qui se catheizat. i. instruit in oibus bonis. Qđ potest duobus modis intelligi. Uno modo sic In omnibus bonis cōmunicet id est doctrinā eruditionis prelatorum in oibus que docent impleat et cōmunē se doctori faciat recipiendo que ille dicit vt sic predicator et doctor fructum qđ querit et desiderat cō sequatur. Alio modo intelligit ad litteraz de cōmunione bonorum temporaliū. i. Corinth. nono. Si vobis bona spūalia seminamus non est magnum si carnalia vestra metamus. Sed quia subditi possent dicere quomodo facim⁹ qđ dicit nobis prelatus cū ipse sit mal⁹ nolo facere. Ideo hoc remouet dicēs. Nolite errare dicēdo. scz quō faciā qđ dicit michi prelatus cū ipse sit malus qr nō est dictū vobis vt faciatis que faciūt sed q̄ dicūt Mat. xxiij. Que dicunt facite q̄ autē faciūt nō. fa. Luce. Qui vos audit me audit/ et qui vos spernit me spernit. Et hoc quantū ad primā expositionem. Quantum autem ad secundam sic dixi vt cōmunicetis bona temporalia ministrantibus spūalia. Nolite tamen errare vt ab hoc excusetis vos dicēdo non habemus quod magistris debemus. Haymo. Quicunq; es te non excuses. vt dicas te sumpt⁹ nō posse ministrare magistro. Noli te decipere quasi deū possis fallere. Unde tu vivis inde magistrū tuum sustenta. Quantū aūt ad virūq; subiūgit rationem communem dicens. Deus non irridetur

Glosa. Scit enim corda et ideo non irridetur tanq̃ ignorans quia que seminauerit homo hic in psenti operãdo hec metet in futuro premium recipiẽdo. i. Corinth. iij. Unusquisq; propriam mercedem recipiet se. s. la. Et hoc exẽplificat in malis et in bonis di. Quoniam qui seminat in carne id est opera carnalia in carne existens facit. de carne. i. de suo carnali semine metet corruptionem id est corruptionis t passionis penam. Job quarto. Qui seminant dolores metent eos qui autem econtra seminant in spũ sc̃z manens in spũ sancto seminanti consentiens de spũ id est de opere spirituali metet vitam eternã id est consequentur eternam beatitudinẽ. Proner. xi. Seminanti iusticias merces fidelis. ¶ Quarto indistincte monet omnes superiores et inferiores ad perseverandũ in via spiritus et bonitatis dicens Bonum autem facientes non deficiamus sed finaliter perseueremus quia tempore suo metemus non deficientes. Glosa. Si homo non imponit finem operi nec deus imponit finem remunerationi. Jacobi. v. Ecce agricola precios̃um fructum terre patienter expectat donec accipiat temperaneum et serotinũ id est gratiã in psenti et gloriam in futuro vel corporis stolam t anime gloriam. Ultimo concludit dicens. Ergo dum tẽpus habemus operemur bonum ad omnes quicunq; t qualescũq; sint i. Corinth. ix. Omnibus omnia factus sum vt omnes salvos facerem. maxime autem ad domesticos fidei id est ad fideles ecclesie. i. Thi. v. Si quis autem suoꝝ et maxime domesticorum curam non habet fidem negauit et est infideli deterior. Can. ij. Ordinauit in me charitatem. Ut primo michi post domesticis et tandem extraneis. Et sic patet totum de epistola.

¶ Dñica. xvi. de euangelio. Sermo. xcvi.

IBat Jesus in ciuitatem que vocat naym. Luce. vij.

Sicut dicit Johannes Christus ad hoc venit vt vitam eternam haberem⁹ Ergo inquit veni vt vitã habeant. Eramus enim mortui in delictis et peccatis vestris. Ephe. ij. Propter nimiam charitatem scilicet qua dilexit nos deus cum essemus mortui pec. conui. nos christo cuius gratia estis salvati et conresuscitauit t cõsedere fecit in celestibus in xpo iesu. Ubi apostolus ostẽdit q̃ triplicẽ vitã consecuti sumus per xpm. sc̃z vitã gratie que in xpo nos viuificauit vitam nature in qua eum christo nos resuscitauit. et ponit preteritũ pro futuro, quia causa resurrectionis nre sc̃z resurrectio christi iã erat facta et vitã gloriæ in qua nos cũ christo cõsedere fecit in celestibus fecit id est facier. Habet ecclesia quia christus qui est vita triplicẽ mortẽ fugere per triplicẽ vitã quã confert. Nam per vitam gratie expellit mortẽ culpe. per vitã nature expellit mortem nature. et per vitã glorie expellit mortez pene eterne. ¶ In hoc autem euangelio agitur de morte et vita nature. s. quomodo christus quendã mortuum ad sepulchrũ dũ portaret reuocauit ad vitã. In quo quidẽ euãgelio quinq; ordinate describũtur. Primum est christi cũ discipulis suis in quitatẽ naym deambulatio. In principio euangelij. Secundum est defuncti cum matre vidua christi obuiatio ibi. Cũ appropinquaret porte ciuitatis. Tercij est super matre defuncti christi cõpassio ibi. Quã cũ vidisset dñs misericordia motus ꝛc. Quartũ est defuncti resuscitatio ibi. Et accessit et tetigit. Quintũ est ex visione miraculi populi edificatio t diuine maiestatis laudatio ibi. Accepit autẽs timor ꝛc. vsq; ad finem ¶ Primo ergo ponitur christi cum discipulis suis in quitatem naym ambulatio. Littera plana est. Naym ciuitas est galilee secundo miliario montis thabor. vt dicit Beda. ad quã christus fuit cũ discipulis suis t dũ appropinquaret porte ciuitatis ecce defunctus offerebatur. ¶ Moraliter autẽ ad edificationem nostrã nota q̃ p illũ mortuũ peccator significatur qui mortuo cõparatur quia ea que mors infert homini peccatũ infert petõri. ¶ Peccator autẽ homini mortuo comparat̃ et assimilatur t petrũ morituꝝ ad decẽ. ¶ Primo q̃ sicut mors priuat homines vita nature sic peccatum priuat animã vita gratie que deus est. Nam sicut alia est vita corporis que recedit per mortẽ. ita deus est vita anime qui recedit per peccatũ Ysaie. lix. Iniquitates vestre diuidũt inter vos et deũ vestrũ. Et ideo quãto deus est melior alia, tanto magis dolendum est de recessu dei ab anima q̃ de recessu anime a corpore. Et quãto anima est melior corpore tantomagis est dolendum de morte anime q̃ de morte corporis. Sz vt dicit Augustinus. Miserabilis miseria in hominibus apparet q̃ cum moritur homo secundum corpus omnes amici conueniunt et plorant. sed cum moritur secundũ animaz nullus dolet nullus plorat. A corpore mortuo non credunt donec sepulture tradatur anime vero mortue nullꝰ assistit nullus procurat eam ad vitam reducere. Utinam tot facerent amici pro anima resuscitanda quot facerent cũ possent mortuum ad vitam reuocare. Augustinus. O si possemus homines de morte excitare et cũ ipsis pariter excitari vt tales essemus amatores vite permanentis q̃les sunt illi vite fugientis. ¶ Secundo mors separat eum ab amicis. Sic peccatum separat animam a sanctis et ab angelis veris amicis nostris Treñ. primo. Omnes amici eius spreuerũt eam. ¶ Tercio priuat eum omnibꝰ bonis suis. sic peccatum priuat animam omnibꝰ bonis spiritualibus. Ezechielis. xviij. Si auerterit se iustus a iusticia sua et fecerit iniquitatem omnium iusticiorũ eius quas operatus est non recordabuntur Mathei xxv. Ei autem qui non habet id quod videtur habere auferetur ab eo. ¶ Quarto p̃ uant eum lucro societatis quia mortuo homine lucrum societatis statim aufertur ab eo. Sic peccatum priuat hominẽ lucro meriti quod fit in ecclesia quia peccator nullius boni ecclesie est particeps nec immerito passionis christi. In cuius figura dicitur Leui. xxi. Homo de semine Aaron qui maculatus fuerit lepra non vescetur his que sanctificata sunt michi id est nõ habebit p̃tem bonorum que fiunt in ecclesia Ecõtra dicitur in psalmo. cxviij. Ó iusto. Particeps ego sum omnium timentium te. ¶ Quinto priuat eum hereditate patris habenda Sic peccatum priuat hereditate patris celestis habenda scilicet regno dei. Mathei xxi. Auferetur a vobis regnũ dei. ¶ Sexto priuat eũ sensu. Sic peccatũ facit hominem insensibilem quia non sentit diabolum se trahentem non sentit luxum in quo iacet. non sentit vulnera peccatorum non videt penas sibi paratas non audit tubas dei clamantes. Transit mundus et concupiscentia eius. Et penitentiaz agite appropinquabit enim regnum celorum. Proner. xxiij. Traxerũt me et non sensi. verberauerunt me t nõ dolui ¶ Septimo priuat eum motu. Sic peccatum ponit hominez in talem foueã de qua non poterit exire nisi per misericordiã dei inde extrahatur. Exodi. xv. Fiant immobiles quasi lapis Est enim homo spiritus vadẽs scilicet in petrã et nõ redies sc̃z a petrã psal. ¶ Octauo facit corpꝰ fetere Sic peccatũ facit holez fetere coram deo t factis Job helis. i. Cõputruerunt iumẽta in stercore suo. et Joelis scdo Ascendit fetor t putre

do eius quia superbe egit. Dicit adhuc exemplum de angelo qui obturauit sibi naresquando obuiauit cuidam ornate mulieri dicens q̃ feteret coram deo. ¶ Nono aufert pulchritudinem et armoniam et facit hominem non esse hominem. Sic peccatũ aufert totam pulchritudinem et armoniam virtutum et facit hominem bestiam. Ecclesiastes tercio. Dixi in corde meo de filijs hominum vt probarem eos similes esse bestijs. ¶ Decimo facit corpus subterra sepeliri. Sic peccatũ facit animaz in inferno sepeliri. Luce. xvi. Mortuus est diues et sepultus in inferno. Et sic patet primum et secundum. ¶ Tercio ponitur super matre defuncti christi compassio, quia videns eam iesus compassus est ei misericordia motus super eius afflictione. Et attende q̃ multis feminis christus compassus est. Nã cõpassus est adultere turpiter accusate et liberauit eã. Johan. viij. Mulier vbi sunt qui te accusabant. Compassus est cananee anxie afflicte t exaudiuit eam Mat. xv. O mulier magna est fides tua fiat tibi sicut vis. Cõpassus est mulieri emoroisse per sanguinis fluxum multũ debilitate et sanauit eam. Mathei nono. Ecce mulier que fluxũ sanguinis patiebatur. xij. annis. Cui christus dixit. Confide filia fides. t. sal. te fecit. cõpassus est socrui petri magnis febribus estuanti et verbo curauit eam. Luce quarto. Socrus autẽ Simonis tenebatur magnis febribus t rogauerunt eum pro ea. Compassus est marie magdalene a pluribus et pluries molestate t defendit eam Mat. xxvi. Quid molesti estis huic mulieri. Compassus est simul marie t marthe, super morte fratris multũ plorantibꝰ et resuscitauit eum. Johan. xi. Lazare veni foras. Compassus matri derelicte et angustiate et eam Johanni recommendauit Johannis. xix: Ecce mater tua. Cõpassus est tribus marijs ad monumentum eum q̃rentibus et mẽte consternatis t apparuit eis Mat. xxviij. Auete. Multis ei feminis et multorijs etiã est cõpassus. quia ei mulieres multipliciter affliguntur. ideo multis indigent consolationibus. Compassus est ergo huic vidue super morte vnici filij sui multum afflicte et eius filij resuscitauit.

X Ubi nota q̃ mestitia illius femine ex tribus causabat̃ sc̃z, ex natura feminea ex viduitate viri et ex mortevnici filij. Primo causabat ex natura feminea. Naturaliter enim magis femine, patiuntur et cõpa

Universidad de Deusto
Biblioteca

ciuntur ꝫ viri eo ꝙ habent animum magis mollem. Unde mulier quasi mollis aer dicta est. Unde phūs dicit in libro de animalibus ꝙ in omni genere animaliū femine sunt molliores ꝫ masculi preter vrsaz et leopardam. Et ideo mulier seuera z nō compassibilis non potest dici femina sed vrsa et leoparda. Mulier quidem naturaliter est frigida et humida. et ideo de facili compassibilis et passibilis. Vir autē naturaliter est calidus et siccus/ et ideo non sic de facili patitur et compatitur. Ideo in filij morte et aduersitate naturaliter plus dolet mater ꝫ pater. eo ꝙ est magis mollis et compassibilis. In filij autem honore et sublimitate est cōuerso/ quia naturaliter plus gaudet pater ꝫ mater quia est magis magnanimus. Hoc aperte innuit. Prouer. x. vbi dicitur. Filius sapiens, letificat patrem. filius vero stultus est mestitia matris sue. De filio igitur sapientie et bono pater habet leticiam et mater vanam gloriam. De filio vero stulto et malo mater habet tristiciam et pater irā prouer. xvij. Ira patris filius stultus: z dolor matris que genuit eū. ¶ Secundo causa dat eius dolor ex eo ꝙ vidua erat. vidue em̄ sunt sine consolatione et adiutorio destitute. Et ideo frequenter molestātur et decipiuntur: et per consequens sepe sunt in tristicia. Et ideo magnū peccatū est eas molestare et contristari Piere. xxij. Uiduā nolite contristari. Et ideo magnū meritū est eas consolari et adiuuare. Jaco. i. Religio mūda et immunda apud deum et patrem hec est visitare pauperes et viduas in tribulationibus eorū. Et ideo quando vidue filios amittunt multū dolent: remā serant enim eis loco viri consolantis z defendentis. Multis tamen expediret viro et filios carere quis liberius possent deo seruire. Mulier em̄ nupta cogitat quomodo placet viro z vtinā tantū cogitaret placere deo. Et etiam multū sollicita est thesaurizare filiis et vtinam sic esset sollicita pro alia sua. Et ideo expediret pluribus viro filij ꝫ carere. Unde Piero. dicit in quadā epistola ad Paulinū. Sancta melanita calestēte adhuc viri corpusculo necdū humato duos filios suos perdidit: que ad pedes christi aduoluta sit. expeditius tibi seruitura suz dñe/ qz a tāto onere me liberasti. ¶ Tercio causabat eius dolor z meritis eo ꝙ vnicū filiū amiserat. Nō em̄ remanserat et alius ꝗ eā cōsolaret et defenderet nec aliū generare expectabat qz vidua erat. Natura liter enim plus diligit mater filium ꝫ pater et ideo plus de eius morte tristatur. De amistione enim rei quam maxime diligim⁹ maxime tristamur. ¶ Quare autem mulier plus diligit filium ꝫ pater quinꝫ possunt cause assignari. ¶ Prima est quia mulier habet plures defectus ꝫ vir qui quidem reuelantur et tolliꝫ tur quando filios generat. Unde mulier pter filios a viris diligūtur que alias odirentur. Propterea lya quam despiciebat Jacob statim ꝫ peperit ait. Nunc amabit me vir meus Gene. xxix. Et ideo mulier seiens se propter generationem filiorū in suis defectibus tolerari et a viro plus diligi vehemēter eos amat. Secunda est id in quo plus laboramus et cum maiori labore acquirimus plus diligimus vt dicit philosophus. Mater autem plus laborat circa filium ꝫ pater tam inportando ꝫ in pariendo et etiam in nutriendo. Tercia est qz illam rem plus diligimus quam magis p certo esse nostram scimus mater autem de certo scit ꝙ filius natus est de se. Uir autē si credat certus tamen non est. ¶ Quarta est quia illam rem plus diligimus in qua maius ius habere nos scimus. sed secūdū philosophum maior portio est de substantia matris in corpore filij ꝫ de substantia patris. Quinta est quia amicicia contrahitur ex consuetudine cohabitādi, colloquēdi, et conseruandi. Patres autem magis cum filijs habitant, colloquuntur et cōuersantur. Quamuis autem mater plus diligat filium ꝫ pater tamen filius plus diligit patrem ꝫ matrem z consanguineos ex parte patris ꝫ ex parte matris. Et ad hoc cause possūt assignari. ¶ Prima est qz principium effectiuum z formale in filij generatiōe est pater vt dicit philosoph⁹. Secunda est quia filius debet patrem in omnibus bonis succedere. Tercia quia pars sequitur matrē quo ad libertatem seruitutē ita ꝙ natus de ancilla matre z libero patre erit seruus In honorib⁹ autem z dignitatibus partus sequitur patrem. quia si rex contrahat cum aliqua populari filia qui nascitur erit rex. Pater autem z mater naturaliter plus diligunt filios ꝫ a filijs diliganf. Cuius ratio est. quia parētes de natura sua proprijs dederunt filijs corpus suum proprium filij autem in generatione sua parentibus nichil dederūt. Et ideo parentes diligunt filios vt opera sua et carnem suam et vt membra sua. Uidem⁹ etiā ꝙ humor arboris fluit a radice i ramos et non econuerso. Similiter amor parentum fluit in filios tanꝫ a radice in ramos et nō econuerso. Et sic patet tercium. ¶ Quarto ponitur defuncti resuscitatio. Et quia p hunc defunctuz peccator designatur vt dictum est et per huiusmodi defuncti resuscitationem peccatoris resuscitatio a peccato significatur moraliter exponendo ideo ad edificationem nostrā circa huius defūcti resuscitationē tria videamus que in suscitatione peccatoris contingunt que sunt locus vbi suscitatus est quia in porta ciuitatis modus resuscitationis quia accessit z tetigit loculum et signa resuscitationis qz resedit qui erat mortuus. ¶ Primū ergo quod considerare debemus est locus vbi suscitatus est qz in porta ciuitatis. ¶ Circa quod nota ꝙ ciuitas ista est homo cuius porte sunt sensus corporis Unde secundus Glosam porta qua peccator effertur mortuus est aliquis de sensibus corporis quo peccator in peccatum ruit vt qui videt mulierem ad concupiscendum eam et qui aurem turpibus z nephandis verbis accommodat et qui linguam blasphemijs mēdacijs et detractionibus exercet per predictos sē suos sicut portam extrahitur mortuus. Sic tractus fuit dauid per oculum porta mortuus quando vidit bersabee. ij. Regum. xi Hieremie. ix. Ascendit mors per fenestras nostras. Appropinquat antē domin⁹ porte ciuitatis quando gratia christi prohibz ue per aliquem sensum tentatio ad effectū peruenit. Suscitatur autez iste corā multitudine cum tamen in suscitatione puelle filie archimagogi turbā eiecerit quia mortuus hic signat vel peccatorem publicum cuius peccatum publicum fuit quia penitētia sua populum edificare debet sicut ipsum malo exemplo corrupit. i Thimo. v. peccātes autem scilicet publice coraz omnibus argue. Filia vero archisinagogi signat peccatoz occultū quia in domo fuit mortua et ideo occulte debet puniri propterea nō coram turba sed in domo resuscitata fuit. Insinuatur etiā in hoc ꝙ turba quedā est efficienda scilicet salutem impediens z hec est turba tumultuans. Mat. ix. Cum vidisset turbam tumultuantē dicebat recedite Alia est turba non reuciēda scilicet compatiens et ad penitentiam inducēs de qua habetur hic. Talis turba est congregatio sanctorum ad quam homo libenter debet accedere et ei affabilem se prebere. Eccle. iiij. Congregationi pauperum affabilem te facito. ¶ Secundum qđ considerare debemus est modus suscitationis. Nam primo accessit. secundo loculum tetigit per quod portatores stare fecit. et mortuo imperauit vt surgeret. primo ergo accessit quod facit deus peccatori per gratiam preuenientem non tamen gratum facientem vt quando dat ei desiderium proprie salutis et facit ei displicere malum cogitare de penis inferni et de morte sua. et cetera alia dispositiua dat ei per que cor eius pulsat Apoc. iij. Ego sto ad ostium et pulso. ¶ Secundo loculum tetigit. Lectus iste in quo iacet iste defunctus. id est anima existens in peccato mortali est duplex. primus est corpus propriū cuius pedes sunt quattuor elementa ex q̄ bus procedunt quattuor portatores animam ad sepulchrum inferni portantes.

Nam ex terra procedit auaricia. ex aqua luxuria. ex aere superbia. ex igne ira. De sūt ille quattuor bestie quas vidit Daniel que portabant peccatorē per abrupta mūdi et tandem ad inferna demergunt. Hūc lectum scilicet corpus tangit xp̄s. per infirmitates et alias tribulationes per quas portatores stant quia nec auaricia nec luxuria nec superbia nec ira impediunt qui peccator querat deum per contritionem e confessionem et satisfactionem. et sic a peccato suscitatur. Psal. Implet facies eorum ignominia et querent nomē tuū domine.

¶ Secundus lectus est mens hominis et concupiscentia eius. cuius portatores sūt quattuor scilicet pudor confitendi. timor satisfaciendi dulcedo peccandi. et spes finaliter penitendi. Omnes istos portatores dominus facit stare cum tangit mentē hominis diuersis considerationibus et cogitationibus. Nam primum portatorem qui est pudor confitendi dominus facit stare cum tangit mentem hominis tribus cōsiderationibus secundum tres nodos vnius digitorum. Prima cōsideratio est quia ꝫdiu homo est in peccato aliquo suscitatur ab omnibus sicut suspensus homo infarcis dyaboli. sed per confessionem deponitur. Ecclesiast. quarto. Non confundaris pro anima tua dicere verum. Est em̄ cōfusio adducēs ignominiam et est confusio adducēs gram et gliam. Unde in peccando debuit esse pudor et rubor sed non

in confitendo. ¶ Hic cadit exemplum de quodā heremita qui simulauit se velle peccare cum vna peccatrice in platea. Cui meretrix. Nō i platea quia videremur ab hominibus sed in camera. Ad quam heremita. ītā et videmur in camera a tota curia ce li sicut in platea. ¶ Secūda est quia sicut vulnus quod non aperitur totum corpus putrefacit. sic peccator putrefacit animam nisi quis confiteatur. et si aperitur totus homo sanatur. Tercia est quia ista confessio non infert mortem sicut confessio latronis sed indulgentiam et iustificationem Isaie. xliij. Dic tu iniquitates tuas vt iustificeris. ¶ Secundum vero portatorem qui est timor satisfaciendi facit stare cum tangit mentem hominis tribus alijs considerationibus secundū tres alios nodos alterius digiti. Prima est quia in penitentia xp̄s nos adiuuat. quod figuratum est in eo q̄ xp̄s portauit vnum latus crucis p quam penitentia designatur. et Simon syreneus portauit aliud. Psal. xc. Cū ipso sum in tribulatione. Et ideo sperandum ē in domino ¶ omnia poterimus Phil. iiij. Omnia possum in eo q̄ me confortat Isaie quarto. Qui sperant in domino mutabunt fortitudinem. Hic cadit exemplum de tragea. quam beata virgo dando ibat per refectorium fratrum. et cum venisset ad quēdam qui erat medicus non dedit et quia confidebat in medicinis suis. ¶ Secūda est quia est valde breue tempus patere et adducit ad magnā requiem Eccle. vltimo. Modicuz laborauī et inueni michi magnā requiem. Nam tempus penitentie aliquādo est quinq̄ annorum ꝛ finem habet. tempus autem quietis et supplicioꝝ est sine fine Mat. xxv. Ibunt hi in supplicium eternum iusti autem in vitam eternam. Tercia est quia pena hic voluntarie assumpta. in centuplū plus valet q̄ pena in alio modo inflicta. et tamen illa est sine comparatione maior. Propterea petebat Augusti. dicens. Domine hic vre hic seca. ꝛc. ¶ Tercium portatorem qui est dulcedo peccandi facit stare cum tangit mentē tribus alijs considerationibus secūdum tres alios nodos alterius digiti. Prima est quia hic nō est locus gaudij sed meroris. In valle miserie sumus in qua eo magis est flendum quo minus flemus. Similiter non est tempus congruum quia nullus facit festum nisi primo in vigilia ieiunet sed omnia requirunt debitum locum ꝛ tempus. Eccle. xxx. Omnis tempus habent. ¶ Secunda est quia delectatio carnis et gaudium mundi multis amaritudinib⁹ sunt respersa Boe. Amaria enim res est humanoꝝ conditio bonorum ꝛ que vel nunq̄ tota proueniat vel nunq̄ perpetua subsistat huic census erubescat sed ē pudori degener sanguis. Vsit nobilitas notum facit sed angustia rei familiaris inclusus mallet esse ignotus. Illeq̄ vtroq̄ circūfluus vitam celibē deflet. Ille felix nuptijs orbatus liberis alieno censum nutrit heredi. Alius prole letatus filij filieue delictis mestus illachrimat. Idcirco nemo facile cum fortune sue concordat. ¶ Est etiam gaudium mundi valde breue. Job. xxi. Gaudium ypocrite id est mundi qui per omnia ē ypocrita adinstar puncti. ¶ Tercia consideratio est q̄ gaudium mundi ad finem dolorosum adducit Prouerbiorum. xiij. Extrema gaudij luctus occupat. Quia vel homo dimittit bona mundi quod fit per mortem. vel bona mundi dimittunt hominem. quod fit per aduersam fortunam. Et vtrūq̄ dolorosum est. De primo Eccle. xli. O mors q̄ amara est memoria tua homini pacem habenti in substantijs suis. Hic cadit exemplum regis frācie qui ita flebat in morte q̄ tot bona derelinquebat et nichil poterat secum portare. De secundo Boetius. Infelicissimum genus infortunij est fuisse felicem.

¶ Quartum vero portatorem qui ē spes finaliter penitendi facit stare cum tangit mentem hominis tribus considerationibus secundum alios tres nodos vlnari digitorum. Prima est quia vt dicit Bernardus qui promittit homini dare veniam de commissis diem crastinum non spondet. Mat. xxiij. Et vos estote parati quia qua hora non putatis filius hominis venturus ē Exemplum de illis quinq̄ virginibus fatuis que in media nocte id est in hora mortis tuerunt emere oleum et sic exclusē sunt a nuptijs. Secunda est quia semper peioratur conditio peccatoris et plus semper induratur in peccatis. Et hoc est quod hic innuitur cum dicitur. Adolescens tibi dico surge. q. d. Non dico senī ꝛ indurato in peccatis quia illi non de facili surgunt. Et ad hoc significandum quando xp̄s suscitauit lazarum per quem peccator putrefactus per consuetudinem peccatorum designatur fortissime clamauit dicens Lazare veni foras et ipsum soluere apostolis mandauit. vnde christus et omnes apostoli et martha et maria et fere totus mundus laborauerunt in suscitatione Lazari. Tercia

est q̄diu homo stat in peccato stat in carcere et potestate diaboli quod est pessimum et inde est q̄ quando peccator vult se paretere in morte et disponere facta sua diabolus non permittit sed facit eū omnia oblisci. Habet etiam in morte multa impedimenta propter que obliuiscitur suiipsius Greg. Hac animaduersione percutitur peccator vt qui dum viueret oblitus est dei in fine obliuiscatur sui. ¶ Et nota hic quinq̄ tactus quibus deus tangit hominem in vita sua. Primus est tactus tentationis quo deus tangit hominem p̄ flagella corporis et damna rerum. Genesis. xxvij. Accede huc vt tangam te et probem vtrum tu sis filius meus Esau. Sic tetigit Job. Secundus est tactus instructionis quo deus instruit hominem per reuelationem et locutionē Iere. i. Misit dominus manū suā et tetigit os meum. Et post. Ecce dedi verba mea in ore tuo. ¶ Tercius est tactus cōpunctionis quo tangit homem per memoriam mortis et supplicii eterni. Canti. quinto. Uenter meus ītremuit ad tactum eius. Uenter sponse est affectus anime eius. ¶ Quartus est tactus curationis et purgationis quo deus purgat animam ab amore mundi et ab errore diaboli Wathei. viij. Tetigit eum dicens volo mundare. ¶ Quintus est tactus vnificationis de quo habetur hic quo deus vnificat animam hic per gratiā ꝛ in futuro p̄ gloriam Psalmi. Gratiam et gloriam dabit dñs. ¶ Tercium quod considerare debemus sunt signa vere resuscitationis q̄ sunt tria. scz cōtritio cordis confessio oris et satisfactio operis. Et hoc est quod dicitur. Et resedit scz per firmum propositum a malo quiescendi quod fit per contritionem et cepit loqui scz per confessionem et dedit illum matri sue scz ecclesie scz per satisfactionem. Tunc enim peccator restituitur matri ecclesie et fit membrum eius quādo satisfacit. Unde zacheo dicēte. Ecce dimidium bonorū meorū do pauperibus et si quē defrau. red. quadruplum. Christus dixit. Hodie huic domui salus a deo facta est. Et sic patet quartum. ¶ Quinto ponitur ex viso miraculo populi edificatio et diuine maiestatis laudatio. Sunt enim ex viso miraculo quatuor subsecuta in populo. scz timor reuerentie quia accepit omēs timor. Laus diuine excellentie quia magnificabant deū. Confessio aduentus promissi prophete q̄ magnus ꝓpheta surrexit in nobis ille scz de quo dixit Moyses. Prophetam suscitabit tibi deus de gente tua. Deutro. xviij. Et gaudium visitationis plebis israelite quia deus visitauit plebem suam. ¶ Et nota q̄ christus fuit magnus porpheta quia habuit verba magne sapientie Johan. vij. Nunq̄ sic locutus est homo. Habuit miracula magne potentie Luce. vi. Uirtus de illo exibat et sanabat om. Habuit exempla magne sanctitatis et vite Mat. xi. Discite a me quia mitis sum et humilis corde. Fuit etiam noster visitator Luce. vi. Uisitauit nos oriēs ex alto. In cuius figura dixit etiam deus pater. Fratres tuos visitabis si recte agāt et cum quibus ordinati sunt dīsce. i. Regū xvij. Officium nanq̄ visitationis est inquirere de vita et ideo dicit recte agant. Inquirere de fama. et ideo subdit cum q̄bus ordinati sunt dīsce. Christus igit ad nos visitandos veniens et inquirens de vita inuenit in nobis opa mala Johā. iij. Erāt enim eorum mala opera. Inquirens vero de fama inuenit q̄ erramus demonibus sociati Job. iij. Frater fui draconum et socius strutionum. Ideoq̄ ista visitatio opera mala dissoluit. i. Jo. iij. In hoc apparet filios dei vt dissoluat opera diaboli ipse diabolū nobis sociatum de mundo eiecit Joh. xij. Nunc princeps huius mundi eiicietur foras. ꝛc. Et sic patet totū de euangelio.

¶ De epistola Sermo. xcvij.

OBsecro vos ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis ad Ephe. iij. Beatus paulus gentium apostolus in fide et veritate. et in carcere positus et vinctus et cathenatus non cessat fideles christi docere epistolas et scribēdo et mittendo quia verbum dei nō est alligatū vt ipse dicit Thi. ij. Erat autem paulus positus in carcere rome quando hanc epistolam scripsit istis ephesijs id est asianis quos apostolus licet non cōuerterit ad fidem. tamen eos in fide confirmauit. ¶ Et ideo in fideli christi eruditione filij sui erant. Sicut est pater est sollicitus ne filij sui pereant. sic apostolus erat sollicitus de istis. et in carcere manens eos docere non cessat ꝛ deum pro eis rogat vt in hac epistola patet. In qua quidem epistola apostolus tria facit. Primo orat ipsorum ephesiorum in fide accepta confirmationem. vt propter nichil ab ipsa deficiant. In principio epistole. Secundo orat ipsorum in bono profectum

vel proficientiam ibi. In charitate radicati et fundati. Tercio subiungit pro collatis beneficijs gratiarum actiones ibi. Ei autem qui potens est omnia facere abundanter. ¶ Primo ergo apostolus orat ipsorum ephesiorum in fide accepta confirmationem dicens. Obsecro vos supple propter deum ne deficiatis scilicet a veritate fidei in tribulationibus meis id est quia vinctus sum et alligatus. Solent enim homines cito deficere et turbari in tribulatione pastoris. zach. decimotercio. Percute pastorem et dispergentur oues gregis pro vobis id est quas pro vobis sustineo. ij. Corinthiorum primo. Sive tribulamur pro vestra exhortatione et salute. sive consolamur pro vestra consolatione. sive exhortamur pro vestra exhortatione et salute. Que est gloria nostra vel vestra id ē q vos non deficiatis. sed perseueretis in bono est gloria vestra. est etiam gloria nostra Gloria enim pastoris est confirmatio q status gregis. ij. Corinth. i. Gloria vestra sumus sicut et vos nostra. ¶ Sequitur huius rei gratia. id est pro hac vestra perseuerantia et confirmatione flecto genua mea ad patrem domini nostri iesu christi. Est enim deus pater domini nostri iesu christi per naturam. et nostri per gratiam q nos per gratiam in filios adoptauit. Ex quo omnis paternitas in celo et in terra nominatur siue modum beneficij siue sit naturalis siue spiritualis. In terra quātum ad patres q prelatos. In celo quantum ad angelos nos custodientes et conseruantes. Et nota q dicit nominatur / quia nec homo nec angelus proprie dicitur pater sed solus deus. Mathei vicesimotercio. Et patrem nolite vobis vocare super terram. vnus enim est pater vester qui in celis est. Damascenus. Principaliter dicitur deus pater noster / quia de non esse ad esse nos duxit q̄ qui nos genuerunt. Ut det vobis secundum diuitias glorie sue id est sicut diues est in gloriose operando. et gloriosa munera largiendo. det vobis in⁹ virtutem corroborari id est ad corroborandū vt in eius virtute sitis corroborati. q hoc per spiritum sanctum eius et vbi in interiori homine id est in anima et spiritu mentis. De quo. ij. Corinthio. Licet quoniam si is qui foris est noster homo corrumpatur tamen is qui est intus renouatur de die in diem. ¶ Sed ad quid sitis roborati in interiori hole. Certe ad habitandū christum in cordibus vestris. Unde habitare id est ad habitandum q hoc per fidem. vt scilicet fides ie su christi habitet in cordibus vestris. i. Johan. iij. Qui manet in charitate in deo manet Abacuc. ij. Justus ex sua fide viuet. Christus enim, dupliciter in nobis habitat scz per fidem quantum ad intellectum et per charitatem quantum ad effectum. Et sic patet primū. ¶ Secundo apostolus orat ephesiorum in charitate profectum dicēs. huius rei gratia flecto genua mea vt vos radicati et fundati in charitate possitis comprehendere cum omnibus sanctis. Comparatur autem charitas radici et fundamēto. Radix enim arboris est fundamentum edificiorum ex radice fructus procedit. ex fundamento vero resurgit edificium quod protegit. Et hec duo charitas in nobis facit. Nam fructificare nos facit ac etiam protegit Col. ij. In christo ambulate radicati et superedificati in ipso. Sic ergo radicati possitis comprehēdere cum omnibus sanctis id est sicut omnes sancti que sit latitudo id est quāta debeat esse latitudo charitatie q̄ debet vsq ad inimicos extendi et cum hilaritate bene operari / quia qui tristis dat perdit q̄ dat. Opus est ergo latitudine charitatis ne perdamus quod facimus bonum. Sed quia ab undāte iniquitate refrigescit charitas multorum ideo opus est longitudine charitatis. Et ideo subdit que sit longitudo charitatis hoc est perseuerandi longanimitas. In charitate enim stando perseueratur. Et que sit sublimitas scz charitatie qua sursum cor dirigitur ad celeste premium. Augustinus. Hec est sublimitas charitatis qua sursum cor dirigitur vt deus in premium expectetur. Nam si bene operaris etiā ad inimicos, et hilaritate tribuis habes latitudinē. et si in his vsq ad finem perseueraueris habes longitudinē sed si omnia hec non propter mercedē supernam facis altitudinem non habes. tile amor nec lōgitudo erit nec latitudo. Si ergo amas / ipse sit merces quem amas. si amas gratis ama. Et quod sit profundum scilicet charitatis id est vt possitis intelligere occultū dei iudicia esse. quare illi dat et illi nō dat. Nec hoc dicit vt possim⁹ dei iudicia cōprehendere que efficiunt omnia hec. Sed vt cōprehendamus ipse esse incomprehensibilia Augu. dicit. De occultis eius iudicijs cōprehēsibilis video. Quare autē illi det q illi nō det nichil ad me. abyssus est et pfūdū. Idem. Nūc ergo ipsa charitas exercet in bonis operib⁹ ad subuectionem alios et vsq ad inimicos potrigitur. et hoc latitudo est. Nunc longanimitate aduersa tolerat in eo q̄ veraciter p seuerat hoc longitudo est. Hoc autem totū propter adipiscendam vitam facit que illi promittitur in excelso et hoc est altitudo. Exiit vero in alto ipsa charitas et hoc p fundam. profunda enim et voluntas dei cuius cause non intelligantur. cuius gratia sumus saluati. ¶ Et quia duplex est scientia scz speculatiua et practica. Speculatiua autem per practicā perficitur ideo apostolus non solum rogat vt habeant scientiam speculatiuam de charitate sed etiam practicam vt scz per opera charitatē sciāt. sicut xp̄s scit. Et hoc ē quod subdit. Scire etiam. q. d. id est rogo etiam q̄ deus det vobis scire experimentali scientia charitatem xp̄i supereminentem scientie vestre experimētali. Nullus enim se tantam potest sentire charitatem quanta fuit charitas christi. Tanta enim fuit vt seipsum daret etiam pro inimicis. Multa enim est charitas cum se aliquis dat pro amicis Johan. xv. Maiorem hac dilectionem nemo habz Sed supereminet et maxima tunc est charitas quando quis etiam dat se pro inimicis sicut xp̄s fecit Romanorum. v. Commē dat autem charitatem suā deus in nobis. quoniam cum inimici essemus reconciliati sumus deo per mortem filij eius. Excedit etiam charitas xp̄i scientiam nostram speculatiuam quia nullus posset simplici cognitione apprehendere tantam abundātiam charitatis Abacuc. primo. Aspicite in gentibus et videte et admiramini q ob stupescite quia opus factum est in diebus nostris quod nemo credit cum narrabitur Et ad quem finem debemus scire per experientiam charitatem christi supereminentem certe vt proficiamus in illa et ad beatitudinem perueniamus qua deus plenus est in quo omne bonum cōtinetur. Exodi. xxxiij. Ostendam tibi omne bonum. et hoc est. Ut impleamini scilicet charitate et bonis aliis tendentes per hoc in omnē plenitudinem dei id est in illam plenitudinem dei qua deus nos replebit in patria id est seipso in quo omnis boni plenitudo continetur. Plenitudo eius vie qua homo charitate est plenus que est plenitudo gratie ducit ad plenitudinē patrie que ē plenitudo glorie Johan. petite vt gaudium vestrum sit plenum. Et sic patet secundum. Tercio apostolus subiungit pro collatis beneficijs gratiarum actionem dicens.

Ei autē sit gloria qui potens est omnia facere que petij et pro quibus petij q̄ ad hoc genua flecto et superabundantius q̄ petimus aut intelligimus id est magis abundāter tribuit nobis deus q̄ petamus aut intelligamus Sic patet in Salomone qui petijt scientiam tantum et dedit illi cū scientia diuitias et gloriam quas non cogitabat nec petebat. iij. Regum. iij. Ecce feci secundum sermones tuos et dedi tibi cor sapiens sed et que non postulasti dedi tibi. i. Corin. secundo. Oculus non vidit nec auris audit nec in cor hominis ascendit que preparauit deus his qui diligūt illum. Et hoc facere nobis potens est deus secundū virtutem que operatur in nobis id est ita potest in nobis deus hoc facere sicut iam fecit in nobis apostolis quia eius virtute sumus in fide robotati et in charitate fundati et omnia in ipso possumus Phili. iij. Omnia possum in eo qui me confortat. Ipsi ergo sit gloria q vbi certe in ecclesia iustorum. Alibi enim non valet gratiarum actio Augustinus. Non est locus veri sacrificij in toto mundo extra catholicam ecclesiam Et hoc totum in christo iesu id est per christum iesum Ipse est enim altare aureū q̄ est ante oculos dei super quod offerēdum est vt dicitur Apoc. viij. Et ideo omnes orationes per iesum christum terminantur. Et quanto tēpore fiet hoc certe in omnes generationes seculi omnium seculorum cōtentui amen. ¶ Moralitas. Sicut ex dictis patet apostolus in hac epistola adtria nos hortatur. Primo vt propter nullas tribulationes vel propter quecunq̄ mala eueniētia a vera fide deficiamus sed simus corroborati intus in alia fide christi. Secōdo vt sim⁹ radicati q fūdati in charitate secūdum quattuor dimensiones charitatis et habemus experimentalem scientiam christi que per opera charitatis manifestatur. q hoc vt impleamur omni plenitudine christi scilicet gratie et glorie. Tercio vt in ecclesia deo pro beneficijs gratias referam⁹ ¶ Circa primum nota q̄ tria sunt que debēt nos in fide christi firmiter stabilire scz fidei veritas q bonitas fidei virtus q fidei meritum siue vtilitas. Primum ergo est. fidei veritas et bonitas. Nulla enim alia fides ē vera et bona nisi fides christiana q̄ patet ex tribus. B Primo ex miraculorum factione. In nulla enim alia fide fiunt miracula nisi i nostra que ab initio mūdi fuit miraculis confirmata. et maxime tempore prophetarum. quando eam pro-

phetabant ⁊ tempore apostolorum qui eā predicabant et in cordibus hominum plātabāt Marci.xv. Signa autem eos qui crediderint hec sequentur in nomine meo demonia eiicient. Deus autem non cooperatur malis. Cum igitur mirabilia per solaz potentiam dei fiant liquet fidem ad quam confirmandum mirabilia fiunt esse bonā. Ipsi etiaz sarraceni confitentur q̄ macho met nullum miraculum fecit. ¶ Secundo ex tyrānorum persecutione. Omne namq; regnum apparet esse consumptum ab inimicis propter eorum potentiam. Exemplū de regno assiriorum et grecorum et romanorum. Fideles autem propter fidem xpi quam tenebant maximas et generales pssecutiones et multo tempore ab imperatoribus romanis ⁊ principibus mundi passi sunt vt dicit Augustinus. et non potuerūt eam extirpare. immo ipsa semp crescebat. et ydolatria et imperiū deficiebat. et quādo vnus interficiebatur decem credebant Hec autem nullo modo potuissent fieri ni si deus sustentasset eam qui mittebat angelos qui interficiebant inimicos vel conuertebāt eos. vt patet in Constantino conuerso et tarquino ab osse piscis suffocato. Cum ergo deus sustentauerit eam liquet eam esse bonaz. ¶ Tercio ex malorum factione q̄ in fide christiana fuit que tot sunt q̄ propterea omnino xpianismus et xpiani extirpari deberent. et tamen fides semper stat et defendit christianos. Nulla natio tantum offendit contra fidem et legem suam sicut xpiani. et maxime vbi deberet esse fons sanctitatis scilicet in clero et in ecclesia romana ibi est viciorum sentina per quod maxime patet q̄ in fide xpiana operatur virtus diuina; alias deficeret si esset mala cum malū se sustentare non possit bonum autez seipsum sustentat. Hic cadit exemplum cuiusdam iudei de hispania qui ante q̄ baptizaretur voluit venire ad curiam pape qui videns ibi, tot mala fieri dixit. vere fides ista sustētatur a deo. Hoc etiam patet in iudeis qui tamdiu sustentati sunt q̄diu bonam fidē sustinuerunt. et statim posq̄ fidem christi bonam non receperunt exterminati sunt. ¶ Secundum quod in fide xpi nos debet stabilire est fidei virtus que quantuz ad tria mirabilis apparet. ¶ Primum est quia fides facit homines filios dei Johannis.i. Dedit eis potestatem filios dei fieri. Et eripit de seruitute dyaboli. Omnes enim nascimur filij ire et serui dyaboli sed per fidem que in baptismo recipitur ab eius potestate eripimur Coll.i. Qui eripuit nos de potestate tenebrarum id est demonum. Hoc figuratum fuit in occisione agni per cuius fidem id est per fidem illius quem ille agnus figurabat filij israel liberati sunt de seruitute pharaonis Hebreo.xi. Fide moyses celebrauit pascha et sanguinis effusionem id est habuit fidem q̄ illius agni mota figurabat mortem incontaminati filij dei p quam fidem erepti sunt de manu pharaonis. Mathei.xvi. Porte inferi non preualebunt aduersus eam. Secundum est quia fides nostra liberat nos a triplici morte scilicet nature culpe et pene. Johan.xi. Qui credit in me etiam si mortuus fu. viuet ⁊. Nam mortem nature mutat in resurrectionem glorie. Et ideo q̄ fideliter moritur nō debet dici q̄ moriatur sed q̄ gloriosam vitam inchoet primi. Thessa. quarto. Si enim credimus q̄ iesus mortuus est et resurrexit ita et deus eos qui dor. per. ie. ad. cum eo Augustinus. Tantam gratiam deus fidei prestitit vt mors quam cōstat vite esse contrariam instrumentum fieret per quem transiretur ad vitam eternam Hebreo.xi Fide enoch' translatus est ne videret mortem. ¶ Tercium est quia fides facit nos contemnere mundum et bonum eius q̄ stria. scilicet honores delicie et diuitie. Debre.xi. Fide moyses grandis effectus negauit se esse filiū filie pharaonis. Ecce honores. Magis eligens affligi cum populo dei q̄ terrene iocunditatis peccatum habere. Ecce delicie. Maiores diuitias estimans thesaurum egiptiorum improperiuz christi. Ecce diuitie. Omnis enim homo fāctus ista tria contemnit propter fidez quā habet de futura gloria Quia vt dicit apostolus.i. Corin.xv. Si in hac vita tantuz vi christo sperātes sumus miserabiliores sumus omnibus hominibus. Hoc fuit figuratum in captione hierico. Hierico iuxta interpretatur et significat mundum qui vt luna mutatur que mandata fuit capi per tredecim circuitus vt patet Josue .vi. Qui signat tredecim articulos fidei quibus muri hierico fundit⁹ corruerunt quia qui p fectam fidem habent totus mundus ante eos cadit. Hebreorum vndecimo. Fide muri hierico corruerunt. ¶ Tercium quod nos in fide christi debet stabilire est fidei meritum siue vtilitas. Fides enim nostra est valde ardua et ad credendum et ad exequendum et habet magnum meritum. Quod patet quantum ad tria. ¶ Primo quātum ad peccatorum remissionem quia per fidei meritum peccata dimittuntur Luce.v. Quorum fidem vt vidit iesus dixit. Homo remittūtur tibi peccata tua. Secundo quantum ad salutis et gratie cōsecutionem quia per fidem homo meretur salutem anime et gratiam dei Ro.viij. Fides tua saluum te fecit. Per fidem saluata est raab meretrix Hebreorum.xi. Fide raab meretrix non periit cum incredulis.

¶ Tercio quantum ad vite eterne possessionem. Per fidem enim homo meretur vitam eternam Johan.vi. Qui credit in me habebit vitam eternam Roms. quarto. Et autem qui non operatur credenti autez in eum qui iustificat impium reputatur fides eius ad iusticiā sm propositum gratie dei Exemplum de latrone crucis qui pter fidem quam habuit in xpm cum tamen nichil boni fecerit hec tria est consecutus. s. remissionem peccatorum. salutem anime que per gratiam hic habetur et vitaz eternam vel paradisum Luce.xxiij. Hodie mecum eris in paradiso. ⁊c. ¶ Secundo nos hortat vt simus radicati et fundati in charitate. ℰ Ubi nota q̄ septem ponit conditiones quas circa charitatem habere debemus. Primo enim in charitate debemus esse radicati vt sicut a radicis virtute procedunt omnes fructus. ita omnis opera nostra procedāt a charitate. Aliter enim facta perdūtur. i. Cor. xiij. Si distribuero i cibos pauperū oēs facultates meas et si tradidero corpus meum igni ita vt ardeam. charitatez autē non habuero nichil michi prodest. ¶ Secundo in charitate debemus esse fundati. Unde sicut edificium stabiliter super fundamentū. ita nos et opera nostra sint stabilita in charitate vt nullis tentationibus ab eius integritate euellamur scilicet nec propter pluuiam carnalis delectationis. nec propter flumina tribulationū. nec propter ventos honorum Math.vi. Assimilabitur viro sapienti qui edificauit domū suam supra petram et descendit pluuia et venerunt flumina ⁊ flauerūt venti et irruerunt in domum illā et nō cecidit. fundata em erat supra petrā sic erat fundatus apostolus qui dixit Roma. viij. Quid nos separabit a charitate xpi. q. d. nichil. ¶ Tercio in charitate debem⁹ eē lati vt charitas nra nō recludatur solū ad nos et ad nros sz extēdat ad extraneos et ēt ad inimicos Mat.v. Diligite inimicos vestros benefacite his q̄ oderūt vos Si em diligitis eos q̄os diligūt quā mercedē habebitis. ¶ Quarto debem⁹ eē leti in charitate vt de charitate vie ptemus ad charitatem patrie: quia charitas nunq̄ excidit. Sicut enim anima nostra in infinitum est longa: quia in infinitum debet durare ita et charitas debet esse in infinitum lōga vt semper cum anima nostra viuat. i. Joh. quarto. Qui manet in charitate in deo manet sed deus est perpetuus ergo charitas nostra erit ppetua. ¶ Quito debemus esse sublimes in charitate qō tunc est quando per opera charitatis non querimus nisi celeste premium et temporalia dedignamur. Sublimes persone vilia dedignātur sed magis cogitant et magna sperant. Phil. tercio. Nostra conuersatio in celis est. Unde et saluatorem expectamus qui reformabit car. bu. no. confi. cor. la. suc. ¶ Sexto debemus esse profundē in charitate vt profunda misteria dei credamus ex magna charitate procedere. et ex magna charitate esse q̄ ea nobis occultat vt scilicet magis mereamur. Uel simus profundi in charitate vt illi qui sunt in profundo terre scilicet mortui compatiamur et benefaciamus vt liberentur. ita q̄ charitas nostra sit sublimis vsq̄ ad celum et profūda vsq̄ ad infernum. ¶ Septimo super excellentem charitatem christi debemus habere qua cū esset diues in omnib⁹ voluit fieri pauper vt nos ditaret cū esset dominus omniū voluit esse seruus vt nos a seruitute liberaret cum esset vita perpetua voluit mori vt nos a morte perpetua liberaret. Debemus etiam per experientiam scire vt pro eius amore fiamus pauperes nostra pauperibus largiendo. Mathei.xix. Si vis perfectus esse vende omnia que habes et da pauperibus. Fiam⁹ serui iugum religionis salubriter subeundo et prelatis ecclesie humiliter obediendo. Corinth. nono. Cum esse liber ex omnibus omnium me seruum feci. Et moriamur pro salute proximorum si est necesse. Hic cadit exemplum Paulini episcopi nolani qui pro filio vidue se tradidit in perpetuam seruitutem. vadēs in affricam vt filium vidue a seruitute liberaret vt dicit Gregorius in dyalogo. ¶ Tercio nos hortatur ad gratiarum actiones. Debemus enim deo intime regratiari: quia mirabilia nobis fecit. Debemus enim deo regratiari pro bonis nature. pro bonis fortune pro bonis gratie. Nam naturam excellentem nobis dedit vt pote ad imaginem suā factam. Genes.i. Faciamus hominem ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

imaginem ꝛ similitudinem nostram. Sup omnia bona fortune nos cõstituit ac etiã super omnes creaturas iferiores. psalmis viij. Omnia subiecisti sub pedib⁹ eius. Bona vero gratie sunt innumerabilia q̃ fecit nobis et quotidie facit q̃ omnia enumerare nimis esset longũ. et iõ dimittant ad p̃sens. Et sic p̃z de moralitate et p̃nter totũ.

¶ Dñica.xvii. de euangelio. Ser.xcviii.

CUm intrasset ie=sus in domum cuiusdã principis pharisẽorum sabbato manducare panẽ et ipsi observabant eũ Luce.xiiij. Hodiernum euangeliũ historiale est et doctrinale. Nam in eo narratur quõ xp̃s fuit inuitatus ad quoddam conuiuium a quodam pharisẽo et ibi quendam ydropicum sanauit. Ponitur etiã in eo alta doctrina ꝛ vtilis et necessaria. Intrauit enim iesus ad comedendũ vt amicus sanauit vt medic⁹. docuit vt magist⁹. Et sc̃z hoc p̃sens euãgelium principaliter diuiditur in tres partes. Nam primo quoddã cõuiuium a quodam pharisẽo xp̃o exhibitum p̃emittitur In principio euangelii. Secundo miraculum circa quendam ydropicum a xp̃o sanatum inseritur ibi. Et ecce quidam hõ ydropicus. Tercio documentum habende humilitatis a xp̃o salubriter subinfertur ibi. Dicebat autem ad inuitatos parabolã intendens quomodo primos accubitus eligerent dicens ad illos. Cuius inuitatus fueris. Primo ergo quoddam cõuiuium a quodam pharisẽo xp̃o exhibitum p̃emittitur. Et hoc est quod dicit. Cum intrasset iesus in domum cuiusdam principis pharisẽor. Et nota q̃ ipsi pharisei ꝛ legisperiti observabant eum scilicet si sabbato curaret et hoc faciebant vt accusarent eum apud põtificem ꝛ apud populum diffamarent q̃ legem moysi violaret. Sed nunquid fuit inuitatus solum ad manducandum panem. Ad hoc dicendum q̃ mos est scripture sic loq̃. Uel forte hoc dicit eo q̃ iudei die sabbati nichil coquebant sed in p̃cedenti sero comedenda coquebant. ℰ Moraliter autem nota q̃ in hoc euangelio ser commendabilis de xp̃o dicũtur contra ser vituperabilia que de phariseis notantur Nã pharisei in hoc cõuiuio de ser comprehendi possunt ꝛ merito vituperari. ¶ Primum est eorum falsa amicicia: quia ostendebant se amicos xp̃i et inuitabant eum ad conuiuia sua sicut amicum et insidiabãtur ei et observabant eum vt possent eum accusare ꝛ vituperare Lu.xiij. Ecce manꝰ tradẽtis me mecũ ẽ in mensa. Talis ẽ amicicia multoꝝ q̃ alios pascũt cibis et carnibus eoꝝ vescunt. Prouer.xxiij. Noli eẽ in cõuiuijs potatoꝝ nec in p̃messationib⁹ eorũ q̃ carnes ad vescendũ cõferunt. Glosa. Carnes ad vescẽdũ p̃ferre est in collocutione vicissim vitia primoꝝ dicere. Talis est amicicia p̃ditoꝝ. Sic fecit absalõ a modo fratri suo quẽ inuitauit ad conuiuiũ et ibi fecit eum occidi. ¶ Regum.xiij. Talis est etiam amicicia mundi que cuꝝ pocula dat ducit hoiem ad fureas inferni. Cõtra hoc vituperabile est p̃mendabile ex parte xp̃i sc̃z vera amicicia quia ipsos infirmos infirmitate pessima sc̃z peccati et pauperes virtutibus que est summa paupertas non deserit. Prouer.xvij. Omni tempore diligit qui amicus est. Propter hec duo amici mũdi. q̃ sunt amici ficti solent recedere ab amico mundi sc̃z p̃pter mala que patitur et p̃pter paupertatẽ. quã incurrit. Prouerbi. Amici diuitũ multi. a paupere autem ꝛ si quos hꝫ recedunt ab eo. Sed xp̃s vt verus amicus nullo tp̃e recedit Lu.xi. Quis vestrum habebit amicum et ibit ad illũ media nocte. i. in p̃fundo tribulationis quia tũc est paratus iuuare. Poeta. Amicus in necessitate probatur. ¶ Secundum est eorum iniquitas quia ipsi pleni iniquitate ꝛ p̃tõ querunt transgressionem et peccatum in eo qui p̃cm̃ non fecit nec inuentus est dolus in ore eius. ij. Petr. i. Contra quod dicitur Wath.vij. Ypocrita eũce primo trabẽ de oculo tuo. Prouer.xxiij. Ne insidiaris et queras iniquitatem in domo iusti. Et hoc est quod hic dicitur. Et ipsi observabant eum. Nota q̃ iudei observabant p̃sonam christi cũ dicebant in belzebub principe demoniorum eũcit demonia Lucas. Item xp̃i sapientiam cũ miserunt discipulos vt caperent eum in sermone Wath. xxij. Item eius bonitatẽ vt hic quia observabant eum si sabbato conferat bona sanitatis Johan. ix. Non est hic homo a deo q̃ sabbatũ non custodit. Contra hoc ex parte xp̃i est summa benuolentia quia suis observatoribus benigne loquit et rationabiliter ostẽdit se irreprehensibilẽ esse Johã. viij. Quis ex vobis arguet me de pct̃o. Item eodẽ.xviij. Si male locut⁹ sum testimoniũ perhibe. de malo. Si autẽ bene cur me cedis. ¶ Terciũ est eoꝝ incõpassibilitas. qz paralitico et alijs infirmis quos christus curabat non compatiebantur sed curatus insidiabantur curationẽ calũniantes Dicebant enim ad illum. Non licet hodie sabbatis. Et ipse dixit eis. Quis ex vobis filius vel bos cadet in puteum et non continuo extrahet illum die sabbati. Et non poterant ad hec respondere. Luce.xiij. Sed ipse dixit eis. Hypocrite vnusquisque vestrum sabbato non soluit bouem suum aut asinum a presepio et ducit adaquare. Et hec filiam abrahe quam alligauit satanas ecce decem et octo annis nonne oportuit eam solui a vinculo hoc die sabbati. Et cum hec dixisset erubescebant omnes aduersarii eius. Et omnis turba gaudebat in vniuersis gloriosis que fiebant ab eo. Et hec de primo. Secundum est eorum superstitio et indiscreta religio. quia minima summe obseruabant scilicet baptismata calicum et vrceorum ꝛ non mãducare nisi lotis manibus et cetera talia. De magnis autẽ nichil curabant colãtes culicem camelum autem deglutiẽtes Wathei. xxiij. Ue vobis scribe et pharisei qui mũdatis quod de foris est calicis et parapsidis intus autem estis pleni rapina et immundicia. qui decimatis mentam et anetum et caminum et relinquitis que graviora sunt legis misericordiam et iudicium et fidem. Hoc vicium valde tangit religiosos sicut tunc tangebat pharisẽos qui habent conscientiam ad modum camuri extendentes eam et restringentes sicut placet eis. Cõtra hoc est christi discreta religio quia de magnis multum curabat. nam in charitate obedientia. misericordia et iusticia et ceteris virtutibus vsq; ad mortem firmus stetit. Baptismata autem calicum et vrceorum et non lotis manibus manducare ꝛ ceteras cerimonias que ad rem nichil facũt mandauit dimitti. Johannis. quarto. Uenit hora quando nec in mõte hoc nec̃ hie adorabitis patrem sed eos qui

vera iusticia compassionem habet falsavero indignationeꝫ Contra hoc ex parte xp̃i est vera pietas quia compass⁹ est ydropico et in anima et in corpore sanauit eum. Pietas autem mundi est solus circa corpora sꝫ de animabus non curat. Quia vt dicit Augusti. Infirmatur homo et moritur et omnes amici conueniunt et plorant et adducunt medicos. moritur vero secundum animam nullus plorat nullus procurat medicum. ¶ Quartum est eorum insipientia quia interrogati cum debebant loqui tacuerũt. Et merito vt dicit Beda interrogati tacent qui contra se dictum aliq̃s dixisse vident nam si dixissent licz sabbato curare cur ergo obseruabãt eũ si sũt dixisset nõ licet cur sabbato sdeq̃bãt et curabãt pecora sua cum sit magis seruile opus q̃ sanare infirmum et ideo tacuerunt nescientes quid dicerent. Eccles. quinto. Si est tibi intellectus resp̃õ proximo. sinautem manus tua sit super os tuũ. Cõtra hoc est ex parte christi summa sapiẽtia quia vidit cogitationes eorum ꝛ eis resp̃õdit et ostendit q̃ in opere charitatis sabbatum non solnebatur. et ad hoc sabbatũ fuit ordinatum vt in eo homo intenderet operibus charitatis et per hoc demonstraret q̃ ipsi legem non intelligebant ꝛ per cõsequens nõ seruabant. ¶ Quintum est eorum superstitio et indiscreta religio. quia minima summ opere obseruabant scilicet baptismata calicum et vrceorum ꝛ non mãducare nisi lotis manibus et cetera talia. De magnis autẽ nichil curabant colãtes culicem camelum autem deglutiẽtes Wathei. xxiij. Ue vobis scribe et pharisei qui mũdatis quod de foris est calicis et parapsidis intus autem estis pleni rapina et immundicia. qui decimatis mentam et anetum et caminum et relinquitis que graviora sunt legis misericordiam et iudicium et fidem. Hoc vicium valde tangit religiosos sicut tunc tangebat pharisẽos qui habent conscientiam ad modum camuri extendentes eam et restringentes sicut placet eis. Cõtra hoc est christi discreta religio quia de magnis multum curabat. nam in charitate obedientia. misericordia et iusticia et ceteris virtutibus vsq; ad mortem firmus stetit. Baptismata autem calicum et vrceorum et non lotis manibus manducare ꝛ ceteras cerimonias que ad rem nichil facũt mandauit dimitti. Johannis. quarto. Uenit hora quando nec in mõte hoc nec̃ hie adorabitis patrem sed eos qui adorant eum in spiritu et veritate adorare oportet ꝛ non in vmbra cerimoniarum. ¶ Sextum est vana gloria eorum qui eligebant primos accubitus in cenis et primas cathedras in sinagogis et vocari ab hominibus rabbi. Contra hoc est profunda humilitas christi quia cum esset dominus omnium et verus filius dei in tantum se humiliauit q̃ tanq̃ mendicus inuitatus ad prandium iuit et humiliter panem comedit phil. secundo. Humiliauit semetip sum. ꝛc. ¶ Secundo miraculum circa quẽ dam ydropicum a christo sanatum inseritur. Et hoc est. Et ecce quidam ydropicus erat ante illum. Cyrillus: ydropicus metu pharisẽorum non postulabat: p̃pter sabbatum curari sed solum astabat vt ex aspectu misertus eius sanaret cum. quod dominus agnoscẽs non postulabat ab eo si vellet sanus fieri sed protinus sanauit eum. Glosa. ydor aqua nominatur. Unde ydropisis morbus aquosus est subcutaneus denicio velice natus cum inflatione turgenti et anhelito fetido. Et est proprium ydropici q̃ quanto plus biberit tanto plus sitit. Et respondens Jesus scilicet insidiosis obseruatoribus et cogitationibus eorum quas tanq̃ deus videbat. dixit ad legisperitos et doctores eos interrogando. Si licet sabbato curare id est licitum sabbato intendere operibus charitatis sine sabbati violatione. Theophilus inquit in sua autem interrogatione dericet eos sicut amẽtes. Deo enim benedicente sabbatum ipsi prohibent bona operari in eo. Dies enim que bona opera non admittit maledicta est. At illi tacuerunt scilicet tanq̃ coniuncti. Ipse vero apprehensum sanauit ac dimisit. Et respondens ad illos: id est cogitationibus observatorum et insidiatorum dicit. Cuius vestrũ asinus. ꝛc. Exẽplo solvit q̃stionem vt ostẽdat eos sabbatũ violare in opibus cupiditatis: q̃ eũ arguit in opibus charitatis violare q̃si diceret. Si vos nõ creditis sabbatũ violare in opibus cupiditatis qõtiens vere solutis cũ sit op⁹ seruile quãtomagis ego non soluo in opere charitatis cum sit opus dei et spirituale. ¶ Moraliter autem per istum ydropicum intelligitur auarus et luxuriosus. Iste enim genera peccatorum magnam habent cum ydropico conuenientiam. ydropicus enim vt dictum est habet inflationem ventris et anhelitum fetidum et quanto plus bibit tanto plus sitit. ℰ Hec autem multum conue-

Riunt luxurioso et auaro. Nam luxuriosꝰ habet ventrem inflatum id est concupiscē tiā accensā ita qꝫ ab ipsa totꝰ vitꝫ ita fortiā vitꝫ qꝫ nō discernit iter marē et feminā quod discernunt bestie nec aliquando iter consanguineos vt patet de aman qui concubuit cū thamar sorore sua et absalon cū cōcubinis patris sui vt patet. ij. Reg. xvi. Itē habet anhelitū fetidum corā deo qꝫ tota die carnalis cogitat carnalia loqꝫ z carnalia operatur qui fetet coram deo et hominibus. Omnis em̄ mulier fornicaria ab hominibus est vt stercus. Johelis. i. Computruerunt iumenta in stercore suo. Et Ecclesiastici. xxiii. Omnis mulier que est fornicaria quasi stercus in via cōculcabitur. Unde pena fornicatorum erit, quia mittentur in stagnum ignis et sulphuris fetidi vt sicut in carnalibus fetuerunt ita in fetore crucientur Apo. xix. Missi sunt in stagnum ignis z sulphuris. Unde super zodomitas dominꝰ pluit ignem et sulphur vt sicut in voluptatibus fetebant ita et in fetore et per fetorem punirentur. Apocal. xviii. Sicut fecit vobis facite illi. Hic cadit exemplum de illo angelo qui obtusuit vni mulieri lubrice et ornate et obturauit sibi nares dicens qꝫ fetebat coraz deo et angelis. Et qꝫ luxuria sic fetet patet per suum contrarium scilicet virginitatem que valde redolet contrarie enim contrarias operationes habent. Unde dicitur qꝫ vnicornis animal ferocissimum capitur in gremio virginis, propter odorem enim venit ad virginem puellam a venatoribus in desertum ductam et dormit in gremio eius et tunc a venatoribꝰ capitur. et ligatur. Similiter filius dei sētiēs odorem virginis glorie descendit z dormiuit in vtero eius. ¶ Tercio luxuriosus est omnino insatiabilis. Prouer. xxx. Tria sūt insatiabilia infernus et os vulue et terra que nunqꝫ satiatur aqua. Potest enim homo in actum carnali deficere sed nunqꝫ satiari. Istum ydropicum id est luxuriosum dominus sanat dum apprehendit eum per aliquam magnam infirmitatem vel per artam penitentiaz dum ei gratia penitentiā faciendi a deo conceditur. Sic apprehendit magdalenā et restrinxit concupiscentiam eius. Istis duobus modis hoc viciuz sanatur scilicet per infirmitatem et per artā penitentiam. De primo eccle. xi. Malicia id est infirmitas hore vnius obliuionem facit luxurie maxime. De secundo. secundi. Corinteorum quarto. Mortificationem ie su, christi in corporibus nostris circunferētes vt scilicet concupiscentia extinguatur suple ad libidinem. Propterea vt dicit augu. Carnē vraz domate ieiunijs. ¶ Similiter hec, tria cōueniūt auaro. Primo em̄ auarꝰ habet ventrem inflatū. Ueter auari sūt cellaria z horrea que semp̄ sunt plena quia expectant maiorem caristiam et ideo non vetera dona nec superueniant noua. Psalmista. cxliiii. Promptuaria eorum plena. Prouerbioꝝ decimo. Qui abscondit frumenta maledicetur. Item venter auari est inflatus quia diuitias comitatur superbia. Unde superillud. i. Thimo. vi. Diuitibus huius seculi precipe non sublime sapere dicit Augustinus. Uermis diuitum superbia. Sapiēs quarto. Disrūpet illos inflatos scilicet diuites et auaros. Nam diuina sentencia sicut malleus conteres petras conteret eos Et tunc verificabitur illud Job. Diuitias quas deuorauit euomet. De ventre eius extrahet eas deus. ¶ Secūdo auarus fetet, quia ad litteram auarus vt augeat pecuniam comedit panem, alia cephas et malas carnes emit. z omnia putrida comedit et bibit vinum corruptum et acetosum propter quod eius fetet. Psalmista. v. Sepulchrum patens est guttur eorū. Portat enim vestes muscidas et vncuosas et totam familiam facit viuere. Prouerbiorum decimoquinto. Conturbat domum suam qui sectatur auariciam. Fetet etiam spiritualiter auarus corā deo et hominib⁹. Quia vt dicit Boecius, Largitas super ceras facit. Auaricia vero odiosos. Unde auarum omnes maledicunt et abhominantur tanqꝫ rem fetidam multum fetet auarus qui deum negat et crucem nummi adorat et animam suam vendit diabolo et corpus consumit familiam conturbat et proximo non compatitur. Ecclesia. decimo. Auaro nichil est scelestius. et nichil est iniquius qꝫ amare pecuniam. hic enim et animam suam venalem habet. i. Thi. sexto. Radix omnium malorum est cupiditas. ¶ Tercio auarus semper sitit et nunqꝫ satiatur. Ecclesiastes quinto. Auarus non implebitur pecunia: Prouerbiorum vicesimo. Sanguisuge due sunt filie dicentes affer affer. Sanguisuga est diabolus qui sitit sanguinem humanum. cuius due sunt filie scilicet concupiscentia et auaricia que dicunt semper affer affer et nūqꝫ satiant. ¶ Quattuor autem sunt rationes quare auarus bonis mundi satiari nō potest. ¶ Prima est bona mundi non intrant ad animam vbi est desiderium habendi: et ideo homo quando incipit ditari magis sitit. quia bona sibi appropinquant non tamen intrant vbi est desiderium habendi. Poeta. Crescit amor nūmi quantum pecunia crescit. ¶ Exēplum siquis haberet magnā sitim et teneret ciphum vini in manib⁹ quā tomagis appropinquaret ad eos tantomagis sitiret si non biberet. ¶ Secunda ē qꝫ diuitie sūt materia in qua auaricia nutrit Unde non habent auariciam expellere sz nutrire. Exemplum si quis multa ligna pōnit in fornacem non extinguunt fornacem sed accendunt. Sic qui plura cōgregat plus accenditur ad habendum. Gene. Dicis peccuniam perdidi o te felicem si cuz illa auariciam perdidisses adhuc es felicior quia tante rei malicia est subtracta. ¶ Tercia est quia diuitie nullam consonantiam habent cum anima quia anima est spiritus, et diuitie sunt res materiales. Unde nec implere nec euacuare eam possunt. Exemplū si quis vellet implere vnam vegetem sapientia vel virtutibus nō posset quia in nullo conueniunt. ¶ Quarta est quia anima facta ad imaginez dei est capax ipsius dei et per cōsequens perfecti boni. Omnia autem bona mundi nec perfecta sunt nec aliquid sūt respectu capacitatis anime z ideo ipsam implere non possunt. Exemplū si domum vnam domum implere vellet vno grano tritici fantasticus esset. Sic anima si totū mūdum haberet non posset implere. i. Solꝰ autem deus qui est perfectum bonum et omnia bona continens replet capacitatem anime. Augustinus. Fecisti nos domine ad te inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te. Psalmista centesimo secūdo. Qui replet in bonis desiderium suū. Istū ydropicum id est auarum dominus sanat dum apprehendit eum id est cohibet et tenet ap pentuz eius ne temporalis apperat seo superna Ubi nota qꝫ circa diuitias triplex defectus in hominibus cōtingit. I Primus est in male acquirendo et talis vocatur cupiditas Cupidus est qui semper imiat habendis et nunqꝫ satiatur habitis. Talis habet manum potrectam ad accipiendum et per omnem modum nititur pecuniam extorquere nichilominus tamen talis expendit. Tales sunt omnes romani et florentini qui mirabiliter sūt cupidi in acquirēdo per phas et nephas sed multa expendunt. Iste sanatur vt dictum est cū dominus per gratiam suam cohibet appetitum eius ne terrena cōcupiscat. Secūdus defectꝰ ē in nimis tenaciter retinēdo quē

quis habet licet non indebito et malo modo lucretur et talis vocat auarus. In quo genere sunt omnes mulieres quia omnes sunt tenaces et auare. ¶ De huiusmodi sunt etiam quidam homines parui cordis qui nō querunt magna lucra sed quod habent tenaciter tenent. In hoc etiam genere sunt quidam homines senes quibus deficit calor naturalis et ideo sunt sicut milnus dicentes myo myo. Talis curatur p manus operationem dando elemosinas. quia contraria contrarijs curantur. Exemplum de zacheo qui sic fuit curatꝰ qui ait. Ecce dimidium bonorum meoz do pauperibus Luce. xix. Et talis significatur per illuz qui habebat manum aridam cui christus dixit. Extende manum tuam Luce. vi. Super quo dicit glosa. Nil plus valet talꝫ curationi qꝫ elemosinarum largitio.

¶ Tercius defectus est in male exponendo. cum quis consumit substantiam suam in simbolis et tabernis et cum meretricibus. Prouerb. xxiii. Uacantes potibus et dantes simbola consumentur. Et talis vocatur prodigus. vt patet Luce. xv. Tales raro curantur nisi postqꝫ omnia cōsumpserunt. Unde ille filius prodigus postqꝫ omnia consumpserat reuersus ad se dixit. Quanti mercenarij in domo patris mei abūdant pa. Et sequitur. Surgam et ibo ad patrem meum. Unde z tu fac similiter. Potest etiā contingere qꝫ aliquis sit cupidus et auarꝰ et prodigus simul non quia prodigalitas et auaricia sunt cōtraria que eidem simul inesse non possunt. Et sic patet secundum.

¶ Tercio documentum humilitatis habēde a christo salubriter sub infertur. Circa quod quatuor facit. Primo proponit parabolam de nuptijs ibi. Dicebat autem ad inuitatos parabolam istam. Secundo docet quid faciendum sit in nuptijs: quia primus locus ibi. Non discū in primo loco. Tercio quid eligendum quis locus nouissimus. Quarto subditur communis sententia et ratio virtusqꝫ ibi quia omnis qui se humiliat exaltabitur. ¶ Primo ergo ponit parabolam de nuptijs. Et hoc est. Dicebat autem inuitatos parabolam istā gloſa aliquid mistice significantem. intendens quomodo. &c. i. intelligens et videns quomodo ad primos accubitus laborarēt vel intendens persuadere in doctrina sua quō debēt accubitus in ecclesia eligi. Littera plana est. Mistice autem nota qꝫ nuptie iste notant vel significant nuptias spirituales quas deꝰ in presenti celebrat cū

Universidad de Deusto
Biblioteca

anima fideli.per fidē enim et dilectionem anima cum deo despōsatur.quod fit in baptismo Osee.ii. ¶ Sponsabo te michi in fide.In his ergo nuptijs coniungitur deo anime per fidem ⁊ dilectionem. Ex qua cōiunctione triplex bonum prouenire debet quod in matrimonio carnali similiter esse debet scilicet bonum fidei.bonum prolis et bonum sacramenti.Bonum fidei ibi debet esse ne dyabolum adulterum iterum suscipiat vlterius.Sic enim promisit in baptismo dum fuit xp̃o desponsata scilicet abrenuncio dyabolo et omnibus pompis eius. Sed alia peccatrix frangit fidem et omni die dyabolum adulterum admittit et xp̃s sponsus pulsat ad ostium et introire non potest. Apoca.iii. Ego sto ad ostiū et pulso.quidam autem faciunt sicut mala vxor que recipit virum et adulterum. Ita tales volunt recipere xp̃m et dyabolū quod esse non potest quia lectus conscientie nostre est valde angustus ita ⁊ ibi deus et dyabolus requiescere non possunt. Et similiter pallium amoris est breue.et vtrū ⁊ cooperire non potest Ysaie.xxviii.Coangustatum est stratum ita vt alter decidat ⁊ pallium breue vtrumq; operire nō potest. Bonum prolis debet ibi esse vt anima xp̃i bona opera pariat:quis maledicta sterilis que non parit.i.Thi.ij. Saluabitur autē per filiorum generationem id est bonorum operum productionem.Bonum sacramenti debet ibi esse.vt inter sponsum xp̃m et sponsam animam diuisio nunq; fiat.Nam in matrimonio carnali ē triplex vnio.Una secundum consensum animorum qui fit p amorem. Alia secūdum permixtionem corporum.Tercia per individuam cohabitationem amborum.Sic et in isto matrimonio spirituali xp̃s nobis tripliciter copulatur scilicet per amorem Diere.xxxi. In charitate perpetua dilexi te ideo attraxi te miserans.Secundo per nature conformationem Hebreo.ii.Nusq; enim angelos apprehendit sed semen abrahe. Tercio per perpetuam nobiscum habitationē Matth.xxviii. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad consummationem seculi:Et nota q̄ ab his nuptijs tripliciter homines expelluntur. ¶ Primo propter defectum pietatis sicut ille quinq; virgines que non sumpserunt oleum secum per quod pietas designatur Matth.xxv. Esurim et non dedistis michi māducare. Et sequitur.Discedite a me maledicti i ignē eternum. Scōo ꝓpter defectū charitatis Matth.xxii. Amice quomodo huc ingressus non habens vestem nuptialem per quam charitas designat. Et subditur. Ligatis manibus et pedibus mittite eum in tenebras exteriores. Tercio ab hijs nuptijs homines expellūtur propter defectum humilitatis.vt p3 in hoc euangelio quia ille qui vult primū locū tenere per superbiā alijs se preponendo dicitur ⁊ teneat nouissimū locum etinfimum. Infimus locus est infernus. ¶ Secundo docet quid fugiendum sit in nuptijs quis primꝰ locus. Et hoc est. Non discumbas in primo loco. W

Ubi nota q̄ aliquis discūbit in primo loco tripliciter. Primo in corde suo alijs se preponendo. Et hoc est quod dicitur hic. Non discūbas in primo loco id ē nō extollaris in corde tuo de meritis. et scientijs alijs te preponendo. ¶ Sic discūbebat in primo loco phariseus dicens. Non sum sicut ceteri hominum Luce.xviii. Non sic faciebat Abraham dicens. Loquar ad dñm meum cum sim pulvis et cinis. Ubi dicit Gregorius. Aperte cernimus in quo loco se posuerat qui se pulueē et cinerem etiā cum deo loqueretur existimabat. Quia ergo pena feriēdi sunt illi qui ad summa nō proficiūt et de minimis se extollūt. ¶ Secundo aliquis discumbit in primo loco primatum ambiendo sicut lucifer Isa.xiii. Similis ero altissimo. Quod est valde fugiendū primatum ambire. Quia vt dicit Augustinus. Quanto quis est in loco superiori.tanto in periculo maiori versatur. Tercio primatum vsurpando. sicut chore dathan et abyron.vt patet.Nu.xvi. Istud est magnum peccatum ⁊ multum displicet deo vt patet ididem per penam subsecutam. Nam chore cum complicibꝰ suis igne diuino cōsumpti sunt Dathan vero ⁊ abyron cum tabernaculis suis et omnibus abssorbuit terra et descenderunt in infernum viuentes. ¶ Tercio docet quid eligendum est quia locus nouissimus.Et hoc est.Recumbe in nouissimo loco.

N Ubi nota q̄ locus infimus vel nouissimus propter tria est eligendus. Primo propter securitatem Augustinus. In humilitas in imo est. et ideo non h3 quo cadat. Scōo ꝓpter pacē. pſāt ei venti inimici. loc' vero iferior nō ē ita expositꝰ ventis Isa.xxxii. Erit ist̄vir ⁊ absc̄ōdit se a vento ⁊ celat se a tēpestate. Tercio ꝓpter exaltationē sequētē:qz deꝰ exaltat cū ⁊ facit ipm ad locū superiorē ascēdere. Et hoc ē quod dicit.Amice ascende superius. ¶ Facit autem deus humilem quintupliciter ascēdere. primo mundum contēnendo et obliuiscendo Phili.iii. Que vero sūt obliuiscēs ad ea que priora sunt extendēs. Ibidem omnia arbitrum vt ster. ¶ Secundo carnē spūi subijciendo.i.Corint.ix. Castigo corpus meū et in seruitutē re. Tercio animū ad sui considerationē colligendo humilis enim solū se considerat. Piere.xxxi. Statue tibi speculum.Discipuli receperūt spiritum sactum dum essent in superiori parte cenaculi vt patet Actuū. ij. vbi solū se considerabant. Quarto habitum perfectionis assumendo Mathei.v. Estote perfecti sicut et pater vester celestis perfectus est. Quinto superna contemplando et apprehēdēdo. Isa.lviii. Sustollā te super altitudinem terre et cibabo te hereditate iacob patris tui. ¶ Quarto subdit rationem vtriusq; scz superbie et humilitatis vel depressionis et exaltatiōis que est: qz omnis qui se exaltat aliquo supradictorū modorum se alijs preponendo vel primatum ambiendo vel vsurpando humiliabitur a deo id est in oculis dei erit abiectus et vilis in hac vita: et tandem humiliabitur valde in penis inferni. Qui autem se humiliat nichil se reputando: et pompas mundi contemnendo et dignitates renuēdo exaltabitur coram deo et hic per grām et in futuro per gloriam. Est ergo humilitas mensura ⁊ regula exaltationis vt qui multum se humiliat multum exaltetur et qui minus minus. Exempla horum patēt in christo et in beata virgine et Johanne baptista qui secundum gradus humilitatis sic sunt exaltati vt christus super omnes:et post ipsum beata virgo et inde Johannes baptista:qui ait non sum dignus vt soluam corrigiam calciamenti eius. Et intelligimus totum quantum ad deum: quia quantum ad mundum non sic semper euenit immo aliquando qui se nititur exaltare exaltatur/ et qui se deprimit non ingerens se mundanis non exaltatur sed vilipenditur. Et sic patet tercium. ¶ Si vis breuius procedere nota ⁊ tria dominus in hoc euangelio fecit scilicet intrauit curauit et predicauit. Intrauit domum principis phariseorum: curauit ydropicū predicauit conuiuantibus. Spiritualiter intrat ad nos dominus vt amicus: curat vt medicus docet: et predicat vt magister. ¶ In primo nota tria. Primo cuiꝰ domū intrauit:quia principis phariseorū id est filiorum qui principantur et dominantur carne et vicijs qui per amorem et desiderium diuisi sunt a mundo Sapiē. In nō liuolam animaz nō introibit sapiētia nec habitabit i corpore subdito peccatis. Secundo quādo intrauit:qz sabbato quādo scz anima quiescit a mundi tumultibus et vacat sanctis cogitationibus et operibus Job quarto.Quando soler sopor occupare homines spūs me presente transiuit Johan. xx. Cū esset sero vna sabbatorū venit Iesus. Tercio ad quid intrauit/ qz ad manducandū panē.De quo Johānis.iiii. Meus cib' est vt faciā volūtatē eius qui misit me. ¶ In secūdo similiter nota tria que fecit in curatione illius ydropici: qz apprehendit eū apprehensum sanauit et sanatum dimisit. In quib' intelligit triplex gratia per quā pcō curatur. Apprehendit eīm deus pcōrē per gratiā peruenientem mouēdo liberū arbitriū eius ad conuersionē. Sanat per gratiā subsequentem infundendo cōtritionē. Sanatum dimittit per gratiā proficientem vt proficiat in bonis operibus quousq; perueniat ad perfectionem. ¶ Et hec triplex gratia petitur in oratione presentis dñice. Tua inquit nos domine quesum' gratia semper et perueniat. Ecce primo. Et sequat. Ecce secunda. Ac bonis operibus iugiter prestet esse intentos. Ecce tercia. Uel apprehendit per gratie infusionem. Sanat per peccati dimissionē. Dimittit per plenam satisfactionē. ¶ In tercio similiter nota tria secundum tria que docuit de humilitate. Primū est gratiaz perfectioni ipsius humilitatis que est in omnibus nouissimum locum tenere et se minorem omnib' reputare:quod docetur ibi. Cum inuitat' fueris ad nuptias non discumbas in primo loco Ecclesia.tercio. Quanto maior es humilia' te in omnibus. ¶ Secūdum est defectus humilitatis priuationis que est rubor et dejecto sequēs superbiam quod notatur ibi. Ne forte honoratior te sit inuitatus. Ad quod refertur quod dicitur quis omnis qui se exaltat humiliabitur. Tercium est fructus et vtilitas humilitatis positionis qui est ascensio et exaltatio quod notatur ibi. Sed cum vocatus fueris vade ⁊ recumbe in nouissimo loco. Ad quod refertur quod dicitur. Quia qui se humiliat exaltabitur. Et sic patet totum.

¶ De epistō. ser.xcix.

Universidad de Deusto
Biblioteca

OBsecro vos ego vinctus in dño vt digne ambuletis vocatione qua vocati estis. Ephe.iiij. Hec est secūda pars totius epistole ad Ephe. In qua premissa gratiarum actione pro nobis acceptis subiungitur exhortatio vt in bonis acceptis proficiāt. Diuidit autē presens epistola in quatuor partes. Primo hortatur apostolus ephesios et nos in illis vt de bono in melius p̄ cedendo digne debeant ambulare. In principio epistole. Secundo ostendit modum digne ambulandi in multiplici virtute cōsistere ibi. Cum omni humilitate et mansuetudine. Tercio hortatur vt sine solicitudine. Solliciti seruare vnitatē spūs in vinculo pacis. Quarto rationem quare debent in vnitate spūs ambulare assignat ibi. Unus dominus vna fides vnum baptisma. Primo ergo hortatur vt proficiant de bono in melius dicens. Obsecro vos ego vinctus in dño q̄l manens in domino non obstantibus vinculis vel ego victus obsecro vos in domino id est propter dominum vt ambuletis et non stetis quia in via non proficere deficere est. vt dicit Grego. Ambuletis digne vocatione euangelica qua vocati estis sicut dignus est ambulare vocatos ad gratiam z fidem christi. Phili.i. Digne euangelio christi cōuersamini. Uel ambuletis digne vocatione qua vocati estis id est sicut competit vocationi vniuscuiusq̄. i.Cor.vij. Unusquisq̄ in ea vocatiōe qua vocatus est permaneat. Non enim omnes ad eādem ministerij gratiam vocati sunt. Et hoc est quod inferius dicit. Unicuiq̄ vestrum data est gratia secundum mensuram do. christi. Et sic patet primū. ¶ Secundo determinat modum quomodo ambulandum sit. qui consistit in quatuor scilicet in humilitate mansuetudine patientia z charitate. Dicit ergo. Ambuletis cū omni humilitate vos inuicem subiūcēdo. Ecclesia.iij. Quanto maior es. humilia te in omnibus. Quia deus superbis resistit humilibus autem dat gratiā. Jacobi.iiij. Et māsuetudine id est cum humilitate interius et mansuetudine exterius. Matth.xi. Discite a me quia mitis sum z humilis corde. Cū patientia Luce.xxi. In patiētia vestra possidebitis alas vestras. Supportantes inuicē in charitate. Roma.xvi. Debemus autē nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere Gall.vi. Alter alterius onera portate. Et sic patet secūdum.

¶ Tercio monet vt sint solliciti vnitatē spūs et charitatis seruare dicens. Sic ambulate et sitis solliciti seruare vnitatē spiritus Actuum.iiij. Multitudinis credentium erat cor vnum et anima vna. Unitatem dico existentem in vinculo pacis. id est que existit et conseruatur in vinculo pacis. Pax enim vnitatem tenet z conseruat sicut vinculū rē quā tenet z vinculat. Propter hoc dicebatur supra secūdo capitulo. Ipse est pax nostra qui fecit vtraq̄ vnū scilicet corpus et sic sitis solliciti seruare vnitatē spūs vt sitis vnū corpus quantum ad opus exterius Romano.xij. Multi vnū corpus sumus in christo. i. Cor.xij. Sicut autem multa membra vnum corpus cum sint. non potest dicere oculus manui opera tua indigeo. Et sitis vnus spiritus interius idem sentiendo quātum ad effectum. i. Corinth.i. Idipsum dicatis omnes z nō sint i vobis scismata. Sicut vocati estis id est sic sitis vnum corpus et vnus spiritus sicut vocati estis nō ad diuersa. sed in vnā spem vocationis vestre id est in vnā spem speratam scilicet ad vitam eternam. qui vna est. quis nūmus qui est merces vnus est omnium Psal.xxvi. Unam petij a domino hanc requiram vt inhabitē in domo domini. Et sic patet tercio. ¶ Quarto reddit rationem quare debent vnitatem seruare dicens. vnus dominus. vna fides. tc. quasi diceret. Sic debetis et potestis vnitatem seruare. quia vnus est dominus vester cui seruitis et non estis diuisi per multos quod esset causa vnitatis. scindende. Math.vi. Nemo potest duobus dominis seruire. i. Corinth.viij. Unus dominus iesus christus per quem omnia et nos per illum. Similiter vna est fides nobis inspirata ab illo i qua et seruire debetis. fides inq̄ formata. Et vnum est baptisma quod suscipere debetis ad deletionem peccati et infusionem virtutum. quia non iteratur propter caracterem quem imprimit et quia in virtute passionis christi datur que non iteratur. Sed potior ratio est quia est contra morbum originalis culpe que non redijt. i. Cor.xij. Omnes nos in vna spū in vnum corpus baptizati sumus sive iudei sive gentiles sive liberi sive serui. vnus deus et pater omnium. hic ostendit q̄ ille dominus cui seruire debemus est vnus in essentia et trinus in personis. Et hoc est vnus deus quasi diceret. Iste dño cui seruire debetis est vnus deus q̄ est pater omnium omnia creando et gubernando et cōseruando qui est super omnes quod appropriatur patri qui a nullo est et p̄ omnia qō appropriatur filio qui est sapientia per omnia discurrens et attingens. Sapien. viij. Attingit ergo a fine vsq̄ ad finem fortiter et disponit omnia suauiter Et in omnibus nobis quo appropriatur spiritui sācto qui operatur omnia i nobis. Isa.xxvi. Omnia opera nostra operatus es in nobis. ¶ Est ergo iste dominus cui seruire debem⁹ Deus pater qui est super omnes per potentiā presidendo et est deus filius qui est p̄ omnia per sapientiaz omnia cognoscendo. Et est deus spiritus sanctus qui est in omnibus nobis per bonitatem nobis gratiam infundendo. Et sic est vnus deus in tribus personis Romanorum. xi. Ex quo omnia z per quem omnia et in quo omnia ipsi gloria in secula. ¶ Moralitas epistole. ¶ Sicut patet ex dictis ad duo nos in hac epistola hortatur apostolus .vt scilicet digne ambulemus vocatione qua vocati sumus et vt conseruemus vnitatem spiritus in vinculo pacis. Primo ergo nos hortatur vt digne ambulemus vocatione qua vocati sumus et. dirigentem viam ad id ad quod vocati sumus diuidit in quattuor partes scilicet in humilitatem mansuetudinem z patientiam et charitatem. Cuius ratio est q̄ nos sumus ad quatuor vocati. O Primo et principaliter ad regnuz dei quod est ipse deus. Quia vt dicit Augustinus, Ad hoc creata est humana natura vt cognoscere deum cognoscendo amaret amādo possideret et possidendo frueretur. Luc.xiiij Homo quidam fecit cenam magnam et vocauit multos. Hebreo.iij. Fratres facti vocationis celestis participes. Propter hoc enam descendit filius dei vt scilicet ad illam vitam beatam nos duceret. Johan.x Ego veni vt vitam habeant. Et breuiter omnia que fecit filius dei z in vita z i mor te propter hoc fecit vt scilicet ad regnum dei tremus et vitam eternam haberemus Johannis tercio. Sic deus dilexit mundum vt filium suum vnigenitum daret vt omnis qui credit in ipsum non pereat sed habeat vitam eternam. Sola autem humilitas est via perueniendi ad vitam seu ad regnum dei. et qui aliter vadit potius cadit q̄ ascendit. Augustinus. Ambula per christi humilitatem si vis peruenire ad eius eternitatem. Johannis vicesimosecundo. Qui humiliatus fuerit erit in gloria. Proueibiorum vicesimonono. Humilem spiritu suscipiet gloria. Sic ergo qui ambulat in humilitate digne ambulat vocatione qua vocatus est ad regnum dei. ¶ Secundo sumus vocati ad iusticiam regni. Mathei.vj. Querite primum regnū dei et iusticiam eius: querite primum regnum dei tanq̄ finem. Secundario iusticiam eius tanq̄ id quod ducit ad illum finē. Quia ad regnum peruenire non possum⁹ sine iusticia regni. Matthei.xvi. Si quis vult post me venire scz ad regnum abnegaet semetipsum id est vitam carnalē z tollat crucem suam id est penitentiam in qua homo crucifigitur mundo et mundus ei. Gal.vi. Per quē michi mūdus crucifixus est et ego mundo et sequar me. s. operibus virtuosis. Et est iusticia regni. Unde filius zebedei petentibus cōsedere in regno dei interrogati sunt. an possint facere hanc iusticiam scz calicem passionis et penitentie bibere. vt patz Mathei.xx. Quasi diceret christus. Si vultis i regno sedere oportet modo primo iusticiam regni habere quod est calicem passionis christi bibere. Ergo ad hoc sumus vocati vt carnem cum vicijs et concupiscentijs crucifigamus. Galla.v. Qui autem christi sunt carnem suam crucifixerunt cum vicijs et concupiscentijs.

¶ Et vt opera virtuosa exerceamus. perfectio autem horum duorum operum est mansuetudo. quia si quis in furore et superbia doluare carnem et faceret opera de genere bonorum sicut multi faciunt non propter hoc perueniret ad regnum celoz. Hic cadit exemplum de illo qui ieiunabat omni sabbato ad honorem virginis et ex hoc efficiebatur melancolicus et impatiens: propter qō totā familiā perturbabat. Cui apparens btā virgo dixit. Facias die sabbati aliquam elemosinam et non ieiunes q̄ hoc ieiunium non placet michi. Similiter cadit exemplum quod narrat Gregoriꝰ in dyalogo de illis duabus monialibus que seruitorem suū nimis molestabant. et post mortem sepulte sunt in ecclesia et dum diuinus clameret qui est excommunicatus exeat ecclesiam videbantur predicte de sepulchris exire quasi essent excommunicate. Oportet enim q̄ opera ducentia ad regnum sive opera in mansuetudine facta. Ecclesiast. tercio. In mansuetudine opera tua perfice Mathei vndecimo. Discite a me quia mitis sum id est mansuetus in operibus exterius et humilis corde interius In eodem.v.ca. Beati mites quoniam ipsi possidebunt terram. scilicet viuentium.

Cuius ratio est quia opera ducentia ad regnum spiritus sanctus operatur in nobis qui est totus benignus et mansuetus Sapien. i. Benignus enim est spiritus sapientie. In eodem. xij. Quā bonus et suauis est spūs tuus domine in nobis. Homo em̄ qui operatur bona habet spiritum sanctū qui facit eum benignum et mansuetū. Sic ergo qui ambulat in mansuetudine digne ambulat vocatione qua vocatus est ad iusticiam regni. ¶ Tercio sumus vocati ad tolerandum aduersa presentis vite. Luce decimo. Ecce ego mittoos sicut agnos inter lupos. vt per patientiam aduersorum probemur et purgemur et perficiamur et coronemur. Jaco. i. Beatus vir qui suffert tentationem/ quia cum probatus fuerit accipiet coronam vite. Luce. xxi. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Sic ergo qui ambulat in patientia digne ambulat vocatione qua vocatus est ad tolerādum mala presentis vite. ¶ Quarto cū secundum apostolum omnes sumus adinuicem membra corporis mistici quod est ecclesia sumus vocati vt supportemus vn⁹ alterum et seruiamus vnus alteri in officio et statu suo in quo deus eum vocauit. Sicut membra corporis naturali dilectione mutuo sibi seruiunt et supportant. Nā oculus seruit pedi ostendendo ei viam et pes oculo portando eum et stomachus ceteris membris sumendo cibum pro omnibus. et sic de aliis. Deus autez posuit nos in ecclesia eius tanq̄ membra vt dicit apostolus vt vnus doceat per doctrinā alius sustentet per elemosinam. alius regat per disciplinam. Unusquisq; ergo in gratia ministerū qua vocatus est debet ministrare alīs. Romanorum duodecimo. Sicut em̄ in vno corpore multa membra habemus. omnia autem membra non habent eundē actum. Et sequitur. Habentes autem donationes secundum gratiam que data est nobis differentes sive prophetiam secundum rationez fidei sive ministerium in ministrando sive qui docet in doctrina. Sic ergo qui ambulat in hac mutua charitate et supportatione vt in gratia quam accipit seruiat alīs digne ambulat vocatione qua vocatus est ad vnitatem corporis mistici quod est ecclesia cuius caput est christus. Ephe. i. Ipsum dedit caput super omnem ecclesiam que est corpus ipsius. Magna est gratia esse membrum vnum talis corporz cuius caput est christus. Et sic patet q̄ hec dignus ambulatio in quatuor consistit. ¶ Et nota q̄ hec est similitudo dilectionis membrorum corporis naturalis ad membra ecclesie qua seinuicem solent diligere supportare t seruire sic mēbra corporis naturalis attenditur quantū ad octo. ¶ Primo attenditur in hoc q̄ vnū membrum non inuidet alteri licet excellat vnum alterū et operatione et situ. Sic nō debemus proximo inuidere in quocunq; statu quis sit. Unde Augustinus. Auertat deus pestem inuidie ab animis omniū hominum vicium diaboli est inuidentia sed habet naturam suam scilicet superbiam. Suffoca matrem et non erit filia. ¶ Secundo attenditur in hoc q̄ vnum membrū officium suum sibi non appropriat sed omnibus communicat. sic homo debet cōmunicare gratiam quam habet proximo suo. Romanorum quinto. Necessitatibus sanctorum communicantes. Tercio in hoc q̄ vnum membrum ab alio lesum non se vindicat. Sic debemus parcere non reddere malum pro malo. Quarto in hoc q̄ inferiora membra amplius honoramus. i. Cor. xij. Que putamus ignobiliora mēbra esse corporis his honorem abundantiorē circundamus. sic et nos non debemus infirmiores despicere sed honorare. Romano. xij. Honore inuicē preuenientes. ¶ Quinto attēdit in hoc q̄ vnū mēbrū alteri cōpatit t gaudet. i. Cor. xij. Sicdē vnū patit mēbrum cōpatiunt ola mēbra sic t nos facere debemus Roma. xij. Gaudere cū gaudentibus et flere cum flentibus. Sexto in hoc q̄ vnum membrum reputat sibi fieri quod fit alteri sive bonum sive malum. q̄ si leditur pes lingua conqueritur si sanat magnus regratiatur os. Sic vnus fidelis debet sibi reputare fieri quod fit alteri. exemplo illius qui ait quod vni ex minimis meis fecistis. Mathei. xxv. Septimo in hoc q̄ vnum membrum pro alio lesioni se exponit vt manus pro capite vel oculo. Sic nos facere debemus exemplo christi capitis nostri qui ictum quem humanum genus merebatur accipere in cruce sustinuit. Ysaie. liij. Propter scelus populi mei percussi eum. Octauo in hoc q̄ cibum quē vnum membrum recipit omnibus communicat. Sic et nos bona nostra temporalia communicare debemus. Actuum quarto Erant illis omnia communia et dividebatur singulis prout cuiq; egens erat. Et sic patet primum. ¶ Secundo nos hortatur vt omni studio vnitatem spiritus et corporis mistici quod est ecclesia in vinculo pacis conseruemus. Q Ubi nota q̄ in hanc vnitatem conseruādam ser nos inducere debent. Primū est xpi imitatio. Boni enim filij debent patrem in bonis operibus imitari. Et omnes boni xpiani debent xpm patrē suum imitari. Sapien. ij. Imitantur autem illum qui sunt ex parte illius. Xps autem ad hoc venit in mundum vt filios dei qui erant dispersi congregaret in vnum Johan. xi. scilicet in vnam fidem. in vnam ecclesiam. et in vnā glorią. Proprium enim est christo vnire. sicut proprium est diabolo dividere. Qui ergo divisionibus intendunt diabolum imitant et non xpm. Ipse enim diabolus primam divisionem inter creatorem et creaturam per peccatum fecit Ysa. xiij. Ponam sedē meam in aquilonem. Ipse divisit animam a corpore et homines ab inuicem per diuersa litigia per diuersos errores et cultus Sic ergo q̄ xpm imitantur in vnitate consistunt. ¶ Secundum est spūs sancti instinctio. quia vt dictum est nos sumus membra corporis mistici quod est ecclesia cuius caput est xps. Hec autem membra vniuntur vni capiti in charitate spūs sancti. que est vinculum perfectionis. vt dicitur ad. Col. iij. Sicut autem se habet membrum in corpore naturali quia membrū diuisum a corpore nō potest recipere influxum virtutis a capite. ita se habet membrum in corpore mistico: quia homo diuisus ab vnitate ecclesie per peccatum non potest recipere influxum spiritus sancti qui a filio dei procedit quia est sicut membrum abscisum. Et ideo priuatur influxu omnis boni quod fit in ecclesia. ac etiam merito passionis christi et omnes virtutes et sacramenta ecclesie in eo frustrant. Et ad hoc significandus spiritussanctus descendit super apostolos dum ipsi erant corpore et corde congregati vt patet actuū. ij. ¶ Tercium ē boni cōseruatio. Quia vt dicit boetius. Omnis res omne bonum et omnis virtus in vnitate conseruatur et tādiu subsistunt q̄diu est vna. Deficit autem cum dividitur. Exemplum in ciuitatibus et domibus et animalibus que omnia tādiu subsistunt q̄diu in vnitate seruantur. Quia vt dicit Boetius Omne quod est ideo est quia vnum numero est. Nam dicit philosophus q̄ vnum et ens cōuertuntur. Si ergo volumus bona gratie et dona spiritus sancti que nobis deus largit⁹ est cōseruare oportet q̄ in vnitate viam⁹ et vnum sim⁹ oēs in christo. Actu. iiij. Multitudinis aūt credentiū erat cor vnum et anima vna scilicet in domino. ¶ Quartum est hostilis impugnatio t debellatio triumphatio. Nobis enim grande bellum instat cum diabolo mundo t cū carne Job. vii. Militia est vita hominis super terram Ephe. Non est nobis colluctatio aduersus carnem et sanguinem sed contra principes tenebrarum etc. Omnis autem victoria in vnitate consistit. Et ideo milites in vnitate fortitudinis vniuntur et constringuntur. Et propterea antiqui dixerunt q̄ palma est signum victorie quia habet folia vnita simul. Et vincēs et propter victoriam cuz palma premiatur Si ergo volumus de hostibus triumphare oportet nos in vnitate manere alias succumbemus omnino. Cuius ratio est quia qui manet in vnitate ecclesie manet in charitate quia vt dictum est charitas est vinculū omnes fideles vniens. Qui autez manet in charitate in deo manet. i. Johan. iiij. Et ideo tales pugnant non in virtute sua sed dei in qua omnia possunt. Phili. quarto. Omnia possum in eo qui me confortat. Sic pugnauit Dauid et ideo fecit Golīā. i Regum. xvij. Die historiam. ¶ Quintum nos inducens est meritorum et glorie augmentatio omnia enim opera nostra bona non merentur eternam gloriam nisi inquantū innituntur merito christi et gratie spiritus sancti cui per charitatem vnimur Et ideo si volumus gloria eternam mereri oportet nos per charitatem et gratiam spiritus sancti manere in christo alias nichil gratie eterne possumus mereri. nec aliquem fructum in vita eterna congregare Johan. xv. Manete in me quia sine me nichil potestis facere qui manet in me et ego in eo hic fert fructum multum. Unde opera illorum qui sunt in hac vnitate diuisi nichil merentur glorie eterne Johan. xv. Sicut palmes nō potest afferre fructum nisi manserit in vite Sic nec vos nisi in me manseritis. ¶ Sextuz est malorum incursio. Nam qui extra hanc vnitatem moratur omnia mala incurrunt. Incurrunt enim mortale odium Psalmista. cxviij. Iniquos odio habui. Incurrunt perditionem bonorum que fecerunt. Incurrunt potestatem demonum et vilissimam seruitutem viciorum et tandem incurrunt penas inferni. Et hoc est quod ait Cayn. Ecce eicis me hodie a facie tua et ero vagus et profugus super terram. omnis qui inuenerit me occidet me Gen. iiij. Propter hoc ergo in vnitate spūs sācti vt simⁱ mēbra xpi i vno corpore qō ē ecclesie

manere debemus quod fit quando pacem habemus ad deum et proximum. Et ideo in vinculo pacis hec vnitas conseruatur. Hebreo.xij. Pacem ⁊ sanctimoniam sequimini cum omnibus sine qua nemo videbit deũ. Et sic patet secũdum et ꝑter totum.

Dñica.xviij.de euãgelio. Sermo.C.

Videntes pharisei q̃ iesus silẽtium imposuisset saduceis ꝙuenerũt in vnũ Math.xxij. De hac insidiatione phariseorum contra xp̃m loquitur prophera in persona christi dicens. In laqueo isto quẽ absconderunt comprehensus est pes eorum. Et ita factum est: quia pharisei volentes christũ illaqueare verbis et arguere ignorantiam eius ipsi sunt illaqueati et ignorantis redarguti. ⁊ recto iudicio dei in furcis quas amon parauerat Mardocheo vnde suspensus est ipse. Hester.vij. fuerũt suspensi. Tria vero in hoc euangelio describuntur. Primum est conuentus phariseorum malignantium contra xp̃m insidiato. In principio euangelij. Secundum est eorũdem de primo mandato interrogatio. ⁊ xp̃i de eodem responsio ibi. Et interrogauit eum vnus ex eis. Tercium est christi interrogatio ad eosdem. cuius filius xp̃s esset. et responsionis eorum improbatio ibi Congregatis autem phariseis dixit et iesus quid vobis videtur de xp̃o cuius filius est. ¶ Primo ergo ponitur cõuentus phariseorum malignantium contra xp̃m insidiatio. Et hoc est. Audientes pharisei cõuenerunt in vnum Crisostomus. Conuenerunt in vnum vt in multitudine vincerent quem ratione superare non poterant. a veritate se nudos esse professi sunt qui se multitudine armauerunt. Nota autem q̃ vt habetur in hist̃ijs scolasticis iter iudeos tres erant secte a communi vita aliorũ distãtes scilz pharisei. saducei. et esseni. De primis duabus fit mentio in euangelio hoc et in plurib⁹ locis scripture. Pharisei cultu austero et cibo parco vtebantur et habebãt quasdam superstitiosas obseruãtias. Nã deferebant cartas in fronte et in sinistro brachio in quibus decalogus script⁹ erat que vocabatur philateria. In fimbrijs ẽt et in angulis pallioꝝ habebant spinas insertas vt ipsis pũcti dum incederent fierent memores mandatorum dei. Prepositis suis et natu maioribus nunq̃ contraria respondebant. Omnia vero opera sua faciebant vt viderentur ab hominibus et boni reputarentur. Et quia a communi habitu aliorum diuisi erant. ideo dicebantur pharisei a phares quod est diuisio. De q̃rum secta paulus fuit. Actuum vicesimo tercio Ego phariseus sum filius phariseorum. Contra istos multotiens predicauit christus et ipsos reprehensibiles multipliciter ostendit. Saducei autem negabãt resurrectionem corporum futuram animas cum corporibus mori asserentes nec angelos esse dicebant Solũ quinq̃ libros moysi recipiebant. Vt seueri nimis erant nec inter sociales. ob quam causam saduceos iã est iustos se nominabant. His dominus silentium imposuit conuenienti ratione vt supra in hoc euangelio patet in eodem. Vbi dicitur q̃ ipsi quesierunt a christo dicente. Magister moyses dixit Deutro.xxv Si quis mortuus fuerit non habens filiũ ducat frater eius vxorem illius et suscitet semen fratri suo. Erant autem apud nos septem fratres. Et primus vxore ducta defunctus est sine filijs et non habens semen reliquit vxorem fratri suo. Similiter secundus tercius et quartus vsq̃ ad septimum nouissime autem omnium et mulier defuncta est in resurrectione ergo cuius eorum de septem vxor. omnes enim eam habuerunt Respondens autem iesus ait illis. Errat̃ nescientes scripturas neq̃ virtutem dei. In resurrectione enim neq̃ nubent scilicet viri id est non accipient vxores neq̃ nubẽtur scilicet mulieres. id est non tradentur nuptui sed sunt sicut angeli dei. de resurrectione autem mortuorum nõ legistis quod dictum est a deo dicente vobis. Exodi.iij. Ego sum deus Abrahami deus ysaac⁹ Jacob/ non est deus mortuorum sed viuentium. Sic ergo patet q̃ christus et duorum ignorantia confutauit saduceos i hoc errore q̃ anima moriatur cum corpore ⁊ q̃ mortui non resurgant. Primo ex ignorãtia scripture. et hoc est. De resurrectione ãt mortuorum non legistis quod dictũ est a deo dicente vobis. Ego sum deus Abraham/ et deus/ ysaac/ et deus/ Jacob. Exodi.iij. Non est deus mortuorum sed viuentium. Quia si dixit deus Moysi. Ego sum deus id est dominus Abraham/ ysaac/ et Jacob. ergo ipsi erant serui eius quia seruus et dominus sunt relatiua et vno posito ponitur reliquum. Illius autem quod non est nullus potest esse dominus et hoc est quod dicit. Non est deus mortuorũ iã est illorum qui nullo modo sunt sed viuentium ergo Abraham ysaac ⁊ Jacob in animabus suis viuebant. Similiter Moyses videtur innuere q̃ resurrectio corporum sit futura. dicit enim q̃ homo ante peccatũ erat immortalis et per peccatum est morti adiudicatus. et postea dicit q̃ Abrahe facta est promissio q̃ in semine eius omnes gentes benedicende erant Si ergo resurrectio mortuorum non erit quomodo omnes gentes in semine Abrahe benedicent Quod enim bonum homines defuncti ante aduentum christi cosequuntur per christum. Certe non potest assignari aliq̃ bonum quod per aduentum seminis Abrahe felicis christi omnes consequuntur nisi resurrectio mortuorum que bonis ac malis ⁊ pueris ac adultis communis erit pri. Corin.xv. Omnes quidem resurgemus sz non omnes immutabimur. Similiter qua re ioseph moriens fidẽs de ossib⁹ suis mãdauit vt asportarent ea in terram promissionis Hebreorum. xi. Et Moyses cuz magna diligentia ea asportauit nisi quia credebat q̃ resurgente christo etiam ipse resurgeret cum eodem si deo placeret Mat. xxvij. Multa corpora sanctorũ qui dormierant surrexerunt. Secundo cõfutauit eos et ignorantia virtutis dei. xp̃s em̃ est virtus dei Romanorum. i. Virtus enim dei est in salutem omni credenti. i. Corin. primo. Nos autem predicamus xp̃m crucifixum dei virtutem et dei sapientiam. Christus autem est resurrectio corporum et vita animarum Johan.xi. Ego sum resurrectio et vita Huic scilicet christo omnes scripture testimonium perhibẽt scilicet q̃ ipse est naturalis filius dei et tota virtus dei Johannis quinto. Scrutamini scripturas ille sunt que testimonium perhibent de me Et ideo per ipsum anime viuunt sẽper ⁊ p ipsum corpora resurgent. i. Corin.xv. Per hominem mors et per hominẽ resurrectio mortuorum ergo saducei errabãt quia nescibant virtutem dei id est christum Essei vero fere in omnibus monastice ducebãt vitam. nuptias fastidientes et omnia communia habentes vnguentum et oleum obprobrium reputabant. In veste cãdida esse volebant. Et sic patet primum. ¶ Secũdo ponitur pharisseorum de primo mandato dei interrogatio et de eodem christi responsio. Et hoc est Et interrogauit eũ vn⁹ ex eis legisdoctor. Chriso. Dicebant enim apud se. vnus loquatur pro omnib⁹ ⁊ omnes loquantur per vnum vt sq̃idem victorie omnes videantur victores. Si autem victus fuerit solus videatur cõfusus. Tẽtans eum id est volens experiri an doct⁹ magister esset. Marci autẽ.xij. dicit q̃ dominus cõmendauit eum dicens. non longe es a regno dei/ quia ipse christo respondente dixit. Bene magister in veritate dixisti/ quia est vnus deus et nõ est alius preter eũ et vt diligatur ex toto corde et ex toto intellectu et ex tota anima ⁊ ex tota fortitudine. Et diligere proximum tanq̃ seipsum maius est omnibus holocaustomatibus et sacrificijs Augu. Non moueat aliquem q̃ matheus hic dicit tentantẽ fuisse a quo dominus interrogatus est. Marcus autem hoc tacet et in fine concludit q̃ dominus ei sapienter respondendo dixit nõ longe es a regno dei. Fieri em̃ potuit vt huius tentans accesserit dũ tamen responsione correctus sit. aut certe ipsam tẽtationem non accipiamus malam sicut decipere volentis inimicum sed potius tanq̃ experiri amplius volentis ignotũ. Magister quod est magnũ mãdatũ in lege. Audi illi israel. Diliges deum tuum. ⁊c. Dilige inquit non time/ quia diligere maius est q̃ timere. Timere enim seruor. diligere vero filiorum/ timere sub necessitate diligere in libertate est. Qui em̃ in timore seruit deo penam quidem euadit. mercedẽ vero inistẽcie non habet quia inuitus fecit bonũ propter timorem. Non vult ergo deus vt timeatur seruiliter ab hominibus quasi dominus sed vt diligat quasi pater q̃ adoptionis spũm donauit hoibus Criso. Diligere deũ ex toto corde est vt cor tuum non sit inclinatum ad aliquius rei dilectionem magis q̃ ad deum/ diligere autem deũ ex tota anima est certissimum animũ habere in veritate ⁊ firmũ esse in fide. Diliges dñm omnia potentem cui timor/ omnia considerantem cui honor est. Totũ se tibi dantez cui amor. Deũ qui pro te est homo factus. Tuum quia pro te totus est exp̃sus. Toto corde vt omnes cogitationes in deum reflectas. Tota anima vt omnes affectiones in deum conuertas. Tota mente vt omnes sensus deo vacent. Aliud est enim amor cordis et aliud amor anime. Amor cordis quodammodo carnalis est vt etiaz carnaliter deum amemus quod facere nõ possumus nisi recesserimus ab amore mũdialium rerum. cordis enim amor sentitur in corde. amor vero anime nõ sentitur sed intelligitur/ quia in iudicio anime consistit. Qui enim credit apud deum esse bonum omne et nichil boni esse extra ipsum

hic diligit deum ex tota anima. Tota vero mente diligere deum est vt omnes sensus tui deo vacent cui enim intellectus deo ministrat cuius sapientia circa deum est: cuius cogitatio ea que dei sunt tractat cuius memoria ea que bona sunt recordatur tota mente diligit deum Glo. Uel ex toto corde. i. intellectu. Anima id est voluntate. Mente id est memoria vt nichil ei contrarium velis sentias aut recorderis. Hoc est maximum scz dignitate quia de re excellentissima et primum mandatum non prolatione scripture sed dignitate virtutis vt dicit origen. ¶ Secundum autem simile est huic non dicit par sed simile. Et dicitur simile quia de re simili scz de dilectione proximi. Et hoc est. Diliges proximum tuum sicut teipsum. In his duobus mandatis tota lex pendet et prophete quia ad hec duo referuntur totus decalogus et monita prophetarum ibi habent finem. nam tria mandata prime tabule ad dilectionem dei pertinent alia vero septē secunde tabule ad dilectionem proximi. ¶ Unde quadrupliciter dicitur proxim⁹ Proximus natura quia eandem naturam habet cum alio. Proximus origine / quia ab alio natus est. Proximus hereditate cui eadem hereditas cum alio promittit. Proximus lege quia eadem intentio ligat omnes. Lex et prophete in his duobus mandatis pendent / quia ea que lex et prophete precipiunt quasi in radice fundantur in charitate et dilectione. ¶ Uidetur tamen q⁹ in altero solum horum mandatorum tota lex pendeat secundum illud ad Gal. v. Omnis enim lex in sermone uno impletur diliges proximum tuum sicut teipsum Romanoꝝ. xiij. Quid diligit proximū legem impleuit. Ad hoc dicendum q⁹ in dilectione proximi intelligitur dilectio dei. Qui enim diligit proximum debito modo diligit eum propter deum et in deo. Sed vt dicit philosophus propter quod vnum quodq; tale et illud magis. Ergo qui diligit proximum propter deum multomagis diligit deū. Et sic pz q⁹ debemus diligere deum super omnia et proximum sicut nos. Debemus etiam diligere proximum sicut christus dilexit nos Jo. xv. Hoc est preceptum meum vt diligatis inuicē sicut dilexi vos. ¶ Quatuor hic videnda occurrūt. Primo quare deū sic perfecte et super omnia diligere debemus. Secundo quare sic specialiter deus dedit mādatū de amore. Tercio quomodo proximum diligere debemus sicut et christus dilexit nos. Quarto quomodo proximū sicut et nosipsos diligere debemus. R Circa primū nota q⁹ propter decem maxima precepta que deus nobis cōtulit debemus eū super omnia diligere ex toto corde et anima. ¶ Primum est beneficiū creationis quia ad imaginem suā nos creauit Bern. Cogita qualem te fecit. Nempe scām corpus egregiā creaturā secundū animā magis imagine creatoris insignem. rationis participem beatitudinis eterne capacē. Potro ambo coherere sibi fecit incōprehensibili sacrificio. sapientis inuestigabili. nec ante promeruit qui nec ante fuit nec spes retributionis affuit quis honorum nostrōrū nō eget. Charissimi si quis nobis recuperasset oculos perditos quantum ipsum diligeremus. quare ergo non diligimus deū qui animā et corpus nobis dedit. Proverbium est. Quis omne maximū seruitium perditur. Cuius ratio est q⁹ homo desiderat libertatē. qui autem maximū seruitiū recipit estimat se seruum eius a quo recepit. et ideo fugit eum et sic accidit de nobis circa deum. ¶ Secundum est beneficium eruditionis q⁹ nos docuit et docere non cessat. Nam posuit intus in anima lumen rationis per quod ola possum⁹ cognoscere creatorem et creaturas et bona et mala. Job. xxxv. Qui docet nos super iumenta terre psal. xlij. Multi dicunt quis ostendit nobis bona. Et sequit. Signatū est super nos lumē vultus tui dñe. Docuit enā nos exterius per prophetas suos in sacra scriptura. Et ad vltimū venit ipse vt nos omnem veritatē doceret Johā. xvi. Docebit vos omnem veritatē. Johā. xviij. Ego ad hoc natus sum et veni in mundū vt testimonium perhibeam veritati. ¶ Tercium est beneficiū administrationis et gubernationis / quia nobis omnem creaturā subiecit ad ministerium nostrum et vitam psalmista. viij. Omnia subiecisti sub pedibus eius oues et boues. Et ideo sicut feudatarii faciunt omagium domino ita et nos omni die et omni hora facere debemus. i. Thes. v. Sine intermissione orate in omnib⁹ gratias agite. Ipse em̄ omnia bona sua tradidit nobis cum filio suo ac etiam seipsum. Romanoꝝ octauo. Quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit Item cum magna diligentia nos per suos angelos gubernari mandauit. Nā statim a natiuitate vnicuiq; proprius angelus deputauit vt eum illuminet dirigat. defendat et custodiat. Psal. nonagesimo. Angelis suis mandauit de te vt custodiant te. etc. Hebreoꝝ. i. Omnes sunt administratorii spiritus. Celum etiam mouet et totam creaturam disponit ad seruitium nostrum Sapiē. xij. Cum magna reuerentia disponis nos. ¶ Quartum est beneficium nature nostre assumptionis. Nostram enim naturam assumpsit et non angelicam Hebre. ij. Nusq; enim angelis apprehendit sed semen Abrahe. In qua apprehensione in immensum exaltati sumus nam deus factus est homo et homo est deus per quam exaltationem angeli qui primum erant nobis superiores facti sunt nobis equales et deinceps recusauerunt adorari a nobis. vt patet Apoca. xix. vbi volente Johanne angelum adorare ait angelus. Uide ne feceris conseruus enim tuus sum et fratrum tuoꝝ. Christus ergo et beata virgo super omnes angelos exaltati sunt in gloria.

¶ Quintum ē beneficium redemptionis quia nos venditos charissime redemit. et ideo valde caros nos habet. i. Pe. primo. Non auro vel argento redempti estis sed pretioso sanguine agni inconta. Hoc superbia ad mortē dei allicere nos debet. Ber. Super omnia te michi reddit amabilem. o bone iesu calix quem bibisti opus redēptionis nostre. Hoc omnino amorē nostrū facile vēdicat sibi. Uultum quippe in me laboranit saluator et nec in omni mundi fabrica tantum fatigationis autor assumpsit In dictis suis sustinuit contradictiones in factis obseruationes. in tormentis illusiones. et in morte exprobrationes. ¶ Sextum est beneficium lotōnis et vestitionis. nam nobis maculis peccatorum omnino turpissime fedatis quas maculas nullus vnq; abstergere potuit. balneum ipse delectabile et efficax. i. baptismum preparauit Ezech. xxxvi. Effundā super vos aquā mundā et mūdabimini ab omnibus inquinamentis vestris. Apo. primo. Laut nos a peccatis nostris in sanguine suo Johannis. xix. Continuo exiuit sanguis et aqua. Sanguis redemptionis. et aqua lotionis. Non enim aqua talis maculas posset abstergere nisi in virtute passionis xpi. Et postq; nos sic lauit vestem purpuream et stragulatam id est variarū virtutū et donorū spūs sancti pquā nuptijs regis eterni digni efficimur nos induit. ¶ Septimū ē difficile sanationis q⁹ nobis ad mortē infirmis contra omnem morbū medicinas efficacissimas ppauit quas in sanguine suo pfecit. Psa. ciij. Qui sanat omnes infirmitates tuas. Et vide magnam clementiam quia vt nobis in nostris infirmitatibus compateretur voluit infirmari Hebreoꝝ. iiij. Non habem⁹ pontificem qui non possit cōpati infirmis. nostris. autem per omnia Unde recte ipse assimilat se galline. q⁹ ex amore pullorum infirmatur vt pz. Mathei. xxiij. Clamemus ergo si aliquid patimur quia tpe omnia est expert⁹. Charissimi nō ē desperabilis plaga nostra immo est susceptibilis medicine ideo deus locum et tempus penitentie no bis dedit in quibus hec suscipiuntur medicine. Job. xxiiij. Dedit ei deus locum penitentie. Totum hoc non dedit nec fecit angelis quia nec locum nec tempus deus ad hec medicinas sumendas preparauit sed statim peccantes in infernū demersit. Propter que omnia dicit Dauid. Quid retribuam domino pro omnibus que retribuit michi. q. d. nichil dignuꝝ. Exemplum. Multi miseri faciunt sicut fecit serpens hominis qui extraxit eū de sub lapide sub quo crepabat et postea voluit eum serpens intoxicare dicens q⁹ omne seruitium erat predictum qui sunt similes viperis que matrem interficiunt Mat. xij. Semimie viperaꝝ. etc. ¶ Octauum ē beneficium adoptionis qz per spiritum sanctuꝝ nos in dei filios et fratres christi adoptauit pri. Jo. iij. Uidete q⁹ lem dilectionem dedit nobis deus vt filij dei nominemur et simus. ¶ Nonum est beneficiuꝝ glorie preparationis. quia nobis gloriam ineffabilem preparauit. i. Cor. ij Quod oculus non vidit nec auris audiuit etc. Isa. lxiij. Oculus non vidit deus absq; te que preparasti expectantibus te. Et nota q⁹ maiorem gloriam preparauit hominibus q̄ angelis quia in anima et in corpore Johan. x. Ego veni vt vitam habeant et abundantius habeant supple q̄ ageli Isa. lxi In terra sua duplicia possidebunt. Decimum est beneficium corporū resurrectionis quia corpora nostra propter peccatum putrefacta victura seper resuscitabit. Phili. iij. Reformabit corpus humilitatis nostre figuratū corpori claritatis sue. Ideo bene dicit per Isa. v. Quid vltra debui facere tibi et nō feci. S Secūdo videmus quare sic specialiter dedit mādatū de amore. Et dicendum q⁹ quadruplex est causa huius mandati secundum quatuor que in amore considerantur. ¶ Prima est propter facilitatem. quia nichil est tam facile sicut amare et nichil ita libere et in hominis potestate sicut amor vñ nemo potest se ex-

mandatu fuit de amore speciali rz. ung causa quadru plex est. nota.

Cusare a mandato amotis Deut.xx. Mandatum quod ego tibi precipio hodie non supra te est neq; procul positum nec in celo situm vt diligas dominum deum tuum.

¶ Secunda est propter suauitatem: quia amor omnia suauia reddit Bern. Amanti nichil est difficile Math.xi. Jugum enim meum suaue est et onus meum leue scilicz amanti. Figura huius patet Gen.xxix. de Jacob et Rachel. Si enim amor mundi tantum alleuiat vt omnia grauia homo sustineat quanto magis amor dei. ¶ Tercia est propter gratiositatem. quia amor ois opera reddit gratuita et gratiosa deus autez non vult seruitia coacta quia non sunt meritoria: sed gratuita z voluntaria quod facit amor.i.Cor.xiij. Si distribuero in cibos pauperum oēs facultates meas charitatem aūt non habeam nichil michi prodest. Quarta ē propter virtuositatem. Est enim amor sursum erigens animam quia est pondus anime inclinans eam et ducēs ad locum proprium qui est deus Augusti. Amor meus est pondus meū eo feror quocūcz feror. Unde q̄ anima inferius inclinatur ad mutabilia hoc est propter violentiā vicij et contra naturam. Est enim amor spiritualis ignis anime cuius naturaliter est sursum agere. ¶ Tercio videamus quomodo proximum diligere debemus.

¶ Debemus enim proximum diligere sicut xp̄s dilexit nos. que similitudo attenditur quātum ad ser. Primo quia xp̄s nos amauit amore gratuito non ex meritis nostris vel ex amore ei a nobis impenso.i. Joh̄.quarto. In hoc apparuit charitas dei. non quasi nos dilexerimus deum. sed quoniam ipse predilexit nos. Sic amare debemus proximum. Quod est contra multos qui nunc̄z amant nisi eos quos se credunt amare perdētes mercedem amoris Mat. quinto. Si diligitis eos qui vos diligunt quam mercedem habetis. Nonne etiā publicani et ethnici hoc faciunt. ¶ Secūdo amauit nos amore recto siue vero non propter vtilitatem suam sed nostram qui vocatur amor amicicie siue honestus noster autem amor et plurimum est amor concupiscentie siue vtilis: quia solum illum amamus qui est nobis vtilis a quo bona speramus. Vera autem amicicia non est pensanda temporalibus commodis sed gratuito amore portanda vt dicit Seneca. Et quia veram amiciciam non habemus de facili efficimur amici et inimici Boetius. Quem felicitas facit amicum infortunium faciet inimicum quia talis non amat personam ꝓpter persone Et ideo remota causa remouetur et effectus. ¶ Tercio nos amauit amore discreto qui est quando personam amamus et vicia persequimur et odimus nec personis condescendimus vt vicijs impleamur. Romanorum tercio. Dilectio proximi malum non operatur. Tullius. Nulla est excusatio si amicicie causa peccaueris. sancitur lex amicicie. vt nec rogemus res turpes nec faciam⁹ rogati. ¶ Quarto nos amauit amore vehementi. Johan.xv. Maiorem hac dilectionem nemo habet. Sic et nos facere debemus proximo si necesse fuerit pri. Johannis tercio. In hoc cognouimus charitatem dei quoniam sicut ille pro nobis animam suam posuit z nos debem⁹ pro fratribus animas ponere. Sic fecerūt martires. ij. Corin. decimo secūdo Ego autem libentissime impendam et super impēdar ipse pro anima vestra. ¶ Quinto nos amauit amore fructuoso et reali et non vocali tantum. Johannis tercio. Sic deus dilexit mundum vt filium vnigenitum daret vt omnis qui credit in euz non pereat sed habeat vitam eternam. Sic et nos facere debemus. Johannis tercio. Filioli non diligam⁹ verbo. ne. lingua sed opere et veritate In quibusdam autem charitas habet magnam linguam et manum nullam. Grego. Probatio dilectionis exhibitio est operis Quidam enim sunt sicut vitrum qui de omnibus volunt eleuare. et si quis aliquid vult eleuare ab eis statim franguntur. Cōtra quos dicitur Prouerbiorum decimo secundo. Qui negligit damnum propter amicum iustus est. ¶ Sexto nos amauit amore perseueranti. Johan.xiij. Cum dilexisset suos in finem di. eos id est vsq; ad mortem. Quidam autem, solum amant tempore prosperitatis, Eccle.vi. Est amicus socio⁹ mense z nō pmanebit in die necessitatis Cōtra qđ Prouer.xvij. Omi tempore diligit q̄ amic⁹ est. ¶ Scō debem⁹ primū amare sicut nosipsos. Et ideo qui nescit diligere se nec proximū diligit recto mō Augu. Unde si nosti diligere te et cōmitto tibi proximū quem diligas sicut te. Si autem nō nosti timeo ne decipias proximū sicut te. Jdē si te diligis ergo non diligis iniquitatem que te odit. nam si diligis iniquitatē odis te. Psal.x. Qui diligit iniquitatem odit animam suam. Qui ergo diligis iniquitatē animam suam. Qui ergo diligis iniquitatē quomō volebas tibi pmitti primū mū qui diligeres tanc̄z te homo qui perdis te. Si ent enim ipse diligis te vt perdas te ꝓfecto perditurus es eum quem diligis sicut te. ¶ Debemus ergo proximum diligere sicut nos. quod sex modis exponitur. quere supra dominica decimatercia. ibi hoc mandatum ponitur sicut hic euangelio. Beati oculi. in secundo membro. Et sic patet secundum. ¶ Tercio ponitur interrogatio christi ad phariseos cui⁹ filius esset christus et responsionis eorum reprobatio. Et sic patz q̄ in hac parte tria facit. Primo interrogat eos. Et hoc est. Congregatis autem phariseis qui scilicet adsentandum conuenerant occasionem dantes sue confusionis. vel si voluissent credere sue instructionis. Manifeste enim prohauit eis q̄ ipse erat filius dei. Jnterrogat ergo eos iesus dicens. Quid vobis videtur de christo sine credatis eum venisse siue venturum esse quem vos purum hominem asseritis. vt dicit glosa. id est quod videtur vobis de illo propheta magno scz messia vobis promisso per Moysen. Deuteronomij. qui debet vos saluare et liberare. q̄ debet esse christus.i. totus vnctus gratia et virtute dei. vt rex vester et sacerdos cuius filius est scilicet ꝼm carnem.i. cuius filius debet esse ꝼm legem vestram. Secundo ipsi respondent et hoc est. dicunt ei david id est debet esse filius david solum: q̄ messiam purum hominem expectabant nasciturum de progenie David. ¶ Tercio xp̄s improbat opinionem eorum quam de messia habebant ostendens q̄ debet esse deus et homo. et non solum homo filius David. Et ideo vt dicit glosa non reprehendit eos de eo q̄ dicunt eum filium David. sed q̄ filium dei non credunt et hoc est qđ sit illis. Quomodo ergo si purus homo sit David in spiritu scilicet sancto qui mentiri non potest vocat eum dominum. qui ꝼm vos ante eum non fuit vt dicit glosa dicēs dixit dominus domino meo. Jstud dicere est equalem filium sibi generare. Psal.ij. Dominus dixit ad me. dixit ergo dominꝰ scilicet deꝰ. pater domino meo scilicet deo filio qui erat dominus david. non ꝼm qđ de eo carnē sumere debeat sed ꝼm quod in deo patre semper fuit. Dixit ergo dominꝰ pater domino filio sede a dextris meis. id est in equalitate deitatis ꝼm quod deus. z in potestibus bonis patris secundum qđ homo. donec ponam inimicos. ꝛc. ¶ Et attende q̄ istud donec non tenetur hic exclusiue sed inclusiue. Unde non ponit continuationem actus sessionis vsq; ad subiectionē inimicoꝝ tm̄ sed ponit eternam continuationē. Simile est illud quod dicitur Mat.xi. Non cognouit eam donec peperit filium suum primogenitum. ¶ Aduertendum ergo hic q̄ christus inquātum homo fuit in magnis laboribus in mūdo isto donec dictum est ei a patre sede a dextris meis. Donec ponam inimicos tuos. ꝛc. id est donec tibi rebelles subiugā. vel subiectione voluntaria vt credant volentes Jsa.vi. Et adorabunt scabellum pedum tuorum: qui detrahebant tibi. Uel subiectione coacta. vt in iudicio puniantur et subsint ei. Oportet autem illum regnare donec ponat inimicos sub pedibus eius. Si ergo dauid in hac auctoritate vocat eum dominum quod est secundum diuinitatem quod non posset esse si esset purus homo quomodo filius eius est. q.d. Jstud est impossibile q̄ scōm eandem naturam sit filius et dominus. Secundum ergo vestrum intellectum illa sunt. omnino repugnātia. relinquitur ergo q̄ sit filius dauid scōm humanā naturam et sit dñs dauid scōm diuinā naturā. et per consequens patet q̄ sit deus et hō. Et ideo nemo poterat respōdere ei verbō neq; ausus fuit quisq̄ ex illo die eum amplius interrogare. Et sic patet tertium.

¶ De epistola. Sermo.ci.

Gratias ago deo meo semper pro vobis.i. Cor.i. hic icipit pria epistola ad. Cor. In qua premissa salutatiōe ponit exordiū in quo vt captet benivolentiam auditorū cōmendat bonos qui erant inter corinthios z regratiatur deo de multis bonis que eis contulerat. Et ꝼm hoc hec epistola diuiditur in tres partes. Primo enim agit gratias deo pro gratia data eius gratiā faciente qua deus eos gratificauit. In principio epistole. Secundo agit gratias pro gratijs gratis eis datis. propter quas cotam hominibus gratiosi sunt facti ibi. Quia in omnibus diuites facti estis in illo. Tercio agit gratias ꝓ certitudine glorie quam in futuro recepturi erāt dei gratiam possidentes ibi. Expectantibus reuelationem domini nostri iesu xp̄i. ¶ Dicit ergo pria. Gratias ago. s. ore corde et opere deo meo. Deus est omnium per creationem et gubernationem sed ieius specialiter per specialem cultum et dilectionem. Semper pro vobis id est horis debitis et temporibus constitutis. Sic intelligendō est illud. i. Thess. v. Sine intermissione orate. In cibus gratias agite. In gratia dei.

id est propter gram dei q̄ data est vobis p quā scz grati facti estis deo et in filios ei⁹ adoptati et hoc in xpo iesu. Et sic patz primum. ¶ Secundo agit gratias pro diuersis gratijs gratis eis datis dicens. Et gratias ago. supple. quia in omnibus diuites facti estis in illo. id est in christo et per xpm in omni verbo id ē in omni genere linguarū vel in omni modo predicandi scilicz mediocribus minoribus et perfectis. z in omni sciencia id est in intellectu omnium scripturarum et his ita estis ditati q̄ ita teneatis sicut testimonium christi. hoc est de xpo datum a prophetis confirmatum est in vobis scz per meam predicationem. i. ita ista verba et scientiam tenetis de eo quod de xpo predicaui sicut testimonijs prophetarū confirmati. hoc est sicut illa que de christo vobis predicaui illum testificantia testificata a prophetis sunt firma in vobis. sic ille gratie fortissime confirmate sunt in vobis. ¶ Ubi notandum q̄ predicatores confirmant suam predicationem testimonio scripturarum de xpo a prophetis dictarū. Confirmant etiam eam per bonam et p seuerantem vitā. Eccle. xxx. Confirma verbum tuum et fideliter age. Deus autem cōfirmat per miracula Mar. xvi. Domino cooperante et sermonē confirmantē sequentia. Et ita diuites facti estis i illis gratijs confirmati. ita vt nichil vobis desit in vlla gratia quin totum habeatis quod ad salutem spectat. Quia vt dicit Augusti. Multum ē diues religio xpiana que in xpo omnium possessore omnia possidet. Hanc autem abundantiam meretur abundans humilitas Joh. i. iij. Deus superbis resistit humilibus autem dat gratiam. Et sic patz secundum. ¶ Tercio agit gratias pro certitudine glorie quaz habebant dicens. Et gratias ago supple pro vobis expectantibus revelationem domini nostri iesu xpi. id est quia firmiter expectatis eius apertā visionem que post mortem fidelibus christi prestatur. Vel revelationem dicit q̄ erit in die iudicij quam impij timent sed iusti expectant Job. xiij. Cunctis diebus quibus nunc milito expecto donec veniat immutatio mea. ¶ Hanc revelationem omnis creatura expectat. ¶ Qui cōfirmabit. Hic ostendit q̄ secure possunt revelationē filiorum dei expectare. Omnis enim in perseuerantia confirmatus secure expectat. sed ipsos dicit procul dubio confirmādos ergo secure expectare possunt. Ue autem illis qui ex presumptione vel ex contentu

talem revelationem expectant. Amos. vi. Ue desiderantibus diem domini. ¶ Dicit ergo. Qui confirmabit vos scilicet super hoc quod dat sperare in bono faciendo et cetera spe sine crimine mortali faciēs vos esse in cauendo a malo et non sine peccato venali et hoc vsq̄ in finem. Et exponit se scilicet in die aduentus domini nostri iesu xpi. i. quando xps veniet in morte vniuscuiusq̄. Nota ergo q̄ electi confirmantur a deo in bono faciendo et in cauendo malis. Confirmat autem eos vsq̄ in finem quia mali et si ad tēpus videntur confirmati cito ruunt. Prouer. xxiiij. Septies in die cadit iustus z resurgit. Impij autem corruēt in malum. Et sic patet tercium. ¶ Moralitas. Sicut pz ex dictis in tota epistola apostolus insistit gratiarum actioni agens gratias deo pro gratia gratum faciente et pro diuersis alijs gratijs cōmunibus a deo datis. Duo ergo videamus in hac epistola. Primo quid nos inducit ad exhibendū deo gratias. Secundo de quo et pro quibus maxime ei regratiari debemus. Circa primum nota q̄ ter nos inducunt ad regratiandum deo. ¶ Primum ē admonitio et exempla sanctorum. Nam sicut dicit phūs. Unicuiq̄ experto credendum est in sua arte. sicut medico in medicinis. iudici in contractibus. Ars autem sanctorum fuit et est in cognoscere vera bona et cognita amare. Math. xiij. Simile est regnum celorum hoi negociatori querēti bonas margaritas. Sancti autem multum insisterūt gratiarum actioni et nos monuerunt vt similiter insisteremus quia hoc est vnum magnum bonū propter q̄ nos insistere debemus et eis credere sicut expertis in gratiaꝝ actione Bern. Dulce in gratia referendo nō esse tardus. et segnis. discat a singulis bona gratias agere diligenter considera que tibi apponuntur. vt nulla dei dona gratiarum actione fraudētur Thobie. iij. Omni tempore benedic deum. In duo diuiditur vita contemplatiua sanctorum scilicet in orationem et gratiarum actionē quia sancti cōsiderāt et prendent bona e mala. Pro bonis debetur gratiarūactio et vox laudis. Pro malis sequitur oratio vt amoueantur si melius est. Colocēses octauo. Orationi instate vigilātes in ea in gratiarūactione. ¶ Scōm ē maxima dei beneficia que nobis cōtulit. Decē enim maxima beneficia protulit nobis deus. de quibus supra dictum est in euangelio hodierno. quare sermone centesimo. Pro quorum quoli

bet nedam pro omnibus debemus semper gratias exhibere nec vnq̄ a gratiarum actione cessare Et attende quāta nobis deus fecit. nam factus est seruus vt nos liberaret factus est pauper vt nos ditaret. Factus est humilis vt nos exaltaret. factus est homo vt nos deos faceret. Mortuus est vt nos viuificaret. Descendit ad inferos vt nos extraheret. Resurrexit a mortuis vt nos resuscitaret. Ascendit ad celos vt nos secum duceret. O anima misera cogita hec deum beneficia et consurge tota in deuotas dei laudes. Psal. cxlv. Lauda anima mea dominum. Idem Psal. cxv. Quid retribuā domino pro omnibus que retribuit mi. Et de hiovis predicare querc in primo sermone de natiuitate domi. xxvij. d. ¶ Tercium est tempus in quo deus nos nasci et venire fecit quod est tempus gratiarum z misericordie et virtute plenum. ij. Corinth. vi. Ecce nunc tempus acceptabile ecce nūc dies salutis. Nam scriptura est aperta et clare videmus opera christi. Xps est incarnatus et passus ex cuius passiōe mirabilis virtus nobis emanauit. Celum est apertū. Dyabolus religatus est in inferno propter quod diminuta est eius potestas cōtra nos medicine efficacissime contra omnem morbum sunt parate. Indulgentie magne dātur et gratie mirabiles largiuntur. Aperta est ergo bulla summi pontificis Carissimi hec omnia ante aduentus christi nō fuerant et ideo mirabiliter christiani moderni temporis ad gratiarum actiones tenentur q̄ omnia hec possident nec tirānorum persecutiones patiūtur. Psalmista. cxlvij. Non fecit taliter omni nationi. ¶ Quartum est obsequium omnium creaturarum. Nam angelos/ celum/ sidera/ quatuor elementa terre nascentia et omnia alia deus ordinauit in. seruitium nostrum scilicet ipse filius dei ad lauandum nobis pedes venit. Psalmi. viij. Domine quid est homo q̄ memor es eius Et sequitur. Omnia subiecisti sub pedibus eius. Que omnia cōsiderans david ait. Adhereat lingua mea faucibus meis z. Habemus etiam exemplum ab animalibus regratiandi deo. Nam canis mirabiliter est fidelis domino suo. Vnde sit cum et stat ad pedes eius propter cibum solum quem ab eo recipit Hic cadit exemplum de leone beati Hieronimi z de leone de quo habetur in esopo. cui quidā extrahit spinam de pede qui postea aductus romā positus est cum alijs leonibus ad cōdemnatos homines deuorandū et dictus homo proiectus leonibus ad deuorandū defensus est ab eo. ¶ Quintum est fructus magnus. Nam recognitio beneficiorū dei et gratiarūactio pro eisdē prouocant deū vt accepta conseruet et largiatur maiora. Prouer. xi. Anima que benedicit pinguabitur. Bernardus. Ad locum vnde exeunt flumina gratiarum reuertuntur id est reuerti debent vt iterū fluant. X Sertū est triplex damnū quod ex ingratitudine prouenit. ¶ Primum est quia bona recepta auferri facit. Roma. i. Qui cum deum cognouissent non sicut deum glorificauerunt aut gratias egerunt. et ideo euanuerunt et obscuratū est insipiēs cor eoz. Unde dicit augu. Qō deus dederat gratis tu fuit ingratis. ¶ Secundum est qz impedit ne bona gratie piterius recipiantur Grego. Non est dignus dandis qui non agit grates de datis. Ber. Ingratitudo est ventus vrens siccans fontem pietatis. rotem misericordie. et lumē gre. ¶ Tercū est qz ingrati non solū priuant bonis sed etiam pena multiplici feriūtur. vt patet in filijs israel qui magna beneficia dei non recognoscentes in penas varias inciderūt. Sic etiam videmus modo in hominibus accidere: qui diuersas pestilētias patiunt frequenter propter ingratitudinē beneficiorum dei. Et sic patet primū. ¶ Secundo videamus pro quib⁹ beneficijs maxime deo regratiari debemus. Circa quod nota q̄ z si pro pluribus deo regratiari debemus maxime autem pro nobis gre scz pro collatione virtutum deo debemus assurgere cum multiplici gratiarūactione/ quia illa sunt vera et optima bona. Et hoc est quod ap̄lus hic dicit. Gratias ago deo meo pro gratia dei que data est vobis. ¶ Ubi attende q̄ virtutes excellunt omnia alia bona quantum ad scz. primo quantum ad situm. Nam virtutes omnes locantur intus in anima. Sunt enim omnes virtutes in potētia ale. Nā fides est in intellectu/ spes/ et charitas in voluntate. iusticia et prudentia in rationabili. Fortitudo in irascibili. Temperātia in concupiscibili. Alia vero bona mundi sunt extra animā. Et ideo qui non habent virtutes sunt omnino vacui nichil habentes/ q̄ non habēt bona in se sed custodiūt bona vt canis bona domini sui. Non habent bona sua sed aliena. et ideo nichil habent. Exemplum de vectoribus et villicis qui nichil habēt quānis habeant pre manibus multa bona. Apocalipsis. iij. Dicis quia diues sum

Universidad de Deusto
Biblioteca

et nullus egeo et nescis quia tu es miser et miserabilis pauper et nudus. ¶ Secũdo quantum ad proprietatem bonoꝝ quedam enim sunt bona nostra vt virtutes: quedam creaturarum vt diuitie. Sole eñ virtutes sunt proprium bonum hominis. Et ideo ab eo auferri nõ possunt. sicut nec calor ab igne: nec splendor a sole. Unde omnes principes mundi non potuerunt a sanctis auferre virtutes cũ omnibus tormentis suis. Romano. viij. Quis nos separabit a charitate christi. Et sequitur. Certus sũ ei q̃ neq̃ mors neq̃ vita neq̃ instãtia neq̃ futura neq̃ creatura aliqua nos separa a charitate dei. Et ideo naturalis phũs qui enaserat de incendio ciuitatis sue in qua omnia eius bona fuerãt cõbusta et vxor et filij interrogatus a rege quanta perdidisset respondit. Nichil omnia enim bona mea mecum habeo et intra me sunt. Nullo ergo modo virtus potest separari ab homine. sicut proprium bonũ eius statim enim q̃ separatur ab eo efficitur bestia. ¶ Psal. xlviij. Homo cum in honore esset scz virtutis non intellexit: quia homor est reuerentia exhibita in testimonij virtutis comparatus est iumentis insipiẽtibus. Boecius ti. quarto prosa secunda. Ita fit vt quem videris vicijs transformatum. hominem non iure vocare possis. Et ideo circo diuites in virtute semper et vbiq̃ sunt diuites: quia semper et vbiq̃ habent bona sua secum. diuites vero mundi non semper et vbiq̃ sunt diuites: quia diuitias suas post mortem auferre non possunt. Job. xxvij. Dives cum dormierit nichil secum auferet. ¶ Tercio quantum ad efficaciam virtutum. Sola enim virtus est q̃ bonum facit habentem. et opus eius reddit bonum: vt inquit phũs in ethicis. Et vt dicit Augu. Virtus est qua recte viuitur qua nullus male vtitur. Alia vero bona et diuitie et dignitates et huiusmodi non solum bonum non efficiunt possessorẽ sed potius eius maliciam manifestant. Boecius li. iij. prosa quarta. Dignitas collata improbis non solũ non efficit dignos. sed potius prodit z ostẽtat indignos. Nõ ita patuisset nequitia neronis nisi imperator fuisset. ¶ Et nota hic detestabile malum. Quia vt dicit Augustin⁹. Omnis homo ola vult habere bona et bonã domum et bonas vestes et sic de aliis. Animã vero solã non curat habere bonam. propter quod deberet cõspui. Hic cadit exemplũ Socratis qui cũ a rege fuisset inuitat⁹, ad prandium et videret omnia circumstantia picta et deaurata sputt in faciem regis dicens q̃ eius facies esset turpior locus in domo sua. ¶ Quarto quantum ad societatem: quia virtutes sine aliis bonis mundi sunt per se sufficientes ad perfectũ bonũ. Sed omnia alia bona sine virtutibus penitus nichil valẽt. Boet⁹ vbi supra. Quid in oibus illis scz in bonis mundi. nisi prosperitas ventorum laudare. i. bonus ventus quia virtute procedit itaq̃ non ex dignitate virtuti: sed ex virtute dignitati honor accedit. Immo omnia alia bona sine virtute cedunt habitantibus in malum z melius esset eis non habere. Mathei. xxvi. Melius esset ei si natus non fuisset hõ iste. ¶ Quarto quantum ad permanentiã: quia solum virtutes permanent cum homine nec in vita nec in morte nec in prosperis nec in aduersis ipsum derelinquunt. Sapiẽ. x. Dereliquit virtus venditũ iusũ nõ dereliquit descendit que cum il. in foueã. Apo. xviij. Opera enim illoꝝ sequuntur illos. Omnia vero alia bona derelinquunt hominem in morte et frequenter in vita et diuitie et dilectie. et honores et amici et consanguinei. ¶ Sexto quantum ad meritum. Sola enim virtus dei que a gratia procedit facit nos mereri vitam eternam. Omnia enim opera nostra de genere bonorum nisi sint facta in virtute non merentur vitam eternã Mat. vij. Multi dicẽt michi in illa die domine nonne in nomine tuo prophetauimus et in nomine tuo demonia eiecimus z virtutes multas fecim⁹. i. multa opera de genere bonoꝝ. Et dicet illis, Amen dico vobis nescio vos. Et sic ptz totũ de epistola.

¶ Dñica.xix.de euãgelio.Sermo.cij.

Ascendẽs Jesus in nauiculã transfretauit in ciuitatem suã Mat. ix. Sicut dicit Johãnes Criso. Creator rerũ orbis terre dominus postq̃ se propter nos nostra angustiauit carne. cepit habere humanum patriam. cepit ciuitatis iudaice esse ciuis parẽtes habere cepit parẽtũ oim ipse parẽs vt attraheret charitas q̃ disperserat met⁹. Et ideo vt ver⁹ hõ nauẽ itrãs mare mũdi trãsiuit z vt verus de⁹ palinctũ alia et corpe sanauit. z sic hoc euãgelio quod dã magnũ miraculũ xpi recitat. ¶ Circa quod euangelista ser narrat. Primum est christi ad ciuitatem suã transfretatio. Secundum est cuiusdam paralitici ad xpm adductio. ibi. Et ecce offerunt si paralitico iacentem in lecto. Tercium est peccatorum paralitici relaxatio ibi. Uidit autez iesus fidem illoꝝ dixit paralitico confi. fi. remit. tibi peccata tua. Quartum ẽ scribarum et phariseorum cõtra iesum mala cogitatio ibi. Et ecce quidam de scribis dixerunt intra se hic blasphemat. Quintum est male cogitationis eorum reprobatio et paralitici in corpore sanatio ibi. Et cum vidisset iesus cogitationes eorum dixit vt quid cogitatis mala in cor. vestris. q̃d est fa. di. di. i. pec. xc. Sextum est ex miraculo facto dei glorificatio ibi. Uidẽtes autem turbe timuerunt et glorificauerunt. ¶ Primo ergo ponitur christi ad ciuitatem suam transfretatio ibi. Ascendens iesus in naviculam transfretauit. scilicet de terra gerasenorum et venit in ciuitatem suam scilicet capharnaũ. vt habetur in Marco. Crisostomus. Ciuitatem suam hic capharnaum dicit. Alia enim eũ suscepit nascentẽ scilicet bethleẽ. Alia aũt nutrinit scilz nazareth. Aliam vero habuit continue habitantem scilicet capharnaum. Capharnaum ergo iesus predicatione inhabitatione et miraculis q̃ plurimis illustrauit. propter que omnia ciuitas iesu dicta est Luce. iiij. Quanta audiuim⁹ facta in capharnaũ. xc. Mistice autem per nauiculam iliam quam xps ascendit et in qua transfretauit mare id est amaritudines huius mundi ad redeundum in ciuitatem suam scilicet capharnaũ celestez cruz christi designatur per quam et in qua christus transiuit de hoc mundo ad celum per quam crucem penitentia designatur. Mathei. xvi. Si quis vult venire post me abneget semetipsum et tollat crucem suã id est penitentiam. Et ideo si volumus ad ciuitatem nostram redire scilicet capharnaum celestem que nostra dicitur quis iure patrie nostri xpi nobis debetur oportet q̃ intremus nauiculam istam scilicet penitentiam. et in ipsa transeamus mare mundi. A Significatur autem per nauem cruz christi et penitentia multiplici ratione. ¶ Primo ratione indigẽtie quia sicut necessario existens in mari si vult ad portum venire indiget naui. ita nos existẽtes in hoc mundo qui est mare tempestuosum indigemus cruce penitẽtie si volumus ad portum quietis peruenire. alias in mari peribimus. Luc. xiij. Nisi penitẽtiam egeritis omnes simul peribitis. Et ideo Johãnes baptista vocabat ad regnũ cuz dicebat. Penitẽtiã agite appropinquabit enim regnum celorum Math. iij. ¶ Secundo ratione figure. Est enim nauis aperta et lata superius et stricta et clausa inferius sicut cruz penitentie debet esse stricta et clausa versus terram quia ex terra resoluuntur vapores id est mala desideria. que corrumpunt affectum. et nebule que obnubilant intellectum. et frigus quod constringit effectum. Solum in puncto debet crux penitentie tangere terram sicut crux xpi infixa est tre in modico foramine quia penitens solum vite necessaria debet recipere. prut. Thi. vi. Habentes alimenta et quibus tegamur his cõtenti simus. Debet autem ẽ aperta z lata superius versus celum vt homo celestibus inhiet et de celo adiutorium expectet quia cum penitentia sit prelium valde durum nisi homo iuuetur a deo succumbit. Et ideo vna virtus principalis penitentie ponitur spes per quã hõ penitẽs sperat i deo omnia vincere. phil. iij. Omnia possum in eo qui me cõfortat Joh. xvi. Confidite. i. in me. Sic confidit david z iõuicit goliã. i. Reg. xvij. ¶ Tercio ratione exitie quia sicut nauis stat super aquas z fertur ab aquis ita cruz penitentie debet stare sup aquas baptismi z ferri ab aquis lachrymarum. Nam extere nationes faciunt penitentiam suam. et quia non faciunt eam super aquas baptismi non peruenitũ ad portũ regni salutis Jo. iij. Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto non potest introire in regnum dei. Debet etiã ferri ab aquis lachrymarum. Psal. vi. Lauabo per singulas noctes. i. per singula pctã lectũ meũ. i. conscientiam meam. In penitentia enim mundantur peccata. lachryme autem melius absterguntur peccata q̃ aliqd aliud. sicut lachryme petri et magdalene absterserunt pctã eoꝝ Lu. xxij. Egressus foras flenit amare. ¶ Quarto rõne obedientie. In nullo enim loco ita obedientia seruat sicut in naui. Psal. cxvij. Quia xpc dixit et facta sunt. Q̃ necessariũ est in cruce penitẽtie q̃ cum in penitentia vita gratie que consistit in obseruantia mandatorum dei acquiratur. intra illud matthei. xix. Si vis ad vitam ingredi serua mãdata. oportet q̃ penitẽs obediat deo et ministris eius. Lu. x. Qui vos audit me audit et qui vos spernit me spernit. B Quinto ratione nature. Ubi nota q̃ nauis i mari ex multis patitur iacturã et maxime ex quatuor scz ex malo regimine et subintractione aq̃ ex nimia oneratione. z ex vẽtoꝝ tẽpestate

¶ Primo ex malo regimine nauclerij: q̄ si non est bene doct⁹ submergit nauis. Sic ē in penitentia. Oportet enim q̄ nauclerus confessor et penitēs multa discretione et multa prudentia vtantur Math.x. Estote ergo prudentes sicut serpentes. Unde illa sancta animalia de quibus dicitur in Ezechielis.i. et in Apo.iiij.c. per que penitēs designatur dicunt esse oculis syndicq plena Aug. Uitasti grādia caue ne obtuarts arena. Multa impediunt penitentē nisi sciat sibi cauere. Scōo ex sub intratione aque quia si aqua nimis sub intrat nauis submergitur. Sic penitens si in penitentia recipit desideria carnalia et facit opera carnis q̄ per aquā designant statim submergitur. ¶ Tercio ex nimia rep oneratione Sic est in penitētia. Et ideo oportet q̄ penitēs oia onera deponat. s. onus peti Hebrēij. Deponentes omne pondus et circunstans nos peccatum per patientiā curramus ad propositū nobis certamē. Et onus tpalū rep Mat.xix. Ecce nos reliquimus omnia et secuti sumus te. Ubi dicit Bern. Bene pesse et non ad insipientiam tibi. Sciebas enim q̄ xp̄m sequi non poteras oneratus. Et ō in primitiua ecclesia quot quot habebāt agros et domos vendebāt et ponebant precia eor ante pedes apostolor. vt p3. Actuū.iiij. Et ad hoc significandum. quando ascendit crucem expoliauit se t nudus in cruce pependit. ¶ Quarto ex ventor tempestate a quibus submergitur. Sic'r et penitens. Nam quattuor vēti id est quattuor affectiones pugnant in anima hominis vt submergant eam. Quia secundum Bern. Timent que non oportet sperāt que nō decent gaudent vane dolēt q̄ vanitus. ¶ Propterea dicit boeti⁹. Hau dia pelle pelle timorē. spēq̄ fugato nec dolor assit. Nubila mens est vinctaq̄ frenis hec vbi regnant. ¶ Isti sunt illi quattuor venti de quibus dicitur Dañ.vij. Ecce inquit quattuor venti pugnabant in mari id est in corde peccatoris. Et sic patet primū. ¶ Secundo ponitur cuiusdam paralitici ad christum adductio. Et hoc est. Et ecce offerebant ei paraliticum iacentē in lecto Marci.ij. dicitur. q̄ a quattuor portabatur Luce.v. dicitur q̄ non inuenientes qua parte illum inferrent ante iesum pte turba ascenderunt super tectum et per tegulas submiserunt eum ante iesum. in quo exprimitur magna fides et deuotio eorum.

Et ideo tercio sequitur paralitici i anima curatio. Uidens enim iesus fidem illor dixit paralitico. Confide fili remittuntur tibi pcta tua. Glo. Non fidē paralitici. quia sensus carebat. Hiero. Non fidē illius qui offerebatur sed fidē illor qui offerebant eum. vbi manifeste patet q̄ in fide et per fidē alterius remittitur pctm Beda. Quātū valet apud deū fides propria apud qā fides valuit aliena vt intus et extra sanaret homine. Quod est cōtra hereticos. qui dicūt paruulis nō remitti pctm q̄ non hñt meritū liberi arbitrij nō ꝓsidentes ipsos mandari in fide parentū vel ecclesie. Quod est manifeste falsuz quia magis est deus pronus ad miam et veniā q̄ ad vindictā. Si ergo pueri pro pctō parentū dānant quare non multomagis in fide parentum saluantur.

¶ Sed queritur hic cum petertur curatio corporis quare dominus prius adhibuit curationem mentis. Responsio. dicēdū est q̄ hoc fecit propter tria. Primo propter benignitatem liberalitatis sue quia plus dat in munere q̄ petatur i prece. Secundo. vt daret intelligi q̄ pctm in anima erat causa morbi in corpore. Unde Beda. Pro culpa anime etiam in corpore infirmabatur. Et ideo tanq̄ bonus medicus primo causam et radicem morbi remouet et postea istum morbum expellit. Tercio vt ex hoc daret occasionem scribis et pharisēis cogitare de seipsi ipsi cogitauerunt de ipso. ac per hoc ostenderet eis manifeste q̄ erat filius dei et sic crederent q̄ ipse nō solū homo sed et deꝰ et ꝓpter hoc non blasphemaret dimittendo pctm. Et hoc est quarto sequitur. Et ecce quidam de scribis dixerunt intra se hic blasphemat. ¶ Ubi nota q̄ tribus modis blasphematur deus. Primo duz quis attribuit deo vel imprecatur ei quod sibi non conuenit vt q̄ sit malus t benedictus. Secundo dum quis removet a deo quod ei conuenit. vt dicendo q̄ non est omnipotens vel misericors et cetera talia. Tercio dum quis sibīpsi attribuit q̄d est proprium dei scilicet peccata dimittere et creare. Et isto tercio modo dicebant isti q̄ xp̄s blasphemabat: quia quod erat proprium dei scilicet peccata dimittere sibi attribuebat. Isti erāt zelatores fidei dei. Reduc it aūt deꝰ eos ad cognitionē veritatis per simile dū cogitationes eor se nolere ostendit quod similiter solus dei est. Et hoc est quod quinto sequit scilicet cogitationum eor reprobatio. Unde ait. Et cum vidisset iesus cogitationes eorum dixit. vt quid cogitatis mala in cordib⁹ vestris. q. d. ex hoc q̄ cogitatiōes vestras video q̄

pendite quia deus sum. Unde etiaz peccata dimitto. Sed quia nec istō sufficit ad remotionem cecitatis cordis eorum. venitur ad magnum miraculum vt vel sic obstruatur os loquentium iniqua Unde sequitur. Quid est facilius dicere remittuntur tibi peccata tua id est dicto facere vt tibi peccata dimittantur. Glosa. quod solus que dimitto noui An dicere surge t ambula Glosa. quod et vos videre poteritis quasi diceret. Apud me vtrūq̄ equaliter facile est sed quia ego solus illud noui. illud autem etiam homines vident et ideo pro maiori reputant probent inuisibile per visibile. Et hoc est quod sequitur. vt autem sciatis quia filius hominis habet potestatem dimittendi peccata inter tc. ¶ Sed non videtur bene argumentari. quia per minus videtur probare maius. Min⁹ est enim sanare paraliticum in corpore q̄ peccatuz dimittere i anima. Unde Aug. Plus est iustificare impium q̄ creare celum et terram ¶ Et ideo nota q̄ opus dei potest habere triplicem cōsiderationem. Considerari em potest in opifice et sic omne opus est equaliter facile. quia opifex in omnib⁹ est equaliter potens. Secundo potest considerari in seipso et sic vnum opus potest ex se habere maiorem difficultatem q̄ aliud Et sic iustificare impium plus et maius est q̄ creare celum et terram eo q̄ in hoc est resistētia peccati I illo vero nulla est resistētia Et secundum hoc intelligitur dictum Aug. Tercio quantum ad illos quibus opus apparet. Et sic homines qui magis videt esti mant maiora potest enim aliquid existimari esse maioris vel minoris difficultatis q̄ maius et minus videtur. Si ergo consideremus opus secundum primam considerationem scilicet prout consideratur in opifice sic erit argumentum a simili quia si pōt facere vnum potest facere aliud cum vtrūq̄ potentiam solius dei requirat. Simile ergo probatur per simile et inuisibile probatur per visibile. Hiero. Utrum sint paralitico peccata dimissa solus noverat qui dimittebat. surgere autem et ambulare omnibus manifestum erat qui videbant fit ergo visibile signū vt p̄bet inuisibile. ¶ Si autem consideratur secundum vltimam cōsiderationez scilicet prout consideratur in iudicio hominum sic erit hoc argumētum a maiori quia maius videbatur eis sanare dicto paralitico q̄ dicere remittūt tibi peccata tua. Et ideo si poterat quod maius erat etiam quod minus erat. Et hoc est quod sequitur. Ut autem sciatis q̄ filius hominis habet potestatem dimittendi peccata in terra. tunc ait paralitico tibi dico surge et manifestum fiat q̄ sanus es tolle lectum tuum et ambula. Et statim tulit lectum et ambulauit coram illis. vt conuerterentur et confunderentur. Et sic patet secundum et tercium quartum et quintum. ¶ Ultimo restitutas. Circa hoc miraculum quinq̄ considerāda occurrunt. Primo quid per hunc paraliticum designetur. Secūdo que sint portatores ipsius paralitici ad christum. Tercio que est turba impediens ne paraliticus ponatur ante iesum vt habetur Luce v. Quarto que faciūt ad dimissionem peccati. quia iste in fide illorum dimissus est a peccato. Et quot modis infirmitates cōtingūt. quia iste ex peccato videtur infirmus fuisse. Quinto quomodo peccator sanatus debet tollere lectum suum et ire in domū suam. ¶ Circa primum nota q̄ per hunc paraliticum peccator designatur et per paralisim peccatū. Et hoc dupliciter scilicet ratione originis et ratione effectus. Primo ratione originis. Tribus enim modis causatur paralisis. scilicet ex frigiditate neruos constringente. vel ex humore neruos opilante. vel ex vulnere neruos incidēte. Ex his enim impeditur transitus spiritus ad instrumenta sensuum t fit priuatio sensus et motus secundum plus et minus aliquando in toto. t aliquando solum in vno membro. Anima igitur auari paralisim incurrit ex nimia frigiditate. Est em congelata quia ignem diuinū scilicet charitatem dei et proximi non habet. Et hoc est quia est plena iniquitate. nichil enim iniquius q̄ amare pecunias. Math.xxiiij. Qm abūdauit iniqtas refrigescet caritas multor. Calor aūt facit holez largū. propter ea iuuenes naturaliter sunt largi et senes auari. Et q̄ auar⁹ nō hz calorē dei i se ipso hz cor ꝓgelatū t nichil largit. Et ideo xp̄s ignē venit mittere i terrā vt hoc frigus depelleret. Nā dū se t sua nobis grat dedit ignē magnū. i. amorē in cordib⁹ nr̄is accēdit Ro.viij. Quō nō etiā cū illo oia nobis donauit. Que cogitās propheta dicit. Cōculcauit cor meū intra me et in memoria mea exardescet ignis. tc. Ideo etiā spūs sanct⁹ in specie ignis apparuit. vt auaricie frigus depelleret. Luxuriosus aūt paralisim incurrit ex nimia humiditate q̄ cau-

Universidad de Deusto
Biblioteca

satur ex anima comestiõe. et maxime ex potatione vini. Propterea dicitur ad ephesios. v. Nolite inebriari vino in quo est luxuria. Si enim luxuriosus abstineret a ma cerare abstinentia cibi & potus carnẽ suã non efficeretur paraliticus. Ad hanc paralisim depellendam christus ordinauit et predicauit penitentiam et abstinentiam. Luce. xxi. Videte ne grauentur corda vestra crapula et ebrietate. Et ob hoc etiam sancti patres ordinauerunt religiones et heremitoria. Et sancta ecclesia ordinauit quadragesimam et alia ieiunia. Superbꝫ vero incurrit paralisim ex incisione et separatione. Superbia enim separat aiam a deo. Et ideo influxus spiritus sancti ad cor eius transire non potest. Eccleſiastici x. Initium superbie hominis est apostatare a deo quoniam ab eo qui fecit illum recessit ad cor eius. Ad hanc paralisim expellendam christus vsq; ad terram se humiliauit formam serui accipiens. Ista est pessima paralisis quia omnem gratiarum influxum impedit Jacobi. iiij. Deus superbis resistit humilibus autem dat gratiam. Cum autem ad ista tria peccata, auariciam luxuriam et superbiam omnia peccata reducantur vt dicitur. i. Johã. ij. Et hec tria paralisim designent secundum diuersas causas vt dictum est manifestum est q; per paraliticum omnis peccator potest intelligi ratione originis vnde causatur. ¶ Secundo significatur peccator per paraliticũ ratione effectus. Quatuor enim mala sequuntur in corpore ex paralisi scilicet tremor insensibilitas. immobilitas et mollities. Hec eadem quatuor consequitur peccator ex peccato propter quod merito per paralisim peccatum & per paraliticum peccator designatur. Primum malum est tremor. Tremet enim peccator et timet que timenda non sunt scz ista mũdana que sũt falsa bona et multa mala continent et ad doloroſum finẽ adducunt. Psal. Illic trepidauerunt timore vbi nõ erat timor. Et nõ timet que multum timenda sunt scz perditionem virtutum et gratie dei et abscisionem ab ecclesia et priuationem glorie celi. Et ideo qui timorẽ non habet dũ nõ timet mala facere q; timor domini expellit peccatum. Ecclesia. i. Nec curat bona agere, nam qui timet deum faciet bonum. Eccle. xv. ¶ Secũdum malum est insensibilitas Nam in paralitico fit priuatio et diminutio sensus ex supradictis triꝫ causis. Sic est in peccatore, nõ enim sentit peccator grã

dia vulnera anime. Worsum abiit vnius tantis vel vnius pulcis bene sentit Proverbiorum. Verberauerunt me et non dolui. traxerunt me et non sensi. ¶ Ubi nota q; triplex est insensibilitas peccatoris. Primo est quia non sentit ꝓprios defectus quos facit superbia. Sic pharisseus ille non agnoscebat defectus suos sed meliorẽ ceteris hominibus reputabat. Non sum inquit sicut ceteri homines Luce. xviij. Econtrario facit humilitas que bonam facit animam Ergo. Bonarũ mentiũ est sibi cognoscere culpam vbi culpa non est. Secunda est q; non sentit miserias proximoꝝ Amos. vi. Bibentes in phialis vinum et optimo vngũento delibuti. et nichil patiebant super contritione Joseph. ¶ Hanc fecit auaricia & misericordie. Luce. xvi. Erat quidã mẽdicus nomine Lazarus cupiẽs saturari. &c. Econtra facit pietas quia alienas miserias facit suas. ij. Cor. xi. Quis infirmatur et ego non infirmor? quis scandalizatur et ego non vror. Tercia est q; non sentit dulcedinem spũs sancti bene sentit dulcedinẽ phiale et cãtilene sed dulcedinẽ verbi dei super mel dulciorꝭ non sentit. Hanc facit immunditia carnis que facit hominẽ qui si porcum vt ei sapiãt stercora. Unde Thren. iiij. Qui nutriebant in croceis amplexati sunt stercora. Econtra facit munditia que facit dei suauitatem sentire et oculos mentis sentire Wath. v. Beati mũdo corde quoniam ipsi deũ videbunt. ¶ Tercium malum est immobilitas. Sicut enim in contracto propter frigus vel opilato et humiditate. vel ceso neruo priuatur pars paralitica motu vel i toto vel in parte. Similiter est in peccatore. sit enim immobilis et piger ad omne bonũ. Prouerbio. xxi. Desideria occidunt pigrũ noluerunt enim quicquã operari manꝰ eius. &c. ¶ Quartũ est mollicies quedam. dissolvitur enim peccator in aquis deliciarũ sicut glacies ad ignem. Hieremie. xxxi. Usquequo deliciosa dissolueris filia vaga. Et attendit hec mollities in peccatore in hoc q; cedit omni duro nichil enim graue nec vnam tentationem potest sustinere et, vincere immo omni tentationi et omni duro cedit. Prouerbio. xxviij. Qui mollis est et dissolutus in opere suo frater est sua opera dissipantis. Dissolui etiã peccatorꝭ in igne tribulationis sicut & in aqua delitiarũ. D ¶ Circa secundũ scz q; sunt portatores qui portant peccatoꝝ ante ieſum. Nota q; sunt quatuor qz Marcus dicit q; a quatuor portabat. Primus est consideratio vilitatis et noxietatis peccati q; vile et q; noxium sit. Infinita enim bona aufert scilicet deum cum omnibꝰ bonis gratie. & infinita mala infert scilicet dyabolum cum omnibus vicijs. Hec autem cogitare multum facit ad conuersionẽ Psal. cxviij. Cogitaui vias meas et conuerti pedes meos. Secundus est memoria mortis quando enim quis cogitat q; de omnibus bonis suis temporalibus nichil secum portabit. et q; ipse a vermibus comedetur et sub terra recondetur ab omnibus deliquẽdus de facili contemnit omnia et ad deum redit vbero. Facile contemnit omnia qui semper se cogitat esse moriturum. Eccles. vij. Memorare nouissima tua et in eternũ non peccabis. ¶ Tercius est recogitatio beneficiorum dei. Si q̃s enim cogitat quõ deꝰ fecit eã pulcherrimã creaturã vt pote ad imaginẽ suam et quõ omnia subiecit ei et quõ vt eum redimeret voluit mori & alia excellentia beneficia que ei deus contulit multum allicitur ad amorem dei atq; ad eũ redire ꝑcurat Psalmi. cxv. Quid retribuã domino ꝓ omnibus que retribuit michi calicem salutaris accipiam quo per penitẽtiam ad deum redit. in qua salꝰ anime cõsistit. ¶ Quartus est timor supplicij eterni et spes ꝓmiꝰ horrendum est enim incidere in manus dei viuentis. Hebreo. x. Si quis enim consideret q; ipse est obligatus supplicijs eternis et priuatus gloria paradisi et si redeat ad deum absoluetur a penis et glorie restituetur certe nisi sit omnino fatue festinabit ad deum redire. Isa. xxviij. Ego dixi in dimidio dierum meorũ vadam ad portas inferi. Dixi non videbo dominũ in terra viuentiũ. Et sequitur Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine anime mee. Quod fit in penitentia dum homo ad deum redit. E Circa tercum scilicet que est turba impediẽs ne peccator ꝓtetur ante ieſũ nota q; quadruplex est turba impediens. prima ẽ turba viciorum Qui enim est inuolutus multis malis et peccatis impeditur ne ad deũ redeat Roma. ꝓi. Qui cum iusticiam dei cognouissent non intellexerunt quoniam qui talia agunt digni sũt morte. Sicut enim qui multas et contrarias infirmitates habent non de facili curantur. sic qui multa peccata. Peccata enim clamant contra eũ in caria celi Gene. iiij. Ecce vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. ¶ Secũda est turba sollicitudinum mundanorum que suffocant verbum dei et omne bonum cogitatum. Luce. viij. Aliud cecidit inter spinas et simul exorte spine suffocauerũt illud. Sollicitudines mundi recte sunt sicut spine, vt si quis in eis fuerit inuolutꝰ non poterit exire illesus. Propter quod dicitur Eccles. xi. Fili ne in multis sint actus tui. ¶ Tercia est turba consanguineorum qui omnino salutem anime impedire conantur. Propter quod dictum est Abrahe Egredere de terra tua et de cognatione tua et de domo patris tui. Gene. xij. Quis inimici hominis domestici eius. Lu. viij. Si quis venit ad me et non odit patrẽ suum et matrem, non poterit meus esse discipulus. ¶ Quarta est turba demonum q̃ non dormiunt sed semper consumunt animam peccatoris ipsis peccatis. ita q; non habet vires ad deum redeundi per omne enim peccatum quod faciunt perpetrari induratur anima & aptitudo redeundi ad deum paulatim consumitur Job. xiij. Qui me comedunt non dormiunt a multitudine eorum consumitur vestimentum meũ. Uestimentum anime sunt bona naturalia que per peccatum deuastantur Lu. x. Qui etiam despoliauerunt eum et plagis impositis abierunt. Demones auferunt gratuita et vulnerant naturalia. &c. F

¶ Circa quartum scz que faciunt ad dimissionem peccati et quot de causis infirmitates et pene contingunt. nota q; quatuor faciunt ad dimissionẽ peccati. ¶ Primum est operatio bona q̃ habilitat et disponit ad gratiam sicut medicus disponit vt medicina bene operetur. Gregorius. Interim fac quicquid boni potes vt deus illustret cor tuum ad penitentiam. Unde stulti sũt illi qui positi sũt in peccato mortali nichil boni facere volunt ex quo non prodest eis ad vitam eternam. prodest tamen eis vt de peccato exeant et ad deum reuertantur. ¶ Secundum est elemosina Danielis quarto. Peccata tua elemosinis redime. Exemplum huius habemus in cornelio centurione de quo dicitur Actuũ decimo. Elemosine tue ascenderunt in memoriam in conspectu dei. Et ideo ad eum missus est petrꝰ vt a peccatis absolueret eũ. ¶ Tercium est venia cõcessa alteri proiniuria facta sibi Mat. vi. Si enim dimiseritis hoibus petã eorum dimittet vobis pr̃ vester celestis petã vestra. ¶ Quartũ est meritũ et ofo sctoꝝ vt hic patet qz ꝓpter fidẽ portãtiũ dimissa sunt ei petã. i. Re. xv Porta q̃so petiõ meũ. Explũ de beato augu. qui ꝓpter merita & oones matris cõ

Universidad de Deusto
Biblioteca

ter sus est. et paulus propter orationem Stephani conuersus est vt dicit Augusti. Propterea dicit. Job. v. Voca si est qui te audiat et ad aliquē sanctorū conuertere.

Circa aliud scz quot de causis infirmitates contingunt. Nota q vt dicit Beda quinq de causis contingunt. primo vt meritum iustis per patientiam augeatur vt Job et thobie. Secundo custodiam virtutis et humilitatis. Nam virtus in infirmitate perficitur. ij. ad Cor. xij. Ne magnitudo reuelationū extol. me dat' est mi chi stimulus carnis mee angelus sathane vt me colliphizet. Tercio ad purgandū peccata vt lepra marie et huic paralitico. Quarto ad gloriā dei vt lazaro. Quinto ad initium pene vt herodi quatenus hic perpendatur quid in futuro sequatur.

Circa quintum scz quomodo peccator sanatus debet resurgere et tollere lectum suum t ire in domū suam. nota tria quia debet surgere per culpe fugā et detestationem. debet tollere lectū suum per penitentie assumptionē. et debet ire in domum suam per profectū bonorū et exercitationem. Circa primum nota q peccator sanatus quatuor debet detestari scz peccatū quod fecit diabolū qui peccatum suggessit. mundū qui delectabilia sua ad peccatum perpetrandum obtulit. et carnē que ad peccatū allexit / quando homo passus est vnum magnum malum omnes qui fuerunt in culpa persequitur. Diabolus autem et mundus et caro sunt in culpa peccati. ideo merito persequendi sunt. psal. xxxix. Confundant et reuereantur qui queruntma. Circa secundū nota q peccator debet tollere lectum suū id est corpus suū in quo prius per peccatū suū iacebat. ipsū per disciplinam penitentie macerando scilicet per abstinentiā cibi et potus. per disciplinas et vigilias / per peregrinatiōes et infirmorū obsequis. Hebreo. xi. Circuierunt in melotis in pellibus cap. egen. angustiati. in soli. er. in mo. et in spe. et in caver.

Circa tercū nota q peccator sanatus debet ire in quadruplicē domū. pficiendo. Primo est ecclesia ad quā debet ire p sacramentorū perceptionē. psal. cxxi. In domum dñi ibimus. Debet em̄ se munire sacramentis in quib' opat virtus passiōis christi vt cōseruet a malo t proficiat in bono. Secūda est conscientia propria in qua debet ire per suā frequentē discussionem Sapi. viij. Intrās in domū meā dquiescā cū illa. Q̄n extract' est ignis in aliquo domo diligēter queritur an remāserit ignis in aliqua fauilla et deinceps maior cautela adhibetur. Sic debz peccator facere in cuius conscientia extinctus est ignis peccati. Tercia est sepulchrū. Job. xxx. Scio q̄ morti trades me vbi constituta est domus omni viuenti. Ad hanc debet ire homo p iugem memoriam et expectationem Job. xiij. Cunctis diebus quibus nunc milito expecto donec veniat immu. mea. Quando homo stat' ad pensionem in aliqua domo in qua modicū debet stare nō curat de ea sed de illa in qua semp debet habitare. In hoc autē mundo oēs stamus ad pensionem et modico tempore. In alia autē vita in perpetuum stabimus. Hebreorum. xiij. Non habemus hic manentem ciuitatem sed futuram inquirimus. Et ideo modicum est curādum de ista et multū de alia. Quarta est celum ad quod debet ire per desiderium et affectionem. Phil. iij. Nostra conuersatio in celis est. Ibi em̄ est pater noster. ibi sūt predecessores nostri ibi est omne bonū nostrū. et ideo ibi debet esse cor nostrū. Mat. vi. Ubi est thesaurus tuus ibi est et cor tuum. Sexto et vltimo ponat ex miraculo facto dei glorificatio. q̄ videntes turbe miraculum factum timuerūt scz timore reuerentie et filiali et glorificauerunt deum qui dedit potestatē talē hominibus id est qui dedit hominibus prophetam magnum habentē potestatem talia faciendi scilicet sanādi homines in anima et corpore. Et sic patet sextum et consequenter totum.

De epistola Sermo. cliij.

Renouamini spiritu mentis vestre. Epheso. iiij. Apostol' in hac epistola ad quatuor nos hortatur. Primo vt mente renouemur nouū hominē induētes. In principio epistole. Secundo vt mendaciū deponamus veritatem loquentes ibi. Propter quod deponētes mendaciū loquimini veritatē. Tercio nos hortat ad irā per zelum in ira simpliciter nō peccātes ibi. Irascimini et nolite peccare. Quarto vt furtum' decat nemus labores manuum exercentes ibi. Qui furabatur iam non furet. primo ergo nos hortat vt mente renouemur dicens. Renouamini spū mentis vestre id est renouamini non extra tantū vt multi faciunt in pānis et huiusmodi sed intus scz spū mentis vestre intrā sitimus est cōstructio id est ipsi

que est mēs vestra vel spū sancto mentis vestre habitatore. Et attēde q̄ dicit renouamini: quia quantumcūq̄ homo perfectus sit semper debet reputare de nouo inchoare Eccle. xviij. Cum consummauerit homo tunc incipiet. Psalmista. Et dixi nunc cepi. Et ad cuius imitationem debet esse hec reuocatio ostēdit cū subdit. Et induite. quātum ad conuersionem exteriorem per imitationem. nouum hominem id est xpm nouo modo conceptum et natum. Romanos. xiij. Induimini dominum iesum xpm. Nunc induit quicūq̄ virtutes induit. Gal. iij. Quicunq̄ in xpo baptizati estis christū induistis. Sic mulier illa quā Jo. in apoc. vidit indūta erat sole Induite dico nouum hominem qui fm deum creatus ē non fm carnem. i. Cor. xv. Primus Adam de terra terrenus. secūdus de celo celestis: quia virtus formatiua corporis xpi fuit celestis et diuina et non terrestris et hūana. Et in quo dz esse hec renouatio facta ad imaginem xpi ostendit cum subdit. In iustitia scilicet operis et sanctitate veritatis id est in vera sanctitate mentis vt sitis iusti in opere. et sancti in mēte. Uel in iustitia quātum ad alios. et in sācitate veritatis quātū ad vos vt scz sitis sine simulatione ypocrisis Leui. xix. Sancti estote quoniā ego sanctus sum. Et nota q̄ duplex est renouatio mentis que fit in presenti per virtutuz opera et corporis que fit in futura in corporum resurrectione. De prima loquitur hic apostolus. Item nota q̄ nouus homo est xps et vetus homo dicitur adam. Item nouus homo dicitur anima quia de nouo creata. et vetus homo dicitur caro. quia a veteri Adam traducta. Ubi nota q̄ anima dicitur senescere per peccatum p similitudinem. Et hoc patet quantum ad quattuor. primo quia sicut senium incurrat corpus. ita peccatum incurrat animā ad terrena ita q̄ celestia non poteſt respicere. Nam terrena cogitat desiderat loquit et operatur. psal. xxxvij. Miser factus sum et curuatus sum vsq̄ in finem. Idem. Oculos suos statuerunt declinare in terram. Secundo quia sicut senium debilitat visum t quandoq̄ excecat vt patet in ysaac. sic peccatum excecat animam. Non em̄ videt peccator gladium dei super se euaginatum nec videt dyabolum se trahentem ad furcas inferni. nec videt se nudum in omnibus bonis spoliatum et vere per omnia et totaliter est cecus. Psal. centesimo decimo tercio. Oculos habent et nō videbit Et nota hic de hely. de quo dr q̄ nō poterat videre lucernam dei anteqū extingueretur. i. Reguz. iij. Sic peccator nichil clarum potest videre sed si quid est male fumigans illud videt. Peccator ē sicut nox tua que nichil videt nisi in tenebris Johan. viij. Uiler. ma. tene. q̄ lucem. Tercio quia sicut senium debilitat auditum t omnes potentias anime organis alligatas. Sic peccatū aiam et omnes potētias eius ad ome op' bonū ligat q̄ nec audire ꝓba dei nec amare vera bona. nec recordari beneficiorum dei. nec ire ad sancta loca. nec operari virtuosa potest. immo omnia hec fastidit sicut homo satur cibum. Numeri. xxi. Anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo. Quarto quia sicut sola auaricia iuuenescit in sene. sic solum peccatum iuuenescit in pctōre Isa. lxv. Puer centum annorum morietur. Pctōr habet multa tempora in hac etate sed in sensu est valde puer. Contra quod dicitur. i. Cor. xiij. Nolite pueri effici sensibus sed malicia paruuli estote. Ab hac ergo vetustate hortat nos apostolus vt renouemur dicens. Renouamini spiritu mentis vestre. Moraliter autem exponendo nota q̄ renouari debemus secundum sex species renouationis que in creaturis inuenitur. Prima renouatio fit per ignem. sicut ferrum renouatur ab erugine et aurum et argentum per ignem probantur et renouantur sic renouatur homo in igne tribulationis. Sapiē tie. iij. Tanq̄ aurum in fornace probauit illos. Tribulatio vocat ignis quia similes auro t argento purgat. similes vero palee incinerat et denigrat. Quidā aūt videtur argētū et nō sunt. t iō ignē tribulationis non sustinent Ptere. vi. Frustra conflauit conflator: malicie eorum non sunt consumpte. argentum reprobū vocate eos q̄ dominus proiecit illos. Melior ꝓba q̄ possit fieri de argento fit p ignē. Sic est in hoib' qui optime ꝓbātur in tribulatione Eccle. ij. In igne probatur aurū et argētū. hoies vero in camino humiliatiōis Job. ij. Mitte manum tuam et tange os eius et carnē et tunc videbis q̄ in faciem benedicat tibi. Nota hic q̄ deus facit sicut aurifex et campsor qui aliquando fortiter probat aurum scz per ignem. aliquando leuiter. s. ad pagonem. Sic facit deus quia quosdā acriter probat per multas tribulationes vt perfectos. quosdam leuiter. id est per paucas tribulationes vt imperfectos. Secunda renouatio fit in serpente qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum senuerit et ꝓpter duriciem pellis nō
potest se bene vertere abstinet quadragi-
ta diebus. deinde ingrediens per artum
foramen pellem veterez ibi relinquit. Ad
hanc prudentiam christus nos hortatur.
Wathei quinto. Estote inquit prudentes
sicut serpētes. ¶ Debemus autem in hoc
serpentis prudentiam imitari. vt carnē no-
stram per abstinentiam esce et potus ma-
cerantes in artum foramen penitentie in-
grediamur: quia arta est vis que ducit ad
vitam xMath. vij. Ubi totam pellem vete-
rem peccatorum deponentes in nouā crea-
turam transeamus quia nisi quis renatus
fuerit denuo non potest videre regnū dei.
Jo. iij. Et sicut modo geniti infantes
sine dolo lac concupiscite. Tercia reno
natio fit in aquis. Psal. ciij. Renouabitur
vt aquile iuuentus tua. Ut dicit glosa. Aquil
la dum senio grauatur vnco rostri immo-
derate crescente non potest os aperire et
cibum capere. vnde languescit. Sed quo-
dam naturali modo collidit rostrum ad pe
tram. et eximit onus rostri. quo cibum ca-
pere impediebatur et tunc redit ad cibuz
et omnia reparātur ei vt fiat iuuenis. In
quo datur nobis exemplum vt rostrum no
strum id est aspectum mentis nostre qui ē
totus incurvatus et reflex⁹ ad terram ita
q̄ ei celestia non sapiant percutiamus ad
petram xp̄m. id est consideremus ipsum
quanta et qualia nobis dedit. et tunc ex
tali percussione considerationis ad petrā
xp̄m accēdetur ignis diuini amoris in no-
bis. Psalmista. In meditatione mea exar-
sit ignis. et talis ignis spūs mentis nostre reno
uabit. Psal. ciij. Emitte spūm tuum et crea
buntur: quia ignis diuinus est. et renouā-
bis faciem terre. i. animē. et tunc anima ci
bum suum spūalem sumet et omnis carnā
lis rennuet Aug⁹. Sustato spiritu desipit
omnis caro. Quarta renouatio fit i cerno
Psal. xli. Sicut cervus desiderat ad fon-
tes aquarum. Ubi dicit glosa. Cervus dū
grauatur senio crescentibus pilis et corni
bus serpentē haurit narib⁹ quo haustō ve
neno estuat vnde fontem adhibendum ar
dentissime desiderat et cū multum bibe-
rit cornua et pilos deponit. In quo datur
nobis exemplū q̄ dū grauamur pilis. id ē
passionib⁹ carnis que ex carne veteri oriū
tur z cornibus id ē dignitatibus mundi q̄
valde grauant animam et ad terram de-

primunt et suis punctionibus vulnerant.
debemus respicere serpentem in palo ere
eis suspensum et eius venenum id est ve-
nenosa opprobria et tormenta hauire et
bibere per ingem memoriam ex cuius hau
stu in nobis virtus calefactiua generā
bitur et quedam virtus que desiccabit in
nobis omne desiderium carnalium et mū
danorum et sic desiccatis carnalibus sitie
mus et bibemus aquam diuine gratie sa
lutaris Job. vij. Si quis sitit veniat ad me
et bibat Et tunc abrenunciabimus cornī
bus id est honoribus et dignitatibus mū
di quia si quis bene considerat crucifixum
perpendet quoniam dignitas mūdi est cō
temnenda. Nam cui prius acclamatum est
vt deo osanna in excelsis nūc maledicitur
vt seductor. Wathei. xxvij. Uach qui de-
struis templum dei. rc. Et cui prius ves-
timenta sua
nebant vestimenta in via. ecce suis cruci-
et sors super ea mittitur. ¶ Et multa alia
considerantur in cruce propter que honor
et dignitas mundi sunt penitus cōtemnē
da. Per talem etiam aspectum pilus effu-
cia carnalia. et cornua id est superbia et vi
cia spiritualia deponuntur. quia de cruce
manat virtus omnem morbum peccati sa
nans dum tyriacam in cruce factam sumi-
mus que omne venenum peccati expellit.
Et tunc sic renouati et in crucifixum trans
lati incipiemus habere cornua vera id est
verum honorem qui cōsistit in possessione
virtutum. Quia vt dicit philosophus ho-
nor est reverentia exhibita in testimoniū
virtutis. Honor vero mundi est in panno
in equis. Hoc figuratum est. Numeri. xxi.
Ubi dominus mādauit q̄ quicunq; grauā
retur punctione alicui⁹ veneni deberet re
spicere serpentem eneū in palo suspensū
qui figurabat xp̄m. ¶ Quinta renouatio
fit in accipitre que fit singulis annis. De ī
dicitur Job. xxxix. Nunquid per sapiētiā
tuam plumescat accipiter expandens alas
suas ad austrum. In quo datur nobis exē
plum q̄ frequenter debemus expandere
alas nostras ad austrum id est gratias et
beneficia data nobis a deo debem⁹ ad bo
nitatem dei referre a qua omnia bona pro
cedunt quia auster est ventus produc⁹
et generatiuus bonorum. Joh. i. Omne da
tum optimum et omne donū perfectum de
sursum est. Et in tali renouatiōe fiat i no
auster id est spūs sanctus qui omnes pe
nas id est gratias renouabit eas meliorā
do et nouos effectus producere faciendo.
Wat. xxv. Omni habenti dabitur et abū

dabit. Quando autez homo gratias quas
habet ad dei bonitatem non refert nec de
eis deo regratiatur perdit pēnas veteres
et non recipiet nouas et non renouabitur
vt accipiter. Sic perdidit eas lucifer q̄ ad
deū nō retulit bona sua rc. ¶ Sexta reno
natio fit in fenice que in nido suo ligna ari
da et aromatica cōgregat et alis suis ignē
concutiens seipsum comburit et ex eius ci
neribus auis sue speciei procreatur. In q̄
significatur renouatio que in resurrectio-
ne fiet quia si in nido nostre carnis in quo
habitamus cōgregauerimus ligna aroma
tica id est opera sancta que redolent cotā
deo in quibus est accensus spiritus sācti
ignis tunc ex cineribus illis id est per vir
tutem illorum operū resurgēt gloriosa no
stra. i. Corin. xv. c. Seminatur in ignobili-
tate surget in gloria. ¶ Ad idem vadit re
novatio que fit in seminibus que in terra
mortificantur et virentia resurgunt. quia
si in cruce penitentie mortificauerim⁹ mē
bra nostra et mortui fuerimus mundo. re-
surgemus in magna gloria per omnia feli
citer renouati. Phil. iij. Salnatorem expe
ctamus dominum iesum christum qui refor
mabit corpus humi. no. p̄figu. cor. claritā
tis sue. Et sic patet primum. ¶ Secundo
nos hortatur vt mendacium deponamus
veritatem loquentes. d. Sicut dixi q̄ nou⁹
homo assumēdus est z per consequēs vet⁹
deponendus. propter quod deponētes mē
dacium quod ad veterem hominem perti
net loquimini veritatem vnus quisq; pro
mo suo. i. omnes et huius ratio est quoniā
sumus inuicē mēbra. i. oīes sum⁹ fratres
et filij vnius dei et maxime xp̄iani sunt mē
bra vnius capitis iesu christi et ideo eis
maxime prohibetur ne seipsos per menda
cium faliant ad inuicez xD Debemus
autem cauere a mendacio et loqui verita-
tem maxime propter tria. Primo quia mē
dacium totam societatem humanam deua
stat et mercationes et iudicia et punitiōes
et premia. Quia per mendacium emptores
decipiuntur iudices veritatem non possūt
inquirere. et per ꝓs insontes plectuntur
rei euadunt. Per veritatem autem fideli-
tas societatis humane conseruatur nullus
decipitur veritas indagatur et vnicuiq; se
cundum opera sua retribuitur propter qō
dicitur Prouer. viij. c. Veritatem medita-
bit guttur meū et labia mea detestabūtur
impiū. et philosophus. Duob⁹ existētib⁹ a-
micis sanctum est honorare veritatem
Dicit de sarracenis q̄ sup̄ omnia detestāt
mendacium. Sarraceni etiā multum sunt
reales in verbo. ¶ Secundo qz menda-
cium reddit hominem odiosum deo z ho
minibus Eccle. xxv. Tres species odiuit
anima mea et aggravor valde anime eoz
pauperē superbū divitem mendacē. et se
nem fatuum et insensatum. In eodem no-
no. Terribilis est in ciuitate sua homo lin
guosus. homo linguosus multa mēdacia
loquit. ¶ Tercio qz multa mendacia occi
dit animā et separat a deo. Sapien. i. Os
quod mentitur occidit animā. Econtra ve
ritas a morte liberat Jo. viij. Cognoscetis
veritatem et veritas liberabit vos. Et sic
patet secundum. ¶ Tercio hortatur nos
ad iram per zelum z ne per irā offendam⁹
dicēs. Irascimi supple peccatis Glosa. In
hac enim ira est perfectio. Unde de moyse
dicitur Exodi. xxxij. q̄ cum appropinqual
set ad castra et vidisset vitulum et choros
iratus est valde proiecit de manu tabulas
et confregit eas Et. i. Macha. ij. dicitur de
mathathia q̄ cum vidisset iudeum immo
lantem accensus est furor eius secōm legis
zelum z trucidauit eū. Similiter phinees
videns scortātem cū madianitide ingres-
sus est lupanar et pfodit ambos simul vi-
rum et mulierem in locis genitalibus. Nu
me. xxv. Ira tamen iratus fuit christus quādo
facto flagello de funiculis eiecit lemen-
tes et vendentes de templo. vt patet Jo-
han. ij. Nec vocatur ira per zelū In tali au
tem ira excedit homo frequenter in nimis
aspere reprehēdendo et corrigendo. et ideo
subdit. Et nolite peccare modū scz in ira-
cundia excedēdo quia z teipso peccas quē
conturbas et in alio quē immoderate exa
sperās Eccle. viij. Non incēdas carbones
peccatorū arguens eos. Et si contingat ira
sci aliquando immoderate. tamen sol nō
occidat super iracundiam vestrā id est ci-
to deponatis. Gene. xlix. Maledictus fu-
ror eorum qz pertinax: et indignatio eorū
quia dura. Uel aliter vt dicamus q̄ hic p̄
hibet apostolus ne in ira offendamus di
cens. Irascimini et nolite peccare. q. dice
ret. Intus toleres quod vitari non potest.
Sed de ira non veniatis in actum peccan-
di. ¶ Si ergo surgit motus animi. qz iam
propter penam peccati nō est in potestate
nostra saltē ei non consentiat ratio. Per-
mittit quidē apostolus irasci quod est hu
mana tentatio sed prohibet irā ad effectū
ducere in quo est peccatū et maius est pec
catum si sol super iracundiam occidat id ē
si diu teneatur. Et hoc est quod dicitur. i.

Corinth.i. Tentatio vos non apprehendat nisi humana. Et qui sic tenet iram cor diabolo aperit ⁊ dat ei locum intrandi ad se et secum habitandi. Nolite ergo locum dare diabolo in ira manendo. Et sic patet q̄ ad iram per zelum nos hortatur et ne in ira peccem⁹ dehortatur. Et sic patet secundum et tercium. ⁊c. ¶ Quarto nos hortatur vt furtum non faciamus sed laborē manuum exerceamus dicens. Qui furabatur iam non furetur qualicunq̄ genere rapine. Exodi. xx. Non furtum facies. Magis autem laboret operādo manibus suis Et que opera faciet. mala lucra certe non sed quod bonum et iustum est operetur. Sicut ipse paulus faciebat. ij. Thimo. iij. Non inquieti fuimus apud vos nec gratis panem manducauimus ab aliquo sed in labore et fatigatione die ac nocte operantes ne quem q̄ vestrum grauaremus. Actuum vicesimo. Scitis quoniam ad ea que opus michi erant et his qui mecū sūt ministrauerunt manus iste. Et ad quem finem debemus laborare. certe vt habeamus vnde tribuamus. scilicet sustentationem necessitatem patienti. Et ideo si patimur necessitatem primo nosipsos sustentare debemus deinde pauperes. Luce decimoquarto. Noli vocare vicinos diuites ⁊ cognatos tuos ne et ipsi te reinuitent. sed voca pauperes debiles cecos et claudos. Tria ex supradictis patent. primo de quo facienda est elemosina/ quia de iuste acquisito. Thobie quarto. Ex tua substantia fac elemosinam. Secundo cui facienda est quia indigenti. Tercio quid sit dandum/ quia quod subleuet necessitatem/ non q̄ prouocet libidinem Genesis decimooctauo. Ponam buccellam panis et confortetur cor vestrum. Hic cadit exemplum de illo califice de quo dicit Gregorius in dialogo q̄ omni die sabbati totum lucrum septimane dabat pauperibus apud sanctū petrum rome excepto victu quotidiano. et quoddam magnum palacium mire pulchritudinis construebatur ei omni die sabbati vt reuelabat quidam qui raptus fuit ad alium mundum. ¶ In fine nota q̄ a furto cauere debemus maxime propter duo.

P Primo propter periculum persone. et vituperium. Qui enim furtis assuescit vix vnq̄ euadit quin capiatur et suspendat et sic vituperat totā progeniē suā Secundo ꝓpter periculū anime/ q̄ furtū et rapina/ est peccatū de quo hō vix vnq̄ exit nisi in morte/ quis nimis est durū reddere aliena. De alijs peccatis potest homo absolui per solam contritionem sed de illo non nisi ablata restituat. Restitutio autem et maxime furtorum vel nunq̄ fit vel pessime fit Scens est de vsuris q̄ homines sunt carnales in reaccipiēdo. Si autem totum reacciperent nūq̄ vsure redderentur. Hic cadit exemplū illius demoniace que fuit interrogata a quibus peccatis homines magis difficulter recedunt q̄ respondit duo esse scilicet infidelitas et alienum non reddere. Et sic patet. quarum et consequenter totum de epistola.

¶ Dominica. xx. de euangelio. Ser. cliij.

Simile est regnū celorum homini regi qui fecit nuptias filio suo Mathe. xxij. Propter duo christus in predicationibus suis parabolis frequenter et libenter vtebat. Primo propter populi facilem instructionem Quia vt dicit philosophus nichil possumus intelligere sine fantasmate id est ne imaginatione sensibilium rerum vt scilicet in aliquo sensibili speculemur quod queritur Et propteres vt ipse dicit. ij. Phisicorum: qui caret vno sensu caret vna scientia Sicut cecus non habet scientiam de coloribus Et ideo populus audiens ꝑm predicantem et exempla et parabolas proponentem facilius intelligebat. ¶ Secundo quia in talibus parabolis christus eorum tangebat iudeos ⁊ ostendebat q̄ propter malitiam eorum perditio eor̄ appropiabat et ipsi expectabant salutem hec autem si dirrisset eis palam exarsissent magis ei et accelerassent occidere. Et hoc ꝑ in multis locis quia quando ipsi intelligebāt ꝓ rabolam contra se dictam volebant eū ꝓprehendere vt patet in parabola de locatione vinee agricolis. Mathei vicesimo. In hoc ergo euangelio christus exponēdam parabolam loquitur in qua ostendit quomodo iudei erant eiciendi et gentes introducende. In quo quidem euangelio quatuor continentur. Primum est clementia diuine charitatis in nuptiarū celebratione et nunciorum multiplici missione. In principio euangelij. Secundum est negligentia humane salutis que pretenditur in negociorum mundi multiplicatione ibi. Illi autez neglexerūt ⁊ abierūt. Alius in villam suam. Tercium est iustitia diuine equitatis in iudeorū reprobatione ⁊ gentium vocatione ibi Rex autem cum audisset iratus est. Quartum est seueritas in malorum ꝛpianorum per non habentem vestem nuptialem significatorum finali damnatione ibi. Intrauit autem rex vt videret discumbentes. ⁊c.

¶ Primo ergo ponitur clementia diuine charitatis in nuptiarum celebratione. Ubi nota q̄ totum hoc euangelium mistice est exponēdum: quia totum est in parabolis. Et attende quia vt dicit glosa de inuitatis ad nuptias solum Matheus narrat. Aliud simile aperte dicit Lucas. ſz de cena. id est de eterno conuiuio de qua nemo ingressus repellitur sicut de ꝑsenti ecclesia. ⁊c. vnde ꝑm glosam Lucas agit de statu ecclesie triumphantis. et ideo vocat eā cenam Matheus vero de statu ecclesie militantis. Per has ergo nuptias intelligūtur nuptie sacramentales ad litteram in quibus deus cum humana natura matrimoniū cōiunxit dum factus est homo ⁊ eā sibi in sponsam accepit. Possunt etiam intelligi nuptie spūales i quib⁹ anima deo per fidem copulatur Osee. ij. Spōsabo te michi in fide. Dicit ergo. Simile factum ē regnum celorum id est ecclesia presens et militans que dicitur regnum celorum ꝓpter quattuor. O Primo quia sicut deus habitat in celo per gloriā ita habitat in ecclesia per gratiā Matth. xxviij. Ecce ego vobiscum sum omni die vsq̄ ad cōsummationem seculi. ¶ Secundo quia sicut celum est eleuatum a terra ita ecclesia iustorum per contemptum mundanorum. Phil. iij. Nostra conuersatio in celis est. ¶ Tercio quia sicut in celo sunt quedam corpora magis et minus clara et vnum illuminat aliud. ita in ecclesia iustorū vnus est maioris meriti q̄ alius et vnus illuminat alium et quidam sunt illuminantes ⁊ quidam illuminari. et quidam magis lucent et quidam minus Mathe. xij. Qui docti fuerint fulgebunt quasi splendor firmamenti. Ecce minus lucentes. Et qui ad iusticiam eruditi multos quasi stelle in perpetuas eternitates. Et magis lucentes.

¶ Quarto quia sicut omnis virtus corporalis ꝓcedit a deo in hec inferiora per celum ⁊ corpora celestia ita omnis virtus diuina procedit a deo per ecclesiam iustorum in oēs homines. Ideo xp̄s dicit eis Mathei. v. Vos estis lux mundi. Et Johā. xx. Accipite spūm sanctum. Quor̄ remiseritis peccata remittuntur eis. Hec ergo ecclesia iustorum similis est homini regi. i. negocio ecclesie simile est tali negocio quod fuit vel esse potuit. Similis est ergo homini regi. i. Petro qui hic nobis hō ab humanitate et charitate sicut aliquādo dicitur leo a ferocitate punitionis aliquādo ouis et agnus a mansuetudine et patientia. Ex magna enim charitate processit q̄ deus pater fecit tales nuptias filio suo id ē ipsum hominem fieri constituit et ei ecclesiā sicut sponsam copulauit. Per incarnationis ergo misterium et sanctam ecclesiam copulauit in vtero virginali Grego. Tūc autem deus pater deo filio fecit nuptias quando hunc in vtero virginis humane nature coniunxit. Sed quia ex duabus ꝑsonis fieri solet nuptiarum coniunctio absit hoc ab intellectibus nostris vt personam redemptoris nostri ex duabus personis credamus esse vnitam. Ex duabus ꝑpe atq̄ in duabus hunc naturis existere dicimus: sed ex duabus personis credere cōpositū vt nephas vitam⁹. Secur⁹ ergo dixit pōt q̄ in hoc rex pr̄ filio suo nuptias fecit qm̄ ei per incarnationis misteriū sanctam ecclesiā sociauit. Uterus aūt genitricis virginis huius sponsi thalamus fuit.

P Ubi nota q̄ incarnatio filij dei assimilatur matrimonio quantum ad septē. ¶ Primo propter consensum qui requiritur in matrimonio qui similiter fuit ibi. Unde nisi beata virgo que gerebat personam totius humani generis consensisset. d. Ecce ancilla do. ⁊c. filius dei non fuisset incarnatus. ¶ Secundo propter maximū honorem qui est in matrimonio: quia sicut homo relinquit patrem et matrem patriā et parentes et adheret vxori vel marito: sic filius dei descendit de celo in terram ⁊ in laboribus plurimis cuz sponsa sua diuirit et tandem ꝓ ea redimenda mortuꝰ est in cruce viere. xij. Reliqui domum meam et dimisi hereditatem meam dedi dilectam animam meam in manus inimicorū eius. Unde amor filij dei ad humanā naturā oēm alij amorem excellit. ¶ Tercio quia sicut vxor maximum et vltimum honorem consequitur in matrimonio. sic humana natura in vnione et incarnatione filij dei quia tūc summe exaltata fuit. Que enim maior pōt esse exaltatio q̄ homo sit deus. Et propterea ex tunc angeli recusauerunt ab hominibus adorari vt patet Apoc. xxij. quia angelus Johanni volenti se adorare ait. Vide ne feceris. ¶ Quarto quia sicut duo conueniunt ad vnum hominem generandum qui erunt duo in carne vna scilicet generanda. sic ad generationem spiritualē filiorū dei conuenit xp̄s ⁊

ecclesia et per baptismum in vtero ecclesie fit talis generatio.et ideo baptizatus ex tunc dicitur xpianus id est filius christi et ecclesie:quia baptizati xps est pater et ecclesia est mater. ¶ Quinto sicut spōsus donat sponse multa donaria. Sic deus postq̄ assūpsit humanaz naturam maxima donaria sibi donauit.ij. Petri.i. Per quē maxima et preciosa nobis promissa donauit. ¶ Sexto quia sicut nullus potest ad vitaz nature venire nisi per marem et feminam generetur et nascatur.sic nullus potest venire ad vitam gratie nisi per baptismum in xpo et ecclesia renascatur Joh.iij. Nisi quis renat⁹ fuerit denuo.ꝛc. Septimo q̄ sicut vxor iseparabiliter adheret viro nec vnq̄ ab eo separari debet.sic filius dei ab humana natura nunq̄ fuit separatus nec in vita nec in morte. Ad has nuptias id ē ad fidem incarnationis filij dei iudei fuerūt principaliter inuitati, quia de hoc eis promissio facta ē Gen.xxij. In semine tuo benedicentur omnes gentes. Et ad ipsos prophete missi sunt vt per fidem venirēt credendo. Et hoc est. Misit seruos suos.s. prophetas et nuncios incarnationis vocare inuitatos scz iudeos.quibus hoc in patriarchis promiserat vt dictū est. Crisᵒ. Inuitati sunt homines a tempore Abrahe cui incarnatio xpi est promissa et nolebant venire scz credendo quia non crediderunt q̄ xps esset filius dei. Iterum misit alios seruos scz apostolos et discipulos quos misit vt dicit. Crisᵒ.cum eis dixit. Mathei.x. In via gentium ne abieritis.sed ite potiꝰ ad oues que perierūt domus israel dicens. Ecce prandium meum paraui id est introitum regni in fide incarnationis vt dicit glosa. Thauri mei et altilia mea occisa sunt Grego. per tauros autem patres veteris testamenti figurantur qui ex pmissione legis inimicos suos fortiꝰ virtutis corpore feriebant. Altilia vero saginata dicimus ab eo quod est alere.vnde altilia quasi alita vocamus. Per altilia ergo patres noui testamenti figurantur.qui dum gratiam pinguedinis interne dulcedinis precipiunt a terrenis desideriis ad sublimia contemplationis sue penna subleuantur. Tauri mei et altilia mea occisa sunt.q.d. Patres veteris testamenti protestati sunt hanc fidem et in ea mortui sunt. Similiter altilia.i. apostoli et patres noui testamenti quos ego ad mensam meam alui et impinguaui pinguedine gratiarū sp̄ūs sancti hanc fidē protestātur et in ea et pro ea mortui et occisi sunt. et omnia parata sunt que ad hanc fidem faciunt. Venite ad nuptias id est ad incarnationem et mortē filij dei credite et operibus dignis ad ipsum accedite quia parata sunt omnia que ad hoc faciunt. Nam parate sunt medicine contra omnem morbum vt nullus per impotentiam non accedat. ¶ Ve nuptie publice predicantur vt nullus per ignorantiam se excuset. Unde spiritus sanctꝰ in magna copia in linguis igneis est donatus vt nullus frigidus tarde pigrescat. Charitas dei in cordibus nr̄is feruentissime est diffusa que omnia facit leuia vt nullus propter difficultatem lentescat Dyabolus est in inferno religatus et virtus peccati est diminuta vt nullus propter impugnationem tremescat. Celū est apertum et locus est paratus vt nullus propter impossibilitatem diffidat. Indulgentie dantur et pctā relaxantur vt nullus propter onꝰ debitoꝝ subsistat. Recte omnia sunt parata vt ad has nuptias venire debeamus. Et sic patet primum. ¶ Secundo ponitur negligentia humane salutis q̄ pretenditur in negociorum mundi multifaria actione:quia ad istas nuptias venire neglexerunt sed abierunt alius in villā suam.et alius vero ad negociationem suā ꝛc. Q Ubi nota q̄ prout hic apparet quadruplici de causa inuitati ad istas nuptias venire contēnunt. ¶ Prima est defectus cognitionis ad quod pertinet id qđ dicit. Nolebant venire id est per fidē has nuptias cognoscere:q̄ enim intellectus p̄ bonum cognitum mouet voluntatem.et voluntas mota a bono cognito mouet cetera membra ad operandū. inde est q̄ quidam non cognoscunt bonum ideo non pergunt ad illud. Et ideo isti nolebant venire,quia non cognoscebant. Cognoscere autem nolebant quia nolebant intellectū suum humiliare ad credēdum ea que per rationes naturales probari non possunt. Contra quod dicit apostolus.ij. Cor.x. In captiuitatem redigentes omnem hūanum intellectum in obsequium christi. ¶ Secunda est defectus amoris veri boni ad quod pertinet illud. Isti autem neglexerunt. Causatur autem hec negligentia ex parco amore veri boni. Non enim amant vera bona scilicet virtutes que sūt propria et vera bona hominis que solum faciunt hominem bonum et cum ipso perpetuo perseuerant et ad vitam eternam p̄ducunt contemnunt etiā celum et celestia

psalmista. pro nichilo.habuerunt terram desiderabilem. ¶ Hec autem negligētia apparet multum reprehensibilis ex triꝰ

R Primo quia pro salute humana mirabilia sunt facta. Nam deus factus ē homo et mortuus et tauri et altilia id est patres ve.testa.et no.testa. occisi sunt vt homo perueniat ad salutem et homo nichil curat ꝛ nichil vult operari vt hanc salutem consequatur. ¶ Secundo quia in hoc tempore gratie omnia sunt parata vt dictum est.non sic autem fuit in veteri testamento. Et ideo nichil aliud restat nisi vt manus lauemus ab operibus mortuis ab omni inquinamento nos mundantes. propterea isti qui vndecima hora id est vltimo mundi erate scz tēpore gratie in quo nos sumus negligentes et otiosi fuerint inuēti a patrefamilias multum sunt reprehensi. Quid iquid hic statis tota die octo sitis et vos in vineam meam Mathei.xx. Exemplum de ficulnea que tribus annis nō fecit fructum scilicet tempore legis nature.tempore legis scripture. et tempore legis gratie. Et ideo dominus mandauit eam abscidi Luc.decimotercio. ¶ Tercio ex bonitate et perpetuitate bonorum nuptiarum istarū de quibus dicitur.i. Cor.ij. Oculus non vidit nec auris audiuit nec in cor hois ascendit que preparauit deus his qui diligunt illū. ¶ Tercia causa est nimius amor boni transitorij. nimis enim amant bona transitoria scz honores dominia et diuitias. Et hoc est. Et abierūt alius in villam suam per quam dominatio ꝛ honor intelligitur alius vero ad negociationē suā per quā diuitie acquruntur. Plus enim amant ūmū q̄ deum plus mundū q̄ celum plus corpus q̄ animaz. plus amicos q̄ sanctos. plus possessiones q̄ virtutes plus laudem hoim q̄ gloriam dei Johannis.xij. Dilexerunt gloriā hominum magis q̄ dei. ¶ Quarta causa est appetitus alieni mali. Et hoc ē. Reliqui vero tenuerunt seruos ei⁹ et contumelijs affecerūt occidētes. Tales homines sūt dyabolici pastores oibꝰ supradictis q̄ detrahūt ꝛ pseq̄unt seruos dei predicātes virtutē ꝛ corrigētes vicia. ꝛ ad regnū dei vocātes nec se patiūt argui de malis suis Exo.iij. Quis te pstituit iudicē sup nos. Amos.v. Odio habuerunt corripientē in porta loquētē pfecte abhominati sūt Ad litterā tales fuerūt iudei q̄ ex magna pranitate xpm occiderūt et eius apostolos et nūcios qui veritatem predicabant et eoꝝ vicia arguebāt persecuti sunt. Nam Stephanum lapidauerunt Jacobum decollauerunt Petruz in carceraverunt. Paulum lapidauerunt et virgis ceciderunt et ceteros apostolos cōtumelijs affectos de suis finibus eiecerūt Math.xxij. Hierusalem hierusalem que occidis prophetas et lapidas eos qui ad te missi sunt Actuum.vij. Quem prophetaz non persecuti sunt patres vestri et occiderunt eos qui de aduentu christi prenūciabant Et sic patet secundum. ¶ Tercio ponitur iusticia diuine equitatis in iudeoꝝ reprobatione et punitione et gentium vocatione. Et hoc est Rex autem cum audisset scilicet vocem sanguinis seruorum suorum Gene.iij. Ecce vox sanguinis fratris tui abel clamat ad me de terra Apoca.vi. Vidi subtus altare dei animas interfectorum ꝛ clamātium voce magna dicentiuz vsq̄quo domine non vin.san.no. Iratus est. Irasci dicitur deus per effectum quando ad modum irati se habet. Hiero. Quando nouitabat ad nuptias et agebat opera pietatis ꝛ charitatis hominis nomen apponitur nūc autem quando ad vltionem venit homo sistetur,et rex tantum dicitur. ¶ Sequitur a missis exercitibus suis pdidit homicidas istos et ciuitatem istorum succendit. Hiero. Per hos exercitus romanos intelligimus sub duce tyto et vespasiano qui occisis iudee populis preuari catricem incēderunt ciuitatem. Crisᵒ. Romanꝰ autem exercitus dicitur exercitꝰ dei.quia domini est terra et plenitudo eius Nec etiaz venissēt romani hierusalem nisi dominus eos excitasset. Grego. Uel angelorum agmina sunt exercitus regis nostri. Missis ergo exercitibus extinxisse homicidas dicitur quia in hominibus omne iudicium per ãgelos exercetur homicidas ergo perdit quia persequentes interimit. Ciuitates eorum ignis succendit quia istorum non solus anime sz et caro in qua habitauerunt eterne gehēne flamma cruciatur. ¶ Reprobatis ergo iudeis deinceps gentiuz vocatio innuitur vnde subdi tur.. Tunc ait rex seruis suis. Origines scilicet apostolis aut ãgelis qui prepositi erant in vocationem gentiū. Nuptie quidem parate sunt. Remigius id est omne sacramentum humane dispensationis iam peractum atq̄ completum est. Sz qui inuitati erant scilicet iudei qui principaliter ad hoc inuitati fuerunt non digni fuerunt quia iusticiam dei ignorantes ꝛ suam statuere volentes indignos se iudicauerūt eterne vite. Reprobato ergo iudeo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

co populo ad has nuptias gentilis populus est susceptus. Unde sequitur. Ite ergo ad exitus viarum et quoscunq; inueneritis vocate ad nuptias. Hiero. Gentium populus non erat in vijs sed in exitibus viarū quia diuersos errores habebant in quib⁹ et per quos a via fidei et virtutum exitur. Crisō. Uel vie sunt omnes professiones huius mundi vt pote phie milicie ⁊ huiusmodi. Jubet ergo ire ad exitus viarum id est ad ipsas vias vt cuiuscūq; conditionis homines vocent ad fidē quia non est de⁹ acceptor personarum. ¶ Addit. sicut castitas est via que ducit ad deū ita fornicatio est via que ducit ad dyabolum. et sic de alijs virtutibus ⁊ vicijs. Jubet ergo vt cuiuscūq; conuersationis homines inuitent ad fidem Et hoc est quod sequitur Et egressi p̄ ui eius in vias congregauerūt omnes q̄s inuenerant bonos et malos. Origē. Egredientes serui siue de iudea et hierusalem apostoli christi siue ab interioribus angeli sancti et venientes ad vias diuersas diuersorum morum congregauerunt quoscūq; inuenerunt et congregabunt vsq; ad finem mundi et non curant vtrum aliquando ante vocationem mali fuerint an boni. Bonos autez hic intelligere simpliciter cōuenit humiliores et rectiores ex eis q̄ veniebant ad cultum dei Quibus conueniebat quod apostolus ait ad Roma.ij. Cum gentes que legem non habent naturaliter ea que legis sunt faciunt ipsi sibi sunt lex. Hiero. Inter ipsos gentiles est infinita diuersitas cum alios sciam⁹ proclliores esse ad vicia alios ad honestates morū virtutumq; deditos. Sequitur. Et implete sunt nuptie discumbentium id est crediderunt quotquot erant preordinati ad fidez S Nota peccatores qui ad has nuptias vocati venire contemnunt a tribus exercitibus condamnantur. Primus est exercitus viciorum quia ex quo homo non vult virtutes induere et venire ad nuptias ſz in peccato manet de necessitate exercitū magnū viciorum incurrit a quibus perditur. Cuius ratio est duplex. Prima est magnuz pōdus peccati quod trahit animam ad profundum peccatorum Grego. Peccatum quod per penitentiam non deletur mox suo pondere ad aliud trahit. Secunda est indefensio peccatoris. sumus enim in durissimo prelio spirituali. cui⁹ prelij arma non sunt carnalia sed spiritualia scilicet virtutes et dona. ij. Corin. x. Peccator autez p̄ peccatū ligat a dyabolo Prouer. v. Funibus peccatoꝝ suoꝝ quisq; constringitur et eruitur omnibus armis spūalib⁹. Lu. x. Qui etiam despoliauerunt eum. Si quis autem nudus et ligatus staret in durissimo prelio necessario continuo vulneraretur vsq; ad mortem sit accidit peccatori. ¶ Secūdus est exercitus demonum qui peccatorem ingredi tur et in anima et in corpore eum perdunt Unde ille demō quem xp̄s expulit interrogatus ab eo quod esset ei nomen. respondit legio. quoniam multi sumus. vt patet. Luce. viij. Et in eodem. xi. Tunc vadit et assumit septem alios spūs nequiores se. et ingressi habitant ibi. Unde de magdalena dicitur q̄ xp̄s expulit ab ea septem demones vt patet in eodem. viij. Hic exercitus fortis est viribus et expertus in bello. Job. xli. Non est potestas super terram q̄ ei valeat comparari. Qui nūq; dormit sed semper pugnat donec animā ducat ad carcerem inferni. Luce. xix. Uenient inimici tui et circūdabunt te vallo et coangustabunt te vndiq; et ad terram prosternēt te.

¶ Tercius est exercitus consanguineoꝝ et negotiorum mundi. Peccator enim immergitur in negocijs mundi et consanguineorum et amicorum que omnia pugnant valde contra salutem anime. Propterea dicitur Eccle. xi. Fili ne in multis sint actus tui. Et Apoca. xviij. Exite de illa populus me⁹ et participes ne sitis delictorum eius. Quia vt dicitur. i. Johan. v. Totus mundus in maligno positus est. Et ideo qui tetigerit picem id est mundum coinquinabitur ab ea. Eccle. xiij. Isti sunt illi tres quinquagenarij cum quinquaginta suis qui venerūt ad capiendum helyam super quorum duos rogauit helyas ignem decelo descendere et eos consumere. Nam exercitum viciorum et demonum debemus rogare vt deus destruat ⁊ repellat a nobis.

Et sic patet tercius. ¶ Quarto ponit rationabilis seueritas in malos xp̄ianorum cōdemnatione per nō habentem vestem nuptialem designatorum. Et hoc est. Intrauit autem rex vt videret discumbentes id est vt videri faceret Danie. vij. Judicium sedit et libri aperti sunt. id est conscientie singulorum. Crisō. Non quia alicubi ipse nō ē ſz vbi vult p̄ iudicijs aspicere ibi dicit̄ p̄s vbi aūt non vult absens videt. Dies aūt aspectionis dñi dies iudicij q̄n visitaturus est xp̄ianos qui sup̄ mēsam scripturaꝝ accūbunt. Uel vt videret. i. approbaret dignos et iudicaret indignos. Origē.

Cum ãt bonos ⁊ malos oportuit vocari nō autem vt mali permanerent mali sed vt deponerent vestimenta contraria nuptijs et induerent nuptialia vestimēta id est vicera benignitatis et misericordie. Ideo rex ingrediturꝝ videat discumbentes posq̄ eis apponitur prandium vt retineat habentes nuptialia vestimēta atq; delectet. Condemnat autem contrarios Unde origenes. Ingrediens autem inuenit quendam qui non mutauerat propcios motes. Et hoc est. Et vidit ibi hominem non habentem vestem nuptialem. Singulariter autem dicit quia vnius generis sunt omnes qui seruant malicium post fidem quā habuerunt ante fidem. Gregorius. Quid autem debemus intelligere per vestem nuptialem nisi charitatem quia hanc ipse dominus habuit dum ad sociande sibi ecclesie nuptias veniret. Dicitur autem charitas vestis nuptialis qui nuptie christi et ecclesie specialiter charitatem requirunt sicut enim matrimonia fieri solent ad amicitias acquirendas vel augendas. sic matrimonium filij dei in incarnatione contractum fuit ad dilectionem dei ⁊ et hominis augendam. Filius enim dei factus est in incarnatione amabilis nimis. Bernardus loquens de filio dei incarnato. Non hoc loco inquit predicatur magnus dominus sed paruulus dom⁹ sed amabilis nimis. Paruulus vtiq; quia natus est nobis qui prius erat pater factus est frater. et qui prius erat deus factus est socius. Ipse est tā in nobis omne amabile Intrat ergo ad nuptias sed sine veste nuptiali qui in ecclesia fidem habet sed non charitatem qui a domino corripit. Et hoc est. Et ait illi. Amice quō huc intrasti non habens vestē nuptialē Hiero. Amicū vocat q̄ imitat⁹ est ad nuptias quasi sit amicus per fidē. Arguit autem impudentie q̄ veste sordida munditias polluerit nuptiales. Origē. Et quoniam qui peccat et non indaut dominum iesum christum non habet excusationem aliquam. Et ideo sequit At ille obmutuit Hiero. In tempore enim illo non erit negādi facultas cū omnes angeli et mundus ipse testes sint peccatoris. Grego. Omne negocij excusationis cessat quippe quis ille foris increpat qui testis conscientie intus animā excusat Hiere. xii. Ego sum iudex et testis dicit dominus. ¶ Notandum autem q̄ admiratiue dominus loquitur cum dicit Amice quomodo huc intrasti. huius autem admirationis tres possunt esse cause. ¶ Prima est quia christus ita care hanc vestem emit. et tot ⁊ tāta pro ea sustinuit ⁊ eā gratis homini baptizato cōtulit. ⁊ ipse pro nichilo eam dedit quinq; pro vno denario. Alie vestes fiunt de pilis animaliū vel de corticibus herbarū puta de lino et de visceribus vermiū puta de serico. huic autē vesti christus materiā ministrauit de visceribus suis quando cum lateris sui apertione amorem suum nobis ostēdit Bernar. Clauis penetrans clauis reserans factus est michi vt videam voluntatem domini patet archanū cordis per foramen corpis ¶ Secunda est q⁹ hec vestis summe super omnia placet deo. Unde xp̄us elegit mori sed vestem incōsutilem que erat figura huius vestis nullo modo diuidi permisit ⁊ potius voluit mori q̄ diuidere. et peccator pro nichilo habet eā et frequenter diuidere et proūcere nō curat Augus. Tunicam hominis tā iudicati in cruce pendētis carnifices pilati non sunt ausi conscindere et tu niteris charitatem dei siue charitatem que deus est separare. ¶ Tercia est quia hec vestis super omnia valet et super omnia est vtilis habēti. hec enim operit multitudinem peccatorum. Prouer. x. Uniuersa delicta operit charitas. Et facit hominem filium dei et in deo manere. i. Johā. iij. Qui manet in charitate in deo manet et deus in eo. Facit etiam hominē dignuz nuptijs regis eterni et sine ea nullus potest intrare. Si enim non licebat intrare aulam assueri indutos sacco multomagis aulā celestis regis. ¶ Moraliter autē ad edificationem nostram nota q̄ per istū hominem non habentē vestem nuptialem intelligitur omnis malus christian⁹ qui habet fidem sed non opa charitatis De quotria dicunt. ¶ Primo eius ficta amicicia demonstrat ibi. Amice. Secundo eius presumptio reprehenditur ibi. quō huc intrasti. Tercio eius pena subiungit ibi. Ligatis manibus et pedib⁹. Dicit ergo. Amice quō huc intrasti pro q̄ tāta feci ꝓta dixi tā ta sustinui feci creaturas. dixi scripturas/ sustinui penas/ feci mirabilia/ docui vtilia sustinui crudelia/ ergo verus amicus fui tibi. sed tu fuisti michi amicus fictus ⁊ verbalis. ¶ Quod patet quantū ad tria que ad verā amiciciā requirunt. U Primum est quia amicorū est idē velle et nolle vt dicit Tullius. Sed tu in nullo voluntatem tuā mee ꝑfirmasti imo michi in oib⁹ rebellasti Job. xv. Cucurrit aduersus

Universidad de Deusto
Biblioteca

deum erecto collo. ¶ Secundum est quia amici habent omnia communia ego autē omnia bona mea tibi communicaui et bona nature. et bona fortune et bona gratie et glorie. Roma. viij. Quomodo non etiā cum illo omnia nobis donauit. Tu autem bona tua michi non cōmunicasti quia nudus fui et non operuisti me. hospes fui et non collegisti me. et sic de aliis. Ita dicet impūs christus in die iudicij. vt patet Mathei. xxv. ¶ Tercio est qz inter amicos est ita feruens dilectio q̄ adinuicem transformantur. Nam amor habet transformare amantem in amatum vt dicit Hugo de sancto victore. Et ideo Augu. dicit de quodam amico suo q̄ intantum erat in ipsum transformatus q̄ credebat vnam animam in duobus esse. Ego autem te intantum dilexi q̄ sum transformatus in te et factus sum homo. tu autem non es transformat⁹ in me neq; factus es deus / neq; filius dei sicut illi qui perfecte me diligunt Psalmista. lxxxi. Ego dixi dij estis / et filij excelsi omnes. et sic patet q̄ tu es amicus fictus. ¶ Secundo presumptio eius redarguit. Quomodo inquit huc intrasti non habēs vestem nuptialem id. est quomodo nomen christianitatis vsurpasti et rem non habuisti / quia charitatem in qua religio christiana vnitur adinuicem et cum deo nō habuisti quod Exodi. xx. prohibet. Nō assumes inquit nomen dei tui inuanum. Talis est sicut ficulnea que habebat solum folia cui christus maledixit que statim aruit Mat. xxi. Et nota hic q̄ super tunicam christi inconsutilem que hanc vestem significabat milites. Pylati miserunt sortem. sic multi super hanc vestem preciosam mittunt sortes dum exponunt eam fortune dicentes. si deo saluari saluabor statutū est enim quid debeat esse de me. Quidam autē hāc vestem furantur. sicut dicitur q̄ Pylatus furatus est tunicam inconsutilem christi et hi sunt ypocrite et heretici qui veniunt in vestimentis ouium intrinsecus autem sūt lupi rapaces vt dicitur Mat. vij. Qui habent vocē Jacob sed manus Esau hi sunt vulpes Sansonis qui incendūt totā messem ecclesie. vulpes autem habent optimam pellē et pessimas carnes et ideo decoriari debent. Item nota q̄ christus hāc questionē precise fecit prelatis ecclesiarū in morte. Querit enim ab eis tria. Primo quomodo huc intrasti vtrum scz introduxit te munus vel cōmodū temporale an deus et bonum anime. Secundo quomodo vir sti an sicut homo vel pecus. Tercio quomodo rexisti te vtrum scilicet habueris te vt pastor vel sicut ydolum depictum. Ait ille obmutuit quia de his omnibus male respondere potuit. non enim prouidit sibi quomodo respondere deberet.

¶ Tercio pena eius subiungit quia ligatis manibus et pedibus mittite eū in tenebras exteriores. Ligant⁹ eūm manus peccatis ergo sunt electi Origē. Timendum est xpianis ne eo numero intrent in regnum celorum quo filij israel intrauerunt in terram promissionis. Et sic patet totum de euangelio.

¶ De epistola. Sermo. cv.

Videte quomodo caute ambuletis Ephe. v. Tota vita presens est quedā via per quam itur ad vitam et ad mortem. Qz si hō ambulet per viā xpi et virtutum pergit ad salutem et vitam. Johan. x. Per me si quis introierit saluabit. Si aūt ambulet per viam diaboli et viciorum pergit ad p̄ditionem et mortem Mat. vij. Lata et spaciosa est via que ducit ad perditionem. Ista diaboli dicitur spaciosa quia p̄mittit hominem facere quecūq; vult et ideo multi ambulant in ea qz oēs stulti. Stultoz autem infinitus est numerus. Eccle. i. In hac aūt epistola beatus paulus hortatur omnes fideles vt in via vite presentis caute ambulent quatenus perueniant ad salutem vt sapientes et non pergant ad dānationē vt insipientes et stulti. In qua quidem epistola quattuor facit. Primo nos hortatur vt in via presentis vite caute ambulemus vt sapientes quoniam impedimenta sunt multa. In principio epistole. Secūdo nos hortatur vt dei voluntatem cognoscamus quoniam tenebre multe sunt ibi. Propter ea nolite fieri imprudentes. Tercio hortatur vt ab ebrietate caueamus et donis spiritus sancti impleamur qm̄ vana multa sūt ibi. Et nolite inebriari vino in quo est luxuria sed impleamini spū sancto. Quarto nos hortatur q̄ p̄ donis et in donis spūs sancti deo semp gratias referam⁹ quoniā superbis et vana gloria multa est ibi. Gratias agentes semper p̄ omnib⁹. &c. Primo ergo nos hortatur vt in via presentis vite caute ambulemus dicens Videte id est oculo rōnis diligenter considerate quo caute ambulentis id est quo moderamine et qua cautela prouer. iij. Palpebre tue precedant gressus tuos. Animalia ista sancta de quibus

ymus homo. Sapien. xvij. Una enim christena tenebrax oēs erant colligati. ¶ Hic cadit exemplum illius cācellarij parisiensis qui post mortem apparuit. et interrogat⁹ si damnati scirent diem iudicij. Respondit omni die videtur nobis q̄ finiatur mundus quia tot descendūt ad infernum. Pauci ergo sunt electi Origē. Timendum est xpianis ne eo numero intrent in regnum celorum quo filij israel intrauerunt in terram promissionis. Et sic patet totum de euangelio.

¶ De epistola. Sermo. cv.

Videte quomodo caute ambuletis Ephe. v. Tota vita presens est quedā via per quam itur ad vitam et ad mortem. Qz si hō ambulet per viā xpi et virtutum pergit ad salutem et vitam. Johan. x. Per me si quis introierit saluabit. Si aūt ambulet per viam diaboli et viciorum pergit ad p̄ditionem et mortem Mat. vij. Lata et spaciosa est via que ducit ad perditionem. Ista diaboli dicitur spaciosa quia p̄mittit hominem facere quecūq; vult et ideo multi ambulant in ea qz oēs stulti. Stultoz autem infinitus est numerus. Eccle. i. In hac aūt epistola beatus paulus hortatur omnes fideles vt in via vite presentis caute ambulent quatenus perueniant ad salutem vt sapientes et non pergant ad dānationē vt insipientes et stulti. In qua quidem epistola quattuor facit. Primo nos hortatur vt in via presentis vite caute ambulemus vt sapientes quoniam impedimenta sunt multa. In principio epistole. Secūdo nos hortatur vt dei voluntatem cognoscamus quoniam tenebre multe sunt ibi. Propter ea nolite fieri imprudentes. Tercio hortatur vt ab ebrietate caueamus et donis spiritus sancti impleamur qm̄ vana multa sūt ibi. Et nolite inebriari vino in quo est luxuria sed impleamini spū sancto. Quarto nos hortatur q̄ p̄ donis et in donis spūs sancti deo semp gratias referam⁹ quoniā superbis et vana gloria multa est ibi. Gratias agentes semper p̄ omnib⁹. &c. Primo ergo nos hortatur vt in via presentis vite caute ambulemus dicens Videte id est oculo rōnis diligenter considerate quo caute ambulentis id est quo moderamine et qua cautela prouer. iij. Palpebre tue precedant gressus tuos. Animalia ista sancta de quibus dicitur Ezechie. i. plena erant oculis ante et retro per que viri sancti designantur. ¶ Ambulandum est ergo summa cautela et moderamine propter quattuor. X

Primo propter vie obscuritatem. Psal. Posuerūt me in tenebris et in vmbra mortis. Secundo propter vie lubricitatem. psal. Fiat via illorum tenebre et lubricū. Valde enim faciliter homo cadit in via penitentie quia multa sunt lubrica. Tercio propter laqueorum multiplicitatem. Eccle. ix. In medio laqueox ingrederis. Tota enim vita p̄ns est plena laqueis. psalm. cxli. In via hac qua ambulo. &c. ¶ Quarto propter latronum insidiationem Job. xix. Simul venerunt latrones et fecerunt sibi viam per me. Etc. In presenti vita quasi in via sumus. demones autem quasi quidam latrunculi iter nostrum obsident Luce. x. Homo quidā descendebat ab hierusalē in hiericho. qui incidit in latrones qui etiam despoliauerunt eum et plagis impositis abierunt. semiuiu. relic. Sic ergo caute est ambulandum et non quasi insipientes qui nichil cogitant de futuris nec presentis ordinātem sed quasi sapientes qui considerant finem et omnia ordinant ad bonum finem. Sapientis enim est considerare finem et omnia ad finem ordinare. sic ergo vt sapientes. ambuletis redimētes tempus quia malitia dies sunt. Ephe. v. Redimite tempus quod perditum est. in quo debuistis seruire deo et nō seruiuistis quoniam dies mali sunt id est homines istius temporis et dierum istorum mali sunt et ideo supplete et recuperate illud tempus quod propter malitiam hominum et propter multa impedimenta que occurrerunt perdidistis. Uel redimentes tempus id est date et obmittite de vestro vt habeatis tempus liberū et quietum ad vocandum deo et spūalibus. quoniam dies mali sunt. i. homines istorum dierum qui molestant vos litigijs et aliis occupationibus propter quod vacare deo non potestis Aug. Dies mali dicunt pro duabus rebus scz malicia et miseria hoim. ceterū dies isti ad tm pertinēt ad spacia horax. ordinati sunt. ducunt ess vices. agunt tpa. oritur sol et occidit. transeūt tpa. Cur molesta sunt tpa si homines sibi non sunt molesti. Dicuntur ergo dies mali vt dixi propter malitiam hominū et miseriā. Sed miseria hois p̄munis est non autem malicie debet esse p̄munis. Ex quo enim lapsus est adam et de paradiso depulsus nunq; fuerint dies nisi mali. quod ostēdit puer qui nescitur qui a plorando incipit

nec ridere potest. statim natus plorat propheta sue calamitatis. Lachrime enim testes sunt miserie nondum loquitur et iam propherat. et quid in labore se futurum vel timore etiaz si iustus fuerit certe in medijs tentationibus positus semper timebit. Redimamus ergo tempus. Quid est tempus redimere? Redimit ille tempus q̄ perdit id est dat de suo vt vacet deo et nō illitibus. Nūmū ergo das vt emas tibi aliquod sic perdas de tuo vt emas tibi quietem hoc est tempus redimere vt ait dominus Wath.v. Si quis vult tecum in iudicio contendere et tunicam tollere dimitte ei et pallium vt habeas quietum cor ne p̄das tempus vacandi deo tuo.s quo mali homines volunt te revocare damno et litigijs. Uel redimentes tempus id est quod minus fecistis i vno tempore restituite in alio dimidiantes dies quos impij non dimidiant. Alij enim dimidiant alij complēt dies alij vero incipiunt id est alij moriuntur in egipto. alij in deserto. alij in terra sancta. Hec omnia Augu. p Moraliter autem ad edificationem nostram nota q̄ prudens viator octo habet attendere.

¶ Primum est vt sit sanus et fortis robore quatenus iter inceptum perficere possit. sic vadens per viam dei debet esse sanus in mente per gratiam dei et debet habere virtutes que faciunt animam fortem et omnia potentem. Phil.iij. Omnis possum in eo qui me cōfortat. Qui autem hāc fortitudinem non habent lassantur et deficiunt in via. Et propterea filij israel lassati prostrati sunt in deserto et non peruenerunt ad terram promissionis. ¶ Secundū est vt competentem sibi societatem sibi eligat cum qua commode possit ad locum destinatum ire. Sic vadens per viam dei debz eligere socios qui velint ad paradisum ire et non associet se euntibus ad infernuz et qui vadūt sm modum suum quia vnus prolatus non debet se sociare vni religioso vel heremite: quia cuius vteriz pergat per viam dei et ad eundem locum tamen modus eundi non est equalis in vtroq̄. Tunc ergo ꝓpetens societas eligitur quādo ad eundem locum vadit et eodem modo. Eccle.xiij. Uitiosi te ne socius fueris. Unde de augustino dicitur q̄ merat ad Simplicianum seruum christi vt proferret quis esset aptus modus viuendi sic affecto vt ipse erat ad ambulādum in via dei in qua alius sic alius sic ibat. In cui⁹ figura mandatum est in lege ne quis araret in boue t azino vt patet Deu.xxij. ¶ Tertiū est vt pericula varium declinet sic vadens per viam dei debet pericula que sunt quasi infinita declinare. via enim presentis vite est plena periculis et insidijs propter q̄ opotter caute ambulare vt dictum est scil. Cor.xi. periculis flu. peri. lā. peri. in ma. peri. in ter. peri. in ci. peri. i soli. peri. et ge. peri. et gen. peri. ex fal. fra. Omnia hec oportet vitari. Pro. xv. Qui cauet laqueos securus erit. ¶ Quartum est vt rebus gravibus et superfluis se non oneret solus necessaria portet. Sic vadens per viā dei nō debet nimis possidere quia grauant et destruunt mentez eius. Animus enim qui diuiditur ad multa minor fit ad singula vt dicit grego. Solum ergo necessaria sunt portanda. i. Thi.vi. Habentes alimenta t quibus te.his contenti simus. ¶ Quintū est vt a scientibus viam petat sic vadens peruiam dei debet libenter et frequenter audire predicationem et exemple sanctorum in quib⁹ via vite docet. Psal. Lucerna pedibus meis verbū tuum t lu.se.me. Sextū est vt cū indigentis non litiget sed ab eis libenter iniurias sustineat sic vadens peruiam dei non debet cum hominibus huius mundi litigare qui colunt mundum et habitant sicut propriā ciuitatez quia sicut nec contra carnem alienum consurgūt tua omnes consurgent contra eum. Johan.xv Si me p̄secuti fuerit et vos p̄sequent. Et hoc est quod hic dicitur. Redimētes tēpus dies mali sunt. Roma.xij. Cū omni ho.pace. habi. ¶ Septimum est vt indies et horeis terrigenaz non immisceat se quia de facili illaquearetur amore. Sic vadēs per viam dei vana gaudia mūdi et carnalia desideria debz penitus declinare. i. peri. q̄ Obsecro vos tāq̄ aduenas et peregrinos abstinere a carnalibus desi. q̄ militant aduersus animā. Sic christus vadens hierusalem videns gaudium et tripudium cuitatis non se immiscuit sed fleuit super illā vt patet Luce.xix. Quia extrema gaudij. oc. prouer. xiij. Propterea dicebat. Sara filia Raguelis. Nunq̄ cum ludentib⁹ miscui me. Thobie.iij. ¶ Octauum est vt ita moderetur gressus suos q̄ perueniat ad ciuitatem de die anteq̄ porta claudatur sic seruus dei donec dies gratie lucet ds foriter ambulare anteq̄ porta celi claudatur que claditur hominū dum nox culpe occupat mentem eius Joha.xij. Ambulate dū lucem habetis vt nō vos tenebre cōprehendant Sene. Faciamus quod in itinere fieri solet vt qui tardius exierunt celeritate motus compensant. Et ideo si tarde incepimus fortiter ambulemus. Quidam itaque ambulant in vis dei q̄ nunq̄ perueniant ad ciuitatem. Contra quos dicitur. Apoc.iij. Utinam frigidus esses aut calidus sed quia tepidus es et nec frigidus nec calidus incipiam te euomere de ore meo. Et sic patet primum. ¶ Secundo nos hortatur vt dei voluntatē cognoscamus di. Propterea nolite fieri imprudentes. i. quia dies sunt mali propterea opottet vt nō sitis imprudentes non attendentes quid placeat deo alias peribitis in diebus malis quia dies mali suggerunt mala. Et ideo nisi homo sit prudens et sciat quid sit bonuz et malum et quid placeat deo et displiceat non cauebit a malis et per consequens peribit in ipsis Sitis ergo intelligentes, que sit voluntas dei Roma.xij. Ut probetis q̄ sit voluntas dei bona beneplacens et perfecta Est ergo voluntas dei bona quia bono nostro vult etiam salutem. i. Thi. secūdo Qui vult omnes homines saluos fieri et est beneplacens quia omnes boni t omnia bona sibi placent et ipse placet omnibus bonis. Est et perfecta quia sibi nichil deest. Psal. cxxxiij. Omnia quecunq̄ voluit dominus fecit in celo et in terra vnde Est in reprobis voluntas dei impletur quia sicut iustum vult premiari ita vult peccatorem comburi Et sic patet scōm. ¶ Tercio hortatur nos vt ab ebrietate caueamus t donis eius spiritussancti repleamur. Principalis autem intentio apostoli est hic hortari vt impleamur spiritusācto et donis ei⁹ Sed hec duo vicia carnalia scz gula t luxuria maxime impediunt spiritussancti gratiam et dona et ideo solum de ipsis hortatur nos hic. Et leuitici.x. Uinū et omne qđ inebriare potest non bibetis tu et filij tui quando intrabitis tabernaculū testimonij. Et augu. dicit q̄ in actu venereo spiritussanct⁹ nō tangebat corda prophetarū. Nolite ergo ebriari vino in quo est luxuria sicut effectus in causa Exemplū de loth qui inebriatus iacuit cum filiabus vt patz gen.xix. Sed implemini ait spūsācto mentes sanctificat in quo et per quem dona eius percipietis que sunt loqui linguis et psallere et interpretari et docere. Actuū. Repleti sunt omnes spiritussancto et ceperunt loqui Et hoc est. Loquentes vobis metipsis id est sic impleamini t post impletionem erimus loquentes vobismetipsis. i. vos recipsos interi⁹ instruētes vel vobismetipsis. i. vnus alium instruet in psalmis qui ab bonam operationē ꝓmouent hymnis qui de laudibus dei agunt et canticis spūalibus que de eterno gaudio sunt in q̄ bus canticis et psalteris in cordibus vris id est ex interiori voluntate totum procedat dño. i. ad laudem dñi et honorem t sic patet tercū. ¶ Quarto nos hortatur vt pro his donis spūs scti deo patri semp gratias referamus dicens. Hras agentes pro bonis et donis acceptis a deo non credentes illa habere a vobis. Agatis ergo gras deo q̄ vos creauit patri quivos regenerauit. Et hoc in noie dñi nostri iesu christi in quo et per quē oia donant id est vt in tali gratiarum actione nomen domini nostri iesu christi exaltetur et dilatetur. Ad hoc enim debet tendere nostra actio vt sic exaltetur per quē tot et tanta dona recepimus q̄ vt dicit glosa per eū cognoumus deum datorem omniū bonorum. Jo.xvij. Pater manifestaui nomen tuū hominib⁹ quos dediste michi. Subiecti inquit inuicem. q. d. Non vos solum habeatis humiliter ad deum immo subiecti sitis inuicē. Et hoc non in humano timore sed in timore christi vos ad hoc impellente. Phil.ij. In humilitate superiores sibi inuicē arbitrantes. Et de hoc ipse apostol⁹ dedit nobis exemplū dicēs. Cū essem liber ex omnibus olim seruū me feci. i. Cor. ix. Et sic patet quartum et consequenter totum.

¶ Dñica. xxi. de euangelio. Sermo. cvi.

Erat quidā regulus cuius filius infirmabatur capharnaū Jo.iij. Sicut dicit Grego. Hoc habet proprium diuina scriptura quia narrat gustū prodit misteriū. Quod optime in hoc euangelio patet. Nam dū in eo quoddā salvatoris nostri miraculum enarratur ostenditur vnde infirmitas aut meozitur vnde et quomodo sit eius sanitas requirenda. In quo quidem euāgelio quinq̄ continentur. Primum est cuiusdaz reguli pro filio ad mortem infirmato deprecatio. In principio euangelij. Secundum est christi ad regulū increpatio et pro sanādo filio exaudito ibi. Nisi signa t p̄digia videritis non creditis. ꝛc. vade filius tuus viuit. Tercium est reguli credulitas et iussionis sibi facte executio ibi. Credidit homo sermoni quē dixit illi ihesus. Quartū est sanati filij nunciatio et facti miraculi examinatio ibi. Jā eo ascēdēte serui occurrūt:

Universidad de Deusto Biblioteca

el.&c. interrogabant autem horam ab eis in qua melius habuerit. Quintum est ex facto miraculo fructus fidei cõsecutio ibi. Et credidit ipse et do.e.tota. ¶ Primo ergo ponit cuiusdã reguli pro filio ad mortem infirmato deprecatio. Et hoc est. Erat quidam regulus Criso. Regulus autẽ dicebatur. aut quia de genere regali existẽs aut quia aliquam dignitatem principatus obtinebat. aut quia sic vocabat. huius filius febribus decumbens capharnaum q̃ est ciuitas metropolis in galilea in extremis laborabat/littera plana est. ¶ Visite loquendo ille regulus significat primũ hominem qui fuit regulus respectu magni regis dei. huius filius id est tota progenies posteror infirmata est capharnaũ id est in paradiso terrestri. Capharnaũ interpretatur ager pinguedinis vel villa cõsolationis que duo optime competunt paradiso illi. Erat enim locus amabilis valde et locus voluptatis et diuitiarum & delitiarum et omnis consolationis. Primo enim hoc/ine peccante infirmatum est totum genus humanum in eo in quo omnes peccauerunt vt dicitur ad Roma.v. Nam deus fecerat tres ordines scz inter aiam et deum. inter animam et corpus id est inter rationẽ et vires inferiores et inter homines et alias creaturas. Statim autẽ q̃ anima rebellauit deo. corp9 rebellauit anime/ vel vires inferiores rationi et omnis creatura rebellauit homini. its q̃ homo propter peccatum est valde infirmus et debilis viribus. Sed in aduẽtu filij dei erat ita grauiter infirmus q̃ incipiebat mori/ quia nullum opus ad regem vel peccatorem pertinens faciebat non enim seipsum regebat nec vicijs imperabat. sed vicia ipsum regebant et imperabant ei. Et intantum in aduentu filij dei homo erat infirmatus q̃ creaturas adorabat quibus propositus erat dominũ autem deum creatorem et conseruatorem suum non cognoscebat. Passionibus etiã carnis fortiter erat subiectus ac etiam demonũ potestati. Et breuiter per omnia in extremis iacebat ita q̃ non erat in eo alitus alicuius bont et ideo deus mia motus super isto egroto misit filium suũ in mũdũ sicut medicũ vt plenarie hunc infirmũ id est totũ humanum genus saluaret. Augu. Magnus vtiq; venit medicus q̃ mundus vbiq; iacebat egrotus Psal. Misit verbũ suũ et sanauit eos. Regulus ergo iste in persona adã cũ audiret q̃ Ihesus veniret a iudea id est natus esset de/populo iudaico in galilea id est in via migrationem mortalitatis nostre. galilea enim interpretatur transmigratio. rogauit eum vt sanaret filium suum id est genus humanum. & christus misericordis mortuos sanauit enim septima hora que est inter 6 & nonam quia illa hora christus in cruce pendebat per cuius mortem sanatus est genus humanum. ¶ Vel aliter ad edificationem nostram nota q̃ per filium febricitantem significatur peccator et per febrem peccatum. ℨ Significatur autem per febrem peccatum propter quatuor. Primo ratione originis siue materie. Dicitur ergo enim febris siue materia est abundantia quatuor humorum. nam ex abundantia sanguinis generatur continua et ex abundantis colere terciana. ex abundantia flegmatis quotidiana. ex abundantia melancolie quartana. Similiter ex abundantia sanguinis peccant luxuriosi gulosi dissoluti et vani. ex abundantia colere iracundi superbi et furiosi. ex abundãtia flegmatis desidiosi et pigri & negligentes ex abundantia melancolie inuidi timidi & tristes. ¶ Secundo ratione existẽtie siue substãtie. Est enim febris calor innaturalis ingrediens naturam/ suoq; ledens effectu. Similiter peccatum est amor innaturalis. Amor enim in spiritualibus idem est q̃ color in naturalibus. Est ergo peccatũ amor innaturalis quia omne peccatum est contra naturam bene institutam. Nam q̃ homo diligit creaturas plusq̃ creatorem et corpus et temporalia plusq̃ animam et q̃ creatori non obediat creatura est contra naturam. In his autem omne peccatum cõsistit/ quia vt dicit Augusti. Duo amores duas ciuitates constituunt. Nam amor dei vsq; ad contẽptum hominis constituit ciuitatem celi. Amor vero proprius vsq; ad contemptum dei constituit ciuitatem babilonis. Est enim amor habendi qui est cupiditas. Amor luxuriandi qui est carnalis concupiscentia. Amor dominandi qui est superbia. et sic de singulis. Et sicut febricitans nunc habet frigoris tremorem nunc calorem. sic peccator habet inordinatum motum boni transitorij. Plus enim timet perdere terram & celum. et que minus sunt amanda amat plus. Unde Augusti. dicit q̃ due res scilicet cupiditas et timor sunt peccata producunt in homine. Et propter ea peccator duas penas habebit scz ignem et frigus his duabus radicibus peccatorum scilicet inordinato amori et inordinato timori correspondentes. Job. xxiij. Ad calorem nimium transiet ab aquis nimijs. ¶ Sunt etiam septẽ genera febrium/ septem genera peccatorum significantia. Prima est quotidiana & signat peccatũ quod propter continuam exactionem. Isa.lv. Venite sumam9 vinum & impleamur ebrietate & erit hodie sicut & cras & multo amplius. Secũda febris est effimera que dicitur ab effimero pisce marino qui eodem die quo nascitur moritur et signat subitum ire motum q̃ cito finitur q̃ si duret transit in odiũ Ephesi. quarto. Sol nõ occidat super iracundiam vestram. Tercia est tenaatica que nõ accidit ceteris horis et signat peccatum inuidie que quando quis laudatur vel prosperatur accedit/ quãdo autẽ vituperat vel infortunio patit recedit et non habet horas determinatas. Quarta est terciana et signat illos qui satisfacere nolunt. Cõtra quos Exo. viij. Uiã triũ dierum pergemus in solitudinem. Quinta est continua et signat auariciam/ quia auarus quotidie sitit et maxime vsurarius. Serta est quartana et significat superbiam que in quatuor speciebus consistit. Quatuor species tumoris sunt vt vel cum aliquis bonum quod habet a se habere existimat vel pro suis meritis datum sibi putat vel cum iactat se habere quod non habet. vel cum despectis ceteris appetit singulariter habere quod habet. Superbia sicut quartana difficulter sanatur. Psalmi. Superbia eorum qui oderunt te. ascendit semper. Potest etiam quartana significare luxuriam que in corpore regnat. quod ex quatuor humoribus componitur in quibus luxuria radicatur. Nec etiam sicut quartana difficulter sanatur. Septima est febris erthica que est in venis et membris radicata in quibus naturalis humiditas consumitur et signat accidiã et tristiciã mentis que exsiccat ossa. Prouer.xvij. Spiritus tristis exsiccat ossa. ¶ Tercio febr̃ signat peccatũ ratione processus. Processus eñ febris talis est. Primo eñ fit collectio humorum secundo distẽperantia. tercio actualis febris. quarto exẽsio eius ad mẽbra. Similiter in peccato primo colligũtur male cogitationes in corde. secundo superuenit male cogitationis distẽperãtia in qua incipit esse peccatũ cũ maxime resistendũ est. Tercio sequitur per consensũ peccatũ actuale. Quarto peccatũ diffunditur per opus extrinsecum et euidentia facti. Isa. iij. Peccatum suum quasi sodoma predicauerunt nec abscõderunt. ¶ De illis etiam quatuor dicitur Jac.i. Unus/quisq; tẽtatur a concupiscentia sua quo ad primũ. Deinde concupiscentia cum cõceperit parit peccatum quo ad secundum. Peccatum vero cum consummatum fuerit quo ad tercium generat mortem quo ad quartum. ¶ Quarto ratione effectus. nam febris habet effectum omnium peccatorum quod patet quantum ad octo effectus febris. nam febris elevat et deprimit pulsũ sic facit peccatum superbie. Isaie. xiij. In celum conscendam supra astra celi exaltabo solium meum. Et sequitur. Uerumtamen ad infernum detraheris in profundũ laci. ¶ Lucem odit sic facit peccatum inuidie que de luce aliene prosperitatis tristatur. Oratius. Inuidus alterius marcescit rebus opimis. Quieterem tollit. sic facit peccatum ire. quia homo iratus nõ inuenit requiem sed semper satagit ad vindictam. Appetitum turbat sic facit peccatum accidie/ que omnia spiritualia facit despicere et in nauseam venire. Numeri xxi. Anima nostra nauseat super cibo isto. Calefacit corpus sic facit peccatum luxurie. Job. xiij. Ignis est vsq; ad consummationem deuorans. Unde spiritualiter per febrem significatur peccatum luxurie. Augusti. Melius est estuare febrib9 q̃ ardere libidinibus. Ardor luxuriosorum manifestus est. Anhelitum fetidum & corruptũ reddit. sic facit peccatum gule. Os eñ gulosi ex nimia potatione et cibo valde fetet et corporaliter et spiritualiter. Psalmi. v. Sepulchrum patẽs est guttur eorum. Facit hominem valde sitire nec satiatur potu. sic facit peccatum auaricie et cupiditatis quia auarus quantoplus bibit de pecunia tãtoplus sitit Ecclesia. quinto. Auarus non implebitur pecunia. Unde spiritualiter per febrem peccatum auaritie designatur/ quia auarus semper sitit. vsurarius autem habet febrem continuam q̃ continue male acquirit nec defert alicui sancto. Constipat ventrem. sic facit pertinacie obstinationis et impenitentie. quod indurat animam vt non emittat peccatum possessum per confusionem vel confessionẽ. Gene. xlij. Maior est iniquitas mea ℣ vt veniam merear Exodi. vij. Indurauit est cor Pharaonis/ et sic patet q̃ per octo effectus febris peccatũ assimilat febri. ¶ Quito assimilat peccatũ febri ratione curationis. Quatuor eñ modis sanat febris & similiter peccatũ. Sanat eñ febris aliqñ si

Universidad de Deusto Biblioteca

dote similiter peccatum per contritionem et lachrymarum effusionē. Sic fuit sanata magdalena. Aliquādo vomitu et significat confessionem per quā hō mala que habet in stomacho alie reūcit per os dū confitet. Psal. Dixi cōfitebor aduersū me i iustitiā meā dño. Sic fuit sanatus dauid q̄ ait. Ego sum qui peccaui ego iniquitatem egi. ꝛc. ij. Regum. xxiij. Aliquando minutione et significat elemosinarū largitionē et alienorum restitutionem per quam homo minuit de substantia temporali. Sic fuit zacheus sanatus qui ait. Domine ecce dimidiū bonorū meoꝝ do pauperibus et si quē defrau. red. qua. Luce. xix. Aliqñ somno et significat contēplationē p deuotam orationē. Sic fuit sanatus. Lu. xviij. Descendit hic iustificatus in domū suam. In fine autem istius primi membri nota q̄ duo de isto fidūciāte dicuntur scilicet q̄ erat filius reguli et q̄ infirmabatur caphornaum quod interpretatur ager pinguedinis. ¶ Hec autem duo scilicet nobilitas generis et pinguedo rerū sunt frequentissime causa et occasio febris peccati. Filij enim magnorum vt nobiliter ꝛ magnifice viuant multa iniuste et per violentiam extorquent. Et sic ē in eis peccatū superbie et rapine. Item delicioſe nutriunt propter quod magis ad luxuriam incitantur et sic est in eis peccatum luxurie et gule. Similiter pinguedo rerū est in multis occasio spiritualiter infirmandi. Psalmi. Prodijt quasi ex adipe iniquitas eorum. Ezechi. xvi. hec fuit iniquitas sodome superbia abundantia ociū. ꝛc. Plures infirmantur in prosperis q̄ in aduersis. psal. nonagesimo. Cadent a latere tuo mille et decem millia a dextris tuis. Et plures per ficiunt in aduersis q̄ in p̄speris. Et ideo tempore persecutionis ecclesie oēs pontifices erant sancti sed tempore pacis ꝛ pinguedinis ecclesie pauci reperiuntur sancti. Propterea abundantia rerum non est petenda. Greg. Cum omnis fortuna timēda sit magis est timenda prospera q̄ aduersa. hec ēm seuiendo erudit ista blandiendo seducit. Et sic patet primum. ¶ Secundo ponitur christi ad regulum increpatio quia nisi signa et prodigia videritis. i. maiora et minora miracula non creditis vel signa terrena ꝛ prodigia celestia. Sed quomō non credāt qui pro impetrāda fidei salute venit. Et ideo dicēdū vt dicit Beda. Fides eius triplicē habuit gradū sicut et quelibet alia virtus scz incipiendo incrementum ꝛ perfectionē. Habuit ēm inicium q̄ ipsum rogauit vt descenderet et sanaret filium eius. tūc ēm et credidit et dubitauit. Credidit q̄ filiū sanare posset. sed non credidit q̄ ipsum sanare posset nisi prius eēt presens et corpore. Deinde fides eius accepit incrementum quādo credidit sermoni quem dixit filius tuus viuit. Tandem accepit perfectionē quando seruis nunciātibus filū sanitatem credidit ipse ꝛ domus eius tota. ¶ Circa hoc autē notādū q̄ fides nostra debuit omnino per miracula confirmari alias nullo modo homines credidissent sicut hic dicitur. nisi signa et prodigia videritis non creditis. et hoc patet multiplici ratione. Primo ratione eius quod de christo credere debebant scz q̄ ipse esset naturalis filius dei verus deus ꝛ verus homo: quia homines non tenebantur credē xpo q̄ eēt filius dei nisi miracula excedentia omnem naturam et oēm rationem fuissent facilset. Meditū ēm et conclusio debent esse eiusdē generis et valoris cum cōclusio virtute sit in premissis vt dicit phūs. Et ideo sicut hoc. s. q̄ xps esset filius dei omnē rationē et omne ingenium et naturam excedit: sic ad hoc probandum debebant fieri miracula totam naturam superantia et omnem penitus rationem. Et hoc est quod xpus dicit Johan. xv. Si opera non fecissem in eis que nemo alius fecit peccatū nō haberēt. Nūc autē excusationem non habent de peccato suo. Cū autē operatio demōstret rē vt dicit phūs et ipse potestatiue vt deus. et nō in virtute rationis vt alij sancti fecerit opera que isto modo solus deus facere potest. liquet q̄ ipse erat deus. Johā. xv. Opera q̄ ego facio sunt que testimonium perhibent de me. ¶ Secūdo ratione fidei antiquitate. Romani enim ex sapientes mundi videntes per viā nature procedere a corporibus celestibus omnem virtutem et vitam ꝛ bonam dispositionem in homines ꝛ in omnia inferiora colebant corpora celestia tāq̄ deos scz solem et lunam et stellas. Judei etiam ab antiquo receperunt legem p Moysen cui locutus fuerat deus ore ad os qui dicebant deum esse vnum ꝛ esse spiritum et non carnem. Unde in datione legis moysaice non fuerunt facta miracula quia moyses nichil supra naturam et incomprehensibile precepit eis credere. sed solum ea que philosophi naturaliter phāt scilicet q̄ vnus deus et similia. ¶ Consuetis autem credere et a fide in quo quis

natus est et nutritus non potest fieri sine diuino miraculo ad minꝰ quantum ad omnes vel maiorem partem existentium in illa fide. et maxime si fides natiua est facilis et alia difficilis sicut est nostra fides. Hic cadit exemplum de quadam demonia ca que interrogata que essent peccata que homo magis difficiliter relinqret. respondit q̄ duo scilicet accipere alienum. et q̄ maxime difficile erat q̄ homo relinqueret fidem in qua natus est ꝛ nutritus. Huius exemplum videmus in omnibus. Nam q̄ aliquis a iuuentute nutritus in delicijs ꝛ diuitijs in senectute relinquat eas et sumat penitētie iugum nō est possibile sine diuino miraculo. Propterea xps ait. Facilius est camelum per foramen acus transire q̄ diuitem intrare in regno celorum. Mathei. xix. Propter quod dicitur Treno. iij. Bonum est viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua. Sed quando videbant homines xpm ꝛ apostolos talia facere dicebant pro certo isti verum dicunt et ideo credēdum est eis. ¶ Tercio ratione persecutionis tyrānorum et vilitatis ꝛ defensionis apostolorum et aliorum predicantium hanc fidem. Orthodoxorū enim fides et catholica ecclesia maximas persecutiones passa est a principibus mundi vt dicit augustinus. Et constat fuisse plures romani principes per potentiam et omnē modum hanc fidem exterminare. Apostoli enim et eorum sequaces erant viles persone et vilis conditionis. Et ex mandato domini erant sicut oues in medio luporū nullam defensionem facientes Mathei. x Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum. Exemplum de legione thebea. Similiter xps fuit coram iudeis quia nulla defensione vsus. est sed tanq̄ ouis ad occisione ductus Si ergo miracula nō fuissent facta statim fides deficisset. Sed quādo homines videbant talia miracula fieri quandoq̄ vnus interficiebatur decem credebant et q̄ decē interficiebant cētū credebāt. Et tō in p̄secutionibꝰ tyrānoꝝ fides multū creuit. Uñ sicut piscis crescit i aqua sic ecclia in p̄secutionibꝰ crescit vt appareat manifeste q̄ hec fides ē a deo: ad cuius cōfirmationē tot miracula ostēdit. Et sic pz quare mō nō fiūt miracula q̄ scilz fides est cōfirmata. ¶ Et si obijcias de legemachomen q̄ tātū duravit. Dicēdū est q̄ secus est de ista: q̄ lex ista levis est valde et facilis ad tenendū immo in multis delectabilis: vnde non subsistit in virtute bonitatis sed in virtute facilitatis. sicut vsure semper durant non quia bone sz q̄ vtiles. Durat etiam ista lex quia mandat in ista q̄ sub pena capitis nullus dubiter de illis vnde quasi per potentiam armorum sustentarur. Et propterea sacerdos sarracenorum quando predicat semper tenet ensem euaginatum vt nullus contradicat legi. Si enim quis posset disputare de ea manifeste falsa demonstraret. ¶ Ponitur etiam in hac secunda parte regule p filio eius dicio. quis vade filius tuus viuit. Uiuit vita nature et vita gratie quia dei perfecta sunt opera. Et ideo quem christus sanauit in anima sanauit et in corpore. Ubi pēsandum est quantum valeat virtus fidei. quia si fides imperfecta et informis in regulo potuit filio salutem mentis et corporis impetrare quid potest perfecta et formata certe mirabilia potest. Mathei. decimonono Si potes credere omnia possibilia sunt credenti. Unde etiam Alexander per fidem filiorum israel inclusionem obtinuit vt i historijs scolasticis habetur. vbi dicit iosephus quid facturus est deus pro fidelibus si tantum pro infideli fecit. Mathei. xvij. Si habueritis fidem vt granum sinapis dicit. monti huic transi hinc et trāsibit Et attende q̄ erauditus est regulus ad vtilitatem et si non ad voluntatez. Nā petebat christum personaliter descendere ad filiuz quod christus non fecit sed quod magis erat ei vtile quis in hoc q̄ absens curauit fidē eius que diminuta erat perfecit et sic eum ad vtilitatem exaudiuit Augu. Non est magnus a deo exaudiri ad voluntatem sed ad vtilitatem. Nam diabolꝰ exauditur petens iob ad tentandum ꝛ nō exauditur paulus petens stimulum amouendum Exaudiuit quippe eum ad vtilitatem. Nam eger petit multa a medico q̄ ei medicus non concedit. Non exaudit ad voluntatez vt exau. ad sanitatē habemus etiam hic exemplum a christo magne humilitatis quia ad filium reguli noluit ire etiam rogatus. Ad seruum vero centurionis se iturum promisit etiam non rogatus vt patet Mathei. octauo In quo nostra superbia confunditur qui viles et pauperes visitare dedignamur. nobiles autem et diuites importune etiam rogati visitamus. Et sic patet secundum. ¶ Tercio ponitur reguli credulitas siue fides et iussionis executio. Nam enim eius fides sumpserat incrementum quia quez primo non putabat nisi p̄sens esset posse sanare modo credit q̄

Universidad de Deusto
Biblioteca

absens sanauerit. Et ideo credens ibat sicut xp̃s preceperat. In quo duo exempla ab isto regulo habemus. Primum est vt fides nostra per intervalla temporum suscipiat incrementum. Quidam autem solum in corpore crescunt sed in virtutibus nunq̃ crescunt et semper sunt pueri Isa.lxv. Puer centum annorum morietur. Contra quod.i. Cor.xiij. Nolite pueri effici sensibus sz malicia parvuli estote. Homines vero mundi sunt totam in contrarium qz in malicia sunt valde experti et seneś sed in sensu spūalium sunt ita stolidi et pueri q̃ nesciunt se signare. nesciunt confiteri. nesciunt orare. et breuiter de spiritualib⁹ nihil sciunt. sed quod peius est quidam non solum non proficiunt in fide et in bonis operibus. sed deficiunt et in fide quã acceperunt non stant vt heretici. Vtinam media pars xp̃ianorum in fide et in gratia quae in baptismo receperũt starent. Cuius idem sit in fide et via dei non proficere et deficere Grego. In via dei non proficere deficere est. Amor enim dei nunq̃ est otiosus operatur enim magna si est. Si autem operari renuit amor non est et ideo comparatur igni qui semper est in motu.

¶ Secundum est vt credamus christum absentem omnia operari tanq̃ presentez. Scõm enim humanitatem assumptam xp̃s non est vbiq̃ sed ſm diuinitatem xp̃s est vbiq̃ vt verus deus per potentiam presentiam et essentiam vt dicit Augustinus Et ideo multum deberemus erubescere peccare et multum nitibene agere cum deus vbiq̃ sit presens Boetius in fine libri quinti. Magne vobis est si dissimilare nõ vultis necessitas indicta probitatis cum ante oculos agitis iudicis cuncta cernentis. ¶ Vbi cadit exemplum cuiusdam heremite qui simulauit se velle peccare i platea cũ vna meretrice. quod illa pre verecũdia dixit se nullo modo facturam sed in camera erat parata facere in qua a nullo videbatur. Cui heremita. O stulta deus videbit te et beata virgo et sancti angeli. cur ergo non verecũdaris. Quod ista audiẽs conuersa est. ¶ Et quia per fidem homo liberatur a duplici morte. s. nature et culpe ſm illud Johānis.xi. Qui credit in me etiam si mortuus fuerit viuet. Ideo quarto sequitur q̃ postq̃ crediderat sermoni ihesu dicentis filius tuus vivit et ibat. serui occurrebant ei dicentes q̃ filius eius esset vivus et facta examinatione inuenit q̃ tunc reuixit qñ xp̃s dixit. Filius tuus vivit. In quo habemus exemplum ab istis seruis bona celeriter nunciari quia nuncia bona nunciantes indui debent. iiij. Re. vij. Hec dies boni nuncij est si tacuerimus et noluerimus nunciare vsq̃ mane sceleris arguetur. Malum autem silere et occultare debemus Eccle.xix. Audisti verbum aduersum proximum tuum commoriatur in te fidens quoniam non te disrũpet. Et alludit dicto quo dicitur. Ipse creparet nisi diceret. Et sic patet tercio et quarto. ¶ Quinto ponitur fructus ex facto miraculo cõsecutus quia credidit ipse et domus eius tota. Circa quod moraliter exponendo nota q̃ homo domus est et templum dei viui. Tota ergo domus dei est homo cum omnibus potentiis anime Tunc ergo tota domus dei credit quando homo cuz omnib⁹ potentijs anime fidem christi p̃ opera manifestat et protestatur vt primo quando intellectu est vera fides de deo de creaturis de inferno et paradiso et de omnibus credendis. Sed quando in intellectu non sũt nisi leges et scientie seculares. et modi et vie lucrãdi et dominandi. tunc homo cũ tota domo sua non credit deo quia non cũ intellectu. ¶ Secundo quando in voluntate, est verus amor dei et primi et ordinate vt deum diligat super omnia et proximuz sicut seipsum Sed quando in voluntate est solum amor carnalis et mundanus vt quãdo homo afficitur solum ad bona transitoria et illa super omnia diligit tũc homo nõ credit cum tota domo sua quia non cũ voluntate. ¶ Tercio quãdo in memoria sũt dei beneficia sunt etiam ibi propria defectus et mala que fecit et vilitas conditionis humane et memoria mortis Sed quãdo in memoria sunt solum iniurie recepte et non recordatur beneficiorũ dei ne enormiorũ que fecit et suiipsius obliuiscitur tũc non credit cum tota domo quia non cũ memoria. ¶ Quarto quando in corde et potẽtia cogitatiua est bona cogitatio vt quãdo cogitat vilitatem pcti et nobilitatẽ virtutum vanitatem mundi et penas et gaudia eterna. Sed quando in cogitatione est quidam discursus malorum vt quando homo cogitat carnalia opera mala. lucra strages inimicorum et talia tunc non credit cũ tota domo quia non cum cogitatione cordis id est cum toto corde quod deus principaliter requirit Prouerbiorũ vicesimo tercio prebe fili cor tuum. ¶ Quinto quãdo in potentia auditiua sunt dei verba et audit libenter que spectant ad dei laudem

et motum instructionem. Sed quando homo tota die audit vana et mala et mundi rumores tunc non credit cum tota domo sua. quia non cum auribus. ¶ Sexto quãdo in potentia visiua est quedam clausura vt homo non videat lasciuias et vanitatẽ. Psalmista. cxviij. Auerte oculos meos ne videant vanitatem. Sed quando homo videt turpia et inhonesta vt mulieres comptas et coreas quevt basilicas inficiunt solo visu tunc non credit cum tota domo sua quia non cum visu Sic infecerus fuit dauid videndo bersabee vxorem vrie. ij. Regum. ¶ Septimo quando in potentia gustatiua est magnum temperamentum cibi et potus sed quando homo tota die vacat cõmessationibus et ebrietatibus sicut animal brutum nec obseruat dies et horas tũc non credit cum tota domo sua quia non cũ gustu. ¶ Octauo quando in potentia tactiua que diffunditur per totum corpus est q̃dam asperitas penitentie vt membra mortificentur ne caro rebellet anime et vicia regnent sicut fecit Johan. baptista cuius totum corpus in asperitate penitentie fuit. i. Corinthioz nono. Castigo corpus meum et in ser. rediso. Sed quando in toto corpore est mollicies et delectatio et quãdo homo de corpore facit deum et seruit et ad nutuz et caro est domina et anima ancilla et vicia regnant tunc non credit cum tota domo immo cum tota domo se credere non ostendit quia ita delectatur transitorijs bonis ac si non essent eterna et per consequẽs omnia peruertuntur. Prouerbiorũ. xxx. Per tria mouetur terra et quartum quod nõ potest sustinere perseruum cuz regnauerit. p stultum cum saturatus fuerit cibo per odiosaz mulierem cum in matrimonio assũpta fuerit et per ancillam cum fuerit heres domine sue. Iste stultus et iste seruus est corp⁹ et odiosa mulier et ancilla est caro que si saturatur infatuatur si regnat omnia peruertit si assumatur in matrimonium cõturbat totam domum si fuerit heres bonorum hominis consumit omnia bona. et ad inopiã conuersa cõeditur a vermibus et eius domina in eternum mendicat. Et sic p̃z totũ.

¶ De epistola. Sermo.cvij.

Confortami í domino et in potentia virtutis eius Ephesiorum sexto. Inter alia que ad capitaneum exercitus pertinẽt tria sũt Debet enim milites confortare milites facere seipsos armare. et milites bona arma docere. Hec tria apostolus sicut capitaneus militie christiane in hac epistola docet omnes milites christi. Primo ergo confortat eos in potentia saluatoris. In principio epistole. Secundo monet eos vt dei armaturam induant et quinus causam subiungit que est nequitia luctatoris ibi. Accipite ar. dei. tc. quoniam non est no. col. Tercio ostendit que sunt arma quib⁹ in bello spirituali debent esse accincti milites crestorie ibi. State ergo succincti lumbos vr̃os Primo ergo apostolus confortat milites christi dicens. Confortamini in domino q̃ est dator omnis roboris et in potẽtia virtutis eius vt scilicet non credatis in bello spirituali propijs viribus pugnare et vincere/ sed in potentia virtutis dei. Preliũ enim spirituale est ita durum et forte vt infra patebit q̃ nullus in eo propijs viribus nisi per virtutem dei potest resistere. Et hoc patuit in apostolis qui tẽpore passionis christi quando fuerunt dimissi propijs viribus omnes succubuerunt. Luce xxij. Simon ecce sathanas expetiuit. v. vt cribaret sicut triticum. Ego autem rogaui tc. Quando autem postea fuerunt adiuti et confortati virtute dei omnia vicerunt. Et ideo nullo modo est pugnandum nisi prius virtus dei habeatur. Luce. xxiiij. Sedete in ciuitate donec induamini virtute alto. Hoc fuit figuratum in gloria et dauid. i. Regum. xvij. Nam golias magnas gigas aggressus est dauid in fortitudine corporis sui. Dauid autem pugnauit contra goliam virtute dei. Et ideo puer inermis vicit gigantem magnum armatum. Sigas iste armatus custodit atrium suũ. Omnis ergo puer quicunq̃ pugnat in virtute dei vincit ipsum. quia in deo omnia potest quisq̃ Phil'. iiij. Omnia possum in eo qui me confortat. Johã. xvij. Pone me iuxta te et cuiusuis magnus pugnet contra me. Debet ergo pugnans in hoc prelio primo confidere in domino. Secundo debet respicere ad premium habendum si bene dimicet et ad supplicium sustinendum si succumbat quia si homo vincat coronabitur et regnum perpetuũ possidebit. ij. Thi. ij. Nõ coronabitur nisi q̃ legitime certauerit. Omnis autẽ qui legitime certat vicit Unde de alexandro dicitur q̃ dũ semel deberet cõmittere bellũ cũ quodã rege ꝑdite cuius milites erãt oẽs auro et argento ornati confortans milites suos ait. Si bene pugnauerimus hac vice ditissimi eri

mus: quod attendentes milites fuerunt omnes animati et confortati et fortiter dimicauerunt et vicerunt. Si autem homo succumbat ligabitur in carcere inferni ibidem in perpetuum cruciandus sicut christus fecit diabolo cum quo peccauit. Joh. xii. Nunc princeps huius mūdi ejicietur foras. Unde et de alexandro dicitur q̄ dū quadam vice paratus esset ad bellum et fortissimi milites ex aduerso allarent confortans milites suos ait. Charissimi fratres hoc sero omnes cenabimus in inferno nisi valēter pugnemus. Propter quod milites omnes animati fuerunt et valenter pugnantes vicerūt. Tercio debet esse bene armatus. et hoc est quod sequitur in secundo membro. Et sic pater primum.

¶ Secundo monet apostolus christi milites vt armaturam assumant dicens. Induamini vos armaturam dei que consistit in virtutibus anime que dicuntur armatura dei quia a solo deo suis militibus dantur. Augu. Virtus est bona qualitas mentis quā deus summe nobis infundit ij. Cor. v. Arma militie nostre non sūt carnalia sed spiritualia. potentia deo ad destructionem inimicorum. Et sic patet preciositas et bonitas istorum armorū. cum a solo deo dantur. Omnia alia bona deus cōmisit danda vt soli lucere igni calefacere. et sic de alijs. Sola vero ista arma sciliçet virtutes ⁊ dona tanq̄ optime reseruauit danda ad manum suam. Jac. j. Omne datū optimū et omne donū perfectū de sursum est. ¶ Sunt etiam arma lucida bene tersa Roma. xiij. Abūciatis opera tenebrarū et induamini arma lucis. Et distinguit inter milites christi et satellites diaboli. q̄ isti sunt induti arma tenebrarū et mortis. Sunt etiaz arma nobilia quia solis filijs regis eterni dant⁊ ab ipso solo rege vt dictum est. Si ergo honor est accipere ensem a rege mūdi q̄tomagis a rege celi. Sunt etiā arma virtuosa valde quia defendunt hominē ab omni morte et mortali vulnere. Boetius. Talis tibi contuleramus arma que nisi prius abiecisses inuicta firmitate tuerētur te. Conferūt etiā virtutē maximā ipsi hoi ad pugnandū vt in virtute ipsorum omia vincat et ad regnū celorum perueniat. Sunt ergo arma lucida preciosa nobilia et virtuosa. ¶ Cōsequēter ostēdit causam et rationē quare hec arma sūt induēda. d. Ut possitz stare. s. securi aduersus insidias diaboli. i. aduersū diaboli machinatiōes occultas, occulte eñ nobis insidiat. Jac. iiij. Resistite diabolo ⁊ fugiet a vobis. ¶ Et q̄ posset quis dubitare an aduersus diabolū instaret nobis bellum dei dicit q̄ sic. Et ideo hic reddit causam cause sc̄z huius quare debem⁹ stare aduersus insidias diaboli. Et causa huius est necessitas assistēdi. Quoniā nō est nobis colluctatio. i. prelij spūale aduersus carnē et sanguinem supple tantū. Non eñ per hoc excludere intendit bellū carnis sed et bellū diaboli associare. Caro autē et sanguis nō sonat hic in naturā sed magis in corruptelā nature contractam ex primis parentibus et ex prāua consuetudine. Unde pro concupiscentia carnis accipitur. i. Corinth. xv. Caro et sanguis regnum dei non possidebunt. Eccles. xvij. Quid nequiuit q̄ non excogitauit caro et sanguis. Sed est intendum aduersus principes demones q̄ sibi subiectas continent multitudines. Nec tm̄ demonum continent multitudines sed etiam hominū malorum per quos pugnant. propter quod lucifer dicitur princeps huius mundi Johā. xiij. Venit enim princeps huius mundi. Et potestates propter fortitudinem quam habent vnusquisq; ex natura Job. xli. Non est potestas super terram que ei valeat comparari qui factus est vt nullum timeret. Et ideo non solū aduersus carnem et sanguinem et aduersus demones est nobis bellandum sed etiam aduersus mundi rectores id est homines mundanis delectationibus corruptos et mundi amatores Augustinus. Quoniam mundi nomen in mala significatione sumitur non ostendit nisi mundi amatores prima. Johan. v. Totus mundus in maligno positus est. Rectores dico tenebrarum harū id est hominū exercitorum tenebras ignorantie et culpe. Epheseo. v. Erratis aliquādo tenebre. Tales autem demones ēt qui bus bellare habemus sunt spūales id est inuisibiles et sunt nequissimi. Et hoc est quod dicit cōtra spūalia nequitie id est demones qui sunt spūs neq; qui habitāt in celestib⁹ id est in isto aere caliginose ppe nos qui relicti sunt ibi vt nos in pugna exercitent. Uel in celestibus id est p celestibus que nitunt auferre nō eñ pro modica re nobis cū pugnant sed pro ipsa hereditate paterna et eterna. ¶ Ultimo concludit dicēs. q̄ ergo cōtra tales et tātos hostes habetis pugnare. ppteres accipite armaturam dei vt possitis resistere i die malo id est i tota vita p̄senti. Qt vt dicit Augu. Ex quo adam ejspus est et de paradiso expulsus omnes dies fuerūt mali ⁊ hoc pro miseria naturali et pro malicia hominum vt dictum est supra in precedenti epistola. Et non solum per hanc armaturam dei homo potest resistere hominibus sed etiam potest esse perfectus in seipso et proficere de bono in melius. Et hoc est. Et in omnibus perfecti stare tam in prosperis q̄ in aduersis Math. v. Estote perfecti sicut pater vester. ce. p. est. ij. Cor. vi. Per arma iustitie a dex. et a. si. Sola enim precepta arma iustitie dat. et a. si. Sola enim precepta arma faciunt hominem perfectum ⁊ bonum et ideo super omnia sunt querenda et habita retinenda. Apoc. iij. Tene quod habes. ¶ Et attende q̄ vt ex supradictis patz hoc bellum spūale quod nobis instat est valde durum et forte propter octo. ¶ Primo quia per insidias pugnatur in eo. propterea dicit aduersus insidias diaboli. ¶ Secundo quia ibi est proditio. Nam caro que deberet esse pro homine sicut pars eius prodit cum. et sic tactus in homine est proditio. Propter q̄ dicit aduersus carnem et sanguinem.

¶ Tercio quia est bellum valde ordinatum nam in hoc bello sunt principes ordinantes demones ad bellum dimidentes eos per singulas potentias anime. nam q̄dam ponuntur ad cor vt mala cogitet. quidam ad voluntatem vt mala velit. quidaz ad memoriam vt malorum recordetur. ⁊c. Luc. xij. Tunc vadit ⁊ assumit septē alios spiritus nequiores se ⁊ impetū habitāt ibi. Ponunt etiam nequiores ad magis perfectos et ex parte debiliori pugnant. ppter quod dicit principes. ¶ Quarto quia pugnatores sunt fortissimi et robusti vt dictum est propter quod dicit potestates.

¶ Quinto quia non solum contra demones et carnem pugnare debemus sed etiā contra malos homines mundi qui bonos persequuntur Johan. xv. Si me persecuti sunt et vos persequentur. Qui sunt obtenebrati in mente et luce veritatis non agnoscunt. sed tamen sic obtenebrati resunt mundū et ad ipsor imperium dispōnunt et ideo et rectores et recti in principium vadunt Math. xv. Si cecus ceco ducatum prebeat ambo in foueam cadunt. ppter quod dicit contra mundi rectores tenebrarum harum. ¶ Sexto q̄ hostes nostri sunt inuisibiles et ab ipsis ledi possumus sed ipsos ledere nequim⁹ q̄ spiritus sunt. sed solum possumus nos defendere sub armatura dei quia talē armaturā habentes tangere nequeūt. quod figuratum est. Ezechie. ix. vbi viro debenti percutere homines ciuitatis dictū et prohibitum est ne signatos thau tāgeret ¶ Septimo q̄ hostes nri sūt nequissimi ⁊ in alia ⁊ in cor pore volunt nos perdere et nulli parcunt et nullius miserentur ⁊ nullo tpe dormiūt vel quiescūt Job. qui me comedūt nō dormiūt Ecclesiastes. Nichil se fecisse estimat cum alas nō sanciat. Propter ista duo dicit contra spūalia neq̄tie. ¶ Octauo q̄ hoc bellū nō agit p modica re sz p regno eterno q̄ demones p̄diderunt. Et ideo totis viribus nitunt ne ipsum possideamus. ppter q̄ dicit in celestibus id est pro celestibus. Et sic patet secundum. ¶ Tercio ostendit q̄ sunt ista arma quibus milites xpi dūt esse accincti et facit tria. Primo dicit p̄dictorē prelij eē religādū. ⁊c. Scdo ponit arma ad defendēdū. Tercio ponit arma ad offendēdū. Dicit ergo. State. Postq̄ eñ bellū est ita durū nō est cedēdū sed viriliter standū ad pugnā. Et q̄ vt dictū ē pugna hec ē in carne et per carnē. et ideo lūbi carnis in q̄bus ꝓcupiscētia viget. iurta illud Job. xl. Fortitudo eius in lūbis ei⁹. sunt succingēdi p carnis macerationē ne deficiāt ad carnalia. sicut cingulū cōseruat vestē ne fluat in lutū. Prouer. xxxi. Accinxit fortitudine lumbos suos. i. ptinētia fortiz u. xij. Sint lumbi vestri precincti. Non enim ꝓtra carnem aliter pugnare debemus q̄ per continentiam et macerationē ipsius Augustin. Carnē vestrā domate ab escis et potibus. Primo enim debet proditor castri religari anteq̄ procedatur ad bellum. ⁊ ideo primo omniū in bello spūali caro est religanda per disciplinam. cuz sit proditor. Eccle. xxxiij. Seruo maliuolo torturā et compedes. Caro autem est seruus maliuolus et neq̄ quia prodit animam dñam suam. Et dicit in veritate vt sz sit vera continentia non simulata Glo. vt vere propter christū contineantur seruetis Mathei. decimono. Sunt eunuchi qui facti sunt ab hominibus vt sunt ypocrite qui propter homines continent. Et sunt eunuchi qui seipsos castrauerunt propter regnum celorum. ¶ Consequenter secundo seclusio inimico et per disciplinam debilitato animo armaturam ponit dicens. Induti lorica iustitie mtransitiua constructio est. id est induti iustitia que est lorica anime. Comparatur autem iustitia lorice propter duo. ¶ Primo. quia sicut lorica ex multis murenulis vel magis vel rotulis conte⁊itur ita iustitia mul-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tas virtutes complectitur que sunt instar multi catenate Sapien. v. Induet pro thorace iusticiam. Secundo quia sicut lorica inter hostes nunq̃ est deponenda sic nec iusticia. Psal. Beati qui custodiunt iudiciũ et faciunt iusticiam in omni tempore Aliaz armaturam ponit dicens. Et calcia ti pedes. i. affectiones et desideria habentes munitas virtutibus et sanctorum erẽplis que Fm Augustinum sunt pedes anime ne a spinis viciorum et luto mundanorum pungantur et maculentur. Cantico. vii. q̃ pulchri sunt gressus tui in calciamẽtis filia principis. Et hoc est in preparatione euangelij pacis supple adimplenda id est vt sitis parati ad predicandum euangelium quod nũciat pacem inter deum et homines factam vel ad complenda precepta euangelij. Huiusmodi calciamenta debẽt habere predicatores ne terrenis desiderijs terrena tangant vel propter terrena predicent. Hac significatione marcus dicit apostolos sandalis vel soleis calciari vtrũ eiusdem. vi. Debemus ergo parati esse ad predicandum euangelium pacis. ¶ Aliaz armaturam ponit dicens. In omnibus sz prelijs spiritualibus sumentes scutum fidei. intransitiua constructio est id est fidẽ que est scutum quia sicut scutum est vnum et habet tres angulos sic fides est de vna essentia diuina in qua sunt tres persone. i. Johan. v. Tres sunt qui testimonium dãt in celo pater. verbum. et spiritus sanctus Et hi tres vnum sunt. Item sicut substantia scuti est cooperta cozio animalis mortui. ita fides est de substantia diuina vestita carne mortalitatis nostre Johan. i. Verbum caro factum est. Item sicut scutum suspenditur ad guttur et stat supra cor. ita fides debet esse in corde et proferri per os. Ro. x. Corde creditur ad iusticiam ore aũt confessio fit ad salutez. In quo scuto fidei dicit q̃ possumus omnia tela ignea nequissimi hostis nostri extinguere. Ipsa enim fides debet primo omnium tentationibus et telis dyaboli apponi. ne perueniat ad loricam iusticie. Prudentius. prima petit campum dubia sub sorte duelli pugnatura fides. ¶ Ignea autez dicit tela dyaboli quis suggestione dyaboli ignes carnales concupiscentie igniuntur vt plus possint nocere sicut tela materialis de igne. Eccle. ix. quasi ignis concupiscentia exardescit. Nequissima autem dicit. quia eius nequitia omnibus superfertur. Sicut et scutum defendit hominem et omnia arma

eius quia doctus omnes miles oẽs ictus recipit in scutum. ita fides defendit hominem et omnes virtutes quia omnes ictus dyaboli in scuto fidei recipiendi sunt. Omnes enim tentationes per veram fidem repellamus. Quia si habemus veram fidem de gaudijs paradisi et penis inferni nec prospera mundi desideramus nec formidamus aduersa. de quibus omnis tentatio infertur habenti veram fidem nisi sit tentatio de ipsa fide que per fidem nostram repellitur sicut lumẽ expellit tenebras. ¶ Aliaz armaturam ponit dicens. Et galeam id est spem salutz eterne assumite ad caput mẽtis protegendum. Dicitur aũt spes galea salutis. Quia dicitur ad Roma. viii. Spe salui facti sumus Isa. lix. Galea salutis in capite eius. ¶ Si autem queratur quare nõ fecit mentionem de charitate cũ sit melior et virtuosior armatura spũs q̃ omnes alie. Dicendum est q̃ ipse fecit mentionem de fide formata que per dilectionem operatur in qua omnia tela dyaboli extinguũtur. Et per quã oẽs tentationes siue a carne siue a mundo siue a dyabolo superam. Non enim per fidem mortuam et informẽ vincimus tentationes. Et ideo in ipsa fide intellexit charitatem omnia tela dyaboli extinguentem et omnes tentationes vincentem quia fides in virtute charitatis operatur cum sit forma fidei et omnis operatis fit a forma. ¶ Consequenter tercio ponit posuit arma ad defensionem ponit arma ad impugnandum dicens. Et assumite gladium spũs quod est verbũ dei. Non enim debemus solum nos defendere a dyabolo sed debemus ipsum impugnare. Instrumentum autem ad dyabolũ impugnandum est solum verbum dei qd debemus habere in ore z in manibus. In ore predicando et in manibus adimplendo. Apoc. i. De ore eius gladius ex vtraq̃ parte acutus exibat. Gladius ex vtraq̃ parte acutus egredit de ore predicatoris quãdo id quod predicat opere implet. Et tunc ex vtraq̃ parte dyabolum impugnat. Debemus ergo dyabolum impugnare facto et verbo. Quidam vero impugnant ipsum solo verbo. verbum autem talium est mortuum et ideo non est gladius spũs: quia gladius spiritus est verbum dei viuum. Hebreo. quarto. Viuus est sermo dei efficax et penetrabilior omni gladio ancipiti et pertingens vsq̃ ad diuisionem anime z spũs compagum quoq̃ et medullarum. Hunc gladiũ christus venit mittere in terram. Math. x. Non veni pacem mittere sz gladium. Veni enim separare hominem aduersus patrem suum et filiã aduersus matrem suam. ꝛc. sicut enim gladius separat et diuidit sic verbum dei separat et diuidit homines a carnalib⁹ z terrenis. ¶ Et q̃ solus gladius verbi dei sit armatura ad dyabolum impugnandum sic patet. Dyabolus enim pugnat contra petrum D primo ipsum oculis mentis excecando Sed verbum dei fugat tenebras mentis et illuminat eam q̃ lucerna ẽ. Psal. cxviii. Lucerna pedibus meis verbum tuum. ¶ Secundo ipsum vinculis peccatorum ligando et in seruitutem peccati redigendo Johan. viii. Qui facit peccatum seruus est peccati. Sed verbum dei liberat hominem ab omni vinculo et ab omni seruitute Johannis. viii. Si manseritis in sermone meo cognoscetis veritatem et veritas liberabit vos. ¶ Tercio ipsum mundi prospera et vana gaudia super omnia quere re faciendo Johan. xii. Dilexerunt gloriã hominis magis q̃ dei. Sed verbum dei omnia prospera mundi facit contemnere. Et apostoli ad verbum xpi omnia reliquerunt. Math. xix. Ecce nos reliquimus omnia. Ad. phi. iii. Omnia arbitratus sum vt stercora vt christuz lucrifacerem. ¶ Quarto ipsum per mundi aduersa frangendo. Sed verbum dei facit hominem fortem z nichil aduersi formidantem. Unde apostoli postq̃ perfecte audierunt verbum xpi dicebant. i. Cor. iii. Maledicimur et benedicimus persecutionẽ patimur et sustinemus blasphemamur et obsecramus. ¶ Quinto per voluntatem corporis ipsũ dissoluendo. Sapien. ij. Non sit pratum quod nõ pertranseat luxuria nostra. Sed verbum dei constringit ad lamentum penitentie. d. Math. iii. Penitentiã agite appropin. enim reg. celoꝝ. ¶ Sexto ipsum in infirmitatibus petrum detinẽdo z eius appetitũ cõturbando. ita q̃ dulcia videnti amara et amara dulcia Aug. palato nõ sano pena ẽ panis q̃ sano ẽ suauis. Sz verbum dei sanat hominẽ. Psal. Misit verbũ suũ et sanauit eos. Et reddit ei appetitum rectũ vt ei dulcia sapiãt z amara desipiãt Et iõ sic sanatus Dauid dicebat. q̃ dulcia faucibus meis eloquia tua super mel dulcia ori meo. ¶ Septimo ipsuz ad mortem eternã ducendo. sed verbum dei ab omni morte liberat Johan. viii. Si quis sermonem meum seruauerit mortẽ nõ gustabit in eternũ. Et breuiter i oi tẽtatiõe p quã diabolus percutit hominem. verbum dei obstat et repercutit eum. Unde verbum dei dicitur inimicus z aduersarius peccatoris quia in omnibus contradicit ei que peccator instigatus a diabolo cupit facere Mathei quinto. Esto consentiens aduersario tuo cito dum es in via cum eo. Quod exponens beatus Augu. dicit q̃ iste aduersarius cui consentire debem⁹ est sermo dei quia in omnibus que male cupimus aduersatur nobis et prohibet Uis enim rapere alienũ sermo dei dicit non furtum facies. Uis cõcubere cum vxore alterius sermo dei dicit non mechaberis. et sic de omnibus aliis. Sic ergo patet q̃ in pugna spiritus primo debemus proditorem scilicet carnem per continentiam et abstinentiam restringere et religare que quidem religatio quedam dei armatura est. Secundo debemus animam virtutibus armare scilicet lorica iusticie. scuto fidei. munditia desideriorum vt pure predicemus et impleamus euãgelij pacis per quam munditiam sunt pedes anime muniti et preparati z gressa eterne salutis protecti. Tercio debemus accipere verbum dei tanq̃ gladium ad diabolũ impugnandum. Et sic patet tercium et consequenter totum.

¶ Dñica. xxii. de euangelio. Ser. cviii.

Simile est regnuz celorum homini regi qui voluit rationem ponere cũ seruis suis Mathei. xviii. Supra hoc euangelium dominus immediate dixerat beato Petro q̃ ex parte dei fratri peccanti et veniam petẽti non solum deberet dimittere vsq̃ septies sed vsq̃ septuagies septies. i. qualiscũq̃ et quantuncunq̃ peccata committeret. In quo ostenditur maxima largitas z clementia dei. Et quia deus est ita clemens z misericors circa nos vult q̃ nos adinnicez misericordes simus alios ipse a nobis suã misericordiam renocabit. Et hoc est quod in hoc euangelio sub quadaz similitudine demonstratur. In quo euangelio tria principaliter continentur. primo eñ sub quadam similitudine inducitur exemplum diuine pietatis in debitorum z debiti dimissione. In principio euangelij. Secũdo ponitur reatus humane malignitatis in conserui suffocatione ibi Egressus autem seruus ille inuenit vnum de conseruis suis ꝛc. Tercio concluditur intentum proposite similitudinis in gestorum adaptatione ibi. Sic et pater celestis faciet vobis. ¶ In ꝓ

ma ergo parte inducimur sub quadam similitudine in exemplum ibi qui voluit rationem ponere cū seruis suis. In qua quidem parte quatuor facit. Primo sub quadam similitudine ostendit diuinam potentiā ibi. Simile est regnū celoꝝ homini regi. Secōo diuinā sapiētiā ibi. Qui voluit rōnē ponere cū seruis suis. Tercio diuinā iusticiā ibi. Et cū cepisset rōnē ponere ob. est ei vnus ꝛc. Quarto diuinam clementiam ibi Procidens autem seruus ille ro. e. ꝛc. In his enim quatuor ostenditur regia dignitas atq; honestas que in hoc consistit scilicet in potentia ad coercendum sapiētia ad gubernandum iusticia ad puniendum clementia ad miserandum. Debet enim rex p potentiā aduersarios coercere per sapientiam sibi subditos gubernare per iusticiā delinquentes punire et vnicuiq; quod suū est reddere et per clementiam pauperum personarum et miserabilium misereri. Dicit ergo Simile est regnum celorum id est ecclesia militās homini regi id est filio dei qui factus ē homo et est rex omnis creature id est simile est negocium ecclesie ad xp̄m regem ꝛ christi regis ad ecclesiā huic negotio quod fuit vel esse potuit inter quēdam regem et eius seruos. dicitur autem ecclesia militans regnum celorum propter quartuor vt patz supra in euangelio dñice xi. ¶ Littera plana est secūdū litteralem intelligentiam et ideo sm sensum misticuz exponatur Nam presens euangelium continet quandam similitudinez que negocio dei et ecclesie adaptari debet Rex ergo de ꝛo continue cum seruis suis ponit rationē et in vita et in morte. In vita ponit rationem per cōscientie illuminationem quādo scilicz homo cogitat multa bona que a deo recepit et multa mala que commisit et tempus quod amisit et multa bona que omisit Ponit etiam talem rationem p scripturas et predicatores et confessores quando predicator vel confessor ostēdit homini supta dicta et per scripturas probat Isa. xxxviij Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine anime mee. Remigius. Xp̄s examinator meritorum taz per scripturas cū seruis suis rationem ponit In morte autē talem rationem percūctorum ante oculos reductionem Dan. vij. Judicium sedit et libri aperti sunt. i. consciencie singulorum. Sunt enim demones tunc constanter accusantes eum et omnia facta dicta cogitata et omissa replicant super eum. Et hoc est quod hic dicit. Et cum cepissent rationem ponere. i. facta singulorꝝ examinare obligatus est ei vn⁹ q̄ debebat decē milia talēta Talentū sm ysidoꝝ est qōdā pond⁹ apud hebreos. Est aūt triplex talētū scz minus qō est quinquaginta libraꝝ. mediū qō est septuaginta libraꝝ. et maximum quod est cxx. libraꝝ. ¶ Per istū vnum qui tale debitum debebat et tantum tenebatur intelligitur quilibet peccōr existens. sicut per istum qui nō habebat vestem nuptialem intelligitur quilibet non habens charitatem qui est obligatus deo in decem milibus talentis pro decem maximis beneficijs que deus fecit homini q̄ sunt. Beneficiū creationis. Beneficiū redditionis. Beneficium ministrationis ꝛ gubernationis. Beneficiū nature nostre assumptionis. Beneficium redemptionis. Beneficium lotionis et vestitionis. Beneficium sanationis. Beneficium adoptionis. Beneficium glorie preparationis. et beneficium corporū resurrectionis. Si vis de his beneficijs predicare queras ea supra dñica. xviij. sermone. c. sub R. Et ideo ista talenta debent intelligi de auro cū nō determinetur de quo fuerint quia pro talibus et tantis beneficijs hō tenetur deo in meloribus et pretosioribus que habet et habere possit et in persona et in rebus Ber. O si cognouisses anima mea q̄ multa tēz multis debeas videbis q̄ nichil est quod facis. ¶ Primo enim debes xp̄o totam vitam tuam quia ipse pro tua posuit suam. Secundo exigunt preterita peccā mea totā vitam meam vt faciam dignos fructus penitentie et recogitem ibi oēs annos meos in amaritudine anime mee. Quid si terciū debitorem ostendat qui eam vendicat sibi totam puto q̄ desideres gloriam quam oculus non vidit nec auris audiuit nec cor hominis ascendit. Nonne ad hāc emēdam totum te ꝛ quecūq; poteris dare oportebit et cū omnia compleueris non sunt cōdigne passionis hu. temporis ad futuram gloriam. ꝛc. ¶ Quarto debitor debes q̄ es a quo totum habes qui te fecit et refecit et cūcta ministrat cui hoc quod debes reddere proponis. ¶ Est enā homo obligatus deo in decē milibus talentis p trāsgressionē decē p̄ceptoꝝ: quia qui regis p̄ceptū transgredit regi tenetur ad penam soluendam. Et rex pōt exigere ꝛ reus tenetur soluere si sit et iuste inflicta. Uel decem milia talēta debebat qui de innumerabilibus peccatis erat reddituꝝ vt dicit remigius. Innumerabilis ei pecā ē q̄si infinita ē. Innumerabilis ei pecā ē q̄si infinita ē.

mittit homo in pcō manendo. Si autem q̄ratur quare in transgressione p̄cepti tā magna pena debetur quia dec mīa talenta est aurum innumerabile. Dicendum q̄ in maleficio magis pensatur persona q̄ offenditur q̄ ipsum maleficium et quia in transgressione p̄cepti offenditur deus q̄ est bonum infinitum ideo sic punitur. Ex gravatur etiam pena ex parte persone offendentis propter multas circunstantias q̄ offendit suum creatorem eruditorez suum redemptorem. Et centum milia sunt circunstantie ꝓpter quas aggrauatur pena offendentis deum ꝛ transgredientis eius mandatum et ideo pena insolubilis et debetur. Et hoc est quod sequitur. Cum autem non haberet vnde redderet glo. i. pro p̄cō viribus penam exsoluere. Est enim peccator spiritus vadens et non rediēs Psal. lxxvij. Quia potest incidere in penaz q̄ nō potest propriis viribus exsoluere penam. Si autem aliquando gratie dei restituitur exsoluat penam hoc facit in virtute passionis christi. cuius pena est et fuit sufficiēs ad omnem penam exsoluendam Jo. xv. Sine me nichil potestis facere. Peccator est pro pena exsoluenda in omnibus et cū omnibus suis obligatur deo. ¶ Et hoc est q̄ sequitur Quia iussit eum venundari ꝛ vxorem et filios et omnia que habebat et reddi. Puniter ergo in se ꝛ in persona sibi cōiuncta scilicet in vxore et in persona a se genita scilicet in filijs et in substātia exteriori. Uel punitur quo ad se et suos scz vxorē et filios et quo ad sua Uxor enim specialia obsequia debet viro suo ꝛ similiter filij p̄sentiuntur enim propterea omni obsequio quod ei vndecunq; et quomodocūq; debetur et ideo vxor et filij iubentur vendi id est omne commodum et omne obsequium sibi auferri vndecunq; ei debeatur. ¶ Ut punitur ipse quantum ad animam et hoc in se et quantum ad corpus et hoc in vxore que est vnum corpus cum viro et quantum ad potentias anime et hoc in filijs. q̄ originantur ab anima sicut filij a patre Et conjunctione enim anime ad corpus potētie originantur ab anima ꝛ quantū ad bona exteriora. Et sic cum omnibus et in omnibus suis peccator punitur et obligatur ad penam. ¶ Et merito in his peccator punitur. Punitur enim in anima quia animā sponsam dei fecit cum diabolo adulterari. Animam filiam regis eterni fecit seruam diaboli. Animam dei imagine insignitam macula peccatorum fedauit. Animam veritatis luce coruscantē errorum tenebris excecauit. Punitur in corpore quia corp⁹ deum suum constituit turpe illud. Philipēs. iij. Quorum deus venter est. Corp⁹ quod debuit famulari fecit dominum anime. Corpus quod non manet in domo in eternum sed p̄tegitur ad foueas a vermibus comedendum fecit heredem omnium bonorum herede legitimo reprobato. scilicet anima. Ecclesiastes. vi. Omnis labor hominis in ore eius. Job. xxiij. Pauit enim sterilem scz carnem que non perturit et vidue scz anime non benefecit. Punitur in omnibus potentijs anime quia cum omnibus iniquē peccauit ꝛ vt cum voluntate falsa bona desiderando. et cum intellectu erroneo et falsitates addiscendo. et cum memoria malorum ꝛ iniuriarum recordando. et cum corde falsa et lasciua cogitando et cum oculis inhonesta videndo. ꝛ cum auribus mala verba audiendo. et cū manibus p̄aua operando ꝛ breviter cum omnibus potentijs anime et cum omnibus membris corporis inestanter peccauit et ideo in omnibus et cum omnibus debet puniri. ¶ Punitur etiam in vxore quia ipsa sicut equus abusus est non seruato ordine rationis et peius q̄ equus non seruato ordine nature. Et ipsam a vanitatibus non refrenauit immo vt ipsam in vanitatibus conseruaret multa lucra iniusta fecit. Ipsam iniuste et sine causa pluries molestauit et amaram vitam ei fecit quod p̄hibet apostolus ad Col. iij. d. Uiri diligite vxores vestras. et nolite amari esse ad illas. ¶ Notandū q̄ quinq; modis cognoscit vir vxorē suam. Aut causa prolis procreande et tunc nullum est peccatum. xxij. q. ne. tui. Aut causa reddendi debitum et tunc non solū nō peccat sed et meret. xxxij q. v. si dicat. Aut causa incontinentie virī de scz causa p̄meniente a voluptate. ꝛ tūc est veniale peccatum secundum quosdam ego autem nullum credo esse peccatū propter auctoritatem apostoli. i. Corinthioꝝ septimo. Unusquisq; habeat suam vxorem propter fornicationem scilicet vitandam et vna quēq; habeat suum virum. Aut causa explende libidinis vt cum vtitur calidis ebrijs aut incentiuis vt potentior sit in actu vel cum conatur facere licet nō multum appetat. et tunc credo ipsum mortaliter peccare. xxxij. q. vij. ortigo. Aut cognoscit vxorem suam contra naturam et tunc mortalissime peccat. xxxij. q. vij. adulterij malum ¶ Punitur etiam in filijs qr ipsos non ad dei cultum sed ad mūdum ꝛ ad in-

ferum nutriuit ipsis mala ablata relicte et ipsos plusq̃ deum et animam suam dilexit. Punitur etiam in bonis temporalibus quia ipsa iniuste acquisiuit male expendit et imprudenter reliquit. Quia ergo si peccator debet omnibus bonis expoliari et sic in omnibus puniri nichil restat ei nisi vt procidat in terram. d. Patientiã habe in me id est concede michi spacium penitendi et gratie tue me restitue ⁊ omnia reddam tibi scz animam et corpus et potentias anime vrotem et filios et bona temporalia quia omnia hec tuo debinceps obsequio mãcipabo Et si sic peccator dicat et sic facere proponat statim deus ad eũ magna clementia inclinatur et plus vult illi misereri facere q̃ petatur/ quia ipse petit dilationem et deus dat plenam remissionem quia eum dimittit liberũ qui erat in cathenis diaboli et parcit ei totum debitum peccatorum Augu. Erubescat humana miseria plus vult illi deus misereri q̃ nos a miseria liberari. Criso. loquens de domino iubente seruum vendi. Terre re vult vt prõptus in supplicationem ducat. Et magna enim liberalitate procedit quod nos deus sic vult punire vt nos misericordiam petamus. Sic terruit Dauid qui fecit adulterium et homicidium ⁊ venit ad eum ex parte dei Natam prophetã et comminatus est ei multa mala et Dauid ait peccaui et statim deus transtulit peccatum eius vt patet. xii. Regũ. xii. Plene ergo deus remittit peccatori quicquid deliquit si dicat peccaui. ¶ Et hoc est qđ subditur. Misertus autem dñs serui illi. Ubi tria ostenduntur. Primo ex parte dei affectus misericordie quia misertus. Secundo remissio culpe quia dimisit eũ. Tercio relaratio pene/ quia debitum dimisit ei. Remigius. Peccator rogans accipit donum decem milium talentorum id est veniam suorum cõmissorum. ¶ De hoc autẽ habemus in multis exemplum. Nam petrus cum iuramento negauit christũ et fleuit postea et deus ꝓpcit ei ⁊ restituit eũ in gradum pristinum Johãnis. xxi. Pasce oues meas. Magdalena cum multis fornicata est et accessit verecũda et cũ magna fide ad xpm et saluata est. Lu. vii. Fides tua te saluũ fecit. Paulus ꝓsecutus est ecclesiã dei et stephanũ lapidauit et postea dixit dñe quid vis facere. Actu. ix. Et magnus sctus effect⁹ est. Latro de cruce multa latrocinia et scelera ꝓmisit et postea dixit. Memẽto mei dñe. Et xps plus q̃ petierat vel speraverat fecit. Hodie inquit mecum eris in paradiso. Luce. xxiii. ¶ Charissimi imitemur istos sanctos et non simus sicut iudas qui desperauit et laqueo se suspendit quod dominus pro peiori habuit q̃ proditionẽ quã ei fecit. Nõ etiam simus sicut cayn qui ait. Maior est iniquitas mea q̃ vt veniam merear Gene. iiii. Dicamus ergo cũ filio prodigo qui dixit. Pater peccaui in celum et coram te ⁊ non sum dignus vocari filius. ⁊c. Luce. xv. Nunc est curia misericordie sedet et causas audit ⁊ curia iustitie facit ferias. In alio vero vita cõuerso erit. Adeamus ergo cum fiducia ad thronũ gr̃e eius vt misericordiã consequamur et gratiã inueniam⁹ in auxilio oportuno. Hebr. quarto. Et sic patet primum scz dei potentia/ dei sapientia/ dei iustitia et dei clementia. ¶ Secundo ponitur reatus humane malignitatis in conserui suffocatione ⁊ hoc sub similitudine serui sui cõseruo nolẽtis misereri. Circa quod quatuor notantur. Primum est seruꝰ absoluti crudelitas ibi. Egressus autem seruus ille. ⁊c. Secundum est serui neq̃ a cõseruo apud dominum accusatio ibi. Uidẽtes autem conserui eius que fie. Tercũ est contra seruũ neq̃ a domino obiurgatio ibi. Tunc vocauit illum dominus suus. Quartum est ipsius serui neq̃ condemnatio ibi Et iratus dominus eius tradidit eum tortoribus. Iste process⁹ per omnia fit in peccatore non penitente neq̃ parente. Primo enim perpetrat nequitiam coram deo et proximo. Secundo accusatur coram deo ab angelis qui nobiscum morantur. Tercio obiurgatur in extremo examine. Mathei. xv. Discedite a me maledicti in ignẽ eternum qui paratus est diabolo et angelis eius. ⁊c. Quarto condemnatur in eternum Dicit Gregorius. Egressus autẽ seruus ille scilicet de carcere diabolo et seruitute peccatorum in libertatem filiorum dei inuenit vnum de conseruis suis/ qui debebat et centum denarios. Talis autem inuentio non est intelligenda semper realis sed aliquando imaginaria. Inuenit ergo homo debitorem suum quando in animo per memoriam et imaginationẽ recordatur iniurie ciuium suorum aliquã do sibi illate. Contra quod dicitur in Canonico. Ne memor sis iniurie ciuium tuorũ. Nec tale debitum debet intelligi pecuniale/ quia tale debitum potest reperi si adest debitoris facultas cum moderamine tamẽ nec creditor tenet parcere/ sed debitũ

de offensis Remigius. Centum denariorũ debitor erat quem de aliquib⁹ commissis satisfacere oportebat Piero. Quod vt manifestius fiat dicam⁹ sub exemplo. Si ds nostrum cõmiserit adulterium. homicidiũ sacrilegium. cetera maiora crimina. x. milia talenta roganti dimittuntur sed et ipse dimittit minora peccantibus Crisostomus. Tãta est differentia peccatorum que committuntur in deum et que committuntur in hominem quãta est differentia decem milium talentorum et centum denariorum magis autem et multo plus. ¶ Sequitur et tenens suffocabat eum. Uicistia tentio nõ semper intelligenda est personalis sz animalis vel animositatis. Quando enim ds exardescit in proximum et vellet eum destruere vel occidere vel destrui vel occidi tunc tenens suffocat eum Remigius. Conseruum suffocare ẽ in fratrẽ per vindictã exardere. Contra quod ad Roma. xii. Noli vinci a malo sed vince bono malum. Et frequenter peccator palliat odium suum et iram dicens. Ipse iniuste offendit me ⁊ ideo iuste irascor contra eum ⁊ vindictam expeto. Et hoc est quod sequitur. Redde quod debes. id ẽ tu teneris ad emendam et ideo volo eam a te expetere. i. Regum. ii. Nũc dabis alioquin tollam vi. In quo ostenditur simulata iustitia peccatoris. Justicia esse videt sua repetere. Sed hoc est verum in pecunia. vt frequenter nõ autem in vindicanda iniuria quia michi vindictam et ego retribuam dicit dominus. Roma. xii. ¶ Sequitur. Et procidens cõseruus ille rogauit eũ dicens. Patientiã habe in me. om. red. t. At ille noluit. Ecce crudelitas istius: quia a seruo suppliciter rogatur vt non dimittat sed solũ vt differat et noluit. et misit eum in carcerem donec redderet debitum vniuersum. Multi sunt hodie sic crudeles qui pro modico incarcerant homines. Et sic patz crudelitas serui. ¶ Secundo ponitur seruꝰ neq̃ apd dominum a conseruis accusatio. Et hoc ẽ. Uidentes autem conserui eius que fiebãt scz angeli qui deo referunt gesta hominum qui hominum conserui sunt. iuxta illud. Apoca. xii. Cõseruus tuus ego sum ⁊ fratrum tuorũ dixit angelus Johanni vel isti conserui sunt viri spirituales. Remigius. Spirituales qui omnia iudicant talia videntes contristantur et nunciant domino ad corrigendum implorantes auxilium. ¶ Tercio pẽitur serui neq̃ a domino obiurgatio. Et hoc est. Tunc vocauit eũ dñs eius et ait illi. serue neq̃ id est inequalis non equus quia misericordiam a me accepisti et tuo conseruo non fecisti et sic fuit ingratus quo ad deum qui condonauerat magna et misericors quo ad proximũ cui non dedit spacium ad reddẽdum minima Et hoc est. Omne debitum dimisi tibi glosa. i. omnes preuaricationes quoniam rogasti me. Nonne ergo oportuit et te misereri conserui tui sicut et ego tui misertus sum. quasi dicat sic debuisti parcere et misereri. ¶ Et nota q̃ propter tres nequitias seruꝰ neq̃ vocatur. Prima fuit odium cordis. magna est nequitia et mala odium tenere in corde suo Aug. Tenere odium in corde simile est sicut tenere gladium in ventre et ignem in pectore. Unde quantum ad primum ait scilicet Augustinus. Qui alios nocere desiderat similis est illi qui gladio se transuerberat vt tunicam alteri scindat. Quantum ad secundum ait. Sic puta maliciam esse quomodo ignem si incendere vis aliquid illud quod apponis prius igne ardet. nisi enim ardeat non incendit. Uerbi gratia. Cum facẽam apponis alicui igni prius facula ardet vt illud melius possit incendere. ita ergo malicia tua procedit ex te et quid vastat anteq̃ te Malicia tua vt alteri non noceat fieri potest q̃ autem tibi non noceat fieri non potest. Ille igitur qui odium tenet seipsum occidit et incendit ⁊ ideo neq̃ appellatur. ¶ Secunda fuit crudelitas operis quia tenens suffocabat eum non rogauit eum nec monuit nec citauit sed statim cucurrit ad gurgulam eius. Tales fũt multi furiosi qui feruntur impetu ire sue sicut canes Proverbiorum. xxvii. Ira non habet misericordiam nec erumpens furor et impetũ concinati spũs quis poterit ferre. In eodem. xv. Os fatuorum ebullit stulticiam. ¶ Et attende q̃ pulchra comparatio. Sicut enim olla ebulliens nimis quatuor mala facit. sic os fatui et irati. Primum est qz olla nimis bulliens aquã frequẽter emittit et circũstãtia aburit sic os iracũdi ignita et contumeliosa verba proũcit et audiẽtes inflammat et ad scandalum provocat. Sic provocabat vxor Iob ipsum dicens. Benedic deo et morere. ¶ Secundum est quia ignem extinguit sic os irati ignem zeli istorum qui ex charitate corrigerent eũ extinguit. Nullus enim eum audet reprehendere ex quo vident eum ita ad contumelias paratum. Sic iudei irati dicentes contumelias multas. apostolis extin-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cerunt in eis ignem correctionis quantuz ad se. Et ideo dixerunt. Vobis oportebat primum loqui verbum dei sed quoniam repellitis illud ecce cōuertimur ad gentes. Actuum.xiij. ¶ Tercuz est quia pinguedinem emittit hic os iracti pinguedinem gratie et deuotionis emittit z cum ira peccatum sit mortale tanta potest esse ira q̄ amittit omnis interiora anime scilicet dona et virtutes. Sic emisit saul spiritum sanctum et arripuit eum spiritus nequam p̄pter iram et odium quod habebat ad dauid vt patet. i. Regū. xvi. ¶ Quartum est quia nisi in olla sit multum de aqua frequenter ad magnum ignem frangitur. sic iratus nisi sit valde plen⁹ aqua gratie ad motuz ire ita frangitur vt vix ad tranquillitatem reintegretur. Sic fractus est absalon contra amon fratrem suum quem occidi fecit vt patet. ij. Regum. iij. ¶ Tercio nequicia fuit ingratitudo beneficij recepti quia tantum beneficiuz non cognouit dum enim ei omnia libere sunt remissa tamen conserui noluit misereri quod eum facere oportebat. Et hoc est: Nonne oportuit et te misereri conserui tui. F

Vbi nota q̄ ingratitudo valde magnum peccatum est. et quinq̄ mala facit. ¶ Primum est quia peccata prius remissa renocat Augustinus. Dicit tibi deus dimitte et dimittetur tibi. Sed si ego' prius dimisi dimitte tu postea. Nam si non dimiseris renocabo te et quicquid tibi dimiseram replicabo tibi. ¶ Secundum est quia omnia merita dissipat Ber. Ingratitudo inimica est anime: erinanitio meritorum. virtutum dispersio et beneficiorum perditio ¶ Tercium est quia fontem diuine gratie exsiccat. Bern. Ingratitudo est ventus vrens siccans sibi fontem pietatis rorem misericordie et fluenta gratie. ¶ Quartū est quia viam gratie claudit ne ad animā intrare possit. Bern. Ingratitudo viā obstruit gratie et vbi illa fuerit gratia accessum non inuenit. Accipiendis ergo indignus est qui fuerit acceptis ingratus.

¶ Quintum est q̄ pontē misericordie frāgit. Aug. Ne festines alium punire si ipse te lesit sicut puniri velles ab alio rogante illo quem lesisti nolt subuertere pontem misericordie quem trāsisti. ¶ Quarto punitur ipsius serui nequa cōdēnatio. Et hoc ē Et iratus dñs ei⁹ tradidit eū tortoribus. i. demonibus Eccle. xxxiij. Seruo maliuolo tortura z cōpedes. Dei⁹ aūt dī irasci cū vindicat mala ad modū irati quoadusq̄ redderet vniuersum debitum. glo. i. in p̄petuū. Non em̄ reddet aliq̄n. cui⁹ ratio ē q̄ hō dānatus cū sit in termino vie non est in statu merendi z pro meritis recipiēdi et sic a nulla culpa pōt absolui et nichil ingrari vt satisfaciat debito. ¶ Sed nunqd peccata dimissa redeūt. Super hoc diuersimode loquuntur multi. Nam prepositiuus z quidam alij dicūt q̄ petā dimissa redeunt in quattuor casibus. scz ꝓpter odiū fraternū ꝓpter apostasiā a fide ꝓpter contemptū cōfessionis. et ꝓpter dolorē de penitētia habita. Unde versus fratrem odit apostata fit. spernitq̄ fateri. Penituisse piget priſtina culpa redit. ℌ Sed tene pro veritate q̄ dupliciter dicunt petā redire. Primo non q̄ redeant quantum ad maculam vel reatum sed ꝙtum ad ingratitudinem. Qui em̄ post acceptā remissionē ad petm̄ redit magis satis delinquit q̄ ingratus tanto beneficio extitit. Et ista ingratitudo peccatum recidiuantis aggrauat ita q̄ penam preteritoz peccatoz videtur secum reducere. ¶ Secundo dicuntur redire quantum ad penam substantialem. sicut enim in celo vnus est denarius. id ē vna beatitudo substantialis licet vn⁹ magis altero precipiat. sicut stella differt a stella in claritate vt dicit apostolus. sic et in inferno est vna pena substantialis q̄ modū damni scz carentia visionis diuine alia per modū sensus. scz ignis et vermis et vtraq̄ pena debetur pro quolibet petā mortali z sm̄ plus et min⁹. Dicunt ergo petā redire q̄ recidiuanti esdē pena debet in'gne q̄ prius licet sit maior. sicut dicit beat⁹ Iacob⁹. Qui offendit in vno factus est om. reus. ℌ Sed nunquid iustum est vt homo pro vno peccato mortali quod in modico tēpore egit tot et tantas penas in perpetuum patiatur. Et dicēdum q̄ iustū est propter tria. Primo propter personam offensam que deus est qui est bonum infinitum vt dictum est. Pena autem pensanda est ex parte persone offense. Aliter em̄ punitur occidēs papā ꝙ episcopū z regem ꝙ comitem. Et q̄ peccator offendit infinitū bonū tō infinita penam debet puniri extensiue et non intensiue q̄ hoc sustinere nō posset. Scdo propter perpetuitatē male volūtatis. Voluntas enim apud deum pro facto reputatur. Et quia peccator cum voluntate semper peccandi decedit et in eadem semper manet digne est vt nunq̄ careat supplicio qui nunq̄ voluit carere peccato vt dicit Greg. Tertio propter statum in quo peccator est qui anō est in statu merendi vt dictum est et ideo nichil de debito potest soluere manente autem debito ipse incarcere manere debet. Debitum autem semper manet et ideo ipse semper manebit tibi Et sic patet secūdū.

¶ Tercio concluditur intentum propositum similitudinis in gestorum adaptione. et hoc est. Sic et pater me⁹ celestis faciet vobis si non remi. Ubi nota q̄ quantum ad ea que hic ranguntur similiter faciet notabis. Primo ꝙtum ad subtile examen iustitie in debitoruz repetitione et quo multū timere debemus. Secundo quantū ad largam indulgentiam si rogauerimus in peccatorum remissione et quo non desperare debemus, sed multum confidere possum⁹ Tercio quantum ad dimissorum repetitionem si nos primo non remiserimus et quo omnibus indulgere debemus. Sic ergo similiter ꝓtio faciet nob⁹ quo ad subtile examen iusticie in debitorum repetitiōe. Multa bona nobis deus commisit et bona nature et fortune et gratie posuit nos in nūdinis mundi ad negotiandū Mathei. xxv. Homo quidam peregre profi. vo. ser. su. et tra. il. bo. sua. et vni dedit qui. ta. vnusq̄sq̄ secundū propriam virtutem. Et cui pl⁹ datur plus requiritur ab eo. Quidam enim vero cum talentis dei bene lucrantur z duplicant. Quidam abscondunt z nichil ogr̄tur in eis. Quidam cum ipsis impugnant deum dum bonis et gr̄ijs que receperūt ꝓeo in vituperium dei et ad damnum p̄rimi vtuntur. ¶ Secundo similiter faciet nobis quantum ad largam indulgentiam in peccatorum dimissione si suppliciter rogauerimus quotcunq̄ debita contraxerimus si eum cum lacrimis humiliter rogauerimus totum parcet et dona tribuet vt dictum est supra. Basilius. Per orationes purissimas vtilia tribuuntur z noxia amouentur. Non simus ergo pigri remissionē petere quia ipse sēp̄ paratꝰ est remittere. ¶ Tercio similiter faciet nobis quantum ad dimissionem repetitionem si alius non remiserimus quia sicut deus non sanat habentem ferrum iracundie in anima donec proiciat ferrum. sic redeunte ferro redit infirmitas. Posita enim causa ponitur effectus et remota remouetur. Eccle. xxviij. Homo homini seruat irā et a deo q̄rit medelā. q. d. nichil pdest Tota ei cā ōre petā nō dimittuntur est odium quod hō habet vel ad deum vel ad ꝓximum vel ad animam suam quod homo facit dō iniquitatem operat et dilexit. Psal. decimo. Qui diligit iniquitatem odit animā suam. Sic tota causa remissionis petōrus est dilectio dei et ꝓximi. Prouerbiorū. x. Universa delicta operit charitas Luce. vij. Dimissa sunt ei petā multa qm̄ dilexit multū Extrahamus ergo ferrū odij ab animo alios recidiuabimus in peiores infirmitates ꝙ prius Lu. xi. Et fiūt nouissima hois illius peiora prioribus. Et sic patet tercium et consequenter totum.

¶ De epistola Sermo. cix.

QOnfidimus ī domino iesu quia qui cepit in vobis opus bonum perficiet vsq̄ in diē iesu christi Phil. i. In persona apostoli loquitur ecclesia omnibus fidelibus vt confidant in domino iesu quia ipse qui incepit opus bonuz in eis perducat ad bonum finem. Et ideo dicit confidimus cum in textu originali dicatur confidens hoc ipsum, quia qui cepit in vobis opus bonū ꝛc. In hacenim epistola ostendit apostolus suam charitatem et affectionē ad Philip. siue Macedones et in persona apostoli ecclesia omnibus fidelibus. Bal. quarto Filioli mei quos iterum perturio donec formetur christus in vobis. Sicut em̄ mater desiderat in filios suos honeste ambulare ita ecclesia in fideles christi. In cuius persona dicit Johannes in canonica sua tercia. Maiorem hoz nō habeo gr̄am ꝙt audiā filios meos in veritate ambulare. i. Thes. ij. Tanq̄si nutrix foueat filios suos ita desider̄tes nos cupide volebamus tradere vobis non solū exemplum christi sed z animas nostras quoniā charissimi facti estis nobis. Quatuor ergo facit apostolus in hac epistola secundum quatuor per que exprimit suā charitatē ad illos. Primo enim exprimit confidentiam quam habet in christo de profectu eorum bone operationis. In principio epistole. Secundo ostendit rationem sue confidentie et sue dilectionis tibi. Sicut est michi iustum hoc sentire, pro omnibus vobis. Tercio innuit modū sue dilectionis tibi. Testis enim michi est deus quomodo cupio vos oēs. Quarto demōstrat effectum sue charitatis et affectionis tibi. Et hoc ordine vt charitas vestra magis ac magis abundet. Primo ergo ponit cōfidentia quā aplus in ecclesia habet in dño de profectu fidelium. Et hoc est. Confidimus in domino id est confidenter speramus q̄ qui ce-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pit in vobis opus bonum per gratiã operantem donando scilicet voluntatem bene operandi perficiet cooparando dando effectum operi. Augu. Cooperando enim deus nobis perficit quod operãdo incipit qz ipse vt volumus operatur incipiens qui volentibus cooperantur perficiens. Ut ergo velimus operatur. Cum autem volumus et sic volumus vt faciamus nobis cooperatur. Infra. ij. c. Qui operatur in nobis velle et perficere pro bona voluntate Apocal. primo. Ego sum alpha et o principium et finis. Principium per gartiã operantes et finis per gratiam perficientẽ. Perficiet ergo vsqz in diem iesu xpi id est vsqz in diẽ vite nostre quando videbit xps iesus Qui dies dicitur dies glorie quez facit ies⁹ xps Joh. xvij. Hec est vita eterna vt cognoscãt te so. ve. de. et quem mi. ie. xpm. Uel vsqz in diem iesu christi id est vsqz in diem iudicii que dicitur dies iesu quis pater omne iudicium dedit filio Johan. v. Et sic exponẽdo respicit non singulas personas eorum sed totam vniuersitatem sicut illud Mat. xxviij. Ecce ego vobiscum sum omni. di. vsqz ad consum. sc. Et nota q⁹ dicit opus bonum id est opus fidei et virtutis. ℸ Dicitur autem opus virtutis opus bonũ propter septem. Primo quia est a bono scz a deo Et hoc patet quia est optimum et sũmum bonum. Isa. xxvi. omnia opera nostra operatus es in nobis domine opa mala sũt a diabolo instigante et a mala voluntate operante Jo. viij. Mendax est et pater eius ¶ Secundo quia ꝓcedit de loco bono scz de celo Ja. i. Omne datuz optimum et omne donum perfectum de sur. est. Itẽ procedit de corde bono Mathe. xij. Bon⁹ homo de bono thesauro cordis sui ꝓfert bonum Malum autem opus de malo loco ꝓcedit scili de regione demonum nõ de concupiscẽtia carnis de malicia mundi. i. Johan. v. Totus mũdus in maligno positus est. ¶ Tercio qui facit hominem bonum nichil enim est quod facit hominem bonum nisi opus Virtutis neqz dignitas neqz diuicie neqz scientia nec aliquid aliud. phũs. Uirtus est q̃ bonũ facit habẽtẽ et op⁹ eius bonũ reddit. Malum autem opus maluz facit hominem qui naturaliter bon⁹ est. Osee. ix. Facti sunt abhominabiles sicut ea que dilexerunt. ¶ Quarto quia est circa congruam et bonam materiam scz circa contemplationem diuinorum circa amorem dei et primi et circa opa pietatis Ja. i. Religio munda et immaculata ap. de. pa. hec est visi. pu. et vi. in tribu. eorũ immaculatum se custodire ab hoc seculo. Mala autem opera sunt circa malam et incongruam materiam scilicet circa furta et adulteria homicidia et similia. ¶ Quinto quia bonũ opus omnibus sapit habentibus rectam et nõ infectum gustum. Nam bonum est quod omnia appetunt vt dicit phũs. ¶ Etiam ipsis malis bonum opus videtur bonum quãuis interdum propter corruptionem gustus eis non sapiat. Deo ergo et hominibus placet. Ecclesia. xlv. Dilectus deo et hominib⁹ moyses quia scilicet bon⁹ erat. Malum autem opus omnibus displicet ac etiam ipsis malis quando ratione vtũtur et redeunt ad seipsos. Boecue. Quorum scz malorum appetentia plena est inquietas satietas vero penitentie. Sapi. v. Nos insensati vitam illorum estimabamus insaniam et finem illorum sine honore. Ecce quomodo nunc computati sunt inter filios dei. ¶ Sexto quia ad bonum locum ducit scz ad celum locum beatorum. Apocalip. xxiij. Ammõ iam dicit spiritus vt requiesc. a laboribus suis mathei. xxv. Uenite benedicti patris mei possidete paratũ vobis regnum a constitutione mundi Malum autem opus ad malum locum ducunt scz ad infernum locum tormentorum Luce. xvi. Mortuus est autem diues et sepultus est in inferno. ¶ Septimo qz habet proprietatem boni que est seipsum effundere. Nã cum bonum sit sui ipsius diffusiuum bonũ opus gratie facit diffundere bonum gloriose in anima operantis bonum qz quantum fuit bonum opus gratie tantum erit diffusiuum glorie in anima et multo plus Luce. vi. Mensuram bonam et conferta et coagitatam et superefluentẽ dabunt in sinu. Malum autem opus culpe facit diffundere malum pene in animam operantis. Apo. xviij. Quantum glorificauit se et in delitijs fuit tantũ date illi tormentum et luctus. Tale ergo opus sup oia debemus diligere quod tot modis dicitur bonum et debem⁹ ipsũ sume a deo flagitare et sperare q⁹ ipse incipiet et perficiet. Et sic ꝑz primũ. ¶ Secundo ponit ratio sue cõdẽte et dilectionis. Et hoc est. Sicut est michi iustũ hoc sentire id est sic sentio et cõdo de vobis sicut est iustũ qõ ego sẽtiã qz de omnibus vobis debeo bene sentire et bene opinari nisi cõtrariũ videã. Et est argumẽtũ q⁹ de oib⁹ bene sẽtire debem⁹ nisi contrariũ videamus. Et reddit causã huius quare iustũ est vt sic sentiat de eis dicẽs. Eo q⁹ habeã vos nõ in labijs tũ sed in corde et

in intimo affectu charitatis et habeã vos socios et conformes in operibus meis scz in patientia et doctrina et in gaudio vite eterne quod spero. Habeo ergo vos socios in vinculis meis quasi mecum vinctos quia michi compatimini. Debte. ꝛ Nam et vinctis compassi estis. Et habeo vos socios in defensione et confirmatione euangelij id est in defendenda et confirmanda fide et veritate euangelij quia me vestris orationibus in tali defensione et cõfirmatione adiuuatis. Et est sensus. Memor vestri sum et vos desidero et socios habeo siue sim vinctus sciens quoq vos vinctos mecum esse per compassionem siue sim cõfirmans et defendens euangeliũ quod et vos facitis mecum per vestras orationes. Uel ad literã sic erat. Isti enim philippenses multa sustinuerunt et sustinebant et multi eorum vinculati erant propter euangelium. Et quia socij mei inquit estis i tribulatione simul et consolationis eritis et tõ socios gaudij mei vos habeo et deside ro. scilicet in remuneratione vite eterne. ¶ Consequenter ponitur modus sue dilectionis quia non diligit neqz desiderat eos carnaliter vel mundane vel superficialiter sed in visceribus iesu christi. Et hoc est. Testis est michi deus qui corda nouit quomodo id est cũ intenso modo et affectu cupiam omnes vos supple esse in visceribus iesu christi id est in intimo et pfecto amore iesu christi vt ipsum intime diligatis et ab eo intime diligamini. Prouerbiij. Ego diligẽtes me diligo. ¶ Cõsequẽter quarto ponitur effectus sue dilectionis quia q⁹ eos ita diligat patet per effectũ. Nã quotidie pro eis orat et impretatur eis bona. Et hoc est. Hoc oro vt charitas vestra magis ac magis habũdet id est crescat et proficiat in scientia quantum ad intellectũ vt scz sciatis que sunt diligenda et que non. Et sciatis q⁹ quedã sunt parũ diligenda scz bona fortune. et quedã magis scz bona nature / et quedam maxime vt bona gratie. Et sciatis quomodo sit diligendus deus et quomodo proximus et quomodo alia omnia. Crescat etiam charitas vestra in omni sensu quantum ad effectũ et opus vt charitas vestra non solum sit in effectu sed extendat ad oẽs sensus. i. ad omnia opera per sensus corporis facta vt habeatis scientiam experimentalem de charitate non solum speculatiuam vt scilicet probetis potiora opera charitatis id est altiora puta consilia. Et sitis sinceres id est sine corruptione mentis et corporis quantum ad vosipsos. Paymo. Sinceritas materia est integra solida et firma que nullius varietate maculatur. i. Thes v. Ipse deus sanctificet vos per oia vt integer spũs vester et ani. et cor. sine querela conser. Sitis etiam sine offensa quo ad proximum. ij. Cor. vii. Capi. nos ne. le cor. ne circumi. i. Cor. x. Sine off. esto. iu. et gen. et ec. dei. Et hec omnia sitis vsqz in diem christi. i. vsqz in diem mortis vestre. Et quia non sufficit abstinere a malo nisi qs faciat qd bonum est vt dicit augustinus. ideo addit dicens repleti fructu iusticie id est non solum sitis sinceres quo ad vos et sine offensa quo ad proximuz sed sitis repleti fructu iusticie id est bonis operibus que a iustitia procedunt et dicuntur fructus iusticie secundum q⁹ iusticia est virtus generalis omnia opera bona in se continens et oẽs virtutes circuit. Et talibus operibus sitis repleti per iesum christum sicut per causam efficientẽ quia ipse omnia hec operatur in vobis. et hec omnia habeatis ad hũc finẽ scilicet in gloriam et laudem dei et non hominum. vel vt in vobis laudetur et glorificetur deus ab aliis et dicatur mirabilis deus in sanctis suis. Et sic patet secundum tercium et quartum. ¶ Moraliter autem ad edificationem nostram nota q⁹ in hacvltima parte epistole tria bona apostolus philippẽsibus orat et ecclesia similiter quotidie pro fidelibus orat scilicet vt sint sinceres et sine offẽsa et repleti fructu iusticie et pro eisdem nos pro nobis ꝓpter orare debemus vt hec tria possideamus. Primo ergo debemus orare et niti vt simus sinceres id est puri et mundi a corruptione mentis et ab operibus mortuis id est a peccatis que separant an imam a deo propter quod anima moritur et per consequens fetet coram deo et sanctis sicut res mortua et putrefacta Mathei. v. Beati mundo corde quoniã ipsi deum videbunt. ℟ Et attende q⁹ hoc est summum et maximũ bonum quod possumus habere in vita ista scilicet esse mundos a peccato et hoc patet ex septem que circa peccatum considerare debemus Primum est peccati pena. Nam statim diabolo peccante proiectus est in infernuz cũ tota comitiua sua. Quis ergo potest dicere quantum et quale malum sit peccatum qõ ita punitur scilicet pena eterna. Idez etiã patet si respiciamus penam temporalem, nam propter peccatuz parentes nostri fuerunt de paradiso expulsi et adiudicati mor-

Universidad de Deusto Biblioteca

ſt et in infinitis miſeriis conſtituti cum tota poſteritate ſua et propter peccatum factum eſt diluuium vt preter octo animas omnes homines ſūt ſuffocati propter peccatum etiam ſabm.erſe ſūt ille.v. ciuitates ſcilicet ſodoma et gomorra ꝛc. Propter ēt peccata trāſlata ſunt regna et ciuitates deſtructe vbi eſt niniue ꝛ babilon. vbi eſt troya et roma. certe deſtructe ſunt Eccleſi.x. Regnum a gente in gētem tranſfertur propter iniuſticias iniurias contumelias ꝛ diuerſos dolos Apoc.xviij. Cecidit cecidit babilon illa magna et facta eſt habitatio demoniorum et ſerpentum et omnis voluceris immunde et breuiter omne malum qō eſt in mundo propter peccata euenit Proꝛ uerbiorum decimoquarto. Miſeros facit populos peccatum. ¶ Secundum eſt peccati corruptio que tanta eſt vt in vnum hominem intrans et eum corrumpens per illum omnes alios corrumpit Job. Omnes naſcimur filij ire. Roma. v. In quo omnes peccauerunt Nulla res in mundo nec aliqua infirmitas eſt ita infectiua ſicut peccatum ꝛ maior eſt infectio peccati q̄ ignis infernalis quia nobiliſſimas creaturas ſcilicet angelos ꝛ homines ad nichilū redigit Augu. Nichil ſunt homines cum peccant ¶ Tercium eſt peccati tenacitas nam peccatū ita fortiſſime adheret anime vt ab ea nunq̄ ſeparari poſſit niſi per ſolum deum Iſa.xlij. Ego ſum qui deleo iniquitates tuas propter me. Nulla lotura nulla herba nulla re poteſt peccatum ab anima remoueri niſi per ſanguinez chriſti Apoc.i. Lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Et ideo deus factus eſt homo vt in carne moreretur per cuius ſanguinem peccatum ab ſtergeretur ¶ Quartum eſt peccati irrecōpenſabilitas tantum enim malum eſt peccatum q̄ nullus homo immo omnes homines ſimul non potuerunt pro ipſo recompenſare deo Apoc.v. Ego flebam multum quia nemo dignus inuentus eſt neq̄ in celo neq̄ in terra neq̄ ſubtus terram qui poſſit aperire, librum et ſoluere ſeptem ſigna cula eius. Liber clauſus ſeptem ſignaculis eſt homo ligatus ſeptem peccatis mortalibus Proverbi.v. Funibus peccatorum quiſq̄ conſtringitur. Fuit ergo neceſſe q̄ filius dei ſumeret carnem et in ea peniten tiam ageret vt deo pro peccato ſatisfaceꝛz et de ſeipſo in cruce hoſtiam pacificam faceret per quam pacificaret et reconciliaret nos deo Collo.i. Pacificans per ſanguinē crucis ei⁹ ſiue q̄ in celis ſiue que in terris ſunt. Quintum eſt peccati odiū. nam deus rectiſſim⁹ nichil odit niſi peccū. Sa.xxiij. Similiter odio ſunt impius ꝛ iniquitas et intantum odit peccatum q̄ vt ipſum deleret tranſuerberauit cum ipſo filium ſuū et ſi ipſum inueniret in angelis vel apoſtolis vel i quocūq̄ ſctō ac etiā in matre ei⁹ eſſeꝛet eos de paradiſo ad infernuꝫ. ſicut luciferum et angelos eius. Similiter omnes angeli et ſancti nichil odiunt niſi peccatum. ¶ Sextum eſt peccati nocumentū. nam peccatum priuat hominem infinitis bonis. priuat enim eum gratia dei vt deper gratiam in ipſo non habiteꝛ et per cōſequens qui erat habiteculum dei fit habitaculū diaboli. Exuit eum veſte nuptiali ſcz virtutum que facit hominem dignū conuiuio eterno. priuat enim merito paſſionis chriſti et omnium ſanctorum. Separat eum a ſocietate electorum ꝛ facit eū expertem omnium bonorum que fiunt in eccleſia. ac etiam propria bona ei aufert et tandem priuat eum regno dei et gloria reſurrectione. Et ſicut priuat eum infinitis bonis ſic adijcit eum infinitis malis. Incurrit enim cecitatem mentis. inſipiditatem palati ſpiritualis impotentiā reſiſtendi malis ſeruitutem diaboli ꝛ vincula peccatorum et tandem patibulum infernale. ¶ Septimum eſt peccati perſecutio. Omnis enim perſequuntur peccatū et deus et ſancti. et celum et terra. et omnia elementa et omnis creatura. Nam ſi homo non peccaſſet nulla eum creatura leſiſſet et adhuc homini ſine peccato moti li exiſtenti nichil poteſt nocere immo omnia cedunt ei in bonū. Roma. viij. Diligentibus deum omnia cōparant in bonū gloſa etiā mala per occaſionē. Et ſicut omnia ſunt contra peccatum ita peccatum eſt cōtra omnia et contra deum et ſanctos et contra creaturam. Hoc figuratum eſt Eccleſie. xvi. Vbi angelus dixit de yſmahele. Hic erit ferus homo manus eius contra omnes et manus omnium contra eū. yſmahel notus de agar peccatum natum de cōcupiſcentia quod eſt contra omnia et omnia ſunt cōtra ipſum deſignat. Prouer. xxviij Ferrum ferro acuitur. ſed durum eſt contra ſtimulum calcitrare. Stultiſſimus eſt enim qui a tanto malo non ſatagit liberari. et poſtq̄ liberatus fuerit reincidere nō formidat. ſic ergo patet q̄ ſuper omnia debemus petere et rogare vt ſimus ſinceri a corruptione peccati. Secūdo debemus orare et niti vt ſine offenſa proximi viuamus. Debemus enim proximum edificare iuuare confortare et non offendere Mat. vij. Quecunq̄ vultis vt faciant vobis homines ꝛ vos. fa. ili. ¶ Et attēde q̄ ad nō offendendum fratrem ſeptez nos inducūt Primum eſt lumen rationis quod deꝰ vnicuiq̄ indidit in quo cernimus q̄ illud proximo facere non debemus quod nobis ab eo fieri nollemus Et tale lumen deus omnibus voluit communicare vt nullus ſe excuſet a proximi offenſione. Unde ſemper homo habet prohibitiuum ſecum ne proximorum offendat Eccleſi. xvij. Unicuiq̄ mandauit de proximo ſuo. Secundum eſt conformitas in natura. Omnes enim filij vnius patris ſummus incarnalis et ſpiritualis Mathei xxiij. Unus eſt enim pater veſter qui in celis eſt. Et maxime xpiani ſunt omnes adinuicem membra vnius capitis ieſu xpi vt dicit apoſtolus. Inſanus autez hominis eſt vt manu ernat. ſibi oculum immo ſi quid patitur vnum membrum compatiuntur omnia membra vt apoſtolus dicit. Freneticus ergo ꝛ inſanus eſt ille xpianus qui fratrem ſuum offendit cui vinculo nature et gratie et fidei eſt colligatus. ¶ Tercium eſt computatio iniurie quia quicquid proximo facim⁹ ſiue bonum ſiue malum deus reputat ſibi fieri. Mathei. xxv. Amē dico vobis quod vni ex mi. me. feciſ. michi fe. Actuum. ix. Ego ſum ieſus nazarenus quem tu perſe. Inſanus autem reputaretur ille qui offenderet illū in quo perſona imperatoris vel regis offēderetur. ¶ Quartum eſt manſio in gloria omnes enim manere debemus in vna domo glorie ad hoc enim facti ſumus. moleſtum autem valde eſt litigiuz habere cum his cum quibus quotidie habitamus Proverbiorum. xxvij. Tecta perſtillantia i die frigoris et litigioſa mulier comparantur. ¶ Quintum eſt proximum nocumentum nullus enim poteſt proximum offendere niſi prius ſeipſum offendat. ſtultus autem eſt qui vt alterum occidat ſeipſum occidit Augu. Et nemo non prius in ſe cō in alterū peccat. ¶ Sextum eſt illatio pene eterne quia pro offenſa fratris homo ad infernū damnatur Mathei decimooctauo Ue, homini illi per quem ſcandalum venit. Qui autem ſcandalum de puſillis iſtis ꝛc. Hic cadit exemplum quod Gregorius dicit in dialogo de illo heremita de lippare quividit Theodericum imperatorem diſcinctū ꝛ diſcalciatum ferri in morte iter Johānē ꝑpherā et Simachum patricium quos ip

ſe iniuſte occidi fecerat. et proiecerunt illum in feruentem ollam. ¶ Septimum ē priuatio glorie: quia p offenſa fratris homo priuat vita eterna. i. Jo. iij. Qui odit fratrem ſuum homicida eſt. Et ſcitis quoniā oīs hō non habens partē in regno xpi et dei. ¶ Tercio debemus orare et nitivt ſimus pleni fructu iuſticie qui eſt fructus optimus et ſuper omnia dulcis. Caū. iij. Fructus eius dulcis gutturi meo. Qui ē ſatians ſine faſtidio perſiſtens et nūq̄ deficiens Joh. iiij. Qui bibit ex aqua quam ego dabo ei non ſitiet in eternum qui eſt melior mēs et conuertitur ad quodcūq̄ voluerit. qui eſt chriſtus filius dei qui eſt tota merces. ꝛc.

¶ Dñica. xxiij. de euāgelio. Sermo. cx.

Euntes phari ſei conſilium inierunt vt caperent ieſum in ſermone. Mathei. xxij. Phariſei in magno odio hītes chriſtum quia erat contrarius malis operib⁹ eorum et frequenter contra eos mala opera predicabat vt malj qui correctionem nō ſuſtinent ſed in correctione inſurgunt inſi diabantur xpo et eum in vita et doctrina obſeruabant. Tempore autez chriſti erat quedam queſtio valde perplexa et periculoſa in populo iudeorum. propter quam multi mortui fuerant vt dicit Criſ. Eo eſt tempore quo ceſar auguſt⁹ vniuerſum orbem deſcribi fecit et ceſſum capitis ab omnibus ſolui iuſſit. vt patet. Luce. ij. iudea quoq̄ tributaria facta eſt. magna de hoc in populo iudeo queſtio erat. vt dicit hiero. Quidam enim dicebant q̄ pro ſecuritate et quiete pro qua romani pro omnibus militabant tributa poterant et debebant ab omnibus ſolui. Phariſei autem contrarium aſſerebant. ſcz q̄ populus dei qui decimas et primicias et alias oblationes ſoluebat nō tenebatur alia tributa ſoluere. et propter hanc queſtionem plures ſunt interfecti a militibus romanorum vt dictū eſt illi ſcz qui aſſerebāt tributa ſolui non debere. Et quia herodes tetrarcha illo tē pore ſcz proximis diebus ante paſcha venerat hieruſalem vt feſtiuitati intereſſet qui erat ꝑſtitutus dñs p romanos ꝛ in partib⁹ illis iura romani iperij tuebat̄ iuerūt phariſei ad eos milites vt eos ſecū adducerēt ad ieſū vt de hac ꝓtroverſia q̄reret. Et hoc ē qō ꝓſens euāgeliū ꝓtinet. In q̄ quatuor ꝓtinēt. Primū ē phariſeoꝝ liquū cōſiliū qō habuerūt In principio euāgelij. Secū

dum est dolosa questio quam a christo que sierũt ibi. Magister scimus quia verax es. Tercium est redargutio quam meruerũt ibi. Cognita autem iesu nequitia eorũ dicit quid me temptatis ypocrite Quartum est sententiosa respõsio quam a christo audierunt ibi. Reddite ergo que ꝛc. Primo ergo ponitur phariseorum iniquum consilium quod fecerunt. Et hoc est Abeuntes pharisei id est a christo corporaliter recedentes et accedentes ad herodianos mili tes scilicet herodis qui illis diebus ihero solimis erat vt dictum est consiliũ inierũt pariter cum eisdem vt caperent iesum i ser mone. Ecce iniquum consilium quia illũo lebant capere qui a cathenis peccatorum operum diaboli nos venerat soluere. i. Jo hñ. In hoc apparuit filius dei vt dissoluat opera diaboli. Illum volebant capere et occidere qui venerat nobis vitã dare Jo han. x. Ego veni vt vitam habeant et ha bundãtius habeant. Illum volebant ca pere qui venerat nos in filios dei adopta re. i. Jo. iij. Videte qualem charitatem de dit nobis deus vt filij dei nominemur ꝛ si mus Illum volebant capere qui de tene bris presentis miserie ad celeste regnum venerat nos trãsferre Colꝛ. i. Qui eripuit nos de potestate tenebrarum et transtulit in regnum filij dilectionis sue. Et quia ini quum consilium volebant facere ideo ad iniquos consiliarios se contulerunt. Non enim uerunt ad sapientes et timentes de um. Crisostomus. Abierũt ad herodianos quale consilium tales et consiliatores. Ini quo autem consilio sic videntur in consilio di xisse vt dicit Crisosto. Nam vnus eorũ sur gens ait. Iste homo perfectus est in omni vita sua. solum enim in verbo poterim⁹ eũ capere. Et ideo proponamus ei quandam questionem q̃ vertitur inter nos perplexã valde et periculosaz scilicet an liceat inde re censum soluere cesari an non. Quicquid enim dixerit erit contra se Nam si dixerit q̃ liceat accusabimus eum plebi q̃ contra libertatem populi dei locutus est qui mi nistris dei decimas et primitias soluit. et ideo nulli terreno dño est in aliquo obli gatus Johan. viij. Semen abrae sumus et nemini seruiuimus vnq̃. Si autem dixe rit q̃ non licet hoc magis desideramus qꝛ herodiani capient et occident eum Et hoc est vt caperent ie. in ser. ¶ Secundus sur gens ait Bene dictum est per istum quan tum est de questione ꝓponenda sed nõ ea nus nos et hoc propter tria primo quia il le homo est valde sapiens et si cõtingit eũ bene soluere q̃stionẽ erimus confusi. Dic tamus ergo discipulos nostros et siquide vicerint nobis victoria imputabitur. Si aũt victi fuerint verecundia erit solum eo rum et habeant sibi. Secundo quia nos reputamur docti et magistri legis verecũ dia ergo esset nobis q̃ peteremus ab eo. Tercio quia a nobis sibi caueret et crede ret nos velle eum tentare. a discipulis au tem nostris sicut a minus notis nõ sibi ca uebit sed credet eos simplici animo iusse vt discant et non vt decipiant. Et hoc est. Mittunt et dis. l. Tercius surgens dixit. Bene dictum est per istos et de questione et de nobis non timeris. Sed si ipse loqua tur contra cesarem de tributo quis capiet eum? et si loquatur contra nos de tributo soluendo qui erunt testes? Nobis enim non crederetur quia ipse est inimicus no ster. omnes enim sciunt q̃ inuidemus ei. Mar. xv. Sciebat enim pilatus q̃ per inui diam tra. eum summus por. Et ideo mitta mus herodianos cũ discipulis nostris vt si dixerit contra cesarem capiant eum. Si autem contra nos sint testes ad plebem. Et hoc est. Cum herodianis. Quartus sur gens dixit. Bene dictuz est per istos sz ita ri sic habent facere scilicet placere ipsum verbis et commendare eum valde et devi ta et de doctrina ꝛ ostendere q̃ solum cau sa dicendi venerunt et non causa tentan di vt per hec omnia nõ caueat sibi ab eis. Et hoc est. Magister scimꝰ quia verax es. Quia ea que discipuli dixerũt a magistro habuerũt. Omnia supradicta verba dixit Crisꝰ. eos dixisse. Et sic patet q̃ prudentia carnis et mundi que est inimica deo vo luit dei sapientiam comprehendere et de notare: sed mentita ẽ inimicas sibi quia sa pientia dei prudentiam carnis et mũdi de texit et confudit sicut virga. Moysin ser pentem conuersa deuorauit virgas magorum egipti similiter in serpentes conuer sas vt patet Exo. vij. Et Job. v. Qui dissi pat cogitatiões malignoꝝ nec possint im plere manꝰ eorũ qõ ceperant q̃ ꝓpheãdit sapientes in astutia et concilium prauo rum dissipat. Sic dissipauit consiliũ achi tophel contra Dauid. ij. Regũ. xvij. Et sic patet primũ. ¶ Secõ ponitur dolosa que stio quam a xpõ quesierunt dicentes. ma gister scimus quia verax es. Qui vult aũ capere laqueum tegit sic isti volentes chri stum decipere blanda loquuntur. Psalm. quinq̃gesimo quarto. Mollit sũt sermõe

eius super oleum et ipsi sunt iacula. Crisꝰ. Hec est ypocritarum prima potentia simu lata laudatio sicut qui non potest thauruz viribus subiugare manibꝰ fricat eius cer uicem. Magistrum ergo eũ vocant vt eiꝰ benuolentiam captent et vt ab eis lauda tus misteriuz sui cordis eis aperiat. Dicũt ergo. Magister scimus quia verax es scili cet veritate vite quo ad teipsum et verita te doctrine quo ad deum quia viam dei in veritate doces et veritate iusticie quo ad proximum quis non respicis personam ho minis. ¶ Et attende q̃ attribuũt ei quat tuor que excellunt et super omnes homies et conueniunt. ℣ primum est quia magister. Ipse enim singulariter est magi ster qui docet in celo et in terra qui illumi nat omnem hominem venientem in hunc mundum qui omnem disciplinam adinue nit et antecõ nasceretur habuit cuius pro prium est docere Johan. xviij. Ego ad hoc natus sum et veni in mundum vt testimo nium perhibeam veritati. Secundum est qꝛ verax es. Ipse enim singulariter est ve rax sicut singulariter est bonus quia bonũ et verum conuertũtur vt dicit philosophꝰ Luce. xviij. c. Nemo bonus niſi solus deꝰ. Omnis enim res et omnis creatura habet aliquem defectum in se et ideo nulla res p fecte est bona et per consequens nec vera. Psalm. cxv. Ego dixi in excesꝰ. m. omnis ho mo mendax Item sicut omnis res perficiꝰ tur a bonitate quam habet vt omnis ho mo a virtutibus que faciunt ipsum bonũ sic omnis res est vera a veritate quam ha bet et ideo nichil bonum et verum per es sentiam sed per participationem nisi solus deus qui est per essentiam et non partici patione bonus et verus ꝛ est ipsa bonitas et veritas Johan. xiiij. Ego sum via veri tas et vita. Est ergo primo verax quia per fectus et sine aliquod defectu. Secũdo est verax quia est ipsa veritas et nõ per aliqd quod faciat ipsum verum Tercio est verax quia non fictus sed talis intus qualis fo ris quod de hominibus raro verificatur. Hebꝛ. ix. Omnis frater supplantans sup plantabit et omnis amicus fraudulẽter in cedet. Tercium est quis viam dei in veri tate doces. ℣ Ubi nota q̃ tripliciter via dei in veritate docetur. Primo quãdo vera ꝛ non falsa via docetur Et ideo extra veram fidem via dei non in veritate sed in falsitate docetur sicut docent iudei et sar racenei et omnes qui veram fidem non ha bent que est fundamentum et primus gra dus vie dei sicut habetur ad Hebꝛeos. xi. Credere oportet accedentem ad deum. Et ideo qui in vera fide non docẽt nunq̃ ꝑhibent viam dei in veritate docere. Christus aũt est tota fides in qua doceri oportet ꝛ quã credere est necessarium. Et ideo christus vere docuit viam dei dum seipsum docuit esse ostium et viam per quã ad deum itur. Johan. x. Ego sum ostium per me si quis introierit saluabitur. Secundo quãdo id quod docetur opere impletur vt si predice tor predicat mundana contẽni debet ipse hoc facere. si predicat penitentiam debet penitentiam agere. si predicat virtutes ha beri debet ipse virtuosus esse et sic de om nibus ꝛ erit doctor verbo et opere ꝛ lucer na lucens et ardens vt Johan. bapti. Sic docuit christus Actuum primo. Cepit iesꝰ facere et docere. Sic docuit apostolus di cens ad Roma. xv. Non enim audeo aliquã loqui eorum que non per me efficit christꝰ Tercio quando doctrine que docetur deꝰ perhibet testimonium. Marci. xvi. Illi au tem profecti predicabãt vbiq̃ domino co operante et sermonem confirmante sequẽ tibus signis. sic doctrine christi deus te stimonium reddidit et verbo et signo. De primo Mathei. xvi. Hic est filius meus di lectus ipsum audi. De secundo Johan. x. Opera que ego facio in nomie patris meꝰ hec testimoniũ perhibẽt de me. ¶ Quar tum quod et attribuunt est/ quia non est ti bi cura de aliquo immo ipse est cui est cu ra de omnibus quantũ ad productionem et gubernationem vt dicitur Sapientie vi. Quia omnia per ipsum facta sunt. Jo han. i. sed non est ei cura de aliquo vt pro pter potentiam diuitias vel dignitatem vel quodcunq̃ aliud non dicat verum et faciat quod bonum et iustum est. ij. Regũ xiiij. Est enim dominus sicut angelus dei qui nec benedictiõe nec maledictione mo uetur. Malach. tercio. Ego dominus et nõ mutor. Et hoc est quod subdunt. Non enim respicis personam hominis id est indistinc te dicis veritatem maioribus et minori bus sine acceptione personarum. Uerissi me ergo dicunt. Non enim respicis perso nam hominis. Non enim respexit digni tatem angelice nature quin eos de celo propter superbiam ad infernum proiece ret. Nec respexit paupertatem humane na ture quin duos scilicet virum ꝛ vxorem de paradiso ejiceret et morti cõdemnaret pro pter inobedientiam atq̃ gulam. nec respe xit multitudinẽ hominũ quin omnes pre

ter octo animas propter luxuriam in diluuio deleret nec respexit proximitatem generis sui quin gentem suam propter incredulitatem reprobaret et in locum earum gentium populum sustineret. Et ideo recte dicunt. Non enim respicis personam hominis quasi dicant. Tu non times personam cesaris nec dignitas vel dignitatem eius attendis/ sed habes oculum solum ad deum et ad id quod verum et iustū est. Et ideo de hac questione veritatem dices. Licet censum cesari dare an non. Iosa. O. Tripliciter contingit aliquem veritatem non dicere. primo ex parte ipsius docentis quia scilicet veritatem non nouit vel non amat. Et contra hoc dicunt. Scimus quia verax es. Secundo ex parte dei cuius timore postposito quidam veritatem de deo quam nouerunt non pure annunciant. Et contra hoc dicunt. Non est tibi cura de aliquo scilicet homine non enim respicis personam hominis. cum ergo sis verax veritate vite quo ad teipsum et veritatē doctrine quo ad deum et veritate iusticie quo ad proximum. dices nobis de hac questione veritatem scilicet si licet censum dare cesari an non. Et sic patet secundum. ¶ Tercio ponitur digna redargutio quam meruerunt. Et hoc est. Cognita autem iesus nequitia eorum ait. Quid me tentatis ypo. Crisosto. Non secundum sermones eorum pacificos blande respondit sed secundum conscientiam eorum crudelem aspera dixit/ quia voluntatibus respondit non verbis. Prouerbiorum vicesimosexto. Responde stulto iuxta stulticiam suam ne sibi sapiens esse videatur. Hieronimus. Prima virtus respondētis est interrogantum mentes cognoscere et non discipulos sed tentatores vocare q̄ non discendi causa sed tentandi querunt. Crisosto. Dixit ergo eis ypocrite vt considerantes eum humanorum cordium inspectorem quod facere cogitabant perficere non auderent. Uide ergo q̄ pharisei blandiebant vt proderent/ sed iesus confundebat vt saluaret quia vtilior est homini deus iratus q̄ homo propicius. Prouerbiorum. xxvij. Meliora sunt vulnera diligentis q̄ fraudulenta oscula. In eodem. xxix. Homo qui blandis fictisq̄ sermonibus loquitur amico suo rethe expandit gressibus suis. Et ideo iesus aspere eis respondit ypocritas eos vocans. ypocrita vocatur qui aliud est et aliud simulat. q. d. iesus. Et quo ego non respicio personam hominis sed dico de omnibus veritatem. et ideo iustum est vt primo de vobis annunciem veritatem. Et hec est veritas de vobis quis vos estis ypocrite et tota vita vestra ypocrisis est et vētosa. nā mundatis quod de foris est calicis et parapsidis. Intus autem pleni estis rapine et immūditis qui dilatatis philacteria vestra et magnificatis fimbrias qui cum ieiunatis exterminatis facies vestras vt appareatis hominibus ieiunantes. Qui amatis in angulis platearum stantes orare vt videamini ab hominibus qui cum sepulcris dealbatis que a foris apparēt hominibus speciosa. Intus autem plena sūt ossibus mortuorum et omni spurcicia. Itē estis crudeles et ostenditis ves misericordes quia alligatis onera grauia et importabilia et imponitis super humeros hominum digito autem vestro non vultis ea tangere deglutientes camelum in factis propriis et in alienis culicem colantes.

¶ Item estis auari qr comeditis domos viduarum simulantes longas orationes t decimatis mentam et ciminū/et aneta et relit. que grauiora sunt legis. misericordiā et iudiciū et irritū fecistis mandatum dei propter traditiones vestras. Quis ergo ypocrite estis vocatis me veracem magistrum sicut velletis discipuli mei fieri cum aliter sit. Quia vero estis crudeles addaxistis herodianos vt si dixero contra cesarem occidant me. Quia autem estis auari et vultis decimas et primitias integrorobis solui monuistis questionem de censu cesari soluendo timētes ne homines vitā q̄ possint facere scilicet decimas t censum soluere. et hec est veritas de vobis et hec vobis habeatis. Ad questionem autē vestram similiter respondebo. Ostendite mihi numisma census hoc est genus nummi qui pro censu soluebatur. Erat autem nummus qui pro decem nūmis computabatur et habebat imaginem cesaris t in litteris nomē eius scriptū hie. Oēs reges romani a primo gayo cesare qui imperiū arripuit cesares appellabantur. Numisma proprie est ipsa erarario imaginis regie et suprscriptio nois regis t ideo ipsa proprie ponit hic numisma magis autē proprie ponit denarius. ¶ Et hoc est quod sequitur. At illi obtulerunt ei denarium sicut qui pro censu soluebatur non autem licet qui pro censu soluebatur non autem christus fecit sibi ostendi denarium. Et de imagine et superscriptione ipsos interrogauit quasi ipsum non cognosceret qui cordā eoz cognouerat. Sed vt ex cōcessis abeis proferret sententiam veritatis. vt dicit glosa. Et hoc est quod sequitur. Cuius est imago hec et superscriptio. Dicūt ei cesaris scilz. Tyberij cesaris prenigni octauiani augusti sub quo passus est dominus Nam natus est sub octauiano. et passus sub tyberio. Et sic patz tercium. ¶ Quarto autem sequitur sententiosa responsio quam a christo audierunt. Et hoc est. Reddite ergo que sunt cesaris cesari scilicet cēsum et tributa et que sunt dei deo scz decimas primitias et oblationes. Romanorum. xiij. Reddite omnibus debitum. cui tributum tributū. cui vectigal vectigal. cui honorem honorem. Unde nulli debemus aliquid nisi ex charitate et ad honorem dei. Unde dominis temporalibus debemus tributum et vectigal: qr ministri dei sunt ad conseruandum iusticiam. Roma. xiij. Minister enim dei est vindex in iram et q̄ male agit. Et ideo in auctoritate predicta sub fit apostolus. Nemini quicq̄ debeatis nisi vt inuicem diligatis. i. census et tributa et charitate debent solui vt iusticia seruetur quia si dominus iusticiam non seruaret nec id faceret pro quo tributū ē impositum tunc homines predicti soluere nō tenerentur. ¶ Sic ergo bona temporalia vt boni dispēsatores dei tribus personis dispensare debemus. primo nobis et familie nostre necessaris tribuendo. Secundo dominis temporalibus tributa soluendo vt pax et iusticia conseruetur. Tercio sacerdotibus et religiosis et miserabilibus personis decimas et elemosinas dando vt orent pro nobis et bono statu nostro et in eterna tabernacula nos recipiāt. Ipsi enim sunt per quos bonus status et pacificus terrarū conseruat. Hic cadit exēplū sancti Ludouici regis francie qui dum reprehēderetur a baronibus frācie quare omnia daret religiosis et pauperibus dixit. Ipsi sunt milites regni mei per quos bonus status et pacificus regni mei habetur et conseruatur. quia pugnant orationibus fortissimo armorum genere et ideo nullus rex tanta pace potitur vt ego. Propterea propter tributa et collectas non sunt elemosine subtrahende. quod quidā faciunt qui de elemosinis eleuāt q̄ inde collectas t alios sumptus soluant Deberent enim potius malas expensas quas faciunt moderare Hic cadit exemplum cuiusdā aurige qui cum haberet currum magis onustum propter quod boues nō poterāt bene currum trahere incepit eum secum elenare de rotis currus et nō de onere propter quod currus fractus est et remānsit in sceno. Religiosi enim et alij boni pauperes sunt rote currus totus mundū trahētes. Et ideo non de rotis sed de pondere debēt eleuari Alias dictum veris cabitur augustini quo ait quod non datur christo datur fisco Unde de tali subtractione nunq̄ aliquis letatus et gaudius fuit. Ideo patres nostri antiqui bonis temporalibus abundabāt qr decimas et elemosinas dabant. Sic ergo faciēdo sentētiā christi plebimus vt deo sua t cesaris sua soluamus. ¶ Moraliter ad edificationem nostram hec questio cuius est imago hec et superscriptio triplicitер potest intelligi. primo vt sit questio de imagine naturali anime secundum quam ad dei imaginem est creata Gene. i. Creauit deus hominem ad imaginem et similitudinem suam. Nam sicut vnus est deus et tres persone ita est vna essentia anime in qua sunt tres potentie scilicet memoria intelligentia et voluntas tres personas diuinas representantes. Nam persona patris est per modum memorie omnia continentis et conseruantis. Persona filij est p̄ modum intelligentie omnia cognoscentis et dirigentis. Ipsa enim est sapientia patris. Persona spiritus sancti est per modū voluntatis omnia bona amantis quia ipsa est amor patris ad filium et econuerso. Pater ergo debet quiescere in cella mēmorie p̄ iugem recordationem beneficiorum dei. Filius in cella intelligentie per verā fidem diuinitatis t humanitatis sue Spiritus sanctus in cella voluntatis per amorem perfectorum bonorum hec ergo imago indubitanter est dei. Et ideo indubitāter anima debet reddi deo. Superscriptō autem dei apparet in corpore. Nam in facie habet homo scriptum homo dei. Nam duo oculi sunt vt duo o. Supercilia vero vt vnum m. Auris vero vt vnum d. Nares autem sunt vt vnum e. Os vero vt vnum i. ¶ Et sic habes homo dei. Est autem imago dei in anima et superscriptō in corpore et per cōsequēs homo est denarius dei t sic hō est dei in anima t corpore

moneda. de deus.

et per consequens animam et corpus debemus reddere deo. Res autem temporales debemus tripliciter diuidere. vt dictū est supra Bern. Deo debemus totuz z animam et corpus quia totum fecit z refecit. ¶ Secūdo vt sit questio de interiori imagine vitiorum acquisita. nam fm diuersa vicia homo in diuersa animalia transfiguratur Boetius libro quarto prosa.iij. Euenit igitur vt quem transformatum vicijs videas hominem estimare nō possis. Auaricia feruet alienarum opum violentus ereptor lupis similem direris. Ferox atq; inquietus linguam litigijs exercet canibus comparabis. Insidiator occultus fraudibus surripuisse gaudet vulpeculis exequetur. Ire intemperās fremit leonis animam gestare credatur. Pauidus et fugax non metuenda formidat cerno similis habeatur. Segnis et stupidus torpet asinine vinit. Leuis atq; inconstās studijs permutat nichil ab auibus differt. Qui fedis immūdisq; libidinibus immergitur sordide suis voluptate detinetur. Ita fit vt qui p bitate deseruā homo esset desierit cum in diuinam conditionem transire non' possit vertatur in beluam Psal.xlviij. Homo cum in honore esset non intellexit comparatus est iumentis insipientibus. Peccator enim est illa bestia quam vidit Joh. in apoc.xiij. d. Vidi de mari bestiam ascendentem habētem capita septem et cornua decem. Septem capita habet pctōr qñ ei septem pctā mortalia dominantur. Decem vero cornua habet quia per elationem decem precepta percutit et frāgit. Admirās ergo deus de imagine dyaboli et vitiorū posita in templo suo et de sua imagine sic turpiter fedata et transformata ait. Cui' est imago hec Treñ.iij. Denigrata est super carbones facies eorū. Nau.ij. Facies omnium sicut nigredo olle. q.d. In pctōre nichil apparet de imagine mea sed est ibi imago dyaboli tenebrosa. Et ideo in tenebras ad dyabolum proijciatur. Mat.xxij. Ligatis manibus z pedibus mittite eum in tenebras exteriores. ¶ Tercio vt sit q̄stio de exteriori imagine superinducta. Mulieres enim superinducunt sibi diuersas imagines in facie in capillis et in vestimento z in toto corpore. quasi diceret dñs O mulier vana cuius est imago hec quam tam tibi feci. certe non mea. quia feci te biunamet tu feci. te albam. feci te pallidam et tu feci. te rubeam. feci te capillis bigrioz tu portas glaucos. feci te nudam et tu habes vestem stragulatam et gēmis et auro ornatam. In quibus omnibus malum peccatum est. Crisō. Mulier si se ornauerit et aspectuz hominis in se prouocauerit et si nullum damnum intulerit vel plagam vindictam tamen exsoluet extremam et si nullus inuentus fuerit qui biberit venenum tamen infundit. Ibidem. Quid dicemus de femis que coloribus et superscriptionibus corrumpunt facies suas in perniciem incontinentium iuuenum. Cipriānus Serico et purpura indute christum induere non possunt auro et margaritis ornate ornamenta cordis z pectoris perdiderunt. ¶ Primam autem imaginē quam ad dei similitudinem facti sumus diligenter debemus attendere propter quoz primo vt cognoscentes nos ad imaginem dei factos vehementer eum diligamus. propter quam imaginem facti sumus filij dei quod alijs creaturis preter angelos non competit Joh. primo. Dedit eis potestatez filios dei fieri Et vide immensam gratiam z dei charitatem quia primo fecit nos ad imaginem suam. Et quia per hanc imaginem nō eramus ei similes nisi in anima voluit ipse totam naturam nostram assumere z animā et corpus vt per omnia ei similes essemus Phil.ij. In similitudinem hominum factus et habitu inuētus est vt homo. Johan.i. Uerbum caro factum est. ¶ Secūdo vt in ipsa imagine diuina opera speculemur q̄ in ipsa est lumen diuinum et lumen rationis. Psal.iiij. Signatum est super nos lumen vultus tui domine in quo diuina opera speculari et contemplari debemus. Ex̄ contemplatione inducimur ad gratiarum innumerabiles actiones quia innumerabiles gratias videbimus nobis factas et futuras. ¶ Tercio vt cognoscentes ipsam esse imaginez dei in qua tota nobilitas nostra constitit et summum bonum nostrum ipsam mundam et immaculatam seruemus et ei debitam reuerentiam faciamus. Ex̄plum sicut pulchra mulier vxor magni domini summopere studet suam pulchritudinem seruare ne contemptui habeatur. sic anima sponsa christi debet facere. Si enim ephas est imaginem virginis et crucifixi mortuam in lutum proijcere quantomagis imaginem dei viuam. Ecclesia. decimo Fili in mansuetudine serua animam tuam et da illi honorem fm meritum suum id est secundum dignitatem suam. ¶ Quarto vt in ipsa omnes defectus nostros speculemur et amoueamus. Ipsa enim est speculum omnis representans quia in ipsa ē regula omnis rationis per quā omnia moderare debemus Hieremie.xxxij. Statue tibi speculam. Exo.xxv. Omnia fac secundum exemplar quod ti. in monte monstratum est. ¶ Quinto vt in ipsa cognoscēres deo nos esse similes in natura. studeamus ei similes esse in gloria. i. Jo.iij. Charissimi nunc filij dei sumus sed nondum apparuit quid erimus. Cum autem apparuerit similes ei erimus. Hoc autem desiderium est saper omnia naturaliter nobis insitum. Naturaliter enim desideram' sum mum et perfectum bonum quod tunc erit nec vnq̄ nisi illo habito quiescere possumus Augustinus. Fecisti nos domine ad te. et inquietum est cor. no. do. requi. in te ¶ Secūdam imaginem scilicet viciorum et dyaboli debemus diligenter attendere vt ipsam de anima nostra sez camera trinitatis omnino proijciamus. alias erimus confusi in perpetuum z eternis supplicijs deputati. Exemplū sicut sapiēs mulier habens amasiam in cella nititur eum emittere ne deprehendatur et confundatur et cōburatur. Sic anima sponsa christi dyabolum amasium sue anime debz fortes mittere cum ydolis viciorū. Benignus est enim deus vt recipiat animam sponsam suam posti mechata fuerit. Hiere.iij. Tu fornicata es cum amatoribus multis tamen reuertere z ego suscipiam te. ¶ Tercū imaginem scilicet exteriorem superinductam debemus diligenter attendere q̄ sit contemptibilis et abiecta. Nonne contemptibilis est illa pulchritudo que et pellibus murium z stercoribus vermium consurgit et ex quibusdaz loturis similatur. In quo facto homo ostendit paupertatem et confusionem suam: quia querit a creaturis inuari in pulchritudinem tanq̄ ipsam a se non habeat. Uestes enim date sunt homini post pctm ad confusionem suam qui primo erat nudus et vestiebatur candore vt lilium. Bern. Qui gloriatur de veste similis est furi. qui de cauterio gloriatur.

¶ Reddit etiam mulier se valde suspectam in superfluo vestium ornatu: quia nō videtur hoc facere vt a viro ametur sz ab alijs: quia per totam septimanā in quo ab alijs non videtur sed solum a viro non curat se ornare. hic cadit exemplum de Sallis filia consularis de qua inquit Gregorius in dyalogo. q̄ dum molestaretur a parentibus vt acciperet virū dicentibus medicis quia si hoc faceret barbam esset habitura respōdit. Propter barbam nec placeo nec displiceo sponso meo christo et ideo de ipsa non curo. Et propterea que intendit solo viro placere non curat se ornare. ¶ In fine autem nota q̄ cum homo sit denari' dei vt dictum est ea que ad bonum denarium requiruntur ad bonum hominem requiruntur. Sunt autem sex que ad bonuz denarium requiruntur. Q Primum est signum siue imago quia denarius non curatur nisi sit signatus sic homo non habens dei imaginem memoriam scilicet beneficiorum dei. intelligentiam veritatum z amorem dei et proximi in voluntate non curatur in ecclesia dei nec aliquid valet. Secundum est superscriptio. Debet enim in anima hominis esse scripta lex nature vt quod tibi vis ne fiat alijs facisse caueto. et quecūq; vultis vt faciant vobis homines et vos facite illis. Math.vij. Item precepta decalogi et articuli fidei quia vt dicitur. i. Cor.xiij. Qui ignorat ignorabitur. ¶ Tercium est pondus. Nam ille denarius bonus est qui in statera descendit. Hoc pondus facit humilitas in anima Luce. i. Respexit humilitatem ancille sue Psal.cente simo primo. Respexit in oratione humilium. ¶ Quartū est inflexibilitas. Non enim bonus est denarius qui de facili plicatur et frangitur. sic nec homo instabilis qui vertitur ad omnem ventum et per omnem tribulationem frangitur. Contra quod dicitur Eccles. decimoquinto. Firmabit illo z nō flect. Mat. septimo Descēdit pluuia. venerunt flumina. flauerunt venti et irruerunt in domum illam z non cecidit: q: nec pluuia carnalis concupiscentie. nec flumina tribulationum. nec venti honorum possunt hominem constantem euellere. ¶ Quintum est dulcis sonus et homo quando loquitur verba dei. i. Petri.iiij. Si quis loquitur quasi sermones dei. Quia vt dicitur. pri. Corinth.xv. Corrumpūt bonos mores colloquia pra. ¶ Sextuz est integritas denarij: quia nō placet deo qui divisus est et patrem de se dat dyabolo et mundo et partem deo. iij. Re.xviij. Usquequo claudicatis in. d. partes. Oportet ergo q̄ homo sit integer totus dei et in fide et operibus Jaco.ij. Si quis totam le. ser. offen. autem in vno factus est omnium reus. ¶ Itez in hoc euāgelio quinq; exempla salutaria habem'. ¶ Primum est vt omnes et maxime serui dei vndiq; sibi caueant et ab omnibus qz filius dei qui peccatum non fecit fuit mut

ſtpliciter obſeruatus et infamatus. Unde illa ſancta animalia per que viri ſancti deſignãtur de quibus dicitur Ezechie.i. habebant oculos ante et retro et vn.er.pie. Ephe. quinto Videte quomodo caute ambulatis. ¶ Secundum eſt vt verba noſtra potiſſime moderemur q; verbum dei quod errare non poteſt in verbo conati ſunt capere. Pſalmiſta. Poſui oſ meo cuſtodiam cum conſi.peccator aduer.me. Seneca. Taciturnitas homini ſtulto pro ſapientia eſt. ¶ Tertium eſt vt adulatoribus dure et aſpere reſpondeamus. Ipſi enim ſunt ſyrene que faciũt ſubmergi nauẽ. Ipſi ſunt apes que portant mel in ore et retro pungunt qui vt ſcorpiones nos venenare volunt Aug⁹. Duo ſunt genera perſecutorũ vituperantium et adulantium. Plus perſequitur lingua adulatoris q̃ gladius inerfectoris. ¶ Quartum eſt vt nec timore nec amore precẽ vel muneribus a veritate declinemus quia rõs dicit de omnibus et pro omnibus veritatem. Gallatas primo. Si adhuc hominibus placerem ſeru⁹ chriſti non eſſem. Ero.xxiij. Non ſequeris turbam ad faciendum malum. ¶ Quintum eſt vt imaginem regis et ſuperſcriptionẽ diligenter attendamus anteq̃ de ipſa ſentiemus quia deus ſolus intuetur cor. Nõ autem iudicare habemus ſecundum ea q̃ foris patent. Et ideo iudices ſecundum allegata iudicare debent vt dicit Aug⁹. Et ſic patet totum de euangelio.

¶ De epiſtola. Sermo.cxi.

IMitatores mei eſtote fratres et obſeruate eos qui ita ambulãt ſicut habetis formã noſtram. Phil.iij. Hec eſt ſecunda pars totius narrationis iſtius epiſtole ad philippenſes in qua poſtq̃ inuitauit phil. ad cõſtantiam contra peruerſitatem doctrine pſeudo apoſtolorum ſubiungit inſtructionem ad conſtantiam contra peruerſitatez vite ne ſcilicet exemplo illorum corrũpantur. De his eſt duobus dz docti populus ſcz de doctrina fidei et bonitate operis. In hac igitur epiſtola quattuor facit apoſtolus. Primo enim inuitat phil. et nos cũ illis ad ſui et ſibi ſimiliũ imitationez. In principio epiſtole. Scõo reuocat eos ab imitatione vite pſeudo apoſtolorũ oſtendẽdo eoꝝ malã ꝓuerſationẽ ibi. Multi enim ambulant quos ſepe dicebam vobis. Tercio vt ipſum ſequamur oſtendit ſui et ſuorum celeſtem conuerſationem ibi. Noſtra autem cõuerſatio in celis eſt. Quarto quaſi concludendo exhortatur eos in domino ad bonorum operum perſeuerantiam ibi. Itaq̃ fratres mei chariſſimi et deſi.&c.

¶ In prima ergo parte inuitat apoſtolus philippẽſes et nos cum illis ad ſui et ſibi ſimiliũ imitationẽ dicẽs. O fratres eſtote imitatores mei. ſcz in perfecta fide et bonis operibus. i. Cor. quarto. Imitatores mei eſtote ſicut et ego chriſti. Et obſeruate id eſt diligenter inſpicite vt imitemini eos qui ita ambulant ſicut et nos ſcilicet in fide et dilectione id eſt non ſolũ me imitemini ſed et eos qui ita ambulant ſicut ego. Sicut habetis formam noſtram id eſt ſicut habetis formã vite noſtre impreſſam in vobis tãq̃ imaginem et exemplar. Prelati enim debent eſſe forma et exemplar ſubditorum. i. Thi.iiij. Eſto exemplum fidelium in verbo. in conuerſatione in charitate in fide in caſtitate. R Ubi notq̃ apoſtolum et ſui ſimiles imitari debemus in ſeptem. Primo in fide veritate et viuacitate vt ſcilicet veram fidem et viuã habeamus quod tũc eſt quando fidẽ quã credimus per opera oſtendimus. Eſt enim verum vt dicit phũs adequatio rei ad intellectum Jac.ij. Oſtendas michi fidẽ tuã ex operibus Johannis.xiij. Qui credit in me opera que ego facio et ipſe faciet. Quãdo enim fides ſine operibus eſt tũc ẽ mortua et falſa. Jaco.ij. Fides ſine operibus mortua eſt. Fidem veram et viuam habuit apoſtolus qui dicit ad gall.ij. Quod autẽ nunc viuo in carne in fide viuo filij dei. Ille vivit in fide q̃ opa viua i fide facit. Qui autez mortua opera facit in fide id eſt peccata non vivit in fide. Secũdo in vere ſpei firmitate vt ſcilicet firmiter confidamus in deum et non in bonis mundi nec in ꝓpriis viribus nec in conſanguineis et amicis quia omnium iſtorum ſpes vana eſt. Iſaie.xxxvi. Ecce confidis ſuper baculum arundineum ſuper egiptum cui cum innixus fuerit homo comminutus intrabit in manum eius et perforabit eam. Egiptus que interpretatur tenebre et confuſio ſignat mundum et ea que ſunt in mundo. Spem veram habebat apoſtolus qui dicit ad philippẽſes quarto. Omnia poſſum in eo qui me confortat. Et ad hebreorum ſexto. Quam ſicut anchoram habemus firmam. Sicut enim anchora tenet nauem ne a procellis ſubmergatur ita ſpes tenet nauẽ penitẽtie ne a tribulationib⁹ ſubmergatur Quia vt dicit greg. Spe illius boni ad quod intendimus quicquid in via contigit gaudere debemus. ¶ Tercio debemus imitari in perfecta dei et proximi charitate vt ſcilicet deum ſuper omia diligamus et proximum ſicut nos Luce.x. Diliges dominum deum tuum &c. et proxi. tuum ſicut teipſum hanc perfectam charitatẽ habebat apl̃s qui ait ad Roman.viij. Quis me ſeparabit a charitate chriſti tribulatio an anguſtia &c. certe nichil Certus enim ſũ quia neq̃ mors neq̃ vita &c. Item. ij. Cor. xi. Quis infirmatur et ego nõ infirmor. q̃ ſcan. et ego non vror. ¶ Quarto in magne prudentie perſpicuitate Wathe.x. Eſtote prudentes ſicut ſerpentes Sicut enim ſerpens in vno arto foramine ſe ponit vt veterem pellem deponat ſic et nos debemus in arto foramine penitentie nos ponere et pellem veteris conuerſationis deponere. Debeorum. Deponite vos priſtinam conuerſationem veterem hominem Jtez ſicut ſerpens vnam aurem cauda obturat et aliam in terram figit ne audiat vocem incantantis ita nos ne perſuaſionem diaboli audiamus debemus vnam aurez cauda id eſt memoria mortis obſtruere et aliam terre id eſt memorie et conſiderationi ꝓprie fragilitatis infigere conſiderando ex quot et q̃tis poteſt homo perire qui enim caſtrum ſuum ſuteum ſentit nõ preſumit guerram amouere hanc prudentiam pfecte habuit apoſtolus Nam in arto foramine penitentie ſe conſtrinxit Sal.ij. Chriſto confixus ſum cruci. Et ſẽper ſe mortalem et fragilẽ conſideravit. ij. Thi.iiij. Ego enim iam delibor et tempus reſolutiõis mee inſtat. Roma.vij. Video aliam legem in mẽbris meis repug.le.men.mee. ¶ Quinto in fortitudis firmitate. vt ſcilicet nullis frangamur aduerſis nec temptatiõe aliqua a rẽi integritate vellamur ſed omni aduerſitate ſiue cõtra nos ſiue contra noſtra ſiue contra noſtros erumpat fortiter obſiſtam⁹ ſicut Job qui hanc triplicem aduerſitatem ſuſtinuit et in omnibus non peccauit Jaco.i. Beat⁹ vir qui ſuffert tentationem quoniam cum proba. fue. ac. coronam vi. &c. i. Pe.i. Modicũ ẽſt nunc ſi oportet cõtriſtari in varijs tentationib⁹ vt ꝓbatio fidei veſtre multo pretiõſior ſit aur. quod per ig. ꝓba. inuenitur in lau. dei Hanc fortitudinem et patientiã habuit apoſtol⁹ qui dicit. i. Cor. iiij. Male et benedi. pſe. pa. et ſuſt. blaſ. et obſe. Et iterum. i. Corin. xi. Ter virgis cęſus ſum ſemel lapidatus ſum: ¶ Sexto in temperantie parcitate ne ſcilicet proſperis mũdi diſſolnamur ſcilicet diuitijs delicijs et honoribus ſi adueniant parce et tẽperate vtamur / vt ſuccedentibus proſperis numq̃ dei et fidei ſuſtos noſtri ieſu chriſti obliuiſcamur et ſic tranſeamus per bona temporalia vt non amit. eter. i. Corin. vij. Qui ha. vx. tã. non ha. ſint. z q̃ gau. tã. non gau. et qui emp. tã. non poſſet quivtũtur hoc mundo tanq̃ non vtantur. Hanc parcitatem et temperantiam habuit apoſtolus qui dicit. i. Thi. vi. Nichil tulimus in hunc mundum ſed nec afferre quid poſſumus. Habentes alimẽta et quib⁹ tegamur his contenti ſimus. ¶ Septimo in iuſticie equitate vt ſcz iuſticiam ad deum ad proximũ et ad noſipſos ſeruemus. Roma.xiij. Reddite omnibus debitũ cui tributum tributum cui vectigal vectigal et cui honorem honorem. Wath.xxiij. Reddite que ſunt ceſaris ceſari. Deo eñ debemus obedientiam et honorem Actuũ. v. Obedire oportet deo. Proximo confeſſionem animi et ſubuentionem operis vt patet in parabola de ſauciato Luce decimo. Samaritanus autem iter fa. et vi. e. miſericordia motus eſt et a ꝓpi. ſil. vul. eius infundit oleũ et vi. Unde et tu fac ſimiliter. Nobis autem punitionem ſceleris nec a domino iudicemur prima Cor. vndecimo. Si nosmetipſos diiu. nõ vti. iu. Ezechie. xviij. Juſticia iuſti ſuper eum erit. i. Pe. iiij. Tempus eſt vt incipiat iudicium a domo dei. Domus dei eſt quilibet fidelis. Hãc iuſticiam perfecte habuit apoſtolus et quo ad deum et quo ad proximum et quo ad ſeipſum. Primo quo ad deũ. i. Thi. j. Regi autem ſeculorum immortali inuiſibili ſoli deo honor et gloria. De ſecundo. ij. Thi. ij. Omnia ſuſtineo propter elec. vt et ipſi ſal. pſe. De tercio prima Cori. ix. Caſtigo corpus meum et in ſeruitutem redigo. De imitatione autẽ conſilior que ipſe impleuit non precepit ipſe apoſtolus q̃ non eſt de neceſſitate ſalutis et ideo nõ proſequamur de ea. Imitatio aũt de omnibus ſupradictis eſt de neceſſitate ſalutis. Et ſic patet primum. ¶ In ſecunda parte reuocat apoſtolus philippenſes ab imitatione vite pſeudo apoſtolorũ oſtendendo malã vitã eorum. d. Multi eñ ambulant ſcz aliter q̃ nos a quibus cauete quos ſepe dicebã vobis ſcz quãdo erã apud vos et nũc fleno dico ſcz pie cõpaſſione miſerie eorũ et deceptione puſillor⁹ quos ipſi ſeducunt quos dico eſſe inimicos crucis rp̃i

primo quia crucem reputant stulticiam vt sapientes mundi. Secundo quia nituntur predicationem crucis christi extinguere sicut iudei. i. Cor. i. Nos autem predicamus christum crucifixum iudeis quidez scandalū gentibus autē stulticiā. Illi autez pseudo gentiles et iudei erant. Tercio qz eorum conuersatio est contraria cruci qz in delicijs viuunt quales sunt gulosi t luxuriosi Sapien. ij. Dissimilis est aliis vita illi. Quarto quia carnales obseruantias inducunt quales erant in lege veteri. Superfluam asserunt crucē christi cū aliunde salutem expectant. Omnis autem salus in cruce existit. Et vide qꝫ omnia hec competunt mundanis et malis christianis qui crucifixum et crucem sequentes deridēt predicationem nō curant sed extirpare nituntur dum crucis persequūtur predicatores. Eorum conuersatio et vita est totaliter contraria cruci quia est in delicijs t luxurijs et multis iniusticijs que omnia cōtrariantur cruci. Et aliunde salutem ꝫ a cruce sperant et querunt scilicet a constellationibus et demonibus per maleficia et facturas. Omnes isti sunt inimici crucis christi quorum finis est vel erit interit⁹ scz eternus quoniā qui talia agunt digni sunt morte. Roma. i. Nam finis illorum mors est. Stipendia enim peccati mors scz triplex nature culpe et pene eterne. Job. xxi. Ducunt in bonis dies suos et in pūcto ad infernum descendunt. ¶ Sequitur. Quorum deus venter est. hic consequenter determinat in qno et quomodo vita istorum contrariatur cruci christi. Nam in cruce christi sunt tris scilicet aspertas magna vilitas nimia et paupertas summa. Econtra in vita istorum tria contraria tangit. Quorum primum est voluptas contra aspritatem quia colunt ventrem sicut deum. Eccle. Omnis labor eius in ore eius. Roma. xvi. huiusmodi nō domino seruiūt sed ventri. Secundum est gloria contra vilitatē que gloria est ipsis scz in confusionē ipsorum quia in quo debuerant confundi et sic in causa confusionis ipsi gloriantur Gloria enim peccatorum ex malo causat quod deberet esse causa confusionis quia letantur cum male fecerint et exultant in rebus pessimis. Prouer. ij. et. i. Matha. ij. Gloria hominis peccatoris stercus et vermis. Itē gloria peccatorū est in confusionē eorum quia eos ad eternam confusionem ducit. Osee. iiij. Gloriā eorū in ignominiā cōmutabo. Tercium est sapor terrenorum contra paupertatem. Tales enim dicūtur terrena sapere quia nichil nisi terrenum t carnale sapiunt Psal. Inimici eius terram lingent. Idē psal. cxxxviij. Substātia mea in inferioribus terre. q. d. apostolus. Depeccatorū est vēter. i. concupiscentia carnis aut gloria mundana id est superbia vite aut substantia terrena id est concupiscētia oculorum. Isti sunt tres dij quos mundus adorat. i. Jo. ij. Omne quod est in mūdo. rc. Exodi. xxxij. Isti sunt dij tui israel qui eduxerunt te de terra egipti. Et per consequens tales sunt inimici crucis christi quia reuerentiā que deberet fieri crucifixo et nulli alteri exhibēt dūs alienis Isa. xlij. Gloriā meam alteri nō dabo. ¶ Notādum qꝫ gloria eorum qui terrena sapiunt et ventri seruiunt recte est in confusionem eorum. Et hoc patet quantum ad septem. Primum est ordinis diuini peruersio. Nam deus nature institutor et rector ordinauit qꝫ caro tanqꝫ ancilla seruiret et anima sicut domina imperaret. Tales autem hunc ordinem peruertunt et per consequens confundunt quod nullo modo est ferendum. Prouerbiorum. xxx. Per tria mouetur terra et quartum sustinere nō potest per seruum cum regnauerit per stultū cum saturatus fuerit cibo per odiosā mulierem cum in matrimonium fuerit assumpta. et per ancillam cum fuerit heres domine sue. Corpus et caro est ista quattuor quia est seruus et stultus et odiosa mulier et ancilla neqꝫ. Quia ergo tales diuinum ordinem peruertunt et confundunt merito confundentur et ipsi. Prouerbi. xiij. Impius confundit et confundetur. ¶ Secundum est hostis intranei nutritio. Caro enim est hostis noster intraneus et mortifera quasi salutifera consulit Sal. v. Caro concupiscit aduersus spiritum. Sed cū vt dicit grego. nullus hostis est efficacior ad nocendum qꝫ familiaris inimicus et ideo qui ventri seruiunt nutriunt efficacissimum hostem sui et ideo confunduntur et perdunt in prelio spirituali ¶ hoc fuit figuratum in sanſone qui nutriuit dalidaz que significat carnē et dormiuit in gremio eius que tradidit eam inimicis suis q⁹ oculauerūt ei et stetit in ppetū cōfuso. ¶ Tercium est iudiciorum deceptio. Caro enim est infecta concupiscentia anteqꝫ nata. Et quia naturaliter est corrupta iudicat amara dulcia et dulcia amara sicut febricitans. Augustinus. Palato non sano pena est panis qui sano est suauis. et

oculis egris odiosa ē lux que pu. est amata. Et ideo non est ei credendum neqꝫ que appetit tribuenda. Sicut frenetico et febricitanti non sunt danda que petunt. Qui ergo ventri seruiunt decipiuntur in iudiciis quia carnaliter iudicent et per consequens confunduntur. Et ideo dicunt dulce amarum et econuerso Jsaie. v. Ue qui dicunt bonum malum et malum bonum. po. te. lu. et lu. te. ¶ Quartum est accumulatio debitorū. nos enim multis et in multis summis obligati et magna debita habemus exsoluere propter quod quotidie petimus. Dimitte nobis debita nostra. rc. Qui autem seruiunt ventri nichil de debitis soluunt sed quotidie augent debitum supra debitum. Qui autem auget debitum supra debitum confunditur quia eito cōsumit substātiam suam et postea miserrime viuit. vt patet de filio prodigo qui postqꝫ consumpsit substan. su. cuſ. portet cu. imple ventrem su. de si. Prouer. xxiij. Uocā. do. po. et dam. sym. cōsum. Cōfunditur etiam talis quia frequenter expellitur de terra sua et aliquando vinculatur et carceratur quia non potest debitum soluere. Sic accidit his qui ventri seruiunt. ¶ Quintum est impossibilitas fiendoꝫ. qui enim ventri seruiunt quandam impossibilitatem incurrunt propter quod confunduntur quia impossibile est qꝫ venteri satisfaciant. quanto enim ei plura impenduntur tanto plura requirit et nunqꝫ satiatur. Prouer. xxx. Tria sunt insatiabilia et quartum nunqꝫ dicit sufficit. Infernus et os vulue et terra que nunqꝫ satiatur aqua et ignis qui nunqꝫ dicit sufficit. Ignis iste est concupiscentia carnis immo quod peius ē dum caro delicate nutritur proteruit in dominam suā animam. Prouer. xxix. Qui delicate a puericia sua nutrit seruum suum postea sentiet eum contumacem. Hoc fuit figuratum in Sara et Agar que concepisse se videns despectui habuit dominā suam et tū domina sua deberat eam in uxorē viro suo. vt patet Geñ. xvi. Qui ergo ventri seruiunt quandam rebellionē et inordinationem in seipsis vident. propter quod merito confundi dñt. Occurrit etiam quedam alia impossibilitas eis qui ventri seruiunt propter quod eternaliter confundentur quia eis impossibilia videntur opera penitentie t desperant eam posse facere. ¶ Sextum ꝓpter quod est gloria in confusionē est assimilatio inimicoꝝ. Homo enim dignissima creaturarū sic est ordinata qꝫ si ꝑm spūm et virtuose viuit transfertur ad deos. i. ad angeloſ. si autem ventri seruiat in bestias redigitur propter quod merito confunditur. Sene. Quosdam ventri seruientes loco animalium non hominum numeremus. ¶ Septimum est incursio multorum malorum. quoniam qui ventri seruiunt infinita mala incurrunt. ꝓpter quod merito cōfunduntur. Nam omnia bona conuertuntur eis in malum. Et baptismus et fides t passio xpi et bona nature t fortune et gratie ita qꝫ vere de eis potest dici quod dictū est de Juda. Melius erat illi si natus non fuisset homo ille Marci. xiiij. Incurrunt etiam mortem eternam et priuabūtur gloria dei. Propter que omnia tales confunduntur et confundentur Hiere. xx. Cōfundentur vehementer quia non intellexerūt opprobrium sempiternum quod nūqꝫ delebitur. Et sic patet secundum. ¶ Tercio apostolus qui dixit. Imitatores mei estote ostendit suam et suorum bonam et altā vitam. d. Nostra conuersatio in celis est quasi diceret. Sicut illi viuunt non imitemini eos sed nos quia nostra conuersatio in celis ē scz per spem et amorem quia ibi est thesaurus noster scz xps t ibi sunt omnia bona nostra. Math. vi. Ubi est thesaurus tuus ibi est t cor tuum. Unde et salutem expectamus. i. merito huius cōuersationis saluatorem expectamus. Uel vnde localiter id est de quo loco saluatorem expectamus dñm nostrum iesum xpm qui scōm nomen suum nos saluauit quantum ad animas. Math. i. Ipē enim saluū faciet populum suū a peccatis eoꝝ. Et similiter qꝫtum ad corpora quia corpus humilitatis nostre id est corpus humilitatum et incineratum reformabit et reintegrabit ad melioꝝ statum quia configuratum corpori claritatis sue id ē simile corpori suo in claritate glorie. licet suū sit magis clarum qz vt dicit apostol⁹. i. Cor. xv. Stella differt a stella i claritate. Et hoc veraciter potest facere quia sua potentia est infinita et omnia potest sibi subiicere. Et ideo secundū potentiam suā qua potest sibi omnia subiicere congregabit cineres corporis nostri et ex eis reformabit corpa nostrū in similitudine claritatis corporis sui. Et tunc scz in resurrectione erunt sibi ois subiecta et anime et corpora et boni et mali et ois prelatio cessabit. i. Cor. xv. Deinde finis cuz tradiderit regnum deo et patri cū euacuauerit omnem principatum et potestatem t

Universidad de Deusto
Biblioteca

virtutem. Nunc autem vt dicit apostolus nõ videmus omnia subiecta ei. Unde fm illam eandem operationem qua in resurrectione reformabit corp' humilitatis nostre subiicit sibi omnia. Si ergo volumus saluari in anima ꝛ glorioſi in corpore resuscitari conuersemur cum apostolo in celestibus et eleuemur a terrenis per desiderium et amorẽ quia ibi est ciuitas nostra. Hebre.xiij. Non habemus hic manẽtem ciuitatem sed futuram inquirimus. Tria enim sunt signa per que aliquis cognoscitur eẽ de aliqua patria scilicet loquela habitus et mores. Loquela celestis patrie ẽ laudare benedicere et predicare. Habit' autem est totus honestus. Mores autem sunt sancti et compositi. Unusquisq; ergo videat si hmõi figuram gerat in se et tunc cognoscet vnde sit. Et sic patet tercium.

¶ Quarto apostolus quasi concludendo hortatur eos vt in domino perseuerent. d. Itaq; fres mei charissimi id est de quo eos amabat et desiderabat in xpo. Gaudium meum id est causa gaudij mei in presenti propter bona opera que facitis et corona mea scilicet i futuro expectata. sic state in dño scz sicut docui vos stare. ꝛ addit charissimi propter maiorem expressionem amoris. Deinde exhortatur aliquas personas specialiter dicens. Euchodiam rogo et sinthicen deprecor id ipsum sapere in domino. Due femine erant que predicatores recipiebant. Etiam rogo et te germane proprium nomen est qui es scz compar michi in euangelio predicando. adiuua illas scilicet feminas predictas confortando et suppportando cum clemente id ẽ vt clemens et ceteri adiutores mei adiuuent illas quarum nomina scripta sunt in libro vite id est in predestinatione diuina Et sic patet quartum et consequenter totum de epistola.

¶ Dñica.xxiiij.de euãgelio. Sermo.cxij.

Loquẽte iesu ad turbas ecce princeps vn' adorans eum dicẽs. Dñe filia mea modo defuncta est Matth.ix.Marci.v.Luce.viij. Sicut dr Johan.xi. Christus est resurrectio et vita quia ꝛ corpora mortua facit resurgere ad vitam nature. et animas mortuas ad vitam gratie. et homines infirmos pristine restituit sanitati. Quia vt dicit aug. Christus in hunc mũdum vt magnus medicus venit qui solo verbo eos sanauit. Psalmiste. Misit verbum suum. et sanauit omnes. Cui' mirabilis virtus in presenti euangelio declaratur. In quo ꝺ dem euangelio quattuor summarie continentur. Primum est principis sinagoge ꝑ filia mortua deprecatio ad quam xps perrexit. Jn principio euangelij. Secundum est cuiusdam mulieris emorroisse ad xpm accessus. et fimbrie vestimenti eius tetigit. Tercium est cuius virtus eam sanauit et erexit ibi. Et ecce mulier que sãguinis fluxũ patiebatur xii. annis accessit re. et re. fim. vestimẽti eius. Tercium est aduentus xpi ad domũ principis ꝛ manus puelle a xpo tenuo ad quã puella mortua surrexit ibi. Et cum venisset iesus ad domum principis et vi. tyb. ꝛ turbam tumul. di. recedite. Quartum ẽ fama miraculi noticia cuius fama in vniuersam terram exiit ibi. Et ex. fa. hec in vniuer. ter. ¶ Primo ergo ponitur principis sinagoge pro filia mortua deprecatio ad quam xps perrexit. Et hoc est. Loquente iesu ad turbas id est dum christus predicaret turbis. ecce princeps vnus archisinagogus nomine iairus. vt dicitur in euangelio luce accessit corde et fide ac mentis deuotione et adoruit eum ꝛ cecidit ad pedes eius vt dicitur Math.ix. filia mea modo defuncta est. ¶ Sed contra mar.v.dr. Filia mea in extremis est. Et luce.viij.dr. Et hec moriebatur et ergo non erat mortua. Rñdeo qñ iairus recessit de domo nõ dũ erat mortua scz erat in extremis vt dicit mar. Quando aũt peruenit ad xpm iã erat mortua fm iairi estimationẽ taliter enim dimisit eam ꝙ putabat eam mortuã Unde mar. et lu. posuerunt verba iairi matheus vero posuit cordis credulitatem et estimationẽ vt dicunt Rabanus et Hugu. Unde dicit glosa. Utrũq; est a domino petitum vt vel morientem sanaret vel mortuã suscitaret. Reuera mortua erat tunc quia dum pater venit ad iesum illa decessit vt ipse estimabat vnde nũcio' obuiãs eum iesu retulit ipsam mortuã vt dr in lu. Ũne ergo dicit. Filia mea mõ defuncta est. sed veni impone manũ tuã super ipsam et viuet scz sanata et resuscitata. Et quia iesus ad hoc venerat in mundũ vt vitam daret corporibus et animabus ideo statim surgens sequebatur eum et discipuli eius vt essent testes et participes miraculi. Et nota q' in eas dicit q' erat vnica illi. et ita fere annorum. xij. Et sic patet primum. ¶ Secũdo ponitur cuiusdam mulieris emorroisse

ad christum accessu et fimbrie vestimenti eius tactus cuius virtus eam sanauit ꝛ erexit. Et hoc est. Et ecce mulier scilicet quãdo iesus ibat in itinere cum principe hec mulier venit que fluxũ sãguis patiebatur id est infirmitatẽ emorroidarũ. xij. annis. Jn marco ꝛ luca additur q' in medicos erogauerat et consumpserat omnẽ substãtiã suam et a nullo poterat curari. ¶ Et nota quia quantum ex dictis colligere possumus in hac muliere fuerunt virtutes et ideo non immerito in anima et corpore sanata fuit quasi peccator debet habere si vult ab infirmitate peccati liberari. Primo fuit in ea vera recũdia. et ideo non ante faciem sed retro accessit. sic peccator debet confundi et verecundari de vilissimo statu in quo est quia de filio regis factus est seruus diaboli. de statu virtutum positus est in carcere et cathenis peccatorum. Ecclesiastici quarto. Est confusio adducens peccatum et est confusio adducens gloriam et gratiam. Psalmista. Dixit dominus ex Basan conuertam Basan interpretatur confusio.

¶ Secundo fuit in ea fides. nam dicebat intra se si tetigero tantum. Sic peccator debet credere filium dei pro salute hominum passum. et ideo libenter recipit peccatorem et propterea secure debet accedere ad deum Hebreorũ. x. Accedamus cum vero corde in plenitudine fidei. Tercio fuit in ea timor. Unde Marc. Mulier autẽ timens et tremens venit. Sic peccator debet timorem filialem recipere per quem declinet a malo. Prouerbiorum. xv. Per timorem domini declinat omnis a malo. Nam qui sine timore est non poterit iustificari. vt Ecclesiast. i. dicitur. ¶ Quarto fuit in ea dilectio quia sicut credidit in corde ita gessit in opere. Fides enim per dilectionem operatur vt dicitur ad Gal. quinto. Et ideo tetigit fimbriam vestimenti eius. Sic peccator debet amorem dei ꝛ proximi implere vt opera virtutum circa deum et proximum faciliter operetur et tam in prosperis ꝙ i aduersis firmiter manet in deo Nam charitas facit magna et fortia faciliter operari vt dicit Greg. et omnia aduersa tolerat patienter. i. Co. xiij. Charitas patiẽs est benigna est nõ ir. nõ cogi. ma. Jõ omnia credit omnia sperat omnia sustinet.

¶Quinto fuit in ea humilitas/ quia non reputauit se dignam pedes tangere/ vel vestimentum sed solum fimbriam. Sic peccator debet habere humilitatem que habet omnes virtutes custodire. Greg. Qui ceteras virtutes sine humilitate congregat quasi qui puluerem in ventum portat. Idē Illa veraciter in nobis virtus manet que in radice humilitatis p̄seuerat. ¶Sexto fuit in ea confessio veritatis quia venit se coram omnibus confessa est infirmitatem suam et sanitatem quam recepit. vt dicit in.marco. Sic peccator debet habere confessionem veritatis vt peccata sua veraciter confiteatur Johan.ix. Da glotiam deo et confitere peccata tua. Ysaie.lxiii. Dic tu iniquitatem tuam vt iustificeris. In fine nota q̄ ambrosius videtur velle q̄ ista mulier fuerit Martha. Unde in sermone de saluatore iter beneficis christi que enumerat subdit. Dum languidum sanguinis fluxum sanat in martha. dum demones expulit de maria. dum corpus rediuiuū spiritus calore restrinxit in lazaro. Eusebius autē in ecclesiastica historia libro. vii. dicit q̄ postq̄ hec mulier sanata est fecit statuā ad imaginem christi i cuius sue vestes et fimbrias habebat in magna reuerētia. Herbe autem crescentes subtus que p̄ nullius virtutis erāt. cum ad fimbrias attigissent tante virtutis erant vt inde multi infirmi sanarentur. Hieroni. etiam dicit in historia tripertita li. vi. q̄ cum Julian⁹ apostata cognouisset in cesaria philippi esse simulacrū quod sanguinis liberata profluuio femina cōstruxerat eo deposito suā ibi imaginem collocauit que fulminis ictu fracta est. Ex his igit patet q̄ ista mulier non fuit martha et forte potuit esse q̄ due fuerūt liberate ab ista infirmitate scilicet ista mulier et martha. Et sic patet secundū ¶Tercio ponitur aduētus xp̄i ad domū principis et manus puelle a christo tentio ad quam puella mortua resurrexit. Et hoc est. Cū venisset iesus in domū principis et vidisset tibicines id est carmē lugubre cū tibia cantātes. Antiquitus enim tales ad exequias mortuorum vocabantur vt suo carmine alios ad luct⁹ prouocarēt hiere. ix. Vocate lamentatrices vt veniant. Q̄ non cōpetit xp̄ianis licet cōtrariū in multis partibus obseruetur. i. Thes.iiii. Nō contristemini sicut et ceteri qui spem non habent. Cum ergo vidisset iesus hos tibicines et turbā que cōuenerat ad exequias tumultuantem id est cum tumultu plāgentem. Luce octauo. Flebant autem omnes et plangebāt illam. Dicebat. Recedite nō est enim mortua puella sed dormit. Renera mortua erat vt dicitur in luce. Eis ergo mortua erat deo autem qui suscitare potest dormiebat vt dicit glosa. In cuius despositiōe et anima recepta viuebat et caro resuscitanda quiescebat vt dicit Beda. Et deridebant eum quia non credebant scientes quia mortua erat. Et ideo non merentur ad resuscitationem admitti sed eiciū Mathei.vii. Nolite sanctum dare canib⁹ neq̄ mittite margaritas vestras ante porcos. Et hoc est quod sequitur. Et cum ejecta esset turba scz de domo intrauit iesus cum petro et iacobo et Johanne et patre et matre puelle vt dicitur in luca i tenuit manum eius et exclamauit dicens. puella surge/ vt dicitur in luca. Ad cuius vocē et tactum statim surrexit puella et iussit illi dare manducare vt dicitur in luca. Et sic patet expositio litteralis euāgelij. ¶Nota mulier illa emoroissa de qua hic agit dicitur fuisse gentilis et ciuis in vide cesaris philippi que est ciuitas in terra gentilium et signat populum gentilem. ¶Moraliter autem ad edificationem nostrā est hic requirenda expositio allegorica i moralis. Nota ergo q̄ secundum allegoriam per istam mulierem emoroissam gentilis populus qui nunc est sancta ecclesia designatur. Per filiaz vero archisinagogi iudaicus populus qui dicitur sinagoga. Et vide q̄ eo tempore quo hec mulier diuinam infirmata hec puella nata fuit. cum.xii. annis passa fuerit et filia principis.xii. annos dicatur habere etatis. Quando enim gentilis populus circa deorum culturas infirmari cepit tunc deus elegit sibi populum acceptabilem i dixit Abrahām. Egrede de terra tua et de cognatione tua et faciam te crescere in gentem magnam. Et dicit q̄ patiebatur fluxum sanguinis quia ad litteram sanguinem suum ad honorem ydolorum fundebat vt patet in sacerdotibus baal tempore helye qui cum lancetis se percutiebant et perfundebant sanguinem.iii. Regum.xviii. Et quod puella erat filios et filias suas demonijs immolabant. Psalmista. Immo filios et filias suos demonijs. Et dicit q̄ eroganerat omnē substantiam suam in medicos/ quia ad litteram sacrificabāt res suas temporales ydolis pro liberatione infirmitatum i periculorum suorum vt patet in Beel Mantheus xviii. Cui multa omni die impendebām.

¶Qui consumpserat omnem substantiā suam in medicos quia in addiscendo scientias liberales et mundanas ingenium et tempus et omnia naturalia consumebant gentiles in quibus non inueniebant virtutem vel salutem quia ibi non erat. Ne sponsitiōe et anima recepta viuebat et caro resuscitanda quiescebat vt dicit Beda. Et deridebant eum quia non credebant scientes quia mortua erat. Et ideo non merentur ad resuscitationem admitti sed eiciū Mathei.vii. Nolite sanctum dare canib⁹ neq̄ mittite margaritas vestras ante porcos. Et hoc est quod sequitur. Et cum ejecta esset turba scz de domo intrauit iesus cum petro et iacobo et Johanne et patre et matre puelle vt dicitur in luca i tenuit manum eius et exclamauit dicens. puella surge/ vt dicitur in luca. Ad cuius vocē et tactum statim surrexit puella et iussit illi dare manducare vt dicitur in luca. Et sic patet expositio litteralis euāgelij. ¶Nota mulier illa emoroissa de qua hic agit dicitur fuisse gentilis et ciuis in vide cesaris philippi que est ciuitas in terra gentilium et signat populum gentilem. ¶Moraliter autem ad edificationem nostrā est hic requirenda expositio allegorica i moralis. Nota ergo q̄ secundum allegoriam per istam mulierem emoroissam gentilis populus qui nunc est sancta ecclesia designatur. Per filiaz vero archisinagogi iudaicus populus qui dicitur sinagoga. Et vide q̄ eo tempore quo hec mulier diuinam infirmata hec puella nata fuit. cum.xii. annis passa fuerit et filia principis.xii. annos dicatur habere etatis. Quando enim gentilis populus circa deorum culturas infirmari cepit tunc deus elegit sibi populum acceptabilem i dixit Abrahām. Egrede de terra tua et de cognatione tua et faciam te crescere in gentem magnam. Et dicit q̄ patiebatur fluxum sanguinis quia ad litteram sanguinem suum ad honorem ydolorum fundebat vt patet in sacerdotibus baal tempore helye qui cum lancetis se percutiebant et perfundebant sanguinem.iii. Regum.xviii. Et quod puella erat filios et filias suas demonijs immolabant. Psalmista. Immo filios et filias suos demonijs. Et dicit q̄ eroganerat omnē substantiam suam in medicos/ quia ad litteram sacrificabāt res suas temporales ydolis pro liberatione infirmitatum i periculorum suorum vt patet in Beel Mantheus xviii. Cui multa omni die impendebām. Et nota q̄ venit a tergo quia xp̄m non vidit sed post mortem credidit Et ideo xp̄s vertit faciē suā ad eū ipm erigendo et cōfortādo et virtutē sue passionis et cōferēdo p̄ quā est ab omni infirmitate sanatus. et vertit tergū ad iudeos ipsos reprobādo et reliquēdo virtutem sue passionis ab eis auferendo et tunc mortua est puella Mat. xxi. Auferetur a vobis regnum dei et dabitur genti faciēti fructus eius. ¶Ultimo tamē iuis christus ad suscitandum puellam quia in fine mundi synagoga iudeorū saluabitur. Iere.xxiii. In diebus illis saluabitur iuda. Et tunc ejciet tibicines id est sapientes iudeorū carnē lugubre cantantes q̄s est expecta reexpecta quis dicit christum venturū. Spes autē que differtur affligit animā. Prouer.xiii. Et ideo ipsorū carnē est lugubre et mortale quod tunc ejcietur quia cognoscent ipsū venisse et tunc salu⁹ erit omnis homo i puella et emoroissa. ¶Item alia allegoria. Nam per mulierē istam antiquā significatur caro inueterata que vsq̄ ad adā descendit. Per puellaz autē illam virginē significatur anima mūda de nouo a deo creata. Quando ergo puella erat nata mulier fuit infirmata. quia quādo anima creatur et infundit corpori tunc caro infirmatur et subiicitur penalitatibus humane nature. Et quando mulier fuit sanata tūc puella fuit mortua/ q̄ non prius caro liberatur a penalitatibus sensitiuis humane nature nisi quādo alia per mortem recedit a carne. Et nota q̄ dēcit puella habebat.xii. annos etatis quibus in hac vita vixerat quia anima habet.xii. potentias quibus et per quas omnia opera vite agit dū est coniuncta corpori. Tres habet non affixas organis q̄ sunt intellectus voluntas et memoria. Quinq̄ habet exteriores affixas organis que sūt visus auditus gustus odoratus i tactus. Quattuor habet interiores affixas circa cerebrū que sūt sens⁹ cōis imaginatio siue fantasia existimatio siue estimatio i memoria sensibilium. Et vide q̄ in illa etate in qua puella debebat nubere et filios pcreare mortua est/ quia anima in illa etate in qua debet incipere mereri tūc moritur p̄cipuū q̄ est mors anime: q̄ cōmuniter homines incipiūt peccare a duodecimo anno et insuper. Et dicit q̄ patiebatur fluxum sanguinis.xii. annis q̄ hō in peccatis consumitur. ¶Et dr̄ q̄ eroganerat in medicos omnē substantiā suā et nichil proficiebat/ q̄ homo existens in fluxu sanguinis. id est in petō mortali omnia opera sua nichil proficiūt sibi ad vitam glorie. i. Cor. xiii. Si distribuero in cibos pauperū omnes facultates meas. ix. Neq̄ omnia bona sua tam nature q̄ fortune sibi ad salutem prosunt. Christ⁹ autem principaliter ibat ad puellam suscitādā. i dūxit in via sanauit emoroissam q̄ xp̄s principaliter venit in mundum ad saluādum animū et beatificandum quia beatitudo in anima consi-

fuit scilicet in cognitione dei: et consequenter venit ad corpus glorificandum. Johã. decimo. Ego veni vt vitam habeãt scilicet in anima et abundantius habeant supple ẽ angeli quia in anima et corpore. Sed quid contingit quia mulier id est corpus primo accepit salutem/ quia anteẽ christus beatificaret animas et de limbo traheret multa corpora in vita ista sanitatem receperunt/ et a mortuis surrexerunt ꝛ hoc per tactum vestimenti christi id est per fidem incarnationis eius. In fine autem ꝛ mulier et puella salutem receperunt quia in fine mundi et anima et corpus per christum saluabuntur. Et sic patet allegoria.

¶ Moraliter autem exponendo nota ꝙ per filiam archisinagogi mortuam in domo significatur peccator occultus vel peccator qui moritur intus in conscientia anime per malam cogitationem. nam ꝙ tres mortuos a domino suscitatos significantur tria genera peccatorum vt dicit Augustinus. Quia per hanc filiam in domo mortuam significatur peccatum cordis. ꝙ filium vidue qui extra ciuitatem mortuus ferebatur peccatum oris vel operis significatur. Sensus enim corporis ꝛ membra sunt fenestre et partes anime. Cum ergo aliquis per aliquem sensum vel membrũ corporis peccat per portam illam anima extrahitur mortua. Per lazarum vero quatriduanum in monumento significatur peccatum operis per consuetudinem inueteratu et putrefacti. Qui enim cogitat malum et consentit et operatur et per consuetudinem in ipso perdurat ꝛ senescit in sepulcro conscientie vt lazarus quatriduanus foret/ quia ergo per hanc puellaz peccator occultus designatur. ideo secrete eam in domo resuscitauit ꝛ precepit patri et matri ne alicui dicerent quis peccator occultus secrete debet corrigi. Mathei. xviij. Si peccauerit in te frater tuus id est te solum, sciente corripe cum inter te et ipsum solum. Quia vero per filium vidue ꝛ lazarũ peccatores publici designãtur ideo eos cotã multitudine suscitauit/ qz petõr publicus publice debet argui et publice debet satisfacere. vt sicut corrupit petõ ita edificet penitẽtia. i. Thi. v. Peccantẽ scz publice cotã oibus argue vt et ceteri timorẽ habeãt. ¶ Nota ergo ꝙ in suscitatione illius puelle christus septem obseruauit que nos habere debem⁹ si volumus ab ipso a morte peccati suscitari. Primum est/ quia christus pro ea a iairo patre suo rogatur. Jairus autem interpretatur illuminans vel illuminatus ꝙ signat cetum sanctorum qui illuminati a deo alios illuminant. Peccator nanꝙ est spiritus vadens et non rediens vadens p scipsum in peccatum sed cum peccatum sit profundissima fouea vsqꝫ ad infernum nõ potest inde exire nisi iuuetur. et ideo indiget oratione sanctorum adiuuari Job. quito Voca ergo si est qui tibi respõdeat ꝛ ad aliquem sanctorum conuertere. Ad orationem Stephani deus conuertit paulum vt dicit Augu. et ad orationem matris Augustini deus conuertit ipsum. Propterea peccatores quotidie conuertuntur quia ecclesia quotidie pro eis rogat. Ipsi ẽm nec possunt nec merentur conuerti. quoniam qui talia agunt digni sunt morte ad. Romano. i. Quidam autem sic sunt profundati et indurati in peccatis ꝙ nec preces nec verba nec predicationes nec ẽfactoꝛ. oratio aliqd eis valet: Hiere. xv. Si steterit moyses et samuel coram me non est anima mea ad populum istum eijce illos a facie mea. ¶ Secundum est quia tibicines id est carmen lugubre cantantes remouentur. Tibicines sunt adulatores mundi aures audientium delectantes. Carmẽ lugubre est vanũ gaudium mundi quia de rebus lugendis est. Prouer. ij. Letanꝫ cum male feceris ꝛ exulare. pes. Prouer. xiiij. Extrema gaudii luctus occupat. Amos. viij. Conuertam festiuitates vras in luctum et omnia cantica vestra in planctum. Sic ergo qui vult conuerti et suscitari a peccato debet fugere adulationes consãguineorum et amicorum qui non sapiũt que dei sunt sed carnalia et propria bona ad Phil. ij. Oẽs que sua sunt querunt non que iesu xpi. Propterea iesus dixit Abrahã Egredere de terra tua et de cognatione tua ꝛ de domo pa. t. Gen. xij. Debet etiam vanũ gaudiũ mũdi expellere. quia verum gaudium dei non potest esse vbi est falsum gaudium mũdi. Boe. lib. d. metro vii. Gaudia pelle. pelle. timorez spemqꝫ fugato nec volor assit. nubila mens est vinctaqꝫ freno hec vbi regnant. ¶ Tercium est quia turbam tumultuantem de domo eijcit ꝛ amẽ emorroissam coram multitudine sanauit. et filium vidue in porta coram multitudine resuscitauit. Er quo datur intelligi ꝙ est quedam turba coadiuuans ad salutem scz turba bonorum in qua homo debet liberter stare. Psalmista cent⁹ simo xxxij. Cum ẽ bonũ ꝛ ẽ io. habi. fra. in vnũ. Est ⁊ alia turba impediẽs salutẽ ꝛ hec duplex scz in-

terior malaꝝ cogitationũ et sollicitudinũ mundanoꝝ que a xpo assimilatur spinis que suffocant fructum. Luce. viij. Quod autem in spinas ceciderit hi sunt. Et exterior scz turba multiplicium negotiorum et hominum mundanorum a quibus cauendũ est. Eccles. xi. Fili ne in multis sint actus tui. In eodem. xviij. Ne oblecteris in turbis. Quidam phũs interrogatus quid esset inimicissimum homini. respondit aliter homo. Sen. Quotiens inter homines habitaui minor homo redij. Greg. Impossibile est ꝙ lingua seculariũ mẽtẽ nõ inquietet quã tangit. ¶ Quartũ ẽ qz secũ ad suã fatationem puelle admisit. petrũ iacobum et iohãnẽ. hos ẽt admisit sue glorie trãsfigurationi. In quo significatur ꝙ qui vult a morte peccati suscitari ꝛ glorie dei interesse debet habere perfectam fidem ꝛ fidei confessionẽ sicut petr⁹ habuit. Wath. xvi. Tu es xps filius dei viui. Quia sicut dicitur ad Hebre. xi. Sine fide impossibile est placere deo. ¶ Debet etiam fortiter contra omnia impedimenta sue salutis luctari. Nam Jacobus luctator interpretatur. Hoc figuratum est in luctu iacobi qui luctatus est cum angelo per totam noctem vsqꝫ mane et statim ortus est ei sol. fueruntqꝫ ei obuiam angeli. Non enim debet luctari per totam noctem presentis vite cũ prosperis et aduersis vsqꝫ in mane alterius vite in quo vita pñs finitur et tunc oritur ei sol glorie ꝛ angeli dei veniunt ei obuiã animam eius ad celum portãtes. Lu. xvi. Factum est vt moreretur mendicus et portaretur ab angelo in sinu abrahe. ¶ Debet etiam gratiam dei recipere que per Johannem qui interpretatur in quo est gratia designatur quia sine gratia dei nec in fide põt manere nec contra impugnantes pugnare nec aliqd boni facere. i. Cor. xv. Gratia dei sum id quod sum. Johan. xv. Sine me nichil potestis facere. Quantum est quia patrem ꝛ matrem puelle a suscitatione non excluſit immo admisit. In quo datur intelligi ꝙ qui vult a petõ suscitari multum debet cogitare ortum suum tanꝫ patrem et mortẽ tanꝫ matrem. Devili enim spermate nati sumus et tandem a vermibus comedemur Job. xvij. Putredini dixi pater meus es. mater mea et soror mea vermibus. Hec enim cogitãdo habem⁹ materiam magne humilitatis et nõ superbiẽdi. Eccle. x. Quid superbis terra et cinis Ber. Quid superbis saccus sterq̃ linoz et cibus vermium. Memẽto vnde ve. et eru. vbi. sis et inge. quo va. et cõtre.

Item hec cogitando de facili omnia cõtemnimus Hieronimus. Facile contemnit omnia qui semper se cogitat esse morturum. Ad quid enim de diuitijs et honoribus ꝛ amicis curare debemus cum de eis nichil nobiscum deportare possumus et in tempore maxime necessitatis scz in morte omnia nos derelinquant. ¶ Sextum ẽ quia tenuit manum eius et excla. d. Puella surge. In quo datur intelligi ꝙ qui vult suscitari in morte peccati debet se permitti tãgi a disciplina dei que per manum dei designatur que vocat hominem ad multa bona: quia quem deus diligit corripit et castigat flagellat autem omnem filium quem recipit. ℣ habet enim disciplina sex bonis in nobis efficere. Primo enim excitat iacentem et dormientem in peccatis. Act. xij. Percussoꝫ latere petri. i. d. sur. ve. Petrus in cathenis peccator in vinculis. ¶ Secundo lente ambulantem facit currere sicut calcaria equum Greg. Mala que nos hic premunt ad deum ire compellunt. Osee. vi. In tribu. sua. m. cõ. ad. me ve. et re. ad dominum quia ipse ce. et sa. nos per cu. et cu. nos. Tercio erudit de agendis. Hiere. Per omne flagellum ꝛ dolorem erudieris hierusalem. Prouer. xxij. Stultitia colligata est in corde pueri et virga discipline fugabit eam. Quarto purgat a peccatis Greg. Quod lima ferro quod flagellum grano quod fornax auro hoc tribulatio viro iusto. ¶ Quinto demõstrat nos filios dei esse debre. xij. Quod si extra disciplinã estis cuius participes facti sunt omnes. ergo adulteri et non filij estis. Quem ei diligit dñs corripit ꝛ castigat. flagellat aũt oẽm filium quẽ recipit. Et iõ oẽs filius accept⁹ deo disciplina dei tangit ꝙ p manũ dei designatur. Tho. xij. qm acceptus eras deo necesse fuit vt tentatio probaret te. ¶ Sexto facit nos dignos coronas glorie. Jaco. i. Beat⁹ vir q̃ suffert tẽtationem qm cũ probat⁹ fuerit accipiet coronã vite. Sic fuit tactus Job in reb⁹ et psona. Qui dã aũt habẽt istud apostema nolit me tãgere qui ad tactũ discipline dei statim frangunt. ¶ Septimũ est qz iussit ei dare mãducare. In quo datur itelligi ꝙ posqꝫ hõ surrexit a morte peccati dz panẽ vite mãducare scz corpus xpi et verbũ dei in quibus alis viuit. Wath. iiij. Non in solo pane viuit hõ scz in oĩ verbo qõ ꝓcedit ex ore ei⁹. s. dei. Sicut ẽm corp⁹ indiget continuo alimento, sic anima indiget suo cib

bo. Propteres quotidie petimus dicentes. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Math. vi. Et sic patet tertium.

¶ Quarto ponitur patrati miraculi notitia cuius fama in vniuersam terram exijt. Et hoc est quod dicitur. Et exijt fama scilicet de iesu q emoroissam sanauerat et puellā suscitauerat per vniuersam regionem illam. Et sic patet quartum. ¶ In fine nota q cum per hanc puellam peccatorum occultus designatur maxime per eam religiosus designatur qui secrete moritur infra claustrum quasi in domo. Mali autem religiosi secrete in quattuor moriuntur.

P primo in impatientia t murmure. Non enim paupertatem castitatem t obedientiam patienter sustinent sed murmurant in eisdem dicentes cum iudeis. Utinam mortui essemus in egipto cum sederemus super ollas car. Exodi. xvi. Sunt enim mente in egipto id est in mundo tenebrarum. Contra quos dicit xps. Memores estote vxoris Loth. Luce. xvij. Et nemo mittens manū ad aratrum et respiciēs retro ap. ad reg. dei. In eodem. ix. Tales significantur per simonē cireneum qui nisi cum angaria tulit crucē post iesum. Omnia enim onera religionis mali non libenter faciunt et ideo crepant sub ipsis quia amor qui grauia facit leuia tollitur a corde eorum. Secūdum est odiū quia odiunt et persequuntur prelatum qui cogit ipsos religiose viuere et alios bonos qui ipsos obseruant et accusant. i. Johan. iij. Qui odit fratrē suū. h. e. Sic discipuli sancti benedicti odiebant eum et nolebant eum venerari. vt dicit Greg. in dyalogo. Tertius est inuidia quis inuident gratijs xpi detrahant dicentes. In beelzebuth principe demoniorū eijcit demonia. Luc. xi. Quartum est negligentia quia omnia preter comedere et dibere et cetera corporis pmoda negligēter agūt. p̄ seruitū hominis horas suas et diuinū officiū. Cōtra quos Hier. xlviij. maledictus qui facit opus dñi fraudulenter.

¶ De epistola. Sermo. cxiij.

Non cessamus pro vobis orantes et postulantes vt impleamini agnitione voluntatis eius. Collo. i. Sicut pater et mater erga carnales filios sunt solliciti sic et apostolus multo plus de filijs suis spūalibus in xpo regeneratis sollicitabat t quotidie indefessis p̄cibus deū p eis rogabat et ipsos q epistolas monebat. Istos autē collocēses qui sunt asiani apostoli nō conuerterat nec eis p̄dicauerat. sz q̄dā ex. di. scipulus noie archippus. Istis ergo cellos. sensibus apostolus ab epheso scribit et ostēdit maximā charitatē suā ad eos. quotidie cū sociis suis pro eis rogauit. In hac ergo epistola ostendit q rogat deū vt eis tria maxima bona largiatur. Primo enim rogat vt sapiētis dei t intellectu spirituali repleantur ad dei voluntatem cognoscendam. In principio epistole. Secūdo rogat vt digne in via ambulent ad fructuz boni operis ac dei scientiam augmentandā ibi Ut ambuletis digne per omnia placentes Tercio rogat vt in omni virtute animę cōfortentur per dei potentiā ad aduersa patienter et longanimiter tolerandum ibi. In omni virtute confortati sm potentiaz claritatis eius in omni patientia. Primo ergo apostolus rogat vt collocenses et nos in illis sapientia dei t intellectu spūali impleamur ad dei voluntatem cognoscendā Et hoc est. Non cessamus supple in omni oratione quam facimus ego et qui mecum sunt fratres pro vobis instare apud deum orantes et postulātes. Beruū. xij. Oratio aūt fiebat sine intermissiōe ab ecclesia ad deū pro eo. Ut impleamini non vētosa et vana doctrina sed agnitione voluntatis dei. hoc est vt impleamini spū sancto q docet voluntatē dei qz vt dicitur. i. Cor. ij. Scit nemo scit q̄ sunt hois nisi spūs hominis q̄ in ipso ē its nemo scit q̄ sunt dei nisi spūs dei t cui voluerit spūs reuelare. Unde idem apostolus spū sancto plus dicit. i. Thes. iiij. Hec est voluntas dei sanctificatio vestra. ¶ Et specificat hanc cognitionem per duo quoz primū pertinet ad vitam actiuā. scōm ad vitā cōtēplatiuam. Et hoc ē. impleamini agnitione supplens ē sciente in omni sapientia quantum ad illa que respiciunt vitam actiuam. et intellectu spūali quātū ad illa que respiciūt vitā contemplatiuā. Magnum est valde q apostolus hic petit sz scire quid deus hic velit in actiua et contemplatiua vita. ¶ Sz nūquid pōt hoc sciri. Quis ēm scit quātū opz eū carnē suā macerare. t an ex crediat et heremū intrare: qz q̄ vni est valde salubre alteri ē mortifer. Un de beato bernardo dr q ppe mortē p̄stitus cepit se accusare eo q se indiscrete afflixisset. propter q̄ mimis debilitatus erat. et multa facere nō poterat que alias fecisset. Responsio. Nō petit apostolus q in omnibus plene sciāt voluntatem dei sed in necessarijs ad salutem Sic ergo patet q apostolus orat et petit q sciamus que pertinent ad vitam actiuā et que ad vitam contemplatiuaz. Et ideo secundum q ad vitam actiuam pertinent xp̄i. opera pietatis quorum ser sunt corporalia scilicet vestire nudos. potare et cibare pauperes respicere hospitio pegrinos redimere captiuos. visitare viduas et orphanos et tribulatas p̄sonas et mortuos sepelire. Alia sex opera sūt spiritualia ad animaz pertinentia que sunt pottota vt cōsulere t docere ignorantes. castigare t corrigere delinquentes consolare merentes. remittere iniurias ferre infirmitates t defectus aliorum et pro iniustis et peccatoribus orare. Ad vitam autem contemplatiuam pertinet i charitate dei t proximi feruere ab omnibus negocijs mundi se suspēdere et soli desiderio creatoi inherere et cum magdalena ad pedes crucifixi inclinata mente manere. eius maiestatem bonitatem et charitatem ex orando t contemplādo aceius voluntatem et verba audire qđ fit sacram scripturam legendo. Nam cum legimus deus nobis loquitur. Sed cū oramus loquimur nos deo. Talis autem vita est potior simpliciter et maioris meriti q̄ vita actiua Luce. x. Maria optimam p̄tem elegit que non auferetur ab ea. Actiua vita significatur per marthaṁ et contēplatiua per magdalenā. Licet in casu actiua possit esse maioris meriti q̄ contemplatiua vt cū quis videret aliquem seduci ab hereticis vel fame mori melius esset isti subuenire q̄ orare et deū cōtemplari. Et ē ista vita mixta ex actiua et p̄tēplatiua actia t p̄tēplatia melior vt cū q̄s ex vehemētia diuini amoris t post contēplationem diuine claritatis flectit se ad proximū docendo cōsulendo et seruiēdo. Sicut lucere t illuminare melius est q̄ solum lucere. Talis fuit vita christi et apostolorum qui de nocte in oratione pnoctabant et meditabātur t de die homines docebant eorum commodis spiritualibus intendētes Roma. ix. Optabam ego ipse anathema esse a christo pro fratribus meis id est per vitam actiuam a christo diuulsus proximi commodo intendēdo. In contemplatione enim homo cōiungitur mente deo. In actione vero ad exteriora se spargit. Talis fuit vita bti dñici et bti petri martiris q̄ tota nocte legebāt et orabāt t de die iter debāt cōmodis aliox.

Talis vita debet esse omniū religiosorū et doctorū et similiter episcopoū. Et ideo vita eorum si recte agat omnē aliam vitā transcendit et heremitarū et laborantiū.

¶ Secundo apl's rogat vt digne in via dei ambulemus et fructificemus et crescamus in scientia dei. Et hoc est. Ut ambuletis digne deo id est sicut diuini honoris cuius serui estis dignitas requirit. Cū essimus filij dei vt filij dei ambulare debemus. Ephe. v. Imitatores dei estote sicut filij charissimi. Sene. Compositus miles compositā debet habere familiā. Et specificat in speciali digne ambulare. Tūc ēm digne ambulamus quando deo in omnibus intendimus placere et in omni opere bono fructificamus. et crescimus in scientis dei. Et hoc est. Per omnia placentes deo. Ambuletis ergo digne per omnia placentes deo id est intendētes placere deo et non hominibus Gal. i. An quero hoibus placere. Si adhuc hoibus placerē xpi seruus non essem. Et nota q dicit per omnia non per partes. Quidā ēm in vno deo placere volunt et in altero hoibus. Contra quos dicitur. iij. Reg. xviij. Usquequo claudicabis duobus. Et non solū sit rectitudo in voluntate sed et profectus in bono opere. Et hoc est. In omni opere bono fructificantes id est in omni genere bonorū operū sez spūaliū et corporaliū et in omni opere omniū virtutum. Et crescentes in scientia dei. ¶ Moraliter ad edificationē nostram vide q iria in hac parte rogat apostolus pro nobis. Primo vt in omni opere nostro rectā intentionem habeamus sez placendi deo. Secūdo vt in oni opere bono fructificemus. Opus bonū est opus virtutis. qz virtus est que bonū facit habentē t opus eius bonū reddit vt dicit phūs. ¶ Fructificare ergo debemus in opere omniū virtutū. Tūc ergo in opere bono fructificamus quādo in opere septē virtutū fructū ferimus. Primo in opere fidei vt veraciter ola que sunt fidei credamus et ea p digna opera pteste mur. Jac. ij. Ostēdas michi fidē ex opib⁹. Petrus autē moriunt in fide et nō fructificant in ea. In fide autē existētes nō faciunt opera fidei sed opera infidelitū sarracenoz. ¶ Secūdo in opere spei i solo deo et meritis sctoz cōfidēdo. Hie. xvij. Btus q̄ cōfidit in dño et erit dñs fiducia illius. In deo ēm cōfidēdo mirabilia faciemus. Isaie. xl. Qui sperāt in dño mutabūt fortitudinē assumēt pēnas sicut aqle Phi. iij. Oia possū i eo q̄ me cōfortat. Petitiones vero

confidunt in amicis et bonis mūdi. r ideo confundūtur et nichil possūt Isaie. xxxvi. Ecce cōfidis sup baculū arūdineū ꝓfractū sup egiptū id est mundū cui si innixus fuerit hō intrabit manū ei⁹. ¶ Tercio i opere charitatis deū sup ola diligēdo r ꝓximū sicut nos. Lu. x. Diliges dīm deū tuū rc. Tanc em multū fructificabimus quia vt dicit Grego. Amor dei nunq̄ est ociosꝰ operatur em magna si est Roma. xiii. Qui diligit proximū legē implevit. Thi. i. Finis precepti est charitas de corde puro. Peccatores autē diligūt seipsos r munda et ideo nichil fructificāt sed dissipant bona dei. Mat. vi. hō quidā erat dives q̄ habebat villicū hic diffamatus est apud illū quasi dissipasset bona illius. Et quo enim deū non diligunt nichil boni possunt operari cū charitas dei sit forma r perfectio omnis boni operis. Quarto in opere prudentie vt preteritorū recordemur scz preteritorum beneficiorū fernis dei collatoꝝ vel preteritarū penarū inimicis dei inflictarū vt per beneficia incitemur ad bonum et ꝑpenas retrahamur a malo. ꝑsentia dispponamus et ordinemus ad nostre salutis finem et futura mala caueamus. Quod tunc faciemus dū semp finis nr̄os ter erit in memoria nostra. Eccle. vii. Memorare nouissima r. Seneca. Si sapiens fuerit animus tuus trib⁹ tēporibus dispensef. preterita memorare presentia dispone et futura precaue. Peccatores vero comparant bestijs que nec preteritorū memorant nec presentia disponūt nec futura precauent. Ecclesia. iij. Dixi in corde meo de fi. h. vt. proe. de. et o. si esse bestijs. ¶ Quinto in opere tēperantie vt nec diuitijs nec delicijs nec honorib⁹ dissoluamur sed abstrahamꝰ a delicijs carnē nostrā ne spūi dñet. Quia vt dicit Prouer. xxix. Qui delicate nutrit seruū suū fi. se. i. si. cō. Peccatores autē donis tēporalibus nō tēperate vtuntur sed delectamētis carnis et mundi dissoluūtur r sine freno vtunt. Sapientie. ij. Non sit paratū quod ne. per lur. no. Sic dissolutus est ille piger epulo qui indutꝰ purpura et bisso r epulabat quotidie splēdide Luce. xv. In delicijs ergo et diuitijs et honoribus constituūt finē suum. Sapientie secundo. Dec est pars nostra r nō est refrigerium in fine hominis. ¶ Sexto in opere fortitudinis vt nullis aduersis frāgamur nec propter rerum vel honorum dispendia vel propter propinquorum subtracta solacia nec propter corporum tormenta a dei charitate per impatientiaz separemur Roma. viij. Quis nos seperabit a charitate christi quasi diceret nichil Sic Job. non fuit per omnia supradicta fractus nec a deo per impatientiaz separatꝰ Passiones autem statim franguntur nec dispendia, rerum vel honorum. nec subtractione propinquorum nec penas corporum possūt aliqualiter sustinere sed murmurāt r blasphemant et ad figmenta diaboli se conuertunt Et sic per aduersa r ꝓspera a deo recedunt Psal. Cadent a latere tuo mille et decem⁹ milia a dextris tuis. ¶ Septimo in opere iusticie vt que sunt dei reddamus deo et que sunt cesaris cesari Romanis. viij. Reddite omnibus debitum cui honorem honorem cui tributū tributū rc. Priores autem non reddunt deo honorem debitum r proximo subtrahūt bona sua Job xii. Abundant tabernacula predonum et audacter prouocant deum. ¶ Secūdo etiam rogat apostolus vt crescamus in scientia dei. Ubi sciendum q̄ dupler est scientia dei scilicet speculatiua et practica. Speculatiua sciētia dei est qua ab eterno omnia scit que non creuit nec decreuit in deo. Ꝑ hac scientia non multum curat apostolus q̄ crescamus quia vt ipse. i. Corin. viij. dicit scientia inflat. et qui vult in ea proficere frequenter deficit Jn hac sciēa voluit crescere adam et eua et ideo turpiter defecerunt. Jn hac scientia voluerūt multi philosophi proficere et in stulticiam sunt conuersi dicentes enim se esse sapientes stulti facti sunt vt dicitur ad Romanos. i. Jn hac scientia tantum debemus proficere quantus sufficit ad salutem et non plus Roma. xii. Non plus sapere q̄ oportet. ¶ Est et alia scientia dei practica siue experimentalis quam filius dei indutus carne humana addidicit per experientia r in ea profecit. Debet. v. Didicit ex his que passus est obedientiam Luce. ii. Jesus autem proficiebat sapientia et etate apud deum et homines Hec autem tota consistit in vsu virtutum. Et quis christus in cruce fortissime et excellenter est virtutibus vsus ideo hec scientia potissime in cruce christi constituitur siue in christo crucifixo. Jn quo sunt omnes thesauri sapientie et scientie absconditi. vt dicitur Col. ij. Propter quod dicit apostolus. i. Cor. ij. Non enim iudicaui me scire aliquid inter vos nisi ihm et hunc crucifixū. Orat ergo apostolꝰ vt in fide crucifixi crescam⁹ Jn qua ꝑfectus pēdēs multū ꝓficit.

A Pilo ergo ibi ꝓficit in fide crucifixi qui

state. Nā iustus pro iniustꝰ moritur amicus pro inimicis. Roma. v. Vix enim pro iusto quis moritur sed pro impijs et pcūribus quis audeat mori. Ibidem. Commēdat autē deus suam charitatem in nobis quoniam cum inimici essemus reconciliati sumus deo per mortem filij eius. Secūdo in magna penalitate quia a planta pedis vsq̄ ad verticem capitis non fuit in eo sanitas Jsa. i. et Trenoꝝ. i. O vos omnes qui transitis per viam attendite et videte si est dolor sicut dolor meus. Tercio in inestimabili largitate. q̄ ad vnū verbū totuz regnum suum latroni dedit Luc. xxiij. Hodie mecū eris in paradiso. Quarto in artissima paupertate quia ipsa abundantia omnis boni et fons aque viue nudus et sitibūdus moritur Job. xix. Sitio Tre. iij. Recordabor paupertatis et transgressionis mee absinthij et fellis. Quinto in infima humilitate quia abiectissimam mortē sustinuit. nam cum iniquis impijs deputatus est. Phil. ij. Humiliauit semetipsum factus obediens vsq̄ ad mortem. ¶ Sexto in misericordia et benignitate quia pro interfectoribus suis rogauit dicens. Pater dimitte illis. Luce. xxiij. Longino etiam perfortante sibi latus reddidit lumē vt in ecclesiastica narratur hystoria. Septimo in mirabili sapientia quia in cruce tam sapienter luciferam decepit. et fecit sicut piscator qui hamum sub verme abscondit. sic ꝙ̄s diuinitatem sub humanitate. Et dum dyabolus credit ipsum capere captꝰ est Job. An extrahere po. Leuiathan hamo et fune ligabis linguam eius. ¶ Octauo in perfecta obedientia. Mathei. xxvi. Non quod ego volo sed quod tu. Phil. ij. Factus est obediens vsq̄ ad mortem. Nono summa patientia quia depilatus consputus. colaphisatus ligatus. verberatus falsa accusatus. morti iniuste condemnatꝰ cruci affixus et mortuꝰ non aperuit os suū ita vt miraret preses. d. Nō respondes dc q̄. vides in quantis te accusant. Marci. xv. Unde propter nimiam eius patientiā herodes sprexit eum sicut insanum induxit eum veste alba. vt pater. Luce. xxiij. Jsaie liij. Sicut ouis ad occisionē ductus r quasi agnus coram tondente se obmutescet et non aperiet os suum. ¶ Decimo in precordiali compassione quia in tanta pena constitutus compassus est matri et recommendauit eam Johanni Johannis decimono. Ecce mater tua. Compassus est petēti se neganti et respexit eum. Luce. xxij. Compassus est et toti generi humano et ideo clamore valido et lachrymis offerēs seipsum exauditus est pro sua reuerentia Hebreoꝝ. v. ¶ Undecimo in totali victoria quia in cruce omnia vicit et dyabolus et mundum Joh. xvi. Confidite quia ego vici mundum Augustinus. Manus inermes et affixa cruci debellauit a po. ¶ Duodecimo in oim bonoꝝ consummatione et cōpletione quia in cruce omnia consummauit et compleuit. et ideo in cruce pendens ait consummatum est Johan. xix. Consummata est scriptura. consummata est natura. consummata est pena. consummata est gratia. consummata est gloria. ¶ Omnia hec in cruce sunt consummata id est completa et perfecta. Orat ergo apostolus vt crescamus in scientia experimentali harū virtutum quarum scientia practica in cruce fuit. Jn qua ꝙ̄s profecit in cruce pendens. Et ideo dicitur sciētia dei. Et sic patet secundum. ¶ Tercio rogat apostolus vt in omni virtute anime confortemur ad aduersa per dei potentiam patienter et lōganimiter toleranda. Et hoc est. Jn omni virtute confortati. Orat enim apostolꝰ in hac tercia parte vt in bono cōfortemur contra malum. Et quia dupler est malum scilicet culpe et pene ideo. confortatio est dupler. Prima contra malum culpe. secunda contra malum pene ibi. Jn omni patiētia. ¶ Uel prima confortatio est in agendo bonum. secunda in sustinendo malum. dicit ergo. Oramus vt sitis placentes confortati in omni virtute contra malum culpe vel ad agēdū bonuz: quis virtūq̄ in virtute dei possumus scz malū vitare et bonū operari. Et hoc est ꝑm potentiam scz dei r non nostram virtutē enim habere et in ea cōfortari vt ꝑ eam malo resistamus et bonum agamus nō est nostrū sed claritatis eius. id est eius qui sua claritate eam nobis infudit Augustinus. Uirtus est bona qualitas mentis quam deus dedit nobis sine infudit. Uel secundum potentiam claritatis eius id est secundum potentiam filij qui est claritas patris per quem confortamur in bono ad Hebre. i. qui cum sit splēdor glorie et figura substantie eius. Et nota q̄ quidam solum confortantur in vna virtute scz in fide credentes per solā fidez saluari. Cōtra qō Jacobi secūdo. Fides sine operibus mortua est. ¶ Sequitur. Jn omni patientia. Hic ponitur confortatio ad sustinēdū malum pene. Ad cuius ꝑfectionem tria concurrunt. Primo patiētia

vt malum pene scz aduersa sine murmure sustineantur. Et hoc est. In omni patiētia supple sitis confortati. Secundo longanimitas vt diu aduersa tolerent. Et hoc est. Longanimitate. Tercio gaudium quod totum cōsummat z perficit. Et hoc est. Cū gaudio scz sustineatis aduersa Jac.i. Omne gaudium existimate fratres cum in tentationes varias incideritis. Romanorum. v. Sed et glo. in tri. Actuū quinto. Ibant apostoli gaudentes a conspectu consiliū quoniam digni habiti. ꝛc.

¶ Dñica.xxv. de eua. Sermo.cxliii.

QUam sublevasset oculos iesus et vidisset qz multitudo ma. venit ad eū Johan. vi. Nota q quater legimus iesum oculos sublevasse. Primo turbam pasturus vt hic Secundo responsum legisperito daturus Lu.x. Suspicies iesus dixit. Homo quidam. ꝛc. Tercio surdū et mutū sanaturus Marci. vii. Suspiciens Jesus in celū ait. Effeta quod est adaperire. Quarto lazarū suscitaturus vt patet Johan.xi. Attende ergo q hec quattuor habet verbū dei efficere in anima. Primo ens animā pascit: qz cibus eius est. Deutrono. viii. Non in solo pane vivit homo sed in omni verbo qđ procedit de ore dei. Secundo eam docet et respondet eius cogitationib⁹ et q̄stionibus. Prouerbi.i. Parabole Salomonis ꝛc. Sequitur. Ad sciendum sapientiā z disciplinam et ad intelligendū verba prudētie. Tercio animam surdam ad audiendū cum affectu verbum dei et mutā ad loquēdum verba vite facit audire et loqui. Unde predicante Jesa apostoli cum affectu audierunt verbum dei et relictis omnib⁹ secuti sunt eum. Mathei. iiii. Et matrona cepit loqui dicens. Beatus venter qui te portauit et vbera que suristi Lu.xi. Quarto animam mortuam et fetentem in peccatis resuscitat et reducit ad vitam gratie.

Unde loquente petro et predicante compuncti sunt corde et cecidit spūs sanctus super omnes qui audierunt verbū. Actuū x. Ut ergo verbum dei ista quattuor in nobis efficiat scz cibet. doceat. faciat verbū dei audire et loqui. et etiam resuscitet ad vitam gratie oculos ad celum leuantes rogemus. ꝛc. ¶ Cum sublevasset oculos Jesus et vidisset. ꝛc. hoc euangelium bis in anno legit. Primo dominica quarta quadragesime. quia illo tempore illud miraculum legitur fore factum prope paschatus deoz. Secundo dominica vltima ante aduentum. Et hoc propter vltimum verbum euangelij scilicet. Dic est vere propheta q̄ venturus est in mundum. Modo enim instat tempus istius prophete qui venturus erat in mundum. ¶ Duo autem principaliter in hoc euangelio continentur. Primū est ipsius christi virtuosum conuiuiū. Secundum est fructus consecutus et cōuiuio coptosus ibi. Illi homines cum vidissent q̄ fe. si. di. quia hic est vere propheta qui venturus est in mundum. ¶ Primo ergo ponitur christi conuiuium magnum et virtuosum. Ad cuius virtutem et magnificentiam demonstrandam xp̄s oculos sublevauit quasi aliquid valde magnum esset facturus. Et quia secūdum philosophū. iii. rethoricorum contraria iuxta se posita magis elucescunt ideo vt virtus et magnificentia illius conuiuij magis elucescat reducamus ad memoriam quoddam aliud conuiuium magnum huic tamē dissimile valde scilicet conuiuium Balthasar filij Nabugodonosor de quo habetur Danielis quinto vbi dicitur Balthasar rex fecit conuiuium grande optimatibus suis mille. et vnusquisq̄ secundum suam bibebat etatē precepit ergo rex iam temulētus vt afferrentur vasa aures et argentea que asportauerat Nabugodonosor pater eius de templo quod fuit in hierusalem vt in eis biberent rex et optimates eius et vxores eius et concubine eius et bibentes laudabant deos suos aureos et argenteos. In eadē autem hora apparuerunt digiti quasi manus hominis scribentis cōtra candelabrū in superficie parietis aule regie. et rex aspiciebat articulos quasi manus hominis scribentis. Tunc facies regis commutata est et cogitationes eius conturbabant eū: et compages rerum eius soluebantur et genua eius ad seinuicem collidebantur. Et clamauit itaq̄ rex fortiter vt introducerēt magnos caldeos et aruspices. Introductus est etiam Daniel qui scripturam que dicebat mane thetel phares legit et exposuit. Et sicut dixit. eadem nocte euenit ei quia eadē nocte interfectus est et Darius rex medorum in regnū eius susceptus. Uter q̄ ergo et xp̄s et balthasar fecit conuiuii et oculos sublevauit sed tam conuiuium q̄ oculorum leuatio in multis differunt.

B Nota q conuiuiū christi in quinq; differt a conuiuio Balthasar. Primo quia illud conuiuiū fuerat concupiscentie quia in

vasis aureis et optimo vino et multis fercūlis factum fuerit que omnia prouocant concupiscentias Exodi.xxii. Sedet populus manducare z bibere z surrexerunt ludere. Talia sunt conuiuia mundi que ad malum prouocant. Propterea dicit. Eccle siastes. vii. Melius est ire ad domum luctus q̄ ad domum cōuiuij. Sed istud fuit magne sobrietatis et temperantie quia solum fuit ibi panis ordeaceus et pisces et aqua. Talia debent esse conuiuia seruoz deiqz vt dicit Bernard⁹ cibi seruoz dei debent esse olera et legumina et pisciculos paucos si inferantur debent pro summis deliciis computare. Nunc autem nō sic est. Idem. Initium vite hominis panis et aqua et domus protegens turpitudinē. Nunc autem non sufficiunt fructus arborum non genera leguminum non radices herbarum. non pisces maris nō bestie terre. non aues celi. hinc est q̄ queruntur piguia emuntur aromata. nutrunt altilia vnde grauatur stomachus. turbatur sensus. comprimitur intellectus. Inde nec salus nec sanitas sed morbus et mors.

¶ Sēd q illud fuit superabundāter nō enim illud indigentib⁹ fecit sz mille baronibus suis. Talia sunt conuiuia mundi q̄ solis magnis et abundantibus fiunt z nichil continent pietatis et per consequens nec aliquod meritum. Sed illud fuit necessitatis et indigentie quia fecit ipsum pauperibus et alijs qui nō poterāt aliūde habere. Talia dñt esse cōuiuia seruorum dei Luce. iiii. Cum feceris conuiuium nolit vocare amicos tuos nec cognatos tuos nec vicinos diuites sed voca pauperes cecos claudos z beat⁹ eris. ¶ Tercio differunt q istud priuiū fuit prouocantie. nā prouocauit deū ptra balthasar vt deponeret eum propter multa indecētia q̄ ibi fiebant. vñ vidit in pariete scribi sententiam cōtra se Talia sunt vt plurimū cōuiuia mūdi quia frequenter deus iudicat conuiuantes p̄pter multa peccata que committūtur. Sic fuit iudicat⁹ iste Tarquinus q̄ dū esset in cōuiuio os piscis versatū ē in gutture suo et suffocatus interijt. vt in legenda beati Silnestri habet. Sed illud prouocauit homines ad faciēdū xp̄m regē. Uñ voluerūt xp̄m rapere et facere regē. vt post hoc eua gelium patz. Talia sunt priuia seruoz dei q̄ inducunt deū vt ipsos in terra et in celo magnificet. Exēplū de beato gregorio qui quotidie inuitabat pauperes z pegrinos ad mēsā. z vno die vidit iter eos vnū qui modo apparebat iuuenis modo senex qui erat angelus dei. Qui interrogat⁹ ab eo quis esset. respōdit. ego sum ille naufragus cui cuppam argenteam dare fecisti. et et tunc deus sentētiauit q̄ tu eris papa et q̄ omnia que petieris fient tibi eo q̄ nūq̄ aliquem pauperem vacuum abire permittis. ¶ Quarto quia istud fuit conuiuium imperfectionis et desicientie. nam cibaria istius conuiuij non fuerunt perfecta et generauerunt multos malos humores. Talia sunt cibaria conuiuiorum mundi q̄ sunt valde imperfecta. et cum nausea sanent solum corpus generant etiam malos humores in corpore et mala desideria in anima et frequenter faciunt corpus z animā obire. Eccle. xxxvii. propter crapulam multi perierunt. Non enim per benedictionē et orationem sanctificantur nec cum gratiarū actione sumuntur Sed cibaria illius conuiuij fuerunt perfecta quia corpus et animam refecerunt nam cum benedictiōe dei sumpserunt cibum et in timore eius comederunt et ordinate. Unde iussit eos super fenuz sedere. Per fenum intelligitur caro Isa. xl. Omnis caro fenum. Tunc ergo super fenum sedemus quando anima carni dominatur et tunc omnia ordinate procedunt et ideo generauerūt bonos humores id est bona desideria quia anima dum carni dominatur multa bona cogitat z desiderat Talia enim debent esse conuiuia seruorum dei que scilicet cum benedictiōe sumantur in timore dei et ordinate. ita q̄ anima dominetur carni z aures esuriēt verbum dei hic cadit exemplum illius monialis de qua dicit Grego. in dyalogo q̄ absq̄ signo crucis lactucā comedit et statim a dyabolo ē inuasa. Unde in hoc puncto multe reliquie manserunt. id est multa bona exempla que imitari debem⁹ propter qđ iussum est apostolis vt reliquias colligerēt vt de ipsis possent posteri saturari. ¶ Quinto quia illud conuiuium fuit vane apparētie nam fuit factum in palatio regali super tapeta deaurata et tobaleas z vasa aurea et argentea sed istud fuit actum sub dio super terram in monte ad significandum q̄ expectabant aliud conuiuium in celo. Sed isti nichil vlterius expectabāt sed tota eorum spes infra rectum palatij claudebatur Psalmista Oculos suos statuerunt declinare in terram. Hec est ergo differētia conuiuiorum mundi et seruoz dei. quia serui dei de conuiuio transeunt ad conuiuium. Serui vero mundi transeunt de cō

Universidad de Deusto Biblioteca

perat.ipse enim post cecitatem a domino ministerio angelico visum recuperauit. post paupertatem diuitijs habundabat filium et senectutis sue baculum quē mortem esse timebat sanum et incolumen receperat.ideo ipsum ad confessionem laudis pro beneficijs acceptis cum vxore et filijs prouocabat. Thobie Duodecimo benedicite deum celi et coram omnibus viuentibus confitemini illi quia fecit vobiscum misericordiam suam. Tercio est confessio fidei.Luce. Duodecimo. Qui me confessus fuerit coram hominibus confitebor et ego illū corā pre meo Bea.Thomas apostolus de resurrectione domini dubitauit. Sed postmodum confessus est eum coram deo et apostolis suis. et quod ipse dubitauit dominus ad vtilitatem nostram refudit minus enim prestitit maria que cito credidit quā thomas qui diu dubitauit. Illa enim cito credens ne dominum tangeret prohibita fuit.Johannis. Vicesimo. Noli me tangere nondum enim ascendi ad patrē meum.beatus vero thomas post dubitationem cicatrices vulnerū tetigit. et tangendo omne ambiguitatis vulnus de nostris peccatoribus amputauit.res solet cognosci tripliciter in auditu visu.et gustu. sicut vinum cognoscitur tripliciter voce clamatoris.claritate coloris.dulcedine saporis. et ista est cognitio eorum duabus precedentibus extitit.et ideo beati thome vox apostolorum dicentium.vidimus dominum ei nō suffecit nec presentia corporalis domini.sed loco gustus vsus est sensu tactus tanqđ testimonio certiori. Naz ceteri sensus cognoscūt in quadam elongatione.tactus autem et gustus in quadam junctione.et ideo sub maiori certitudine.vnde dominus volēs ad plenū beatum thomaz certificare dixit ei.Joh3.20.Infer digitū tuū huc et vide manus meas.et affer manum tuam et mitte in latus meum et noli esse incredulus sed fidelis.Et sequitur. Respondit thomas et dixit ei dñs meus et deus meus.neqz thomas meritū sue fidei amisit quādo tangendo credidit.tetigit enim humanā naturā exterius. Sed credidit latentē diuinitatem interiꝰ.et propter hoc dixit dñs meus et deus meus.hoc est predictū in psalmo. Nūc cognouit quoniā deus meus es.Dei secundum naturam eterne diuinitatis et diuine eternitatis. Deus scōm naturam assumpte humanitatis.Isaie.9.Parvulus natus est nobis et filius datus est nobis. Sed dicit ea singulariter propter vnicā et singulare personaz in vtraqz natura tam diuinitatis.q̄ humanitatis sic ergo dicit dominus qui me confessus fuerit coram hominibus.Sequitur.confitebor et ego eum coram patre meo.hanc autez erit ista confessio quando pro toleratis tribulatōnibus redderur eis eterna remuneratō.nā si compatimur et cum regnabimus.Quarto est confessio exultatōis p̄ perfectōe eterne refectōis.pś.41.In voce exultatōis et cōfessionis sonus epulātis.hec est confessio de qua alibi dicitur.confessio et magnificētia opus eius.qz ex confessione exultationis tanqđ magnificus laudatur. Unde.Exodi.15.Magnificus in sanctitate terribilis atqz laudabilis et faciēs mirabilia domin⁹ dr magnificus in sanctitate qz est sanct⁹ sanctorū terribilis p punitōez malorū laudabilis p liberationē iustorū faciēs mirabilia ppter magnitudinē retributionis premiorū. Sapiētie decimo reddidit iustis dñs mercedē laborū suorum.et deducet eos in via mirabili. quia mirabiliter unusquisque suos per gratiam in presenti vita.mirabiliter remunerat eos i futura et beata vita. Ad quam nos perducere dignetur. Ihesus christus.

In vigilia natiuitatis domini.

Sermo Primus.

Sanctificamini cras enim faciet dñs mirabilia inter nos Josue.tercio. In verbo proposito notantur duo. Primo enim hortat nos sacra scriptura ad salutarez p̄ patiōez.cū dr sanctificami. Secdo ostendit sue exhortatiōis causaz siue rationē cum subiungit.Cras em faciet dñs &c. Sciendum est q̄ q̄ debemus sanctificari quadrupliciter. primo solicitudine timoris. Secūdo dulcedie deuotōis Tercio feruore desiderij mētis. Quarto magnitudine bone operationis Primo ergo debemus sanctificari solicitudine timoris.2.Chorin.7. Mundemus nos ab omni inquinamento carnis et spūs p̄ficientes sanctificatiōnez in timore dñi sm qđ homo ex duplici portiōe consistit scilicet et corporis sm hoc duplex inquinamentū contrahit hō carnis scilicet et spūs siue mentis. Debemus ēt mūdari ab inquinamento carnis carnalem

Universidad de Deusto
Biblioteca

affectiones repellendo. affectio enim carnalis hostiū claudit spūtui. ne possit itrare ad cognitionem secretorum dei. prio. Chorintheorum secūdo animalis homo non percipit ea que spūs dei sunt. Secundo debemus mundari ab iquinamēto spūtus peccata spūtualia ammonendo. vt possimus omnia iudicare. et a nemine iudicari. primo. Chorintheorū secūdo. spūtualis oia iudicat et a nemine iudicatur hanc sanctificationem debemus perficere solicitudine. Timor enim ē dilgēs ācilla que. sordes ejcit de hospicio cordis. Timor enim domini expellit peccatū. psalmo. Septuagesimo sexto. Et exercitabar et scopebam spūtū meum. In nobis debz precedere vs̄ et exercitū ad hoc q̄ scopa timoris bene possimus mundare hospicium cordis scopa fit de rebus asperis vnde virgis fit ipa mūdicia debz fieri asperitate contritionis ⁊ doloris. secundo debemus sanctificari dulcedie deuotionis. Exodi. Uicesimonono. Mundabis altare cum imolaueris expiatiōis hostiam. vngēs in sanctificatiōez Altare ē cor humanū. psalmo. Octuagesimo tertio. Altaria tua domine virtutum ihū altare debet ee altare holocaustū per macerationem omnis moris brutalis vel sensualis. debet esse altare icēsi per ardorē caritatis. dei esse altare lumīs p̄ cognitōez mandatorū ⁊ psiliorū dei. debz ee in velū non exire in viris religiosis p̄ elongatōez a quersatōe secularī. Debet ee intra cherubi p̄ plenitudinē sapiētie. Debz ee turta ppiciatorum p̄ spem impetratiōis diuine clemētie. matrone infecessiōis bte marie que ppitiatum dr esse. debz etiaz esse turta archam in qua primebatur mana refectionis. hac ei die natalis domini panis viuus nos reficit qui de celo descēdit. Jstū panē hodie virgo beata detulit et porrexit proner. vltimo. Facta ē q̄si nauis institoris de longe portans panē suū. Jlud altare debz vngi ⁊ sanctificari dulcedine deuotionis hanc vnctōez tres marie emerūt vt venientes vngerēt ihm. ita et nos istam vnctionē debemus mendicare ad dulcoratiōnē cordis nostri ab illo vnguētario. de quo dr i Ecclesiastico 38. Unguētarius pigmēta faciet suauitatis. Tercio debem⁹ sāctificari i feruore desideriū mētis. Jheremie. 17. Solū gloriē altitudinis ⁊ principio. locus sāctificatiōis nr̄e expectatio israhel. christus a principio solū glorie altitudis habuit. Jsaie 6. Uidi dominum sedentem super solū excelsum ⁊ elauatum. Jlle ex tempore factus est locus nostre sanctificationis. ipse est q̄ venit plenus gratie et veritatis. de cuius plenitudine nos omnes accepimus gratiam pro gratia. Johānis primo. Jlle ēt fuit expectatio israhel. Justum enim mentis desiderio expectabat. Isaias. 64. capitulo. qui dicebat. vtinam dirrumperes celos et descenderes. Jstum desiderabat ille bonus senex symeon qui dicebat. putas ne durabo hoc feruens desiderius antiquorum patrum exprimit illi clamantes in aduentu. O sapientia. O adonei. O radix iesse. Ipse enim erat legat⁹. Jeremie. 49. legatus ad gentes miss⁹ sum. quādo legat⁹ mittitur ex latere domini pape. solet et totus clerus processionaliter occurrere. et nos q̄ occurramus obuiam saluatori nostro cum solemni processione. occurramus ei cum cruce recordatōis sue sanctissime passiōis. et thuribulo deuote oratiōis cum aqua bñdicta. ideſt fallitudine cōtritionis et doloris p̄ memoria patroni sceleris. cum cereis mundicie interioris ⁊ honeste quersationis occurramus huic deo homini in vinculo gemine caritatis. in cereis seruentibus rubore a nostris. et albis sinceritatis et veritatis. vt de nobis possit dilectus meus candidus ⁊ rubicūdus sicut dicitur. Canticorum. 5. Offeramus ei sicut vero abrahe vnum compunctōis ⁊ panez mutue refectōis. vt nos reficiamur in ipso ⁊ ipe in nobis. cenando cum illo ⁊ ipe nobiscū. Apo. 3. Quarto debem⁹ certificari magnitudie bone operationis. Do. 6. Sūt aūt liberati a peccato. Fut aūt facti dei habetis fructū vestrū in sanctificatōe finem vero vitam eternā. quia a peccato liberatur a seruitute diaboli manum ittitur in seruitutem xp̄i trāsferūr. ⁊ sic de filio ire efficitur filius gratie. differēs illius futuris ꝑpendi potest ex differentia remūrationis. quis ihū vitam etnam. alii supplitium etnum merentur. ⁊ hī mirabile est q̄ diabolus hz̄ suos plurimos xp̄s aūt paucos. Ratio autem huius ꝑt esse. quia diabolus est incātator magn⁹. Jsti magi incātatores illudūt homines vt videantur res esse quod nō est. vt panis lapis vel pis panis sic diabolus suis deceptiōibus facit videri hoibus mala bona et q̄ bona sunt vana. vt cum dicimus scīm apostoli quod oculus non vidit nec auris audiuit nec in cor hois ascēdit. que ꝑparauit deus diligentibus se. Jsta que sunt vera bōa

eterna dicunt homines a demonibus deceptiq̄ illa sunt somnia et inuentiones. ⁊ quod debet teneri id quod videtur. ⁊ contemni id qō non videtur. et sic credunt vera esse vana. Iterum de vanis facimus credi q̄ sunt vera bona. vana bona sunt transitoria. Ecclesiastes. 1. Uanitas vanitatuz et omnia vanitas. Jsta facit diabolus credi veriora ⁊ eterna. vnde Ecclesiastes. 2. Nanne melius est comedere et bibere et letari in bonis suis ⁊c. Sed nos per spūtuz sanctū informari debemus vana temporalia cōtemnere vt adherearmus eternis non considerantibus nobis que videntur sed que non videntur que autem videntur temporalia sunt que autem non videntur eterna. Nos ergo a peccato liberati ⁊ in seruitutez christi translati habebimus fructum nostrum sanctificationem tanq̄ viaticum et in presentis vite sustentamentum. finem vero vitam eternam tanq̄ finale premium. Sic ergo hortatur nos primo ad salutarem preparationem. cu dicit sanctificamini. sequitur. Cras enim faciet dominus inter nos mirabilia. In quo pōit exhortatiōis rationē Sciendu ergo q̄ quattuor mirabilia fecit inter nos dominus primo in singularitate natiuitatis. Secundo in integritate matris. Tertio i magnitudine operationis. Quarto in plenitudine retributionis. primo ergo fecit dominus inter nos mirabile in singularitate natiuitatis. Eccle. 43. Uas admirabile opus excelsi. christus fuit admirabilis in singularitate natiuitatis. ipse enim qui in celo habuit patrem sine matre. in terris habuit matrem sine patre. Illud ēt quod mirabile est in principio erat verbū et verbū erat apud deum. ⁊ deus erat verbum. hoc erat ab initio eternitatis ex tpe verbum caro factum est ⁊ habitauit in nobis Jstud est vas admirabile de quo ecclesiastes. Quasi vas auri solidum. quedam sunt vasa aurea. quedam aurea non sunt. sed de aurata que se habēt in rebus sicut sophiste in sophismatibus. ¶ Cum enim videantur esse aurea sunt vasa litargiria vel auricalcea thaurino felle tincta. Jsti carēt premio sui operis vel negotiatiōis. Nam contractus cum solutione false monete secundum iura nullius momēti reputatur. Sz xp̄s fuit vas auri nō deauratuz Sz op⁹ excelsi. excelsus em̄ dns ⁊ humilia respicit. ⁊ alta a longe cognoscit. Un̄ eius opa sunt corda hūlia. q̄ ab ipo nō sunt remota Sz ei vicinitate ꝑuncta. Un̄ Augu. in libro de pnīa. in rebus visibilibus vt excelsa quoq̄ ꝓtigat in altum erigitur deaur cum sit olim excellentissim⁹ nō elatiōe sz̄ humilitate ꝓtingitur Jste q̄ spūālē fuit opus excelsi qui spūaliter abundāti q̄ tie habuit vñ Luce. 2. inuenietis infantez pānis inuolutum et positum in ꝓsepio. et ibi commendatur a tribus. Primo ab hūilitate status cum dr infantem. Jlle enim q̄ ab eterno fuit creplar totius locutiōis tam mētalis q̄ corpalis. p̄ nobis infans quasi nō fans effici voluit. hmōi exemplo informati multi sapientes eloq̄ntes i claustro sese recluserunt et q̄si infantes silentium fruuerunt. sz̄ ecōtra diabol⁹ salponit in porta qz ibi q̄ nō audebāt loq̄ in seculo volūt ee aduocati i claustro. Scōo describit a pauptate vel vilitate dom⁹ cū dr positum in ꝓsepio. Jlle em̄ q̄ sine pncipio fuit in pallatio celi voluit ꝓsepio cohartari. vñ plures seri imitari exemplar eius in solitudinibus errauerunt in spelūcis ⁊ in tauernis hitationē fecerūt ꝓtra multos religiosos q̄ quāuis in rugūs nutrit fuerint tñ ex quo habuerūt habitum religionis nolunt ordinare de edificandis. palacijs. sequitur pannis inuolutuz ibi describitur a pauptate hab⁹ ille em̄ q̄ a pncipio mundi tanq̄ vestimentum ornat⁹ fuit angelis sanctis p̄ nobis in natiuitate suauoluit inuolui panniculis cōtra multos qui q̄uis pannosi fuerint in seculo tñ mollib⁹ indui volunt in claustro. Scōo fecit mirabilia in integritate mr̄is Eccle. 36. innoua signa immuta mirabilia. In veteri lege i signum ꝓtus virginei virga aarō sicca floruit frōduit et fructū fecit. In natiuitate saluatoris innouatum signum fuit q̄ btā virgo sine virili semie ꝓcepit et pepit. In veteri lege datū fuit signū in rubo ⁊ igne q̄ rub⁹ ardebat ⁊ nō ꝓburebatur. sic btissima virgo ardens caritate nō ꝓbusta fuit libidine. et iō pepit sine dolore In veteri lege datuz fuit signum io vellere gedeōis q̄d sicca area ꝓplutuz fuit qz sicca virili semine roze. s. ꝓpluta fuit in descensu saluatoris de q̄ i. ps̄. 71. Descēdet sicut pluuia in vell⁹. Pluuia ptes velleris nō diuidit sz̄ ꝓstringit. sic saluator descendens intra uterum bte virginis claustra sue ✠ginitatis nō fregit sz̄ potiꝰ solidauit. et eius ✠ginitatem nō minuit sz̄ sacrauit. immuta etiā mirabilis. mirabile fuit etiam in veteri lege q̄ dns. 40. ānis filios israel mānā de celis descēdente nutruit Sz̄ immutatum fuit mirabile q̄n ipe q̄ est panis vitus qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

de celo descendit mandu canti ex eo salu briter vitā eternam ꝓmittit ⁊ tribuit In veteri lege mirabile erat ꝙ ꝑcussi a ꝯpētri bus ad aspectum ꝯpētz erei liberabantur sed immutatum est mirabile. qz ad fidem aspectum ad xꝝm crucifixum ⁊ demoniaci liberantur. ⁊ demones expelluntur. Marci. vlti. In nomine meo demonia ei̇cient ⁊c. Item mirabile fuit in veteri lege ꝙ ex ligno indulcorata est aq̄ amara. Sed hoc mirabile immutatū est in natiuitate ⁊ pas sione. quam passionem ꝓsideras apposto lus nō solum lignum crucis reputat dul corem. Sz etiam gloriam. Galla. vltimo. Michi absit gloriari nisi in cruce dñi nr̄i iesu xꝝi ⁊c. Tertio fuit mirabile in magni tudine operatōis. Job. ix. Qui facit magna ⁊ inscrutabilia ⁊ mirabilia absq; numero Deus fecit magna et inscrutabilia in nati uitate sua sicut dicit beatus. Bern. quia coniuncti sunt simul deus ⁊ homo. fides ⁊ ratio mater et virgo attamen ista non fu it inutilis coniugatio sed vtilis coniun ctio quia humanitas ex coniunctione sui ad diuinitatem non anichilatur sed sustā tificatur. Ratio ex coniunctione sui ad fi dem non deprimitur sed potius eleuatur virgo ex eo ꝙ mater est nō corrumpitur sz potius in virginitate excellētissime ꝓmē datur. Vñ ⁊ virgo virginum esse in laudi bus ecclesie decātatur de magnitudie mi raculoꝝ christi loqui volum⁹. quid mira bili⁹ q̄m mortuos suscitare. cecos illūinare sup mare sicco vestigio ambulare. vētis ⁊ mari iperare. nec conemur ei⁹ mirabilia innumerabilia numerare ne ipsa sub arto eloquio nostro videamur velle ꝯcludere. cū. Johan. vltio dicatur multa ⁊ alia fecit iesus q̄ non sunt scripta. libro hoc que si per singula scriberētur nec ipsum arbitror posse capere mūdum eos qui scribēdi sūt libros. Quarto fecit mirabilia i plenitudi ne retributiōis. Hester. ix. valde admira bilis es dñe ⁊ facies tua plena est gr̄az Mirabilis es dñe in sanctitate quātuz ad bonos terribilis atq; laudabilis q̄tū ad reprobos. et faciens mirabilia quātū ad electos dequib⁹. dr ꝙ respectu ipoz eius facies plena ē gr̄az quod in pluribus di cit. q̄m in corpe et in alia nostra suas gra tias diffundit. ipse em̄ est q̄ quātum ad coz pus reformabit corp⁹ hūilitatis nostre cō figuratū corpori claritatis sue. quātū ad anim̄ exhibebit se amabilē laudabilē vi sibilē q̄si videbim⁹ sicuti ē ꝙ nobz ꝓcedat

¶ In vigilia Natiui. Sermo. i.

Sermo primus.

Belspōdebit mihi cras iustitia mea Gen. xxx. Quoniaz secundum representationez et clesie hodie terminatur aduētus post cu ius terminationem pater misit filium. et missus est a patre. filius ideo in verbo ꝓ posito tria notantur. Primo enim nota tur equitas filij venientis cuz dicitur iu stitia mea Secundo notatur veritas pa tris promittentis cum dicitur respondebit mihi. Tercio breuitas et oportuni tas temporis cum dicitur cras Sciendū est ergo ꝙ xꝝs iustus per expressionem excellentie iustitia vocatur. et hoc comꝑenter secundum naturam diuinaz. qz sicut dicit beat⁹ Bern. diuina natura nō ꝑstat ex ꝓtibus sicut corpus. nec distat af fectibus sicut alia nec subsistat accidēt⁹ vt quodlibet aliud creatum subsistere. fi lius q̄ dr iustitia. triplici rōne ꝑm triplicē descriptionē iustitie. Primo em̄ dr iusti tia ꝓpter rectitudinē voluntatis. iustitia em̄ ē rectitudo volūtaz ꝓpt̄ se fuata. vt dicit apostol⁹ ad Ro. i. Qui cū ognouissēt iustitiaz dei. nō itellexerūt qm̄ q̄ talia vt agūt digni sūt morte. ex hac iustitia dici tur christus rectus. Rectū em̄ est cui⁹ me diū non erit ab extremis. ideo xꝝs vere rectus est. Ihe ei exiuit a patre ꝓ eternā gñationē Eccle. iiii. ego ex ore altissimi ꝓdū. ꝓcessit ꝓ ꝑtrem ꝓ mandatū et implecionē Johā. iiii. me⁹ cibus est vt fa ciam voluntatem eius q̄ misit me. regredi tur ad patrē ꝓ plenū dñū et generale z omniuz rerū subiectionem. Philip. ii. In nole ei⁹ ome genu flectatur celestiū ter restriū ⁊ infernoꝝ. Ihs rectitudini debe mus ꝓformari. Gregorius in moralibus in carne xꝝs appuit vt humanā vitā ei⁹ monendo exempla prebendo accenderet moriendo redimeret resurgendo repara ret. Sed ꝑcatores ab ista rectitudie et obtitant. Cum em̄ a deo ꝓcedāt ꝓcez tionem ꝓ ipm nō ꝓcedunt ꝓ mandatorū ꝓuicationem ⁊ ideo ad ipm nonreuer tūt ꝓ glorie susceptionē. Gen. iiii. Lucis me hodie a facie tua. ⁊ ero vag⁹ ⁊ pfug⁹ super terram. qui ei̇citur a facie alicuius ab eo a quo ei̇citur recedit. qui vagus ē recto tramite non incedit q̄ profugus ē ñ reuertit ad eū a q̄ exiit. Secdo dr iustitia dñe miseratōis. ⁊ h qz fz Au. iustitia ē ei subueniēdo miseris Sap. xii. virt⁹ mali tiū iustitie ē ⁊ ob hoc q̄ omniū dñs ē oi bus te ꝑcere facis te xꝝs ꝓcēdi xꝝs mise

endi venit tempore incarnatiōis i quo vuln⁹ peccato⁹ inter ui⁹ ⁊ Isa. i. vuln⁹ ⁊ li uor et plaga tumēs nō est circūligata nec curata medicamie neq; fota oleo Ibi no tātur tria scōm tria que facit peccatū pec tum enim vulnerat in naturalib⁹. et spo liat in gratuitis siue virtutibus. facit eti am delectari in eo ratio recte dispositā detestatur dicit ergo vulnus q̄ntum ad vulnerationem naturalium liuor q̄ntum ad spoliationem gratuitorum. plaga tu mens quantum ad confitendi delectum. propter quod relinquitur apostema pec cati mira cor humanum. Sap. iiii. disrum pent illos inflatos sine voce Inflatos a po siture peccati sine voce confessionis. disrumpet dominus in die iudicij. cōtra ista tria q̄ facit peccatuz potest alia tria istis rndere. vnde dicit non est circumli gata plaga peccati circunligatur contri tione peccati. Dolor enim et detestatio peccati sunt quasi quidaz circuli quibus ligatur dolum male volūtatis ne ad mo dum musce siuātis effluat sanias illici te voluptatis Item plaga peccati curat medicamine confessionis ps. xxxi. Dixi con fitebor aduersum me iniusticiam meam dño et tu remisisti impietatē ꝑcti mei Ite plaga ꝑcti fouet oleo sacrificatōis Ps. iiii. peccata tua elemosinis redime et in iusti tias tuas misericordijs paupū videns q̄ filios dei tantā magnitudinē infirmitatz ꝑcti ⁊ absentiā medici the q̄ magis pi ciosa fuit infirmitas ad medendum nr̄is vulneribus descendit. Bre. sup Ezechi. vt humanū genꝰ de suo lāguore sanaret ⁊ tūc maz aparuit medici potētia cū lāg uor creuit egroti. Tercio dr xꝝs iusticia ꝓpt̄ ꝓmittudinē debite redēptōis p̄ei antiqs p̄ib⁹ incarnatōez filij ꝓmiserat. filius autē se ipm incarnare dispoſuerat Vñ Exodi tertio. Vidi afflictiōez populi mei q̄ est in egipto ⁊ clamorē eoꝝ audiui et descendi vt liberē eos. ⁊ bene dr ihesꝰ descendere vt mō ꝓpetēti possit nos libe rare Diuinitatē i sua altitudine nō pote ramus ꝓhendere. qz diuinitas in sua al titudine a nobis cōphēdi nō potuit ideo sibi uit se holibus p humanitatē ⁊ q̄si in sa cēte ascēdim⁹. surrexit et leuati sum⁹ sed tus Respondebit michi vbi notat Xitas patris ꝓmittentis. sed qm̄ verbū rnsiōis ꝑcedere dz audit⁹ vocatōis Ideo sciēdū q̄ātiq; pfes vocabāt et inuocabāt aduen tū filij in carnē tripliciter ꝓlo sicut pau res ad bificū impetratōez Nume. vi. inuo cabunt nomen meum super filios israel ⁊ ego benedicā eis. Nomen a notitia dr fi lius autem notificat patrem. Nā ante ad uentum filij in carnē notus i iudea deus sz post eius aduentum i israel magnū no men eius. sequitur et ego bñdicā eis no bis deus pater bñdicit per impensionem bificij. et maxime immissione filij. Gene. xxvii. in rore celi desuper ⁊ pinguedine ter re erit benedictio tua. per rorē qui desu per venit signatur eminentia diuinitatis christi. per pinguedinē que terrā fructifi care facit. signatur fructus hūanitatis. ⁊ In his duob⁹ nr̄a vtilis bñdictio consistit Secundo inuocabant vt captiui ad libe rationē. ꝑs. inuocās inuocasti dñm ⁊ edu xit me de lacu miserie. Zach. ix. tu quoq; in sanguine testamēti tui emisisti vinctus de lacu in quo non erat aqua. hic est san guis quē assūpsit in brā virgie ad nostrā exaltatōez hic ē sāguis quē effudit in pas sione ad nostrā redēptionē. hic ē sāguis quē effudit posi passionē mortu⁹ in cruce ad nr̄az mūdationē cū de latē xꝝi i cruce mortui fluxerūt sāguis et aq̄ unde forma ta ecclasica sacramēta ex q̄bus mūda sūt petōz corda. Aug. fusus ē sāguis medici et sāctū est medicamētū frenetici. tercio inuocabant vt dissimines ad similitudinis. ⁊ conformitatis adeptionē. Canti. viii. Quis michi det te fratrē meū hoc petit sp̄tū ad cōformitatē nature sugentē vbera matrz mee. hoc dicit sp̄tum ad assūptionē infir mitatis nr̄e ex hoc em̄ ꝙ xꝝs nr̄am infir mitatē assūpsit passus est et satisfecit pa ciēdo ꝓ nobis vt iuenia te solū foris hoc dic sp̄tū ad dilincitōez ꝑfectionis em̄ incarna tus est filiꝰ q̄ nō ꝑ et spūssāctus sectur ⁊ deoculer te. vbi petit iocūditatis vicini tatē mutue ⁊ iā nemo me despiciat hic pe tit exaltatiōnē hūane nature sic em̄ ex in carnatiōe xꝝi exaltata est hūana natura. q̄ qz post incarnationē angel⁹ ꝓhibuit ne ab hibus adoraretur. Apo. vltimo. dixit angelus. Johānī q̄ ipsū volebat adorare Vide ne feceris. Conseruus em̄ tu⁹ sū sic ergo facta est ꝓformitas nature ⁊ firmitas xꝝi ad nos ꝓ assūptionē carnis nr̄e. Aug. de xꝝs dñi. Multos filius dei fecit vni cus filius dei. emit sibi fratres effusione sanguinis ꝓpri. ꝓdauit reprobat⁹ redi mit venditꝰ. honorauit iuriatus. suscita uit mortuos. an dubitas ne det sibi bona sua q̄ dedignat⁹ ē suscipe mala tua. Sic q̄ scri ꝑces aduētum xꝝi inuocabāt. ⁊ xꝝs re spondit tripliciter sicut inuocabant ei ꝙ

beneficij impensionem Job. 5. voca ergo si est qui tibi respondeat ad aliquem sanctorum conuertere Vocat homo per fauorem desidery Respondit dominus p impensionem beneficij et hoc precipue quando ad aliquem sanctorum se conuertit. hoc est ad ipsum qui est sanctus scōr Danielis. 9. Cum venerit sanct⁹ sanctorum cessabit vnctio vestra. in aduentu xpi vnctio iudeorum cessauit sed vnctio fidelium incepit Vñde vncto dicti sum⁹ vncti. sicut a xpo xpiani Aug. noie suo vocauit me vt meo tale ei⁹ esse vt ab vncto vnctus et a xpo xpiān⁹. scdo rñdet ois p captiuoz liberationē. Isaie. 38. Dñe viz patior ppt difficultatē malor. respondeo p me qd dicā aut qd respōdebit mihi qz nescio rñdēre pt ppleritatē petrōr fumus ei petrōr circūpleri sūt me et loqt ad modum simplicitatz hois q causā hz cordā iudice q adducit aduocatū q p se possit ppo nere vl et respōdere. Sz dicit peccatrix aia timēs ne p se vl p aliū possit ipetrare. qd dicā ad psuadendū ne respondeaz aut q rñdebit mihi qō michi placeat cuz ipe fecerā idem peccaueriz ex volūtate ppria. Sz sciēdū q nō respondet nobis dñs ppter bonitatē nraz q nulla. ē fz ppter suā q sūma ē. Unde Aug. in meditōibus suis qd ē ihs nisi saluator. Esto q mihi ihs propter temeritēm. noli domine noli sic attendere malū meū vt obliuiscaris bonū tuū. et si ei pmisi. erquo dānare potes. tu nō amisisti vnde saluare tertio respondit dñs p filū icarnatōez. imo cor poris distributōez ad nostrā intimā icorporatōez. Isa. 31. ad vocē clamoz tui statim vt audierit respōdebit tibi dabit vobis dñs panē arctū et aquā breuez panis artus est corp⁹ xpi sub sacramēto q ē panis vitus in scīo. et panis vite in pmo. isti pani ad iungit aq breuis p qua signatur parcitas abstinentie penitētialis q h sacramētū debet pcedere et pmūicari. vñ ante pascha in quo oēs fideles pmūicāt Ecclesia iciunū. 40. dier⁹ instituit Sed cras vbi notat breuitas et oportunitas tpis p hoc q est cras iportatur dies crastina. dies in qua lucet sol. q nō solū habet splēdorē sz etiā caloreē. est lucida p ppatoez ad nocter calida. Ita hic tria notātur cū dr cras. primo em notatur breuitas tpis. Eccli. 10. hodie rex ē et cras morietur qr modico tpe viuit. Habacuch. 2. si morā fecerit expectabo eum quia veniēs veniet et non tardabit. Sz quō pōt simul stare qui dicit morā facere et nō tardabit respondeo moram faciebat xps p cōparationem ad desiderium expectantis Sed non tardabit parando xps ad eternitatē venientis. omne em tps ꝓtūcoz prensum quasi momentum est cōparatū eternitati. Secundo cum dicitur cras notatur illustratio luminis. 2. Para. 20. o habitatores iherusalem nolite timere horrore tenebrarū. cras egrediemini ad eos Cum et luminis beneficium qne est lux vera que illuminat omnē hoiem venientem in hunc mundum. tercium notatur beneficium caloris. cum dicitur cras. i. Regū. 16. cras erit nobis salus cū incaluerit sol tunc sol incaluit cum xps exferuēti amore incarnali voluit et de virgine nasci pro salute hūani gñis. Btūs bernar. xps amicus dulcis consiliarius prudens. adiutor fortis huic securū me credo qui me salua revelit. nouit et possit quā sanitatē et.

¶ In vigilia natiuj. Sermo tercius.

QRas egredieminj Et dñs erit vobiscū. 2. Paralip. 20. In vbo ppositio notā tria. primo em excitat hūana fragilitas cuz dicit Egredieminj. Scdo tangit tps opportunitas cū dr cras. tercio ponitur exitatio vtilitate: cū dr et dñs erit vobiscū. quātum ad primū sciendū. q quadruplex est egressus. debem⁹ em egredi a duobus et ad duo. prio em debemus egredi a tedditate petrōr. puer. 25. Auser rubiginē de argento. et egredietur vas purissimū argentū est cor hūanū. hoc est argentū igne examinatū. hoc est ardore tribulatiōm. argentū p iudiciū vetustatū ptrahit et rubiginē. sic et cor hūanum p malā cōsuetudinē rubigine pcti ptrahit. Ezechie. 24. Vsque labore sudatum est et nō exiuit de ea multa rubigo. hō multū dz laborare vt rubiginem male ꝓsuetudinis a se possit expellere. qz nec pmo ictu cadit quarta nec tota gutta. Sed guttatz frequētia cauatur lapis. Et sciendum q sicut rubigo materialis tripliciter expellitur ita rubigo spūalis tripliciter expellitur. primo aspera ōfricatiōe ptritōis et doloris. Scdo aspersione aquarum cōpunctōis. Tercio inflatiōe ignis spūssancti: ezech. 22. Conflatum in medio eius et inflammātū ei⁹ et rubigo ei⁹ consumatur. Malach. 3. Sedebit ꝓflans et emūdās argentū et purgauit filios leui. sicut offert rubigo de argēto. i. de corde hūano. et tūc egredietur vas purissimuz purum

fertur rubigo de argēto. i. de corde hūano. et tunc egredietur vas purissimum purum in cogitatione purius in locutiōe purissimum in casta et munda conuersatione conuersatio enim munda et immaculata est illa preciosa margarita propter quam comparandam omnia sunt vēdenda. Primi enim et purissimi fructus eius. Prouer. 3. vnde fatui sunt mercatores qui tā preciosam margaritam dant propter brevem et momentaneam delectationem. et uem et momentaneam delectationem. et ista enim negotiatione nō assequuntur nisi fletum et lamentatiōem. Apoca. 18. Nefl flebunt. Secundo debemus egredi a cupiditate terrenorū. Gen. 12. Egredere de terra et de cognatiōe tua et de domo patris tui et veni in terram quam monstrauero tibi. Tria pōit a quibus debemus abstinere vt ad quartum possimus ingredi. primo enim debemus dimittere terram proprie natiuitatis. vnde dicit egredere de tera tua. contra multos qui volunt religionem nisi in sua dioceſi vel in ciuitate. Dicunt eni non ibimus in normaniam. quia ibi bibūt fratres siceram. non ibimus in flandriam vel in ferioza terre. qz bibūt ibi fratres cervisiā. similes viri q nolunt dimittere vinū suū et siculnee q nolunt dimittere dulcedinem suam. Judicū. 9. Talibus in aliquo similis erat beat⁹ thomas apostol⁹ q dicebat. Domine mitte me quo vis preter ōp ad indos. et dñs dās regulam prelatis. q magis debēt seruire subditorū vtilitatiōp voluntati ipm ad indos misit. Scdo debemus egredi de cognatiōe nostra p dimissionē carnaliū affectiōe. Deutro. 33. Qui dixit patri suo et matri sue. nescio vos. et fratribus suis ignoro illos et nescierūt filios suos. hi custodierūt eloquium tuū et pactum tuū seruauerūt. illud pactū ē pmissio stabilitatis in ingressu religiōis. quod multi male custodiūt. vel extorsas lumbas exterius disturbādo. vel si nō pōt extorquere sicut ostiū vertit in cardine sic ipi vertunt de loco ad locum de cellula ad cellulaz. curiose eundo. sic ergo debet egredi de cognatione per loci stabilitatem. Debz etiā egredi de ea per carnalis affectionis. dimissionē. 2tra multos de quibus. Ezechi. 16. In die ortus tui non est precisus vmbilicus tuus. religiōis ingressus est dies in qua religiosus spiritualiter oritur inq die ortus sui vmbilicus carnalis affectionis debet prescindi. in eo per vmbilicū adheret puluis visceribus matris. In quo notatur affectio carnalis. verecūdū ē hōi barbato et iā pfecto adherere visceribus patris vel mris frīs vel sororis. Sed multi sūt vituli mugientes post mres. q adhuc hñt rosirū cum quo lactauerūt. et ideo se ipsos indignos scīetia diuina ostēdūt. Isa. 28. Quē docebit scīetiā. et quē intelligere faciet auditum ablactos a lacte auulsos ab vberib⁹. Tercio debz homo igredi de domo patris sui p dimissionē possessiōis tpalis. Math. 19. Ecce nos reliquim⁹ oīa et secuti sum⁹ te. Nō ē mir. nec est magnū si hō ꝓpter deū oīa reliquit. q sūt oneri. et in offendiculū qz scdz beatum bern. recte relinquimus et nō ad insipientiā tui. quomodo enim illum sequi poterat ornatus qui exultauit vt gygas ad currendam viam. sic ergo a tribus debemus egredi vt ad quartum possimus ingredi. hoc est in terram promissionis. hec est terra religionis q debet deuotare habitatores suos vt nō sit ei causa vocatatis. Non em debent intrare religionē vt ibi se pascant. et bōa ecclesie deuorent Sed debet esse eis materia deuotōis. qz debēt intrare vt ibi moriatur et decedāt. cōtra nīll tos q cum sacerdotibus bellis p occulta hostialia intrāt. et quicquid inuenīūt in templo devorant. Dañ. vltimo. Cū em ēratur ab aliquibus quare volunt intrare ad religionē respōdēt. qz h volunt vt ad frugē melioris vite se trāsferāt. et vt aspe viuāt. et peccata sua defleāt. hec sunt occulta hostilia q falsa sūt atq mendacia qz nō intrant nisi vt habeāt coctū panē suū. qđ aparet p processum tpis. qz nec volunt nisi epulari et gaudere nec volunt aliquid arduum atēptare. nec aliquid difficile sustinere. imo si est clericus est sicut columba seducta nō hīs cor ad meditandum: nec caput ad ie iunādum nec os ad alte cātandum. si est laycus habet brachia cōfracta ad operā duz bene deriserit solet dici de talib⁹ cōpatiamini fratri confracto fratri debilitato. qz de cetero p sanitatē non lucrabitur vnuz panē. Tercio debem⁹ egredi ad cōsiderationes mirabiliū dni nr. Cañ. 3. Egrediemini filie syon. et videte reges salomonem in diademate quo coronauit eaz mater sua in die desponsationis illius q ipse posset exponi de diademate quo coronauit eum mater sua synagoga in passione. tamen sm exigentiam materie exponam⁹ de diademate quo coronauit illuz mater sua bta virgo maria in incarnatōe et nativitate et dicitur natura humana a xpo as

sumpta q adema quasi duo demens scilicet originale peccatum quia fuit virtute spiritus sancti conceptus. et actuale q ista est que peccatum non fecit nec inuentus est dolus in lingua nec ore eius unde beate virgine querenti modum in carnationis. Respondit angelus spiritussanctus superueniet in te et virtus altissimi obumbrabit tibi. obumbrare nichil aliud est ꝙ umbram facere. Umbra fit ex presentis lucis et corporis. Quia ergo lux incorporea in beata virgine corpus assumpsit. ideo in ipsa umbraz fecit. que umbra sibi refrigerium prestitit. hec est umbra alarum dei sub qua debem⁹ sperare. hec est umbra arboris ad ylicez mãbre. sub qua debemus quiescere. hec umbra hedere refrigeriũ prestans fatigato et afflicto. Egrediamur ergo ad cõsideranda tionem mirabilium diuinorum in diademate carnis nostre factorum. Nam videmus q cum rex temporalis debet coronari tam maiores ꝙ minores. tam nobiles ꝙ ignobiles egrediuntur ad videndum. Isa. 60. Tunc videbis et affluens et mirabitur & dilatabitur cor tuum. tunc hoc est tempore incarnationis videbis oculis corporeis eũ qui illis semper fuit inuisibilis. sicut enim sol qui in rota est inuisibilis sub nube videtur sic filius dei qui in natura sua inuisibilis erat. vt a nobis videretur tactus est nostra carne. tunc ergo videbis oculis corporeis. et affluens. i. affluere debes magnitudine deuotionis. Joelis. tercio In die illa stillabunt montes dulcedinez et colles fluẽt lacte. Dies illa est dies dominice natiuitatis in qua montes. idest. eminẽtes scti nobis stillãt qõ hanserũt de dulcedine diuinitatis xpi. Isa. 40. Oẽs gentes ꝙsi stilla situle. situla stillando refudit quod in copia et plenitudine ex fonte bonitatz accepit. sic eminentes sãcti dulcedine de notõis quã in copia et plenitudine ex fõte bonitat⁹ et diuinitatis xpi hauserũt p capacitate nostra nobis stillãdo refudẽt Seq̃tur et colles. idest sancti minores fluent lacte. i. magnitudie dulcedinis deuotionis et cõsideratõe diuinitat⁹ xpi. o domine ihesu sana palatũ interioris cordis ab immũditia culpe et iniquitatis. a felle amaritudinis odii et rancoris ab accepto impatiẽtie et murmurationis vt nobis sapiat et nos afficiat magnitudo tãte dulcedinis. ne cũ sancti lauant pedes suos in butiro piguedis deuotiõis. et petra. i. christus fundit sibi riuos olei. i. gratie multiplicis. anima nostra remaneat arrida. sicut terra sine aqua tibi ne sim⁹ sicut terra sabulosa que susceptione pluuie efficitur magis dura. ne simus sicut tantalus qui in media aqua positus sitiebat Quarto debemus egredi ad refectionem premiorum Eccle. 7. De carcere cathene q interdum quis egreditur ad regnum. carcer est humanum corpus in quo spiritus eius coditur. sine ferro reclusus. cathene sũt infirmitates humane. sicut calor et frig⁹ fames sitis et huiusmodi quibus sancti frucrunt cõstricti Sed ab his cathenis egrediũt si sunt ad perceptionez regni celestis. Luc. 22. Uos estis qui permansistis mecum in tribulatiõibus meis. et ego dispono vobis sicut disposuit michi pater meus regnum vt edatis et bibatis super mensam meam in regno meo istud conuiuium erit eterna refectio. quando verus assuer⁹ faciet prepariri conuiuium per magnificus pro coniunctiõe et nuptijs hester hoc erit in fine mundi quando veniẽt nuptie agni Apo. 19. solent homines ad nuptias inuitati parcere ventri vt cum maiori auiditate possint refici. sic et nos fratres carissimi qui ad veras nuptias sumus inuitati. parcamus ventri. nec curemus de ventre vt famelici et ieiuni vt cum sapore clarioris maioriocunditate et auiditate ista delicata refectiõe possimus impleri. sic ergo excitatur hũana fragilitas. cum dr egredimini sequitur. Cras vbi tangitur temporis oportunitas. Sciendum est ergo q crastina dies est dies ostensiõis. dies ostentionis dies inflãmatiõis. dies refectõis siue retributionis. Primo dico est dies ostensionis. Exodi. 8. Ponam diuisionem inter populũ meum et populum tuum. eras erit signũ istud. popul⁹ xpi est popul⁹ xpianus sic a xpo noiatus⁹. vñ Aug. nole suoveare me vt memoriale suũ essz apud me. vt ab vncto essz vnct⁹ et a xpo christian⁹ Diuisio est inter populum xpi et populũ pharaonis. i. diaboli. et est diuisio p opposita. quia iste. pi⁹ ille impius. iste fidelis ille infidelis. Teneam⁹ q̃ nos in alia gre diuisionis i qua xpo nos posuit. ne dimittendo positũ et cõcedendo oppositũ ꝙdatur nobis eternũ simpliciũ Opus em̃ hic respondẽtis est seruare positũ. Em̃ modũ et nichil ꝙcedere repugnans posito. xpus em̃ seruans positũ pietatis et fidei de cõclusiõe mala educit. Isa. 42. Vedi tu le cose populi in lucez gentiũ vt aperies oculos cecoz et educeres de conclusione vinctum. de domo carceris sedentes in tenebris Christ⁹ etiam deserentes positionẽ ad conclusionem malam deducit. Ezechi. 9. Quia repleta est terra sanguinibus igitur meus non percet oculus neq misebor. Et hac conclusione turbatio superueniet turbationem. quando videntes faciem turbati et irati iudicis turbabuntur timore horribili. quando dicent montibus et petris cadite super nos et abscondite nos a facie sedentis super thronum sequitur. Cras erit signum istud. Crastina dies est signationis et ostensionis solent reges principes cartis suis dare interdum signa quibus ab amicis honorẽtur et ab inimicis liberẽtur. Istud signũ est signum incarnationis. Isa. 7. propt hoc dabit dominus ipse nobis signum. Ecce virgo concipiet et pariet filium et vocabitur nomen eius emanuel. signũ incarnationis sic honorantur amici xpi q quidam sunt super angelos et archangeles sublimati. ne se permittunt ab hominibus adorari sic enim honorabitur quẽcũq; rex voluerit honorare. Hester. 6. Inter signa et icarnatiõis liberam̃ ab inimicis. Ille ei littere sũt cõduct⁹ nri. Ezechi. 9. Sup quẽ videritis thau ne occidatis illũ. Sedo dies crastina ẽ dies oratiõnis. Exo. 8. Egress⁹ a te orabo dñz. et recedat musca a pharaone et a populo tuo seruis eius cras. Per muscã signatur peccatũ. Sz sciendũ q̃ quedam musce sunt volatiles quedã sunt morẽtes. i. mortẽ inducẽtes Nam sunt peccata leuia et ventalia q̃ expelluntur faciliter. sicut p oratõez dñicaz p q̃ dicte aspiõez. p pectoris tonsiõz sic musce faciliter eiciunt de vase p ipi⁹ concussionẽ. iste musce suauitatis odorez non pẽnt. Sed musce morientes pdũt suauitatẽ vnguẽti. Eccle. ab his tam muscis liberam̃ suffragio oratiõis. et merito xpi sed potest queri q̃re magz die crastina q̃ alia auferũt a nobis musce peccatorũ p suffragia orationũ. Ad hoc est respõsio q̃ nos videmus q̃ in fauorez nobilitat⁹ militaris cõcedit nobis militib⁹ q̃ ipsi possunt hominẽ mortz adiudicatũ de patibulo eripẽ et libertati et securitati reddere. et q̃m christ⁹ cuius tota vita militia super terrã exitit. hac die nouitatẽ militaris nobilitatis assumpsit. hac ei die ds pater ipm gladio nostre nature accinxit. i qua amicos suos ab inimicis defẽdit. et aereas potestates deiecit. Hic est gladius

quem vidit. Jo. in apo. acutũ ex vtraq; parte. Apoca. i. quia christus assumpsit humanam naturam ad defensionem amicorum et deiectionẽ inimicorum. Hic est gladius potentie et defensionis nostre. psal. Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime hac etiaz die deus pater cartã humane penalitatis calciauit vt ei⁹ exemplo informanti carnem nostram cuz vitiis et concupiscentijs nostris crucifigamus. et cum balaam asinam nostrã. i. corpus nostrum calcaribus asperitate penitentialis vigeamus. hac etiam die deus pater dedit et colaphum institutionis militaris. quando mandato et operatiõe ipsius carnem assumpsit. i qua sputa opprobria colaphos et flagella et mortẽ in sinuit. non q̃cunq; sed mortem carnis et crucis. non est ergo mirum si in hac die in qua miles noster ds nouo est insignitus in omnibus pro sua reuerẽtia exauditur, et ab ipso a vinculis culpe et a patibulo ichanne liberamur. Tercio die crastina est dies inflammationis. i. Regũ. ii. cras erit vobis salus cum incaluerit. sed vere sol iusticie xps est deus noster. q̃ quasi nobis refrigiuit q̃n a nostro emisperio propt peccatum primi hois recessit. nec mirũ q̃ primus homo quando contra preceptum edum veritũ comedit tunc aliquid terre nũ inter se et verũ solẽ opposuit Et tõ passus est eclipsim sed tpe incarnationis iste sol nobis incaluit quia egrediens de intemerate virginis vtero in nostro emisperio apparuit. Eccle. vj Tripliciter sol exurens mõtes radios gne oe et suffias et refulgens in se. sol exurit mõtes oẽm rubiginẽ culpe ãmouẽdo radios igneos exsufflat mentẽ interius inflammãdo et resplendet pedes nros in viã pacis exterius dirigendo. Ad calorẽ q̃ huius solis fres carissimi nõ remaneam⁹ frigidi nec gelicidio pcti cõgelati. Sz sicut fluit cera a facie ignis sic ipi⁹ inflãmatõe pereãt peccatores. i. pcta i nobis pcõzibus Quarto dies hec ẽ dies retributõis. geñ. 30. rñdebit mihi cras iusticia mea q̃s placitũ tuo aduenerit coram te. Sz ds me⁹ iusticia mea cum tam parũ sit edocta parũ exercitata Quõ poteris rñdere foꝛe possz de aliq̃ leui sophismate. i. ꝺ aliqua exteriori operatõe et h nõdũ plene nec pfctẽ. sz q̃ baltheo confidẽdo iutere sz ds subtilib⁹ q̃sitoib⁹ istioꝝ affectõnũ et meditationũ. de opibus pfectõis et excellẽtie q̃uis ad ea tenemur ex pfessiõe nõ video q̃nõ posset respõdere.

Universidad de Deusto Biblioteca

mo respondendo nō auderet caputiū amouere. Sz dicere oēs eēm iusticie nre q̄si pānus menstruate. Isa. 74. sz dicē possumus⁹ sicut xp̄s ē spes expectātiū. fortitudo patiētū. ita ⁊ iusticia laboratiū. vñ sicut solz dicī ō aliq̄ q̄ nō ē multū litterat⁹ cū bñ respōdet ō aliq̄ q̄stiōe q⁹ ipe lo q̄t p os sp̄s scti. sic ꝑt bñ respōdē iusticia nr̄a sub ornatu edocta iusticie xp̄i. vnde subdit bñ placuit tp̄us aduenerit cotā te isiud tp̄us ē tp̄us beneplaciti. tēp⁹ plenitudinis i quo misit ds filiū suū vt adoptionē filioꝝ reciperem⁹. ⁊ sic dñs nobiscū et nos cū illo. tāq̄ frēs et ꝓparticipes eē ne hereditatis essem⁹. Nā si filij ⁊ heredes heredes qdā dei coheredes autē xp̄i cui⁹ hereditatis nos ꝓticipes efficere dignetur. iesus christ⁹ fili⁹ dei q̄ cū pfē ⁊c.

In vigilia natiuita. Sermo. 4.

ORietur nobis timentibus nomen tuum sol iusticie. Walacha. vltimo. N atiuitas saluatoris veneranda solēnitas caritatez nostram compellit. cum paupcula vidua duo era minuta nō hodie ꝓponere ⁊ offerre q̄ eadē natiuitas nō ds mouere vt ea in cordib⁹ nobis tanq̄ i gazophilatiū dominicū possit⁹ reponere ⁊ seruare hec autē duo era minuta dicuntur duo que i verbo ꝓposito notāt. Ista autē duo era non dicuntur minuta in se cū sint maxia preciositate materie. sed pcussoꝝ nūmismatis siue nūmularij iertiat in eruditōe Dño enim in verbo ꝓposito notatur natscētis dignitas. cū ds sol iusticie Secūdo natiuitatis vtilitas. cū ds oriet nobis timentib⁹ nomē meū. Sciēdū q̄ xp̄s ds esse sol intelligentie q̄ntū ad eruditōez i doctoꝝ. Sap̄. 5. Erraum⁹ a via veritat⁹ ⁊ iusticie lumē nō lux nobis ⁊ sol intelligētie nō est ortus nobis. Sciēdū q̄ mali dicunt se non tam errasse in via pedū quā in via montū. Nam duplex est via mandatoꝝ scz ⁊ consiliorꝝ. Proverbio. 4. viā saplē mōstrabo tibi. Quātū ad viā ꝓsiliorū ⁊ ducā te p semitas eqtat⁹. q̄tū ad viā mādatoꝝ tuoꝝ. errāt mali seculares iusti tutōnū legalū trāsgressores tanq̄ istrata publica in via cōsiliorꝝ errāt mali religiosi institutionū rēgulariū trāsgressores tāq̄. in via minus ꝓsueta. Ille q̄ errat in via ꝓsueta nō multū debet vt videtur error suus imputari ei. sed certe frēs nō sic est q⁹ viator inueniēs semp̄ hoiez a quo possit viā petere. si cōtemnit ab ipo rēqrere timo si designetur dirigentez audire si erret error ei / non tam imputatur negligentie q̄ malicie. Luce. 16. habent mosez et prophetas audiant illos. Sed iam moises nō auditur in seditione chore. iaz prophetis nō creditur in offensione vie. Sequitur iusticie lumen non luxit nobis et sol intelligentie non est ortus nobis. Sed quid dicunt ipsi q̄ Math. 5. dicitur Solem suū facit oriri super bonos ⁊ malos. ⁊ certe si sol intelligentie non oriatur eis non est ex defectu luminis. Sz ex malicia pcōris. Quidam enī procurant cecitatē ipsim inter se et verum solem. per interpositionem terrenorum. sicut cupidi et auari. Quam excecāt seipsos sicut vrsus pelle calida carnalis concupiscentie. vt luxuriosi et immundum. Quidam autem claudunt hostia et fenestras cordis sui ne verus sol ingrediatur. sicut murmuratores inobedientes et querulosi. Job. 21. Qui dicunt deo recede a nobis et scientiā viaruum tuarum nolumus. 2. Isa. 65. Ille fumus erunt i furore ignis ardens tota die Secundo est sol tercie ad consolationem afflictorum. Eccle. 11. dulce lumen et delectabile oculis videre solem. lumen christus est de quo dicitur. Lumen ad revelationem gentium. Luce. 2. istud lumen est dulce Est enim mel in ore. melos in aure. tubilus in corde. Canti. 2. sub vmbra illius que desideraueram sedi ⁊ fructus eī⁹ dulcis gutturi meo Umbra prestat nobis refrigerium contra ardorem solis sic beata virgo prestat nobis refrigerium contra ardorem peccati. sub vmbra illius debemus sedere et in vmbra alarum eī⁹ debemus sperare. fructus huius. i. christus debet esse dulcis nostro gutturi. vñ beata arbor que fructuz talē portauit. Luc. Benedicta tu in mulieribus et benedict⁹ fructus ventris tui. diuinus huius mādi solent fructus in fine pranū monstrari ad condimentum oris. sic omnes asperitates penitentie isto fructu debem⁹ condire. sicut apostoli faciebāt. Actuum. 4. Ibant apostoli gaudentes a conspectu cōsilij quoniam digni habiti sūt pro nomine iesu contumeliam pati. religiosi qui asperitatem religiosis sine ullo condimento in se tractant et sibi incoꝝ āt similes sunt caro que commedit piscem suum sine salso et condimento aliquo Sequitur Delectabile oculis videre sol ez qualibet potentionalitē delectatur i affectione sui finis et ostensione proprij obiecti. Sz talis

rationalis facta est vt deum intelligeret intelligendo amaret. amando possideret possidēdo frueretur. Ecce quō p aliquos gradus a visione ad iocundā fruitionem peruenitur. quia vbi non est vsio non pōt esse iocunda fruitio. Tho. 5. Quale gaudium michi erit qui in tenebris sedeo. et lumen celi video. vos videtis illos cecos pauperes sedentes super calciatas et ante ecclesias clamantes benefacite nobis qz maltū est pauper qui nō videt. Certe sūma paupertas sūma miseria erit malis q̄ tolientur impij ne vident gloriam dei et mittentur in tenebras exteriores: ibi erunt detrusi et demersi. Tercio est xp̄s sol iusticie ad punitionē pcōr. Isa. 13. ob tenebratus est sol. in ortu suo. et luna nō splendebit in lumie suo. ⁊ visitabo super orbis mala et contra impios iniquitatez eoꝝ veri solis dei p̄ntia obtenebrari dicitur sol materialis nō. re. sed cōparatione sicut ad irradiationem solis obtenebrat lumen cādele. Unde vulgo solet dici. venit pulcrū super pulcrū et amittit pulcrū pulcritudinē suā ⁊ q̄ iste sol sit sol iusticie ad punitionē pcōr ostenditur cū subdit visitabo sup orbē ⁊c. et tāgit duo genera hoim subditoꝝ scz et prelatoꝝ. visitatores religionū solent frequenter pcā subditoꝝ grauiter punire et maioribus pce re vñ offenditur aliquis simplex claustralis. aliquis conuersis arguitur verberat intra metas claustri reducit vt comedat super. genua sua ad terram ꝓsternitur. p latus vero excusat reuelatur et culpa eī⁹ annulatur. Sed sic non erit in visione discreti iudicis Isaie. 40. Ab ortu solis vocauit nomen meū et adducet magistratus quasi lutum et velut plastes ꝓculcans humum. Ut illi qui fuerūt sicut pileus vel alpuca sup capita subiectoꝝ fiant sicut pedales et sicut lutum sub pedibus eorum. Mala. vlti. Calcabitis impios cum fuerit eis cinis sub planta pedum vestrorum et hoc fit nō tā ex volubilitate rote nature q̄ ex moderamine ꝓordinationis diuine. vt qui iniuste agendo floruerūt in sublimitate. iuste patiendo arescant in vilitate et delectione. Quarto xp̄s est sol bonitatis abundantissime ad remuneratonē bonoꝝ. Deutro. 33. Det tibi deus bñdictionē de pomis fructuum solis ac lune de vtice mōtū ātiquoꝝ de pomis collīū eternoꝝ. In ista auctoritate tria notātur que nobis a vero iusticie sole tribuūt. primū est sanctitas conuersationis. cū dicit tibi deus de pomis fructuū solis. sol est causa gñationis animantiū. Sit etiaz causa ꝓductionis terre nascentiū. sic verus sol est cā ꝓductionis pomoꝝ: in pomis notatur sāctitas cōuersationis. Job 9. Dies mei ꝑāsierūt quasi naues poma portantes. Naues poma portantes possē reliquerūt suauitatē odoris sic vita boni viri ⁊ marie religiosi odorē bone fame post se debet relinquere ex sanctitate cōuersationis. Eccle. 24. Sicut cinamomū et balsamū aromatisans odorē dedi quasi murra electa dedi suauitatē odoris. Sz dies maloꝝ non transierunt quasi naues poma portātes. quia post se non reliquūt odoris suauitatē vt suauitatiz odorē. Sz q̄si naues finū portātes qz p⁹ se reliq̄rūt fetorem. Sequitur de vertice montiū antiquoꝝ. In quo notatur sublimitas cōtēplationis. montes antiq̄ sūt sci et āgeli verte, mōtiū ē sublimitas contēplatiōis Isa. 2. Erit i nouissimis dieb⁹ mōs dñi ꝑparat⁹ i vtice mōtiū et eleuabit⁹ sr̄ colles et fluent ad illū gentes illū et ppli multi et dicent venite ascēdam⁹ ad mōtē dñi. Inter hui⁹ mōtis ē eminētia ꝓplatiōis ad quē dñt se mutuo exhortari dñt ascendere cubiculū ꝓprij cordis vt isti cōtēplent in quo ꝑficiūt i quo deficiunt. dñt ēt ascēdere secretariū deuotelorōis vt ibi ꝓplētur qd deo debeāt ꝓponē. qd sibi ab ipo fieri volūt vel deposcūt. Dñt etiā ascēdē celsitudinē celi. vt ibi cōtēplēt mercedē suā ꝑpt quā deo seruiūt ꝓpter quā on⁹ religiōis assūpserūt. hmōi ascēsiōes cōcerat ille de quo dr. ps⁹ 83. Ascensiones in corde suo disposuit in valle lacrimaꝝ. ad celsitudinē ꝓplatiōis pl⁹ ꝑficim⁹ suspiriis q̄s arguimēt. plus lacrimis q̄s ꝑbatōnib⁹ acerrimis pl⁹ mēte ꝓtrita ⁊ humiliata q̄ rōne eleuata. sequit. de pomis colliuz eternoꝝ vbi notat tercū. s. iocūditas fructōnis. colles eīm sunt sci ⁊ āgeli i eternitate iocūditatū i iocūditate eternitatis collocati. Iste dat dñs de pomis suis. i. de fructib⁹ iocūde fruitōis C. 7. Dis poma noua ⁊ veta suaui tibi dilecte mi. pomaveta ꝑñt dicit ille delectatiōes quas hñt alie sācte i suauitate ⁊ dulcedine deitatis. vñ deus p⁹ fim deitatē vocatus est ātiqu⁹ dier. Dan. 7. antiqu⁹ dier. sedit. Nouꝰ poma ꝑñt dicit ille delectationes quas hñt alie sancte in cōtēplatione humanitatis xp̄i. nouū eīm creauit de⁹ sup terrā q̄n mulier virum circundedit. propter ista duo dicit Canti. 4. Mel et lac sub lingua tua. mel

Duo erūt in agro vn⁹ assumetur. et vnus relinquetur Mathei. xxiij. Jn verbo proposito duo notantur. Primo notatur actionis libertas ḡntum ad promerētes cum dicitur. duo in agro. Secundo retributionis diuersitas quantum ad recipientes cum dicitur vnus assumetur alius relinquetur Quantum ad primum sciendū q̄ est quadruplex ager. primo enim ager terrene possessionis. secundo ager interne discussionis vel exarationis. tercio ager ecclesiastice ꝓmunionis. Quarto est ager eterne felicitatis vel refectiōis. Primo est ergo ager terene possessiōis Genesis. iij. Dixit cain ad abel fratrem suum Egrediamur foras. Cūq̄ essent i agro cōsurrexit cayn aduersus abel fratrem suū Tūc hō foras egreditur quando negligecta recogitatiōe dei et ꝓsideratiōe sui circa exteriora et terrena arti⁹ et cupidi⁹ occupatur p̄s. Renuit cōsolari aia mea. memor fui et delectatus sum exercitat⁹ sum et defecit spiritus meus. q̄ sic p̄t exponi renuit ꝓsolari anima mea. Jn istis trāsitorijs et terrenis. memor fui dei p recordationem mei creatoris. et delectatus sū in dulcedine mei redemptoris. Exercitatus sum in exaratione vel discussione mei cordis. et deficit spūs hoc est voluntas mea q̄ voluit in istis iferioribus occupari. Sciēdum est q̄ abel quādiu fuit in domo fuit secutus quādo aūt exiuit foras in agrū a fratre suo cayn est occisus. sic multi religiosi quandiu sunt in claustro quasi in castro munito securi sūt. si q̄n ad exteriora exeūt piculis se ꝓmittūt et mortaliter peccātes in iteritū vadūt. i. Re. xxi. si morcuus fuerit in agro comedent eum volucres celi in agro morit̄ q̄ exterioribus occupatus in culpā labitur. et talis q̄nq̄ ab infernalibus volucribus laceratur. Deu. xxxiij Deuorabūt eos aues morsu amarissimo. Sciendū est q̄ abel a fratre suo

cayn vt exiret in agrū est sollicitatus. et ideo in maiori sua innocentia est occisus Sed econtrario multi claustrales ꝓlatos suos sollicitant quō officia et occupationes exteriores ac ifrant. et ideo nō sunt tā excusabiles quādo peccāt. Isaie. xxxviij. Quid dicā aut q̄d respondebit michi: cū ipse fecerim. quid dicā in die iudicij me ipsum excusando aut q̄d respondebit michi dñs excusationē meā friuolā refellendo. cū ipse fecerim enagationez totis viribus ꝓcurando. Secūdo est ager interne discussionis vel exactionis. Pro. xxiiij. prepara foris opus tuū et diligenter exerce agrū tuū: et postea edifices domuz. Et hic tria tangunk que ad complementum requirūtur. Primo eñ requritur melioris boni cūceptio. cum dicitur prepara foris opus tuum. Secūdo notatur interni cordis exercitatio cū dicitur. et diligēter exerce agrū tuū. tercio notat interne habitatiōis assecutio cū dicit postea edifices domū tuā. Dicit ergo ꝓpara foris op⁹ tuum. opus nostrū foris preparamus quando executionē melioris boni mēte concepim⁹ omnis apparatus exterior ab interiori ꝓceditur. A facie dñi concipimus quando intuitu faciei districti iudicis et cōsideratiōe perpetrati sceleris timem⁹ tūc aūt quasi pturum⁹ tū ex magnitudine iniquitatis et offensa diuine maiestatis aliq̄ paruū opus fructuosum et laudabile p̄ducimus. Pro vl. Date illi de fructu operationū manuū suarū. et laudet eū in portis opera ei⁹. sic ergo p̄mo dz esse melioris boni cōceptio. Secūdo debet esse interni cordis exaratio q̄ notat cū dicitur. Exerce agr⁹ tuū diligent. ager est cor humanū q̄ q̄n diligenter exercetur herbam oportunā producet illis a quib⁹ colitur. et sic benedictionē a deo consequit. quando aūt negligitur spinis et tribulis repletur. Pro. xxiiij. Per agrū hois pigri transiui et per vineā viri stulti: et ecce totum repleuerant vrtice. operuerāt superficiē eius spine. iste spinee et isti tribuli debent sarculo cōtritionis amputari et vehiculo cōfessionis extra agrū cōsciētie deportari. viri et mulieres pauperes amputant in agro alieno spinas et tribulos pro modica pecunia consequenda: et ideo mi tū mirabile et reprehensibile est q̄ nō amputant in corde ꝓprio spinas et tribulos viciox̄ p̄ vita eterna obtinēda. Jere. iiij nouate vobis nouale et nolite serere sup spinas: tunc nouale nobis nouamus quā do vetus fermētū malicie et nequitie expellimus vt in azimis sinceritatis et veritatis epulemur. et tunc sup spinas nō seremus: sed super terrā fertilē: ex qua fructuz centesimū referemus. Gen. xxvj. Seuit ysaac in terra illa. et inuenit in ipso anno centuplum: sic ergo deberet esse in bono viro interni cordis exaratio quod notatur cum dicitur. diligenter exerce agrū tuum. Tercio notatur ibi interne habitationis edificatio. Cū dicit postea edifica domū tuā. Amos. ix. Qui edificat ascensionē suā in celo et fasciculum sup terram fundauit. illi q̄ fundant sup terrā fasciculū mirre. i. amaritudinis et deplorationis viciorum illi edificant in celis ascensionē suā ad comprehensionē gaudiorum. ps. Ascēsiones in corde suo disposuit in valle lachrymaruz in loco q̄m posuit. Nā per deplorationē peccator̄ peruenitur ad cō solationem gaudiorum. Tercio est ager ecclesiastice cōmunionis Leui. xxv. Agrū nō seres diuerso semine. ager est ecclesia Luc. xij. Hominis diuitis ager vberes attulit fruct⁹ homo dives est christus qui dives est: quia plenus gratijs v̄rtutib⁹ et omnibus bonis celestib⁹. ꝛc. Luce vij Semen est verbū dei. isto solo semine seminari debet ager ecclesie nec diuisū nec cōtrarium semen proijciunt. Mat. xiij. homo quidam seminauit bonū semē in agro suo: cū aūt dormirent homines. venit inimicus eius et superseminauit zizaniā. per semen bonum intelligitur predicatio veritatis: per zizaniam intelligitur peruersitas et corruptio heretice prauitatis que in agro ecclesie dei non recipi debet. nec etiaz tollerari. Ego video q̄ in ciuitatib⁹ et castris inueniūtur medici ad expulsionem infirmitatum et promotionem sanitatum. in aeris inueniūtur ventilatores ad euentillationem palearum et cōgregationem granoz̄. In ortis inueniuntur ortolani ad eradicationē herbarū malarū et plantatione bonarū. sic in ecclesia debet esse doctores ad destructionem errorum et defensionem fidei: et morum bonorum propter hoc beatus Mathias hodie constitutus est in ecclesia christi: vt destruenda destrueret. et plantanda plātaret. Jere. i. Constitui te sup gentes: et superregna vt euellas et destruas et disperdas et dissipes. hoc dicitur quātuz ad destructionē viciox̄. edifices et plantes. hoc dicitur quātū ad promotionē fidei et mor̄. Quarto est ager eterne felicitatis et refectionis Mat. xiij. Simile est regnum celorum thesauro abscondito in agro quē qui inuenit hō abscondit et p̄ gaudio illi⁹ vadit et vēdit oīa q̄ hz et emit agrū illū. ager sicut dictū ē est fertilitas etne refectiōis. thesaurus est anime felicis iste thesaur⁹ est absc̄dit⁹ sub velāine et enigmate fidei Ad istū thesaurum inuenientemus quādo ex fide pure veritati p̄ se et super omnis cō tentus ipsum agrum eminus quando nobis vitam beatam bonis operibus vēdicamus ꝓ. vl. Considerauit agrum et emit illum agrum beatus mathias cū ceteris apostolis emit quādo propter xp̄m oīa reliquit Math. xix. Ecce nos reliquimus omnia et secuti sumus te si qui reliquerit omnia sequentur xp̄m accipiunt et vitaz eternam consequuntur Mathi. xix. Centuplum accipiet et vitam eternam possidebit sic ergo primo notatur actionis libertas quantum ad pro merentes cum dicitur duo in agro. Secūdo notatur retributionis diuersitas quantum ad recipiētes cum dicitur vnus assumetur et alter relinquetur Assumptus ad apostolatū est beatus mathias relictus et repulsus est prenarcator iudas et proditor relictū ergo iudā nos similiter relinquamus. et assūptum beatū mathiā nos pīter assumamus et de ipso sermonē sicut cepimus prosequamur Sciendum est ergo q̄ beatus mathias et ceteri apostoli ad quattuor domino fuerunt assumpti Primo ad implerionem mādatorum Secundo ad contēplationem diuinorum Tercio ad gubernationez subditorum Quarto ad apprehēsionē eterno rēplo q̄ assūpti fuerūt apostoli ad implerionē mādator̄ Eccle. xxxi. Propter māda, ti assūme pauperē. Dñs cōgregationē discipulorū assūpsit ad obseruātiā et implerionem mādatorum suor̄ ex q̄b⁹ obtinetur declinatio viciorum sicut enim triaca odit venenū sic mādatum domini detestatur peccatum ps. A mandatis tuis intellexi propterea odiui omnem viam iniquitatis tales pauperes obseruates mandata dei ꝓs in societatem suā elegit Ja. ii. nōne dñs elegit pauperes in hoc mūdo diuites fide et heredes regni q̄ repromisit diligētib⁹ se dñs elegit pauperes paupate spūs hūilitatis diuites in fide id est in cognitione p̄me et incōmutabilis veritatis here des regni sibi re p̄missi. i. hereditatē eterne p̄misse electis talis paup fuit beatus mathias vñ potuit dicere illō ps. Egen⁹ et pauper sum ego. dñs aūt sollicitus est michi. Quando eni egenus sensu pauper spū dñs sollicitatur de eius pfectu. Secūdo eligit dñs apostolos ad cōtēplationē diuinorum Ezechiel. xlij. spiritus leuauit me et assumpsit me. et abij amarus in indignatione spūs mei. manus enim domini erat mecum confortans me. homo a spiritusancto leuatur quādo occupationē seculi ad cōsiderationē sui subleuatur. Tercio totum. xlij. Sedebit solitarius et tacebit quia leuauit se super se Quando enim homo est in istis inferiorib⁹ occupatus nec in se nec sup se cōsistit. sed est infra constitutus. et ideo est a semetipso resolutus. et ideo prophetа quando a tumultu mundi ad cōsiderationem se eleuauit scīēs hoc esse a spiritu sancto dixit. Spūssanctus leuauit me. sed q̄ q̄n hō a tumultu mundi ad cōsiderationē sui leuat facilius sapiaz apphēdit et ab ipa apphēditur. ō subtilit et assumpsit me fit eñ q̄dā mīmonū iocūdū it sapiaz et aiaz rēctā q̄ requrit vtriusq̄ liberā et cōsentaneā volūtatē audi sapiētez quō desiderabat mīmonū ꝓhere cū sapia cognita ei⁹ pulchritudie. vtilitate Sap. viij. Hāc amaui et exq̄siui eā a iuuētute mea et q̄siui spōsa michi eā assūmere et amator fact⁹ sum forme illius mō vides cōsensū ex parte sapientis vide consensuz sapientie consensum illius preuenientis Sap. vi. Preoccupat qui se concupiscent vt illius se prior ostendat hoc dicitur de sapientia sic enim lux solis precedit aspectū oculi ꝛc. Modo vide ordinē homo primo a tumultu seculi abstrhitur et ad considerationem sui leuatur sapiaz sibi assumit et ab ipa assūitur et postmodum incipiunt ei amara esse terrena et dulcia eē et sapere eterna et hoc est q̄ subdit i auctoritate p̄missa cum dicitur et ab amarus in indignatione spiritus mei. manus enim ꝛc. hoc significatum est per liberum quē dedit angelus iohanni euangeliste Apoc. x. Accepi librū de manu angeli. et deuorauī illum et erit in ore meo tanq̄ mel dulce et cum deuorassez eum amaricatus est venter meus. ista enī duo sese concomitant. terrene dilectionis amaritudo. et superne iocunditatis dulcedo nisi enim precesserit detestatio preteritorum malorum non sapit dulcedo celestium bonorum Tercio assumpsit dominus apostolos suos ad gubernationem subditorum Isa. vl. Inferent filij israhel munꝰ in vase mundo in domum domini ꝛc. Ro. xij. Obsecro vos fratres per miam dei exhibeatis corpora vestra hostiā viuētē. sc̄ā

etam deo placentem Corpora dicit apostolus deo debere offerri accipiens continẽs pro contẽto sicut dicitur obtulisse calathũ vinum quando et in calatho pñtauit racemos. dñs super munditiã et puritatẽ dilexit. atteñ eam videtur amplius dilexisse ex quo nos p lauacrũ spiritussancti quod effundit in nobis abunde mundauit. Ex quo ergo dñs tantũ diligit puritatẽ ꝛ mũditiã conseruare debemus eã quantũ possumus ersi eã amisimus studere debemus quõ eã recuperem⁹. sicut videmus q⁹ ille alcatores qui partem pecunie sue cum talis vel decijs amittunt residuum pecunie suc periculo ludi ponunt si forte recuperare possint pecuniã illã quã amiserũt Tu ergo si amisisti bonũ munditie vel innocentie pone te ad ludũ pñie. Cum sine residuo amissionis ei⁹ boni quod habes hoc potes facere. exagita tacillos vel decios discussione pprie cõscientie pñce illos manu cõfessionis integri numera puctos tuos nouatione cuiuslibet refectiõis puerse. et sic dico tibi q⁹ cadentiã bonam vel fortunã obtinebis et recupabis quod pri⁹ amisisti pñtia em̃ est scõa tabula post naufragiũ p quã acq̃rim⁹ ea q̃ amisimus per pctm̃. nisi em̃ p pñiam fieret dilectio pctõꝝ et recupatio pditorũ nequaq̃ dixisset dñs pñias agite appropiquabit regnũ celoꝝ Wathei.iij. Sic ergo fideles mun⁹ in domũ domini in vase mundo inferunt q̃si dño in corde puro bonas affectiones ꝛ operationes offerunt. et sequit hic. assume et eis in sacerdotes et leuitas. q⁹ ersi cõmuniter cõueniãt fidelibus christi. tñ h̃ spẽaliter cõuenit sacerdotibus et pl̃atis. i. Pec. ij. Uos estis genus electũ regale sacerdotiũ gens sancta populus acq̃sitiõis fideles christi dicũtur electũ genus p gratiã adoptiõis. sicut em̃ vẽtilator i aera excutit paleas et elegit grana sic xp̃s infideles excluſit. fideles tanq̃ grana electa in suũ horreũ cõgregauit ꝓpter q̃d dicit vos estis genus electũ. et sequitur regale sacerdotiũ. Nã sicut reges et sacerdotes p̃sident simplicibus et popularibus. sic fideles xp̃i preeminẽt infidelib⁹. fideles etiam sunt gens sancta et hec gens est per gr̃am xp̃i iustificata vñ Ro. iiij. Justificati gratis per gratiã ipsius p redẽptionẽ que est in xp̃o iesu. fideles etiã dicuntur populs acquisitionis q⁹ pcioso sanguine xp̃i acq̃sti sunt et redempti. i. Pe. i Redẽpti estis pcioso sanguine quasi agni incõtamina ti ⁊ immaculati iesu xp̃i. beatus mathias apostolus non fuit hodie communiter loquendo sic sacerdos noiatus. sed fuit specialiter ad apostolatus culmen assumptus Ephe. iiij. Ipe dedit quosdã apostolos quorũ iste fuit vnus loco iude proditoris substitutus Actu. i. Tu dñe q̃ nosti corda omiñ oñde quem elegeris ex his duobus vnum accipere locũ ministeriibus⁹ apostolatus de quo preuaricatus est iudas vt abiret in locũ suum et dederunt sortes eis et cecidit sors sup mathiã et annumerat⁹ est cum vndecim apostolis. Quarto electi sunt apostoli a christo ad cõprehensionem eternorum ꝛ sic beatus mathias a dño est electus et a dño specialiter est assũpt⁹. ps. Deus quãdo elegisti et assumpsisti inhabitatori in atrijs tuis dñs em̃ elegit beatum mathiã ip̃sum a popularibus segregando. assumpsisti eum in apostolatus misterium statuendo Roma. i. Deus enim illũ assũpsit. sed modo inhabitat in atrijs dñi in eterna gloria quie scendo. in atrijs enim est delectatio quieta. delectatio iocũda⁹ ps. Melior est dies vna in atrijs tuis et cetera Deute. xij. Assumet ebria sitientem sitiens est ecclesia militans. Nam sicut desiderat cervus ad fontes aquarum sic desiderat militans ecclesia venire ad deum suum qñ. fiet qñ militans ecclesia que nunc sitit ex ebrietate triumphantis ecclesie omni plenitudine glorie exultabit. tunc fiet q⁹ scriptum est in ps. Inebriabũtur ab vbertate domus tue. et torrẽte voluptatis tue potabis eos. quo torrẽte voluptatis nos potari quat vbertate domus inebriari nobis concedat dñs iesus christus qui viuit et regnat deus per cia secula.

De sctõ mathia Sermo scõs.

Eperunt, sortes eis et cecidit sors super mathiam. Act. i. Qr beatus mathias sicut dicitur sorte fuit electus i eo in verbo proposito duo notantur. Electi modus quod notatur cum dicitur Dederunt sortes eis electionis euentus quod notatur cum dicitur et cecidit sors super Wathiã Quãtum ad primũ sciẽdũ est q⁹ quadrupl̃ ter reꝑitur sors in sacra scriptura. Primo em̃ est sors certificationis hũane ambiguitatis. Scõo est sors societatis fidei ⁊ catholice vnitatis. Tercio est sors assecutiõis ecclesiastice dignitatis. Quarto est sors possessionis eterne hereditatis. Prio g̃ est sors certificationis hũane ambiguitatis p̃ria. Sortes mittũtur in signum. ſz a dño tm̃ tur. In ista auctoritate tria notãtur. Act⁹ modus et ꝓtus. act⁹ includit dubium nr̃e ignorãtie qđ notat cum dr̃ sortes mittuntur qđ em̃ sortes mittũtur. qr dubiũ est dđ sc̃ẽtur. Scõo notatur mod⁹ cũ dr̃ in sinuz ⁊ h̃ excludit dolum possibilis versutie. tõ em̃ sortes mittũt in sinũ occultũt nõ possint ibi facere hoies dolũ Tercio notatur ꝓtus ⁊ exꝑmit certificatões rei expectate qđ notat cũ dr̃. ſz a dño tm̃antur Euentus rei nõ exꝑmit ꝓtute sortis. ſz ꝓtute dñe volũtatis. sic filij israhel terrã pmissiõis sorte possiderũt ps. Sorte diuisit eis terrã i fu. distributõis. sic milites vestimẽta xp̃i sorte diuiserũt Marci. xv. Diuiserũtve sibi vestimẽta sua mittẽtes sortẽ ꝛc. pro. xviij. Cõtradictões ꝓpmit sors. Scõo ẽ sors societatis fidei et ecclesiastice vnitatis. Actũ xvi. Mitto te aperre oculos eoꝝ vt pertãtur a tenebris ad lucẽ et de pñte sathane ad deũ. ꝛc. primo per btm̃ paulũ cecos illuminauit. qđ notat cũ dr̃ mitto te aperre oculos eoꝝ scõo icarnatos liberauit qđ notatur cũ dicitur ⁊ de potestate sathane ad deum. Tercio peccata peccatoribus remittit quod notatur cum dicitur vt accipiant remissionẽz peccatorum. Quarto remissis peccatis fideles societati sanctoꝝ ꝓmunit quod notatur cum dicitur. ⁊ sortem inter electos per fidem que est ime. in primo datur ꝛgnitio vera. in secundo actio liberatio. in tercio ꝛscia mũda. i quarto societas ꝗ ꝓ gratia em̃ ẽ deo societas ille quã copulat ⁊ ligit caritas Act. iiij. Multitudis credẽtiũ erat cor vnũ ⁊ anima vna. hanc vnitatẽ faciebat caritas. illa em̃ societas multũ est iocũda. q̃ pdimento caritatis bñ sapit dulcorata. caritas em̃ est vinculũ p fectionis quo corda fidelũ dulciter cõstringuntur ne donũ qđ in ipsis est p quãdam diuisionẽ euacuetur ⁊ q̃ nõ h̃ñt hoc vinculũ de facili amittãt illud qđ in eis ꝓtinetur gr̃e donũ. Eccle. xx. Sꝛe fatuoꝝ effũdẽt. Tercio ẽ sors assecutionis ecclesiastice dignitatis sap. v. Dabitur em̃ illi donũ fidei ele em̃ ⁊ sors i tẽplo dei acceptissima. donũ fidei donũ electũ dr̃ sãcti em̃ p fidẽ pmissiones assequũt miracula opãtur. Hebre. xi. Sãcti p fidẽ vicerũt regna ꝛc. ecce assecutio pmissionũ. et seq̃tur obdurauerũt ora leonũ. extinxerũt impetũ ignis. Ecce opa miraculoꝝ. bñ fides danielis obdurauit ora leonũ missus em̃ in lacũ vbi erant septẽ leões famelici nullũ nocumẽtũ eb ipsis recipit Dañ. vl. Uere etiam fides extirxit impetũ ignis sicut legitur de tribus pueris in fornacem babilonis missis. Dañ. iij. Qđ etiã legit de fide beati martiꝝ cũ ipse em̃ ignẽ in quodam fauo misisset antiquisson ⁊ flante se in domũ pri⁹ dirigeret beatus martin⁹ et vento et flãmis se obtium opposuit et fidei sue ꝓtute flãmã retro ꝓtulit h̃ donũ fidei electõ beato mathie est donatũ ipse em̃ ad fidez vocat⁹ societati discipulorꝝ est conuictus et sequitur q⁹ data est ei sors in tẽplo dei ceptissima data est ei sors accepta ꝓpter conscias purã acceptiõ ꝓpter societatẽ sanctã acceptissima ꝓpter ecclesiastice dignitatem Ipse em̃ sorte vocatus est ad apostolicã eminentiã ⁊ auctoritatẽ. sorte ei solebat sũmus sacerdos elegi vnde zacharias sũmo sacerdote dr̃ Luc. i. sorte exiit vt poneret incẽsũ ſz h̃ fiebat in figurã sũmi sacerdotis christi. s. q̃ occultabatur in figurã legis ⁊ idcirco venẽte xp̃o tate figura debuit euacuari Et ideo mõ sũmi sacerdotes vel pl̃ati sorte nõ eligũtur ⁊ h̃ triplici rõe. prio vt dolus excludatur Scõo ne pusillorum paucorum legem communẽ facere videatur Tercio quia dicũ est vemente veritate vmbra euacuatur. primo ergo prelati sorte non eliguntur vt dolus excludatur vnde super illud. Jone. i. sors cecidit super iona. dicit beatus aug. q⁹ forma eligendi per sortem modo in ecclesia dei nõ seruatur propter militiam hominũ ne fraudes introducatur. Secundo nõ seruatur hec forma ne priuilegium paucorũ legem communem facere videatur. vnde hieronimus super iona sub hoc exemplo non debemus sortib⁹ credere cum primilegia paucorũ legẽ cõmunẽ facere nõ possint sicut asina loquitur in cõdẽpnationez balaã et cayphas prophtauit ingnorans ita fugitiu⁹ sorte deprehẽdit nõ viribus sortiũ sed voluntate eius qui sorte regit incerta Tertio electio p sortem i ecclesia non seruatur quia velente veritate vmbra euacuat vñ super isto cecidit sors super mathiã h̃ sorte eligitur ne a lege discrepet in q̃ sũmus sacerdos sorte quereꝛbatur sic de zacharia dicitur sorte exiit vt incensum ponderet qr ꝗrend⁹ erat Xus sacerdos donec veiret q̃ p ꝓpriũ sãguinẽ ttrauit semel i sctã sctoꝝ ei⁹ hostia imolatur i pascha ſz i die pẽthecostes spũsãcto apparente ẽ hec figura ꝓsumata donec veniret xp̃us figurã licuit exerceri cõmathias añ penthecosten est ordinat⁹ sorte. sep iez xo diaconi posies nõ sorte ſz discipu

sortium electione et apostolor̄ ord̄e et manus impositione sunt ordinati. Quarto ē sors possessionis eterne hereditatis. Col. i. Agnetes gratias deo patri q̄ dignos fecerit in p̄te sortis ⁊c. Ecclesiastes. xi. Dulce lumen et delectabile oculis videre solem similiter potentis ex absentia sui obtecti tristatur. Tobie. 5. Cum dixisset angelus thobie gaudiū tibi sēper sit ait tolq̄le gaudium michi erit qui in tenebris sedeo cer te nullum gaudiū sed tristitia horribilis erit dānatis intenebris infernalibus cōuolutis Dominus ergo electos suos voluit esse in lumine ipsos de p̄tate tenebrarum eripuit et ad regnuz celeste trā stulit captiuis sufficit qui in carceribꝰ paganorum detinentur si ab ipsis liberētur nec querunt a liberatoribꝰ suis diuitias nec petunt vt ad magna promoueantur sed larga manus domini sic fideles suos a p̄tate tenebrarum eripuit q̄ ipsos ad regnum celorū exaltauit Isa. 19. Clamabūt ad dominum a facie tribulatiōis ⁊c. Esto nobis domine turris fortitudinis a facie inimici et persequentis. Nā qui sic in hac vita non clamant ad dominum vt ab ipso audiantur in inferno positi clamabunt et vlulabunt nec exaudiētur Luc. 16. de diuite epulōe q̄ in flamis inferni pestus ad patrem abraham clamauit petens gutta̅ aque quam minime impetrauit nec imperpetuo impetrabit Debemus ergo in hac vita clamare ad dominū vt nobis mittat ꝓpugnatorem vt nos eripiat de potestate tenebrarum Isa. 63. Ego qui loquor iusticiam et ꝓpugnator sum ad saluandum Debemus ergo petere saluatorem q̄ saluet nos deducendo ad regnum. Ja. xxxiij Dominꝰ legifer noster dñs rex noster ipse veniet et saluabit nos. Sic ergo primo notatur eligendi beatum mathiā modus cum dicitur dederunt sortes Scō notatur electionis euentus cum dicitur ⁊ cecidit sors semper mathiā mathias interp̄tatur donatus siue donatio dñi et bñ sup̄talē in electione apostolatus sors cadere debuit Sap̄. 3. domū dei et pax est electoꝝ si ad edificationē nostrā loq̄mur q̄druplicē donū ꝯ q̄ ḡttuor repim⁹ q̄ nobis donat dñs ꝓpio em̄ donat nobis abūdantiā tp̄alū bonorum Scō donat nobis remissionez peccator̄. Tercio donat nobis distributionē ḡrax carismatū ⁊ spiritualium donor̄. Quarto donat adeptionē eternor̄ ꝓmior̄. ꝓpio erg donat dñs abūdātiam tp̄alū bonor̄ Ecō. xxxiij. Suscipe benedictionem quam tuli ⁊ quam donauit michi dominus tribuens omnia ista sunt verba iacob ad esau fratrem suuz loquentis et ipsi de bonis que in me sopitania spiritus acquisierat offerentis. ⁊ vere gratus deo erat ad Cor. 4. Quid habes nō q̄ accepisti. q̄ si accepisti quid gloriaris quasi non acceperis stult⁹ est qui gloriatur de munere acceptis tam de proprijs bonis. oia enim dono minus contulit ⁊ sicut dedit sic auferet cum sibi placuerit p̄s. Dormierūt ⁊ nichil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. vnde Luc. xij. Stultus a dño ē vocat⁹ q̄ in bonis suis plurimis gloriabatur dicit anima mea multa bona habes reposita in annos plurimos requiesce comnede bibe epulare ⁊ dixit Stulte hac nocte ꝓpabolus reperet animam tuam a te que autem parasti cuius erunt anima illius diuitis et sua erat ⁊ non sua. sua erat. q̄ sibi a deo data iure creationis. non sua erat q̄ debita ꝓ abolo ratione reatus vel obligationis proprie iniquitatis. vnde dōs in iure repetunt quod sibi obligatum esse rōe mortalis culpe cognoscūt ⁊ dominus iuste illis tradit q̄ vnicuiq̄ scōz xp̄ianē merita vel demerita retribuit Nam sicut fm leges hūanas bñ meritis debet honor et fmiū. sic fm easdē leges latronibus ⁊ homicidis debetur distractio ⁊ suspēdiuz. si milit fm legē diuz legittime certātib⁹ debetur corōa. sic finaliter peccātibus debetur dānatio etna. Scō dōat dñs remissionē p̄ctor̄ luc. 7. duo debitores erāt cuidā fēatori vnus debebat denarios q̄ngētos et alius q̄nq̄ginta ⁊c. vñ de beata magdalēa dixit dñs luc. 7. Remittuntur tibi peccata multa q̄ dilexit multum. Nec miruz q̄ nō poterat ibi esse iniq̄tatis iq̄namentum vbi erat caritas spōsum opimētum ꝓpio. 1. vniuersa delicta opit caritas. nec solū opit eaut nō videāt ipa holera. q̄ videre nō p̄t nisi exteriora aperta. sed ita opit vt nō videat ea deus cui nuda sunt oia. ij Re. xvi. Nec iuxta intuitu hois ego videbo hō em̄ videt ea q̄ ap̄ēt. Dñs autem intuetur cor. vñ non ita opit caritas petā sicut pān⁹ opit imagines i piete exāres. ⁊c. Tercio donat dñs distributōez spūalium donor̄. Ro. 8. Qui ꝓpio filio suo nō pepercit. sed pro nobis omnibus tradidit illuz quō nō etiā cum illo omnia nobis donauit. Qui donat p̄cipale videtur dōare accessorium. vñ q̄ dat equum bñ videtur donare capistr̄. vñ q̄ p̄tat ex̄enum de gallinis vel pullis nō ipsos deplumat ꝛ p̄tat cum plumis Cum ḡ xp̄s fuerit plumis variet atum omnium gratiarum ⁊ virtutum et donorum ⁊c. Eph. 4. Ascēdens xp̄s in altum captiuā duxit captiuitatē ⁊c. Sap̄. 7. Infinitus th̄saurus ē hominibus quo q̄ vsi sunt p̄ticipes facti sunt amicicie dei ꝓpter discipline dona ꝓmendari Quarto donat dominus adeptionem eternoruz p̄ miorū. 2. Petri. i. Maxima et preciosa nobis promissa donauit vt per hoc efficiamini diuine cōsortes nature ⁊c. Mat. xix. Cē duplum accipietis et vitam eternam possidebitis ecce magnitudo q̄ premium in cē duplum excedit meritum sed vide q̄ pretiosum sit illud premium quod nunq̄ auferetur a beatis sed permanet in eternum. vnde dicitur ⁊ vitam eternam possidebitis sic ergo dominus maxima et preciosa dona tribuit electis vt melius appareat donorum dei eminentia subiungit visiones dine gratum consortium cum dicit. vt per hoc efficiamini diuine consortes nature hoc consortium erit quando videbitur non sicut modo videtur per speculum et in enigmate sed sicuti aperta facie. i. Joh. 3. scimus quoniam cum apparuerit similes ei erimus quoniam videbimus eū sicuti ē ad quā visionem nos perducere dignetur

De beato Gregorio Sermo primꝰ.

SI dominꝰ magnus voluerit spiritu intelligentie replebit illum et ipse tanq̄ imbres mittet eloquia sapientie sue Eccle. 39. in verbo proposito duo notantur a q̄b⁹ btūs gre. ꝓmēdat ꝓpio em̄ mēdat ab abundanti plenitudine cognitiōis euz dicatur si dominus magnus voluerit spū intelligentie replebit eum. Secundo cōmēdatur ab euidenti utilitate eruditiōis cū dicitur ipse tanq̄ imbres mittet eloquia sapientie sue. Quantum ad primum sciendum est q̄ spūssanctus qui ē sp⁹us intelligētie soler ḡdupliciter suos p̄dicatores replere ꝓpio eni replet ipsos claritate ad directionē deuioꝝ Scō replet ipsos caritate ad iflāmationē frigidoꝝ Tercio replet eos fortitudine ad correptionē peccator̄ Quarto replet eos humilitate ad capacitatē internoꝝ et eternoꝝ bonoꝝ primo ergo spūssanctus replet p̄dicatores sua claritate ad directionē deuioꝝ Act. ij Apparuerūt illis lingue dispartite tāq̄ ignis sedit q̄ sup singulos eoꝝ ⁊ repleti sūt omnes spūsancto ⁊ ceperunt loqui varijs linguis. Spūs sup̄ apostolos apparuit in linguis igneis. vt ipsos redderet caritate feruentes. virtute eloquentes claritate resplendentes Phil. ij. Luceris tanq̄ luminaria in mundo verbum vite cōtinentes. sicut eni vas cōtinet liquorē preciosū sic corda apostolorū tanq̄ lumen incentiū continebant verbum diuinum q̄ lumen erat in cordibus eorum tante adhesionis q̄ extingui nō poterat aquis quantūcūq̄ magne tribulationis Sed magis lucebat et ardebat in illis Sap̄. 16. Et quod mirabile est in aqua q̄ ois extinguit plus ignis valebat. Et oꝛ spūssanctus sup discipulos christi non solum apere sed etiā sup illos sedere. Nam sicut stare pertinet ad laborantes sic sedere ad quiescentes. quia ergo per gratiā sanctispūs quieta erāt corda discipulorū ad ipsoꝝ refrigeriū bene sup eos oꝛ sedere spūssanctus qui est in labore reges. in estu tēpies in fletu solatiū. Itē spūssctūs nō solū appet nō solū super discipulos sedet. sed ipsis vtrarīs linguis loquātur p̄bet Nā diuersitate linguaꝝ designatur diuersitas doctrinaꝝ. Nā scōm capacitatem auditoꝝ debent formari verba doctorū cōtra illos q̄ grātia verba trutinātes abducto sup cilio de sacris lris inter mulierculas fantur. Cōtra illos etiaz qui simplicia et cōmunia verba subtilioribus loquitur. Nā subtilioribus verba cōmunia veniunt in contēptum. Minoribus vero verba subtilia nō prouenūt. id pfectum ꝓpteres apostolus. parulos lacte simplicioris doctrine potabat pfectos cibo solidioris doctrine confirmabat. i. ad Cor. 3. q⁹ bene facebat btūs gre. q̄ fides sue predicationis sic ꝛ tpauit q̄ tā minoribus q̄ maioribus locū hauriēdi ad suam vtilitatē oīb⁹ dereliquit. Scō replet spūssctūs p̄dicatores suos charitate ad iflāmationē frigidoꝝ. Eccle. 33. Quasi qui vindemiat repleui torcular Qui vindemiat de vineis vuas colligit. Et ex illis ⁊ torcular vinum exprimit. sic colligere vuas beneficiorū dei debemus de vinea diuine bonitatis et illas exprimere in torcular frequentis discussionis et sic vino diuine dilectionis debemus iplere desideriū nostri cordis. Cōsiderem⁹ q̄ deꝰ ad similitudinē ⁊ imaginem suā nos formauit q̄ oia sub pedib⁹ nr̄is subiecit q̄ se dedit i p̄cio p nobis q̄ se quotidie nobis dat in cibuz q̄ se seruat nobis in p̄miū. ꝓpter qō btūs ber. in li. de diligēdo dm Quid reddā dño

pro me facto et refecto et taliter refecto non enim tam facile refectus sum ꝙ factꝰ vt me ceni cū alijs facerē dixit et facta sunt in me autem reficiendo et multa dixit. et mira gessit et dura et indigna sustinuit. Quid eni retribuam dño ꝛc. in primo eīm opere se dedit michi in secundo se dedit michi et me reddidit michi. Datus ergo ꝛ redditus michi. me pro me debeo pro se sūt si milleſics reprehenderē in pparatiſ ne illius michil esse. qñ ergo ista dei beneficia cogitando in cordibus nostris r enolumus totiens carbones ignis dine dilectionis in nos cōgerimus siue etiam cumulamus et quādo ista dei beneficia alijs Quattuor dicit que in bono predicatore dñt iperiri. Primum est fortitudo ad aggressionem arduorum Secūdū est iudiciū ad directionem agendorum. Tercium est virtus ad tollerantiam pucrsorū Quartū est cōmunis correctio tā maiorū ꝙ minor. primo ergo dicit replet⁹ fortitudine spūs dñi ꝛ hoc est quātū ad agressionē arduor. hō eīm spūalis calcaribꝰ sollicitudis ꝓpe saluris ſ get corpꝰ sibi subditū ad aggreſ sionē ardui opis. Nā sicut bonꝰ eqtator maiorē dietā facit de equo peiore ꝙ ille qui eqtare nescit de equo meliore sic hō spūalis in via motū maiorē dietā facit de corpore debiliore ꝙ homo carnalis de corpore fortiore. vñ sicut cōmuniter dr. quod tantū hz hō quantū vz sua terra sic quātū valent spiritus nostri tantū valēt corpora nra. vnde sicut dr de hoie qui bene scit sibi pudere imposterū ꝙ ei⁹ obulus valet vnum denarium. sic hō spūalis plus facit valere imbecille corpus ꝓ ptiuz ꝙ hō carnalis corpus sūū. quāuis sit validum. nec est miz. qz corpus carnalis hois delitijs dissoluitur. corpꝰ vero vīri spūalis spū fortitudinis substantiatur ꝓto. 18. Spūs viri sustētat imbecillitatem eius. Scdo replet spūs dñi predicatores suos p discretionē angelorum. quod notatur cum dicitur in dicto. qz eni locutus fuerat de aggressiōe arduoꝝ que spectat ad maceratiōnem corpoz. ne in ipsa excederemus voluit vt ibi discretionem iudicū seruaremus. Roma. 12. Cū dixisset apostolus vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem. sanctā deo placentem excessum resecant qñ vt rationale esset obsequium nostrū subiūxit. Sic eīm in corporalib⁹ nostris crucifigēda sūt vicia. qī ipsis ꝛseruāda est natura ſ sub decuitate nobis claudendus est sermo in hac materia sicut eīm equꝰ nō est vrgēdus calcaribus vt ꝙ ciuium montium descendendo currat. et sic ponderosū nō est multum implendum vt ꝓcorsū descendat. sic nos nō multum insistere debemus ne carnem nostram vltra debitum maceremus. plus eni ipsum diligimus ꝙ debemus vñ ex alia causa in nobis ad discretionē aggredoz requiritur in nobis eīm sentimus cōtentionem ꝓtinuā carnis aduersus spiritum. r spūs aduersus carnē Galla. 5. Que cōtēto terminari debet p discreti iudicij diffinitiuā sententiam. caro eni suggerit delectabile bonum. sed illud mortifer eū ꝓto. 23. Ingreditur blande ſz in nouiſſimo mordebit vt coluber et quasi resultus venena diffundet spūs nō ꝓponit penale bonum qō videtur pluribus esse malum. Ueruntn est salutifer. sicut sunt tribulationes patienter suscepte propter xm Ihe eīm sunt via ad regnū Actuū. 13. per multas tribulatiōes oportet itrare in regnū celoz. In hac ergo ꝓtentione ratio debet carnem calculo diffinitiue sententie condemnare et ipm seruituti spūs subiugare vt ad nutum spiritus tribulationes ꝓpo sustinendo ad eternā beatitudinē valeat puenire r. Thoz. 4. Id qō in ꝓsenti ē momentaneum et leue tribulationis nostre. supra modum in sublimitate eternū gloriē pōdus operatur in nobis Tercio replet spiritu sancto ꝓdicatores suos virtute ad tollerātiam aduersoz. Lucevltimo. Sedete in ciuitate quo ad vsq; induamini virtute ex alto. hō indutus nō erubescit sicut hō nudus erubescere cōsueuit. nam indumentum eius putribunda ꝓtegit. sic sancti domini. etsi ꝓpter xm habitū verbera insup et miracula carceres expti sunt p xpo ideo nulla pudenda si gaudio plēa in ipsis apparebāt Actuū. 5. Ibant apostoli gaudentes a conspectu concilij qm digni habiti sūt pro nomine Ihesu cōtumeliā pati. Quarto replet spūs s. ꝓdicatores cōmuni eruditione tam maiorū ꝙ minoruz qō notatur cum dr. vt annucie Iacob sceleris suum. r israhel peccatū suum. qī diceret nō peo maioribus nec minoribus irargutione peccatoꝝ. ꝓra multos ꝓdicatores qui ōmo reprehendūt peccata maiorū et simplicium ad modū ouium. paſcāt sūt vicia maioꝝ crudelium ad modum lupoz rapacū. isti contra pulices le surgūt animalibus ferocib⁹ r fortioribus fuit Isai. 4. Ioquimini nobis placētia videte

nobis errores. lequendo placentia ipsos decipiunt. videdo sibi errores ipsos i eternū interitū demergūt Quarto replet spūs peccatores suos humilitate ad capacitatē internoꝝ r eternoꝝ bonoruz ps. Repleti sumus ꝙ diebus quibus nos humiliasti. Nos spūsancto coopāte repleti dicimur. qī ipo humilitarem tribuēte quasi ipo celeſsulpēdo r concauando in silice bonorū internoꝝ r eternoꝝ capaces efficimur. sic eīm valavacus replet vetus helise. 1. xpo. 4. Re. 4 Quibus aūt bonis ꝙ dono hūilitatis repleamur alibi i ps. ostēditur vbi dr. Replebimur in bonis domus tue. que bona sūt tanta r tam mirabilia qꝙ carere nō debent laude eterna ps. 83. Beati qui habitant in domo tua dñe in seculū seculi laudant te. In illa domo habitat beatus Gre. r ideo ab ipo cū sāctis spiritib⁹ laudatur. sic ergo primo cōmēdatur Beatus grego. ab abundanti plenitudine cogitationis. cum dr si dñs magnus voluerit spiritu intelligentie replebit illum. Secūdo commendatur ab euidenti vtilitate eruditionis. cum subditur. r ipse tanꝙ imbres mittet eloquia sapientie sue. Sciendum ē ergo. qꝙ eloquia domini que processerunt per os beati gregorij fuerunt. Primo eloquia grata speciositate. Secundo fuerūt casta puritate. Tercio fuerunt eloquia fecunda vtilitate. Quarto fuerunt eloquia suauia interna et eterna iocunditate. Primo ergo eloquia beati gregorij fuerunt grata speciositate Gen. 49. Neptalis cervus emissus. et dans eloquia pulchritudinis. neptalim interpretatur conuertens eos per quos bene significatur beatꝰ gregorius verbo et exēplo multos ꝙuertit dominꝰ iste dicitur cervus cervus habet velocitatem in cursu. agilitatem in saltu. sic beatus gre. habuit velocitatē in cursu intēſionis ditatis diuine cognitōis. habuit ēt agilitatē in saltu elevatiōis supne cōtemplatōis. iste cervus dr emissus qī beatus gre. ad regendū r erudiendum gregez dei a dño fuit missus ad annunciandum man

suetus iste cervus emissus

qī beatus gre.

pulchritudine in verbis et scriptis decora uit verba enim ipsius fuerunt tanꝙ radū procedentes. quia pulchritudine solis eterne veritatis. Sapien. 7. Dicitur de ista sapientia. hec speciosior est sole et super omnem dispositionem stellarum. luci comparata inuenitur prior. ista luce beatus gre. sic a christo fuit decoratus ꝙ preceteris hominibus speciosus forma pre filijs hominum est appellatus Ecclesiastici 45. Quam speciosa veritatis sapientia et gloriosus intellectus r consilium. Secundo fuerunt eloquia beati gregorij tanꝙ eloquia dei casta puritate ps. Eloquia domini casta. Eloquia domini dicūtur casta quia omnem deformitatem perūerse voluptatis declināt r ad omnez puritudinem et munditiam mentis r corporis aiam inclinant Sapientie. 4. Quā pulchra et casta generatio cum caritate. in hac auctoritate castitas caritati coniungitur quia caritas gaude pulchritudie castitatis castitas viget vitali calore caritatis vnde quia quinqꝫ virgines habuerūt puritatem sine vitali calore caritas repulse sunt ab introitu nuptiarum ꝓponsi celestis. Tercio fuerunt eloquia beati gre. Eloquia fecūda vtilitate Deutrono. xxxi. Concrescat vt pluuia doctrina mea fluat vt ros eloquium meum si crementum confiderare volumus quō pluuia cōcrescit cōfiderare debemus crementum autem pluuie sic ꝓcedit nam vapor aque surſuz elenatur ratione sue leuitatis et ſ nubē cōdensatus r vēto flante resolutus ad inferiora descēdit et sic vapor aq̄us vt pluuia ꝓcrescit ſm modū istiuz doctrina nostra vt pluuia concrescere dicitur. Nos eīm ꝓmo elementa siue litteras tāꝙ simpliciora addiscimus posimodū in syllabas copulamꝰ posimodum syllabas in dictiones. dictiones in ꝓpositiones cōnectimur ex quib⁹ ad demonstrationes cōclusiones ꝓuenimꝰ Ex quibus in nobis habitus scientie generatur r in nobis generatus p doctrinam ad alios deriuatur. 1. ad Corinthe. 13. Cuz essem parvulus loquebar vt ꝑvulus. sapiebam vt parvulus cogitabam vt parvuli⁹ simplicia elemēta id est lras addiscendo. r sectur qñ autem factus sum vir euacuai que erant parvuli qō intelligitur r habitum scientie ex simplicioribus literis i me generatum firmiter obseruatum tenēdo et per salubrem doctrinam quasi ibrez in alios vtiliter transfūdendo vnde apostolus quosdam vituperat que cum ipso tēporis diuturnitate deberēt esse alioꝝ magistri tanꝙ ideote r parvuli r necesse habent in suo a. b. c. d. iterato erudiri. hebre v. Etsi cum deberitis magistri esse propter tempꝰ rursus indigetis vt vos docemini quę sunt elementa exordij sermonuz dei ſm istum modum doctrina beati gre. sicut pluuia concreuit r eius eloquium si

eut vos defluxit. ipse em sicut physic⁹ ads
divine sapientie repletus totam christi ec
clesiā salubriter vrotauit Genesis. 27. In
roze celi desuper ⁊ impinguedie terre erit
benedictio tua. ꝓpter qđ. Gre. modo iter
benedictos benedicitur qz ipse in roze ce
li desuper fuit abnndanter pre ceteris xpi
confessoribus benedictus. Quarto fuerūt
eloquia beati gregorij. suauia interna ⁊ e
terna iocunditate Canticorum. 2. Osten
de michi faciem tuam sonet vox tua in au
ribus meis. vox enim tua dulcis et facies
tua decora dominus autem pulchram elo
quentiam ornate predicationis vult esse
decora facie conscientie sui predicatoris.
multum enim deo displicet quando predi
cator in eloquentia nitet et in conscientia
sordet. Non enim vult dominus aquā mū
dam sapientie salutaris trāsire per canale
os immundi predicatoris. Et ideo labia.
Ysaie prophete prius mundauit angelus
ab arce missus quoniam ipse ad predicati
onis officium mitteretur. Nam predicato
ri peccatori dicit domin⁹. Quare tu enar
ras iusticias. et assumpsis testamentum p
os tuum. Dicit glosa polluto. Sic vult do
minus ꝙ prius sit munda conscientia ꝙ
sibi placeat predicatoris eloquentia. vn
de subditur. vox enim tua dulcis et facies
tua decora. Nam qñ in predicatore est de
cor conscientie i diuinis auribus resonat
dulcor delectabilis armonie ꝓpter quē p
dicator tanq̄ diuinus cytharedus introi
ducit ad nuptias iocunditatis supne pro
is. Qui dulcis est eloqo maiora repiet ⁊ i
telliget maiora ꝙ cogitare possit mēs hu
mana ꝙticumq; fuerit elevata. i. ad Cor.
2. Oculus nō vidit nec auris audiuit nec i
cor hominis ascendit que preparauit de⁹
diligentibus se hec sunt bona eterna que
retribuet domin⁹ suis fidelibus ad q̄ nos
ꝓducat dominus qui viuit ⁊ regnat p om
nia secula seculorum Amen.

¶ De sancto gregorio Sermo secūdus.

Vir fidelis multū laudabitur pro. 28. in verbo p
posito commendatur a duob⁹
beatus Gre. primo enim commendatur a
qualitate meriti cum dicitur vir fidelis.
Secundo commendatur a quantitate pre
mij cum subditur multuz laudabitur. Sci
endum est ergo ꝙ beatus gre. fuit fidelis
quadrupliciter. Primo enim fuit fidelis
deum fideliter diligendo. Secundo fide
lis viriliter operando. Tercio fuit fide
lis viliter dispensando Quarto fuit fide
lis salubriter docēdo. Primo ergo fuit fi
delis beatus gre. firmiter diligendo Sa.
3. Fideles in dilectiōe acquiescēt illi ille
dicitur in dilectione fidelis qui dominum
nec in ꝓsperis nec in aduersis derelinqt
sed in omnibus domino cōquiescit Eccle.
6. Amicus si permanserit fixus erit quasi
coequalis particeps effectus bonoū eter
ne retributiōis. talis amicus fuit beatus
gre. Ecclesiastici. 6. Amic⁹ fidelis fortis ꝓ
tectio qui inuenit illum inuenit thesaurū
beatus gre. fuit amicus fortis ꝑ veram di
lectionem Cañ. 8. Fortis est vt mors dile
ctio. fuit etiam fidelis ꝓtectio per fidelis
eruditionem. informationem et defensio
nem. ⁊ sequitur qui inuenit illum inuenit
thesaurū beatus gregorius fuit quasi dā
copiosus thesaurus continens aurum sa
pientie. argentum eloquentie. verbū eru
ditionis quotidiane. quasi denarios vsu
lis moncte pro. 25. Sicut frigus nivis in
die messis ita legatus fidelis ei qui misit
eum animam illius requiescere facit. fri
gus nivis in die messis refrigerat metentem.
sic legatus fidelis letificat metentem
animam. christus requiescere facit pecca
tores conuertendo ad penitentiā. et sic in
cis requiescit. Spiritus sanctus christi⁹ per
dilectionē Lu. 1. potest dici de beato gre
gorio Conuertet incredulos ad prudenti
am iustorum. et sicut dicit ibidem beatus
gregorius prudentia iustoꝝ id est pro chri
sto temporaliter affligi. et i futuro eterna
liter gloriari. Secundo fuit beatus grego
rius fidelis viriliter operādo. Prouer. 11.
Seminanti iusticiā merces fidelis ꝓ eter
nam retributionem. Justiciaz enim semi
nare nichil aliud est ꝙ seipsum iustis
operib⁹ exercere Mathei. 13. Exiit qui se
minat seminare semen suum. homo bon⁹
debet ab ocio in actum exire. et seipsuz in
laboribus iustorum operum exercere vt
possit meredem vite eterne merere. ⁊ ad
Chorinthēos. 9. Qui parce seminat parce
et metet. ⁊ qui seminat in benedictionib⁹
de benedictōibus ⁊ meter. Nam fm quā
titatem meritorum erit quantitas premi
orum. sic ergo seminanti iusticiam redde
tur merces fidelis abundantie retributio
nis Luce. 6. Mensuram bonam confer
tam ⁊ coagitatam et super affluentem de
bunt in signum nostrum Liberalis est do
minus non solum remunerat fm quanti
tatem boni operis. sed fm largitatem re
gie maiestatis. scōm iustum modum iusti

cepit beatus gregorius mercedē sue ope
rationis Mathei. 25. Euge serue bone et
fidelis quia super pauca fuisti fidelis su
per multa te constituam sicut enī rex quā
do habet fidelem et sapientem prepositū
exaltat illum et facit ballivum vel consi
liarium suum sic dominꝰ fideles suos qui
fideliter dispensauerunt pauca ab ipso cō
stituuntur super multa. Tercio fuit fide
lis b eatus gregorius. viriliter dispensā
do. Luce. 12. Quis putas fidelis dispensa
tor et prudens quem constituit dominus
supra familiam suam vt det illis in tem
pore tritici mensuram. In dispensato
re voluit dominus ista duo coniungere. s.
fidelitatem et prudentiam. Nam fideli
tas prudentiaz restringit ne in dolositā
tem degeneret. prudentiam fidelitatez di
rigit vt i via moꝝ discrete ambulet. vnde
fidelitas est prudentie angulum pruden
tia vero fidelitas est speculum. ꝓio ergo
dominus commendat in dispensatore suo
fidelitatem. Fidelitas em ē virtus multū
ꝓciosa ⁊ domino gratiosa ꝓuo. xx. Mul
ti misericordes vocantur. virū aūt fidelem
quis inueniet. Res dicitur preciosa non
solum quia cara. sed qz rara. et qz rara est
in terra fidelitas. ideo quando inuenitur
est mirabiliter preciosa. i. ad Cor. 4. Hic
iam queritur inter dispensatores vt fide
lis ꝙs inueniatur. Tempore apostoli que
rebatur fidelis dispēsator ⁊ inueniebatur
nostris autem temporibus queruntur et
non inueniuntur. ita em sūt peccatis opti
et obnubilati ꝙ nō potest dispēsatoꝝ nro
rum fidelitas inueniri vnde si habeatur re
spectus ad ipsoꝝ opationes non ad stat⁹
vel dignitates potius appellādi sūt dispē
satores. sic ergo in dispensatore suo requi
rit dominus fidelitatem ad distribuendū
et etiam conseruandum. Requirit etiaz in
ipso prudentiam ad dirigendum. Pro. 4.
Prudentia suadebit te vt eruaris a via ma
la sicut dr Ber. Prudētia nō tā est xtus ꝙ
auriga xtutū. ⁊ iō nos i via xtutū recta di
rigit ⁊ docet nos vitare malū passū hanc
prudentiam bene habuit beat⁹ gregor⁹
Ecclesiastici. 21. Ornamentum aureū pru
dei doctrina. Beatus Gregorius tantam
prudentiam habuit ꝙ sacram scripturam
nudis ⁊ ornatis expositionibus decora
uit Ecclesiastici. 47. Ornauit tempa vsq̄
ad consūmationem vite: Nam ꝙdiu pre
sentis vite tempora dura sūt ita diu orna
tus verboꝝ rethorice eloquētie beati gre
gorij in ecclesia fulgebunt istum fidelem
dispensatorem et prudentem cōstituit do
minus super familiam Beatus enim gre
gorius constitutus fuit a domino sumus
pontifex super totam sanctam ecclesiam.
pō. Ego autem constitutus sum rex ab eo
super montem sanctum eius p̄dr. p̄ce. ei⁹.
Sed rationem huius constitutionis apit
cum dicitur det illis in tempore tritici mē
suram refectio panis sacre scripture po
test intelligi hoc triticum beatus grego
rius ad mensuraz suis auditoribus ⁊ scri
ptis suis et lenonibus ministrauit. quis
doctrinam suam auditorum suorum capa
citatibus coaptauit de hoc frumento vel
tritico. ꝓ. xi. Qui abscondit frumenta
maledicetur in populis benedictio autem
super caput vendentium hoc est modo de
bito exponentium et ꝓ labore suo vitā
eternam acquirentium. Quarto fuit fide
lis beatus gregorius laudabiter docendo
Ecclesiasticī. 15. Sapiētie dei a stabit laus
et in ore fideli abūdabit et dominator da
bit illi eam. sapientie dei multum debet
laudari pre cioſior enim est sapientia cun
ctis opib⁹ ⁊ omnia que desiderātur ei nō
valent cōparati ꝓ. 3. Ista sapientia in
ore fideli hoc est incorde habitare dicitur
Cor em fidele ast a quo verbum diuine sa
pientie diligēter ⁊ memoriter custoditur
Luce. xi. Beati qui audiūt verbum dei et
custodiunt illud. contra multos quorum
corda sunt sicut vasa confracta et ideo nō
liquoris diuine sapientie retentiua eccle.
21. Cor fatui quasi vas confractum ⁊ om
nem sapientiam non tenebit. Sed cor be
ati gregorij quasi vas cōfractum nō fuit
cor em suum ligaturis mandatoruz ⁊ con
silioꝝ dei ligauit ⁊ religauit ideo i eo suā
sapientiam tanq̄ in integro vase infudit
⁊ hoc est ꝙ hic dicitur ⁊ dñator dabit eas
illi ipse em est fons sapientie a quo aqua
salutaris doctrine procedit Ecclesiastici.
1. fons sapientie verbuz dei in excelsis ab
hoc fonte riuuli derivati ꝓcesserunt ⁊ cor
beati gregorij tanq̄ concham et os eius
tanq̄ canalem repleuerunt Ecclesiasti. 19
Si dñs magnus voluerit spiritu intelligē
tie replebit illum ⁊ ipse tanq̄ imbres mit
tet eloquia sapientie sue. Primo ergo cō
mēdatur beatus gregor⁹ a qualitate me
riti cum dicitur vir fidelis Secundo com
mendatur a quantitate premij cum subdi
tur multum laudabitur. Sciendum ergo
ꝙ quattuor sunt laudanda in beato Gre
gorio Primum est ꝓscientie puritas. Se

cundum est operationis bone securitas. Tercium est excellentie sanctitas. Quarum est eterne vite iocunditas. Primo ergo laudandus est in beato Gregorio. conscientie puritas Ecclesiastici. xxxi. Beatus dives qui inventus est sine macula et qui post aurum non abiit. nec speravit in thesauris pecunie. quis est hic et laudabimus eum. sic beatus gregorius. ad litteram diuitijs temporalibus dives fuit et a deo abundauit q de bonis patrimonialibus septem abbacias fundauit. Sed iste dives sine macula fuit. quia ipsu rerum temporalium cupiditas minime maculauit. Non est em in culpa rerum temporalium possessio. Sed illarum inordinata dilectio vñ abraham legitur a deo dilect⁹. et tamen legitur fuisse diuitus opulentus Gene. xiij. Erat autem abraham dives i possessione auri et argenti. et sic beatus grego. fuit dives inuentus sine macula ipse etiam post aurum nō abiit. ille post aurū abire dicit qui ad aurum inordinato amore afficitur Sed ille post aurum non abiit cui aurum non nisi pro reuelanda necessitate aliquid sapit. Sic aliqui patres post aurum non abierunt qui pro christo relinquentes Omnia ipsi secuti sunt Mathei. 19. Ecce nos relinquimus omnia et secuti sumus te. qō bene fecit gregorius qui pro christi nomine relinquens omnia monachus est effectus. ipse enim non speravit i pecunie thesauris. ille enim in pecunie thesauris sperat qui ad possessionem pecunie per immoderatam cupiditatem aspirat. vnde beatus gregorius in pecunie thesauris minime sperabat Isaie. 26. Anima desiderabat te in nocte. Sed et spiritu meo in precordijs meis. de mane vigilabo ad te. vnde iste qui nō speravit in pecunie thesauris a nobis quando eius memoriaz habemus multū debet laudari Prouerbioz. x. Memoria iusti cum laudibus et nomen impiorum putrescet. Secundum ppter qō debz laudari beatus gregorius est operationis bone securitas. Ecclesiastici. 9. In manu artificum laudabuntur opera. Opera solent laudari ex industria artificis operantis per sapientiam sue artis. sicut quando celum respicimus et ipsum ornatum solem et lunam et stellis tanq̄ lapidibus preciosis videmus gloriam actoris commendamus p̄s. 18. Celi enarrant gloriam dei et opera manuum eius annunciat firmamentum.

Et sciendum est q̄ sicut in manu artificum opera laudantur sic actor ex operibus cōmendatur. Prouerbiorum vltimo. Date illi de fructu manuum suarum. et laudent eum in portis opera eius. in die iudicij nō indigebit homo alio precone qui preconē habebit ex bono opere. Opera enim operarios sequuntur et ex illis laudātur vel vituperātur. beatus gregorius modo habz bonoz preconum quia habet bona opera i testimonium. vnde potest dicere illud Johannis. x. Opera que ego facio in nomine patris mei testimonium perhibent de me

Tercius propter qō laudatur beatus gregorius est excellentia sanctitatis vt habetur in psalmo. Exaltent eū in ecclesia plebis et in ca. seniorū laudent eum. Beatus gregorius fuit in ecclesia dei exaltatus quia fuit ad culmen summi pontificatus sublimatus fuit etiam in ecclesia seniorum laudatus. que senectus nō tam consistit in annorum multitudine q̄ in sciētie plenitudine et mor. grauitate Sapiētie. 4. Cani sunt sensus hominis et etas senectutis vita immaculata. Talis senectus tam laudabilis fuit in beato gregorio et ceteris sāctis Ecclesiastici. 44. laudem⁹ viros gloriosos et parentes nostros in generatione sua homines militares libenter audiunt laudes caroli magni oliueri rolandi q̄ ipsorum laudibus informantur vt ad facta consimilia excitentur. vnde sicut ipsi libēter audiunt gesta militum fortium in bellis corporalibus vt ipsos imitētur. sic nos libenter audire debemus gesta virorum fortiū in bellis spiritualibus vt ipsos imitemur. vnde ille miles beatus paulus qui dicebat arma militie nostre non sunt carnalia. Sed potentia deo. 2. ad Thoritheos. x. Nos hortabatur vt ipsum imitaremur. 2. ad Thessalonicenses. 3. Satis quemad modum oportet nos imitari. Quartum propter quod laudatur beatus Gregor⁹ est vite eterne iocunditatis vt habetur in psalmo. In domino laudabit anima mea anime electorum in domino laudantur. quia per ipsum et a periculis liberantur et vt habetur in psalmo Z aqueus contritus est et nos liberati sumus adiutorium nostrum in nomine domini. vnde non tantuz de sua gloria gaudent. sed etiam illuz qui est gloriosus et laudabilis in secula laudant. vnde de anima sancta Isaie. 35. dicitur. Florebit quasi lilium germinans germinabit et exultabit letabunda et laudās studium enim electorum qui merentur in domo celesti. habitare est dominum in se

culum seculi laudare. in ista domo celesti beatus Gregorius et alij sancti modo habitant et mutuam laudem dei sese cū omni alacritate inuitant dicentes ad alterutrum magnificate dominum mecum. et exaltemus nomen eius in idipsum. ad istaz laudem magnificam nos perducere dignetur. Qui viuit et regnat deus per omnia secula seculorum. Amen.

De sancto benedicto Sermo primus



Ngredere benedicte. dm Qui foris stas preparaui domum Geneſis vicesimo quarto. Tripliciter solet homo ingredi ad obediendum. primo exhortando propositum Secundo dehortando oppositum. Tercio promittendo futurum commodum. Sic inducit nos dominus ad obediendum Mathei vndecimo. Ubi dicit venite ad me omnes qui laboratis. et onerati estis. et ego reficiam vos. Ecce exhortatio propositi. sequitur. Omnes qui laboratis et honerati estis. Ecce dehortatio oppositi. et ego reficiam vos. Ecce promissio futuri commodi. secūdum hoc ad commendationez beati bene dicti. In verbo propositio tria notantur. Primo enim ponitur ppositi exhortatio cum dicitur Ingredere bene dicte domini. Secundo ponitur oppositi dehortatio cuz dicitur qui foris stas. Tercio ponitur futuri commodi promissio cum dicitur preparaui domum. Quantum ad primum sciendum q̄ quadruplex est ingress⁹ ad quē hortatur nos dominus Primo enim debemus ingredi ad recordationem passionis dominice. Secundo debemus ingredi ad perscrutationem proprie cōscientie. Tercio ad cognitionem veritatis interne.

Quarto ad comprehensionem felicitatis eterne. Primo ergo debemus ingredi ad recordationem dominice passionis. Isaie secundo. Ingredere in petram et abscondere in fossam humo. in petram ingredimur per firmitatem fidei. in fossa humo abscondimur per protectionem dei. Qui enim firmiter fidem profitētur diuina dextra protegūtur. Dicit ergo ingredere in petram primo ad Chorinthios decimo. Petra autem erat christus. petram ingreditur qui fidem christi firmiter profitetur hic ingressus signatus est cum noe et filij eius et vxor eius et vxores filiorum eius cum eo in archam etc. per aquas diluuij tentationes demonium et fluxus peccatoz designatur archa est ecclesia in qua illi q̄ per firmam fidem ingrediūtur saluāntur. Et signantur hic tria genera hominum q̄ in ecclesia liberantur a tentationibus demonum et inundationibus peccatorum. s. maiores qui signantur per filios eius minores qui signantur per vxores. in ecclesia enim saluantur tam maiores q̄ minores tam sapientes q̄ simplices vt habetur in psalmo. Etenim passer inuenit sibi domum et turtur nidum vbi reponat pullos suos. per passerem qui est auis callida sapientes intelliguntur per turturem que est auis simplex simpliciores designāntur et omnes isti saluantur quando in petram ecclesie que christus est ingrediuntur. Hieremie quadragesimo octauo Este te quasi columba nidificās in summo ore foraminis sic ergo ingredimur in petram per firmitatem fidei ab scondimur in fossa humi per protectionem dei. fossa humus est christus in cruce clauis et lancea defossus vt habetur in psalmo Q foderūt manus meas et pedes meos. per has fossas et per has rimas apparent nobis viscera pietatis que sunt in christo et per has licz nobis sugere mel de petra oleūq̄ de saxo durissimo abscondere ergo i fossa humo homo timidus pauidus et infirmus libenter se absconderet i loco i quo ab inimico tutus esset et sanitatem ab infirmitate reciperet absconderе ergo in christo abscondito et tut⁹ eris ab inimico Isa. 53. Abscōditus ast vultus eius abscondere etiā in eius vulneribus et sanaberis a tuis infirmitatibus Isaie quinquagesimo tercio vulneratus est ppter iniquitates nostras attritus est propter scelera nostra disciplina pacis nostre super eum et liuore eius sanati sumus fm hoc beatus benedictus ingressus est i petram et in fossa humi se abscondit quando propter christum consortia hominum fugiens in desertum locum secessit et ibi diuinas allocutiones et consolationes interna aspiratione audiuit. Osee secundo. Ducam eam in solitudinē et loquar ad cor eius. homines sapientes non proclamant consilia sua in foro. sed in secreto dicunt ea et in abscondito sic dominus animam fugientem tumultus hominum consolatur et eterna bona inspiratione interna reuelantur. Secundo debemus ingredi ad perscrutationez ppriē conscientie p̄s. 37. Tota die contristor

gredicbar. tristicia penitētie que fm deū est habet annexum dolorē. sed patienter debet sustineri quia operatur salutem homo enim sustinet ignem et ferreū vt curetur a vulneribus bibit etiam potiones amaras vt sanetur a febribus sic nos liberter debemus sustinere tristiciam penitentie. vt a peccatis sanemur. 2. ad Corinthe. 7. Que scōm deū est tristicia penitentiaz in salutem stabilem operatur sicut futura vita comprehensoribus est vita leticie sic presens vita viatoriz debet esse vita tristicie. Sed miseri peccatores puertūt tempora quia tempore tristicie letātur. 2 ideo tempore leticie beatorum tristabūtur: sed electis qui modo lugent eterna leticia reseruatur Johānis. 16. Plorabitis 2 flebitis vos. mundus autem gaudebit vos autem contristabimini sed tristicia vestra cōuertetur in gaudium. quis ergo in presenti vita etsi non sit culpa continua. tamē cōtinua est miseria. continua debet esse tristitia Hieremie. 9. Quis dabit capiti meo aquā. 2 oculis meis fontem lachrimarum Natura fōtis est qō aqua interior exteriorem expellit. Ea autem que aliam expelebat implenti cedit 2 sic cōtinuus fluxus a fonte nunqz recedit. sic dolor cordis lachrimas exteriz exire compellit culpa aūt que est materia doloris. ad dolendum impellit. 2 sic in hac vita continuum nostram miseriam nichil ex toto repellit. Propter hoc beatus benedictus istam continuam miseriam considerans solitarium locum fletibus amicum quesiuit vt habetur i ps Ecce elongaui fugiens 2 mansi in solitudine. Ipse enim quesiuit non ciuitates et castella loca diuitiarum Sed deserta que sunt loca penitentie sine lachrimarū eius id est plorās plorabit in nocte 2 lachryme eius in maxillis eius Tercio debemus ingredi ad cognitionem veritatis interne. Prouerbiorum vicesimo tercio. Ingrediatur ad doctrinam cor tuum. et aures tue ad verba scientie. homo libenter ad locū thesauri intraret si certus esset q̄ dominꝰ thesauri trīs ei de thesauro daret quantū secum deferre posset doctrina vel sapientia est anime thesaurus. 2 tantus q̄ in sacra scriptura dicitur infinitus Sapientie septimo. Sapientia infinitus thesaurꝰ est hominibus christus aūt huius thesauri est dominus qui paratus est de thesauro isto tantum vobis dare quantum poteritz capere 2 vobiscum deferre Ysaie quadragesimo quinto. Dabo tibi thesauros absconditos 2 archana secretorum. vt scias quia ego dominus. sed multi sunt sicut ribaldi siue goliardi qui pecuniā corporalem cōtempnunt et ipsam cum omni facilitate in suis voluptatibus 2 dissolutionibus expēdunt. sic multi plus diligunt vanitatē occupiente dei que est thesaurus incōparabilis. vnde tales homines non sunt alicuius momenti quia inueniuntur vacui 2 vani Sapientie tredecimo. Vani sunt omnes homines in quibus non subest sciēna dei. propter qō dicit ingrediat ad doctrinam cor tuum. sequitur 2 aures tue ad verba scientie. auris enim est sicut choncha que aquam sapientie salutaris et ipsā vsqz ad intelligentiā transmittit. intelligēta aūt vsqz ad canalem otis trāsfundit. que descendēs ad animas sanctas tanqz ad areolas ibi germinat et fructū facit Ecclesiastici quinto. Esto mansuetus ad audiendum verbum dei vt intelligas 2 cum sapientia pferas responsum verū. homo enim debet aures suas ad verba sapiētie inclinare vt inde possit aquam salutarem haurire quam postmodum alijs possit refundere Job vicesimo nono. Auris audiens beatificabat me 2 oculus videns testimonium reddebat michi. Tales vult esse dominus suos predicatores vt primo teneant locum discipuli siue auditoris. 2 postmodum locum magistri siue testatoris. vt sic fidele testimonium perhibeant christo de visis et auditis talis testis fuit beatus benedictus. etsi em̄ ipe nō fuit armatus sophismatibus artisticis. si nō fuit ornatus coloribus rethorum etsi non fuit circumcinctus circumuentionibus legistarum habuit tñ cognitionem 2 scientiam deuitationis peccatorum et informationis morum que est scientia sanctorum Sapientie decimo Justum deduxit dominus p vias rectas et ostendit illi regnum dei Et dedit illi scientiam sanctorum. Quarto debemus ingredi ad cōprehensionem felicitatis eterne ad hebreos quarto. Festinem⁹ ingredi in illaz requiē debemus festinare quō possumus in eternam requiem introire 2 hoc quia breuis vita distātia longa retardantia multa. obstacula infinita. Prouerbiorum sexto. Discurre festina 2 hoc quia requies illa est requies bona. requies opulenta requies eterna. Primo ergo est requies bona Geneseos quadragesimo nono. vidit requiem que esset bona et terram que esset optima 2 supposuit humerum ad portandum illa requies bona non dicitur que in eūctum malum terminatur. sicut requies illius qui dicebat Luce duodecimo. Anima mea multa bona habes reposita in annos plurimos. 2 sequitur. requiesce. sz audi cuentus huiꝰ requiei. Nam dixit stulte repetent animam tuam. requirent tāqz proprium debitum. quia ipsam obligauit demonibus per peccatū. Secundo est ista requies opulenta Ysaie tricesimo secundo. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis. 2 in tabernaculis fiducie 2 i requie opulenta. Requies que est in hac vita nō potest dici opulenta quia curis amiscetur laboribus interrumpitur. in doloribus finitur. Tercio ista requies est eterna vt habetur in psalmo centesimo quinquagesimo secundo. Hec requies mea in seculum seculi hic habitabo quoniam elegi eā propter hoc ad Hebreos quarto dicitur. Ingrediemur in requiem qui credimus. Fides enim est hostiarius per quez sancti promissam requiem consequuntur ad Hebre. vndecimo capitulo. Sancti per fidem viceraut regna. operati sunt iusticiam adepti sunt repromissiones. valde stultꝰ esset qui palatium regis intrare vellet si certꝰ esset q̄ regi nō placeret. sic stulti sunt qui sine fide putant in regnum intrare. quis sine ipsa deo non possunt placere. quis q̄ beatus benedictus fidelis seruꝰ domini fuit. ideo in regnuz ipsius hodie intrauit Wathei vicesimo quinto. Sup pauca fuisti fidelis. supra multa te cōstituam. intra in gaudium domini tui. sic ergo inuitauit dominus beatum benedictum hortando ad propositum cum dicitur. Ingredere benedicte domini. Secundo inuitauit ipsuz dehortādo oppositum. cum dicitur qui fortis stas. Sciendum est ergo q̄ sunt quatuor genera hominū qui fortis stant. Quidam em̄ fortis stant propter feditatem luxurie. Quidam propter tenacitatem auaritie. Quidam propter imperfectionem infirmitatis relicte. quidam propter infirmitatem corruptionis innate. Quidaz ergo fortis stāt propter feditatem luxurie. Tres notum secundo. Jacuerunt in terra fortis puer 2 senex. illi fortis in terra iacere dicūtur qui p̄ceptis eternis terrenis 2 carnalibꝰ voluptatibꝰ incuruant Apocalipsis vi timo. Fortis canes 2 venefici et impudici. bene fortis stare dicitur impudicitia. quia nichil inquinatum recipit illa claritas sine mundicia. Et sciendum q̄ simul conūctum puerum et senem quod non intelligit

propter paucitatem vel multitudinem annotum. sed magis propter lentatem et inueterationem peccatorum Unde in sacra scriptura quādoqz reperitur puer centum annorum. Ysaie sexagesimo quinto capi. Puer centum annorum morietur. et peccator centum annorum maledictus erit.

Et sciendum q̄ aliqui senes qui longo tē pore vixerunt. 2 in fine vite sue labuntur i professione reperiuntur nouitij. Quidam autem iuuenes in peccatis obstinati i suis malicijs inueniuntur professi. Unde laborandum est vt nouitij a sua peruersa religione in qua non possūt saluari recedāt. et professi in malicia ad aliam religionez scz salutaris penitētie se transferant. Secundo stant aliqui fortis propter tenacitatem auaricie Amos quinto capitulo. In omnibus plateis erit planctus. et in cunctis que sunt fortis dicetur. ve. ve. Hic tanguntur duo genera hominum. scilicet voluptuosorum qui designātur nomine plearum. 2 auarorum qui designantur nomine eorum qui fortis sunt. primi voluptuosi scilicet sunt in lubrico positi. Voluptuosi eni de facili labuntur in peccatis Tre notum quarto capitulo. Lubricauerunt vestigia nostra in itinere platearum nostrarum. Unde homines non debent possuas concupiscentias currere si non velit quasi super glaciem in precipitium corne re Ecclesiastici decimo octauo. Post concupiscentias tuas non eas et a voluntate tua auertere. si presles anime tue concupiscentias eius. faciet te in gaudium inimicis tuis. de inimicis infernalibꝰ loquitur qui de nostra miseria letātur. Sed de nostra gloria contristantur. vnde voluptuosis fm quātitatem deliciarum redditur quantitas penarum Apocalipsis decimo octauo. Quantum glorificauit se in deliciis fuit tantum date illi tormentum 2 luctum. propter quod dicitur in omnibꝰ plateis erit planctus in quo designatur status voluptuosorum. Sequitur. 2 in cunctis q̄ fortis sunt dicetur. ve. ve. Hec signat status auarorū 2 pice. vel bitumie auaricie ligatorum auaritia enim sic cor auari constringit q̄ manum suam retrahit. 2 ipsam ad opus misericordie nō extendit. Et iste fortis esse dicitur: quia nec seipsū nec proximum. Sed fortis seca temporalia que a corde deberent esse alienantur. isti dicetur ve. Quia non habet dulcedinem pietatis vel misericordie Johannis decimo capitulo. Si impꝰ fuerove michi est. nō

lauado caput saturatus afflictione z miseris homines confusi non audent caput sursum leuare. In die autem iudicij homines immisericordes confundemur. quia i ignē eternum qui paratus est dyabolo et angelis eius a domino mittentur. Mathei. vicesimo quinto. Et ibi afflectione z miseria saturabuntur. afflictione in acerbitate pene iehenne. miseria in carentia visiōis diuine. sed econtrario homines misericordes fiducialiter capita leuabunt z tam in anima q̄ in corpore feliciter exultabunt. i. ad Thimotheum quarto. Pietas ad omnia vtilis est promissionez habens vite q̄ nunc est et future. Tercio stant aliqui foris propter imperfectionem infirmitatis relicte. Marci vndecimo capitulo. Inuenerunt pullum ligatum ante ianuam foris in biuio. per pullum possumus intelligere liberum arbitrium quod sic creatum fuit liberum qō cum omni facilitate possz operari bonum. Sed cum primus homo per inobedientiam peccauit eius liberuz arbitrium ligatum fuit. Nec cum illa facilitate qua prius bonum operabatur operari potuit et in nos vincula tam peccatī q̄ mortis transfudit ad Romanos quinto capitulo. Per vnum hominem peccatū in mundum intrauit. et per peccatū mors ita in omnes homines mors pertransiit i quo omnes peccauerunt. istis autem vinculis constringimur Prouerbiorum quinto capitulo. Iniquitates sue capiunt impium et funibus peccatorum suorum constringitur. nos enim peccatis originalib⁹ que a primis parentibus contrarim⁹ peccata actualia superaddimus. Et ideo vincula vinculis cumulamus. Sed christ⁹ venit ista vincula. dirumpere vincula cām peccatorum dissoluit per gratiam. vinculaq; mortis dissoluit in gloria quādo in victoria absorbebit mortem prima ad Chorintheos quindecimo capitulo Absorta est mors in victoria. vnde dominus cūc iussz pullum id est liberum arbitrium solui voluit a vinculis peccati quando beato petro z sacerdotibus eius. z sacerdotib⁹ successoribus claues ligandi z soluendi contulit Mathei decimo sexto capitulo. Tibi dabo claues regni celorum. et quodcunq; ligaueris super terram erit z in celis ligatum. et quodcunq; solueris super terram erit solutum et in celis. Et sciendum est q̄ iste pullus dicitur in biuio esse cōstitutus quia liberum arbitrium. quantumcunq; fuerit peccatis ligatum adiutorio diuine gratie potest eligere non solum malum. sz etiam bonum Ecclesiastici quindecimo capitulo. Ante hominem vita et mors bonū et malum quod placuerit ei dabitur illi. Ille ergo vt ditimus vinculum infirmitatis et peccati et mortis relinquitur in nobis a parentibus primis. et ideo quantū ad hoc adhuc stamus foris ratione infirmitatis relicte. Quarto aliqui stant foris propter infirmitatem corruptionis innate secūdum Chorintheos quarto capitulo licz is q̄ deforis est noster homo corrumpitur tamen hic qui intus est renouatur de die in diem. noster homo exterior. qui est homo carnis de die in diem corrumpitur. et sua corruptione ad defectum proiabitur. ipse etiam corruptione homo interior aggrauatur Sapientie nono capitulo. Corpus quod corrumpitur aggrauat animam. et terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem sed de corruptione exteriori. qui est homo carnis non multum curare debemus. quia fm decursum ipsi⁹ p viam vniuerse carnis ambulamus nec est in nostra potestate vt eius vetustatem renouemus. Cogitemus ergo quomodo possimus fm interiorem hominez qui est homo cordis ambulare. quia si ambulatus est in peccatis possumus eum per penitentiam renouare ad Ephesios quarto capitulo. Renouamini spiritu mentis vestre. et induite nouum hominem. qui fm deuz creatus est in iusticia et sanctitate veritatis. Christ⁹ venit nos ad celestes nuptias vocare. et ideo vult nouas vestes z nuptiales habere vult etiam vt veteres deponamus z a nobis velociter proiciamus ad Ephesios quarto capitulo. Deponite vos fm pristinam conuersationem veterē hominem qui corrumpitur fm desideria erroris propter ista quattuor genera hominum dicitur hic cur foris stas. Sed beat⁹ benedictus nequaq̄ de genere et conuersatione istorum fuit nec in via peccatorum steterit. imo sibi egredieti z ingredienti dominus benedixit Deutronomij vicesimo octauo. Benedictus eris ingrediens z egrediens. beatus benedict⁹ re z nomine fuit benedictus. Ipse enim fuit benedictus ingrediens claustrum. fuit etiam benedict⁹ egrediens ad regna celoz. Johānes. x. capitulo. Ingredietur z egredietur z pascua inueniet. z beatus benedict⁹ est ingress⁹ regulam institutionis monastice. Egress⁹ est hodie per separationem anime a corpore suo. z inuenit pascua refectōis eterne.

Nesic ergo secūdo dominus in verbo proposito hortatur suos dehortando incommodum cum dicitur cur foris stas Tercio hortatur eosdem p̄mittendo futurum cōmodum cum dicitur preparaui domum. Tercest domus de qua i psalmo. Beati q̄ habitāt in domo tua domine in secula seculorum laudabunt te. Beatus benedict⁹ de omni corde suo laudauit dominū q̄diu fuit in presenti miseriaz̄t ideo non est mirum si ipse eum tanq̄ philomena dominū laudat in gloria. Ecclesiastici. quadragesimo septimo capitulo. De omni corde laudauit deum et dilexit dominum qui fecit illum et quia dominum ex toto corde diligit dominum plenum omnibus delitijs sibi preparauit. Isaie sexagesimo quarto capitulo. Oculus non vidit deus absq̄ te. qui preparasti. expectantibus te. Beatus benedictus cum omni longanimitate expectans dominum expectauit. Et ideo sibi dominus locū glorie preparauit quē nobis prestare dignetur. et cetera.

De sancto benedicto Sermo secūdus.

Electꝰ deo et hominibus moyses cuius memoria in benedictione est. Ecclesiastici quadragesimo quinto. In verbo proposito cōmēdatur beatus benedictus a duobus. primo enim commēdatur a sanctitate vite radiantis in mundo cum dicitur dilectus deo et hominibus moyses. Secūdo commēdatur a tocūditate felicitatis eterne beatificantis in celo cum dicitur. Cuius memoria in benedictione est sed quoniā omnes transferentes secundū aliquam similitudinem se transferunt videam⁹ qualiter beatus benedictus per moysen designatur. Et sciendum est q̄ hoc est ꝓpter triplicem causam. Primo propter declinationem nociuorum. Secundo propter gubernationem subditorum. Tercio propt subiugationem vitiorum. Primo ergo p moysen signatur beatus benedictus propter declinationem nociuorum. sicut enim moyses fide reliquit egyptum ad Hebreos vndecimo. Sic beatus benedictus fide reliquit mundum et immunditiem peccatorum Ecclesiastici decimo septimo. Cōuertere ad dominum et relinque peccata tua. precare ante faciem domini. et minue offendicula. beatus benedictus peccata mundi reliquit offendicula minuit ante faciem domini deprecans a deuio vitiorū ad viam et regulam virtutum et regulam institutionem se conuertit quam regulam ab institutionibus apostolorum accepit Actuum quarto. Nec quisq̄ eorum qui possidebat aliquid suum esse dicebat Sed erant illis omnia communia tempore nature bene instituere sed ceperunt diuidi z apropriari tempore nature per peccatum destitute. Sed ceperūt recollivi. tm hoc q̄ est nostrum siue ꝓmunitatez vnitatem vnit⁹ in tempe ecclesie primitiue In de est q̄ reprehenditur religiosus q̄ dicit cappa mea meus liber. meus equus. sed deberet dicere nostra cappa noster liber. noster equus vnde hec regula communitatis est regula religionis de qua ad Galatas vltimo capitulo. Quicunq; hanc regulam secuti fuerint pax super illos. Nā meum et tuum non possunt pacem habere. Nam meum hoc qō est tuum nō cessat ipugnare et vltimo illud interficere dum intēdit illud a natura sua destituere z tum possessionem vel proprietatem suam conuertere Secundo signatur beatus benedictus p moysen propter gubernationez subditorum prouer. i. Intelligens gubernacula possidebit. Intelligens dicitur intus legens pauci sūt intelligētes sz multi sūt qui sic liceat loqui exterlegētes. id est exterius legentes multi em̄ sunt q̄ omnes affectiones z cogitatiōes suas ad exteriora transitoria et caduca tanq̄ ad specula vitrea sed acies cogitatōnū z affectionum suarum ad mentes suas et imaginem z similitudinem illius qui est candor lucis eterne speculum sine macula factas minime reflectunt vnde tales non sunt intelligētes sz vt dictū ē exterlegētes de q̄ bꝰ p ps. Nescierunt nec intellexerūt i tenebris Ambrosius Multi sunt intelligentes gubernacula aliorum possidentes seipsos. z alios interitum p̄cipitantes Mathei quindecimo Si cecus ceco ducatum prestat ambo infoueam cadunt sed ignorantes gubernatores nostrorum temporum inuenerunt cautelam cecorum qui quando seipsos regere non nouerunt habent canes qui eorum gressus regunt Canes possunt appellari familiares consiliarij baiuli prepositi aduocati qui bene dicuntur canes quia sunt blandimentis caudarum suarum suis dominis applaudantes manibus eorum linguela adulatorij z laudentes maxime extraneos pauperes

et simplices latrantes mordentes lacerãtes et in predam dominorum suorum conuertentes. De istis canibus legitur. Apocalipsis vltimo capitulo. Foris canes. isti canes foris remanebunt. Quia in illud q̃etum silentium superne felicitatis non introibunt, nec ibidem latrabunt. sz cum vlulatibus suis pre dolore supplicii cũ impiis infernalibus vlulabunt. Beatus benedictus vir intelligẽs fuit. quia domino ipsum interius illustrante et ipsum deducente vias suas direxit. & ideo ad portum salutis peruenit. Sapientie decimo. Iustũ deduxit dominꝰ per vias rectas & ostendit illi regnum dei. Et iõ beatus benedictus tãꝫ vir intelligens gubernacula tã monachoruꝫ q̃ monasteriorum possedit. Ezechielis viceſimoſeptio. Sapientes ruine facti sunt gubernatores tui. magnũ dei donũ est quando populus habet sapientes principes gubernatores. vnde Boetius in libro de consolatione. Beatas iudicauit fore res publicas. si eas studiosi sapientie regerent vel si earum rectores studere sapientie contigisset. Tercio per moysen signatur beatus benedictus propter subiugationẽ vicioꝝ. hebreos vnde cimo. Fide moyses grandis factus negauit se esse filium filie pharaõis magis eligens affligi cũ populo dei. q̃ tẽporalis peccati habere iocũditatem. beatus bñdictꝰ diuina sapiẽtia illustratus contẽpsit omnem iocunditatem viciorum sciens q̃ iocunditas peccatoꝝ est iocũditas freneticorum qui rident et cantant quãdo appropinquat mors illorum. sed econtrario sancti eligunt hic affligi vt cũ christo possint eternaliter gloriare. Unde beatus augustinus. Domine hic vre hic secta. vt in futuꝝ parcas. sancti em̃ per patientem tollerantiam aduersoꝝ ad receptionem premiorum itrant. Actuum.i+. per multas tribulationes oportet nos itrare i regnũ celorum. sic ergo per moisen beatus benedictus triplici ratione vt dictum est signatur. iste dicetur dilectus deo et hominib⁹ Sciendum est ergo. q̃ tria sunt que hominem diligibilem reddunt. primum est bonitas conscientie. Secũdo est claritas scientie. tercium est iocunditas glorie. Primum ergo qõ reddit hominem diligibilẽ est bonitas conscientie. Ecclesiastici tercio. Iuditium patris auditi filij dilecti et sic facite vt salui sitis. cũ tremore et timore debemus audire diuinum iudicium q̃ est verũ & certũ. Est etiam reprobis durũ dño em̃ fm qõ in p̃s. Et facit in nobis iudicium conscriptum. Iudices quando volunt sententias pronunciare consueuerunt eas in scripto redigere ne possint proferendo a veritatꝫ tramite diuare. christꝰ ergo in nobis iudicium conscriptũ facit. q̃ ipꝫ errare in iudicio nõ contingit. Iste liber in quo sententie cõtinentur est tante continentis vel ambitus q̃ in ipso oẽs bonorum et malorum sententie continent. p̃s. In libro tuo omnes scribentur. Quilibet etiam nostrum habet libtum suuꝫ in quo tot scripta sunt debita quot ibi reperiuntur peccata. et quot ibi inueniuntur mãdatates tot sunt ibi pene reatus vel obligationes. Apoc. xx. Iudicati sũt mortui ex his que scripta erant in libris secundum opera ipsorum. Ego video q̃ quando debitores obligati sunt feneratoribus vel vsurarius et aliquid persoluunt eis multum festinant vt amoueãtur de scriptis sine scribi imutãtur. oporteat ipsos iterato soluere pecuniam cum vsuris. cũ ergo tenearis ad multa debita quantũ ẽ de te, dele de libro conscientie tue peccata que sunt debita tua. dele dico per cõtritionẽ vt sic deus deleat per indulgentiam ipse enim habet sibi sz suam misericordiã que consueuit delere culpam dic ergo in plorãdo misericordiã illud psalmiste psalmo quinquagesimo. Exaratum secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. Propter quod hic dicitur. Iudicium patris audite filij dilecti. sequitur et sic facite vt salui sitis. dicit glosa. Si mandata seruaueritis salui eritis. Bona est ergo obseruatio mandatoꝝ. Nam in ipsa est odium viciorꝝ p̃s. Ꝫ mãdati s tuis intellexi. propteres odiui oẽm viam iniquitatis. per ipsã etiã est ingressus ad regnũ celoꝝ Mat. 19. Si vis ad vitam ingredi serua mandata. propter hoc beatus benedictus fuit dilectus quia mãdata seruauit et consilia adiungendo supererogauit. Secũdũ quod facit hominẽ diligibilem deo est claritas scientie Math. decimoseptimo. Hic est filius meus dilectus in quo michi complacui ipsum audite sicut dixit a principio multum facit hominem deo diligibilẽ claritas sapientie vt habetur Ecclesiastici Capitulo primo. Dilectio dei honorabil sapia vbi datur glo Claritas est sapientis vera que diffunditur in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. qui nos dilectionis dulcedine perfundit Charitas em̃ ad

modum salis ceteris virtutibus cogitationibus et affectionibus dat condimentum saporis. vnde sicut cibaria insipida sunt sine sale: sic affectiões & cogitatiões sine caritate. iiij. Reguꝫ. ij Auerte michi vas nouum & mittite in illud sal. Cor em̃ innouatum per penitentiã incipit sentire caritatis saporem. sapientis etiaꝫ dulcoratur charitate vt fm eam non solũ dicamur sapere: sed etiam saporare. Ecclesiastici. vj. Sapientia em̃ doctrine fm nomen eius est. beatꝰ ergo Benedictꝰ fuit a dño dilectus quia fuit sapiẽtis que desursum est non solum illustratus: sed etiã dulcoratus. et ideo diligenter erat audiendus. vnde hic sequitur. ipsum audite. homines solent libenter audiri propter tria. Aut quia dicũt noua: aut quia dicũt magna: aut quia dicũt vtilia. propter primũ libenter auditur curiosi. propter secundum studiosi. propter tertiuꝫ operosi primo ergo libenter auditur homines quando dicunt noua. Actuũ. xvij. Athenienses autem omnes et aduene hospites ad nichil aliud vacabant. nisi aut dicere aut audire aliquid noui. Certe multũ noua fuit doctrina tẽpore beati Benedicti qui docebat mũdum fugere. deserta querere. in solitudinibus habitare. seipsum totaliter diuine dispositioni cõmittere. vnde dicere poterant auditores sui. Noua que ista infers auribus nostris. Secundo libenter auditur homo quãdo dicit magna. Prouerbiorũ. viij. Audite me quoniã de rebus magnis locutura. Hoc dicit sapiẽtia. cuius beatus Benedictus fuit calamus vel lingua. magnũ dixit beatus petrus quando dixit dño. Mathei xix. Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te: sed non minus dixit beatus benedictꝰ quando omnia dimittens et christum nichilominus sequens. vt cum solo dño familiariter loqueretur voluit in deserta solitarius habitare. Tertio libenter auditur homo quãdo dicit vtilia Prouerbiorũ. Audi fili mi disciplinã patris tui. vt addat grana capiti tuo. & torques collo tuo magnꝰ fructus est vel magna vtilitas disciplinã patris boni audire per quã pueri hõ ad iustificationẽ anime sue: qõ notatur cum dicitur addatur gratia capiti tuo per quã etiã pueri ad retributionẽ eternẽ coronę qõ notatur cum dicitur et torques collo tuo. Torques em̃ est rotũde figure & signat coronã eternã que caret fine & principio & fine. Tertio qõ facit hoiez deo diligibilez est. Iocunditas glorie miser em̃ homo nõ auditur libenter in consistorio. Sap. iiij. Placẽs deo factus dilectus & viuẽs inter pctores trãslatus est sicut dñs suos ãte mũdi cõstitutionẽ elegit. Sic ãte mũdi cõstitutionẽ in illis sibi bene cõplacuit. sicut archã & domꝰ in arte diligitur ab artifice anteq̃ ab ipso producatur in opere beatꝰ Bñdictꝰ ab eterno dño placuit. sz ex tpe ab ipso dilectꝰ fuit. nec est sine deo mutatus affectus: sed est ex tempore beato Bñdicto gratie & sapiẽtie collatus effectꝰ Prouerbiorꝝ. viij. In vijs iusticie ambulo in medio semitaꝝ iudicij: vt ditem diligentes me: & thesauros illorum repleam. dñs beatum Benedictum se diligentem dilectione ditauit. & thesauros illius cognitiõe veritatis impleuit. Iste placẽs deo & factus dilectus inter peccatores virit. Nam sicut virtus est medium duorum viciorum. & sicut lilium crescit in medio spinarum. sic beatꝰ Benedictus ihesus a vicijs virit in medio pctoꝝ. vnde iste sic viuẽs inter peccatores est. s. de peregrinatione ad patriam de morte ad vitam de mundo ad patrẽ translatꝰ. Eccle. xliij. Enoch placuit deo & translatꝰ est in paradisum Enoch interpretatur vel edificãs. in quo signatur beatus Bñdictus qui dño totaliter dedicatus fuit. & religiones christi edificauit. & mirabiliter ampliauit. Sic ergo primo cõmendatur beatus Benedictꝰ a sanctitate vite radiãtis in mundo cum dicitur dilectus deo & hominibus moyses. Beatus em̃ Bñdictus bona non solum coram deo: sed etiam coram hominibus prouidebat. & ideo seipsum diligibilem nõ soluꝫ deo exhibebat ad Romanos. xij. Prouidẽtes bona non solũ cora deo: sed etiã coram hoibꝰ. Secundo cõmẽdat beatꝰ Bñdictꝰ a iocunditate felicitatis eterne beatificãtis in celo cuꝫ dñ. Cuiꝰ memoria in bñdictione est beatꝰ Benedictus fuit aliter Josias de quo Ecclesiastici. xlix. Memoria ioſie in compositione odoris facta est opus pigmentarij in omni ore quasi mel indulcabitur eius memoria. & vt musica in conuiuio vini. Attribus cõmendatur hic ioſias siue beatꝰ Benedictus primo a pigmentarij odore Secundo a mellis dulcore. Tertio ab instrumenti musici iocunda modulatione. Hec sunt enim que solẽt habere diuites in suis festiuis cõuiuijs. s. cibaria delicata. vina odorifera. istrumẽta musica. Quãtum ad primum ergo commendatur beatus

tus benedictus a pigmētarij odore cum dicitur memoria iosie in cōpositōne odoris facta est opus pigmentarij. Iosias interpretat fortitudo domini ⁊ signat beatum benedictum q̄ revera fortis ⁊ potēs in prelio fuit. fuit fortis i tentationibus superandis. in moribus informandis in peccatoribus revocandis in penitentib⁹ promouendis. Iste comparatur pigmentarij odori. ipse em̄ bonus extitit in mūdo ⁊ adhuc extitit in celo. ⁊ ad Chorites. ⁊ Christi bonus odor sumus deo tantus odor ex cōuersatione beati benedicti procedebat q̄ totum mundum bono odore quasi florum fragātia p̄fundebat vt de illo posset dici illud Gene. xxvii. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni cui b̄dixit dominus. quot em̄ institutionibus regularibus quot sanctis exhortatōnib⁹. quot honestis conuersationibus religionē decorauit tot floribus sanctam ecclesiam respersit. Secundo hic commendatur beatus benedictus a mellis dulcore cum dr̄ in omni ore quasi mel indulcabitur eius memoria. vnō potuit dicere id Ecclesiastici xxiiij Spiritus meus super mel dulcis ⁊ si em̄ institutiones beati benedicti habuerit exterius austeritatis rigorem interi⁹ tn̄ continebant spiritualis delectatiōis dulcorem. sicut cortex nucis amara est soluz exteriora gustantibus. sed nucle⁹ dulcis est interius penetrātib⁹. Tercio commēdatur beatus b̄dictus a iocūditate musici instrumenti. cum dicitur vt musica conuiuio vini homines diuites habent suos ioculatores que vtuntur musicis instrumēts ad remotionem tedij. ⁊ ad promouendam iocunditatem animi talis ioculator fuit beatus b̄dictus ad hoc special⁹ ter⁹ domino edoctus Ysa. 22. Suspendam super eum omnem gloriam domus patris eius. vasorum diuersa genera. omne vas paruulum a vasis craterarum vsq̄ ad omne vas musicor̄. Tria genera vasorū distinguit ysaias. scōz q̄ se tripliciter conformauit beatus benedict⁹ ad regēdas animas. Primo habuit vas paruulum i eruditis rudib⁹ Secūdo habuit vasa craterarum i replendis capacib⁹. Tercio habuit vas musicor̄ in recreandis viris spiritualibus ⁊ celestia cōtemplantib⁹. beatus enim benedict⁹ fuit sicut mercator dines qui habuit plures merces vt sīs̄ pretiosores emere non posset sibi mediocres vel viliores vendicare valeret. sic ergo p memoriam iosie memoria beati benedicti signatur. cui⁹ memoria est i triplici benedictione. Est em̄ primo benedictio possessionis terrene. Secūdo est benedictio illustratiōis. Tercio est benedictio retributōis eterne. ¶ Primo ergo est benedictio possessiōis terrene Deutronomi. xiii. Neptalim abundātia fruetur benedictione erit benedictionibus domini mane et meridiem possidebit. Neptalim interpretatur laudo per quam signatur beatus benedictus qui caritate dylatat⁹ fuit ⁊ isto modo que sit latitudo longitudo sublimitas ⁊ profundum superne retributionis cum omnibus sanctis comprehēdit ad Ephesios tercio. Iste etiam beatus benedictus per neptalim signatus abundantia perfruebatur quantum ad bona spiritualia. Ipse enim interius vocantem dominum diligenter audiuit. Et ideo dominus ipsum bonis spiritualibus adimplenit. Et ab auditione mala nec timuit nec timebit. Prouerbiorum primo. Qui audiret me absq̄ terrore requiescet et abundantia perfruetur. malorum timore sublato. Ipse plenus fuit benedictionib⁹ domini quantum ad bona temporalia. ipse enim in successibus suis bonis temporalibus abundauit. dominus enim propter sanctitatem suam ei⁹ filijs in successor̄ benedixit Ecclesiastici. 3. Benedictio patris firmat domus filiorum. Sed dicitur in vulgari. q̄ talis hospitatur in aula qui hospitem suuz eicit de camera. Denotio ⁊ sanctitas beati benedicti ⁊ aliorū sanctor̄ abundantiam bonorum temporalium in religionem introduxit. Sed abundantia temporalium bonorum tam deuotionem q̄ sanctitatem a religione ejusdē. p̄uit em̄ quasi ex adipe iniquitas monachor̄ ⁊ transierunt in affectum cordis siue voluptatis quia multi transierūt in affectum prope voluptatis. hodie beatus benedictus trāsiuit in locum tabernaculi admirabilis vsq̄ ad domum domini. Sed modo in pluribus locis multi de monachis suis transeunt in locum tabernarij qui locus est scandali. transeunt etiam nō vsq̄ ad domum domini sed ad domum ebrietatis vel superfluitatis. Beat⁹ benedictus vestigia christi veloci pede sequebat Job. 23. Uestigia eius secutus est pes meus. Multi autem monachorum illorum vestigia benedicti non secūtur nec scōz modū ipsius proficiscuntur. Quidā enim ad modum testudinis post ipsum tardo gradu incedunt. alij ad modum ceruorum deberent procedere retrocedūt. alij in inuio ⁊ non in via errantes per eius semitas non procedunt. tu te esse monachum beati benedicti profiteris ⁊ de priori no eius vestigia nō sequeris. bonus seruus debet sequi dominum suum ad caria vt ipso indiget obsequatur ei vis Canis venaticus per vestigiorum ferarū insectationem comprehendit predam. Sic ergo bonus monachus vestigia beati benedicti sequatur ⁊ sibi in presenti vita obsequatur vt cum ipso eterna premia consequatur Phili. 3. Sequor aūt si quo modo comprehendam in quo et comprehensus sum. Tu monache comprehens⁹ es in habitu ⁊ professione religionis. seq̄re ergo ipsum vt cum ipso comprehenda ris in iocunditate eterne retributōis. sic ergo beatus benedictus benedictiōe domini plenus fuit ⁊ sequitur. hic mane et meridie possidebit q̄ predictus fuit Deutrōij. Dilataberis ad occidentem ⁊ orientē septētrionē ⁊ meridiem bene ē beat⁹ benedictus in suis successorib⁹ dilatat⁹ Nam sicut credo in quattuor mundi climatibus in quibus christ⁹ colitur memoria beati benedicti habetur ⁊ in ei⁹ cenobijs in ipso dominus honoratur. Secundo est benedictio illustratiōis iterne deu tronomij. 33. Benedictio illius qui apparuit i rubo. veniat super caput ioseph. iosephi interpretatur filij⁹ accrescēs. in quo signatur beatus benedict⁹ qui creuit meritis creuit i filijs. creuit i predijs creuit in premijs. vnde benedictio domini que apparuit in rubo sup illum venit. sicut legitur Exodi. 3. Dominus apparuit moysi in flāma ignis de medio rubi. flamma ignis in se duo continet splendorē. s. et calorez sic i corde beati benedicti voluit dominus appere in splendore. s. ⁊ calore sācte dilectiōis. vnde quod de iohāne baptista dictum est de ipso congrue potest dici. Johannis. v. Erat iohānes lucerna lucens ⁊ ardens. beatus benedict⁹ lucebat tanta irradiatiōe sapiētie vt haberet spiritum prophetie. vnde scōz beatū gregorium in dyalogo. Sicut Heliseus propheta vidit giezi seruum suum quando duo talenta a namaam principe militie regis Syrie recepta ligauit i duobus saccis ⁊ duplicia vestimenta que imposuit duobus pueris sic beatus benedictus vidit in spiritu mapulas quas eius monachi sint eius licentia receperant a monialibus ordinis christi. Tercio ē benedictio retributionis eterne. i. Petri tercio. In hoc vocati estis vt benedictionē hereditate possideatis. q̄diu sumus in hac vita. benedictio dei non est hereditata. sz mobilis. qz potest i maledictiones commutari. q̄diu enim in hac vita sumus liberum arbitrium est vertibile ad malum tanq̄ ad bonum. sed in beata vita dominus liberum arbitrium confirmabit. nec erit mobile. sed hereditas sanctorum in eternum erit Hec est illa benedictio de qua Ecclesiastici vndecimo. Benedictio dei in mercedem christi festinat. magna ergo christi liberalitas plus enim festinat nobis tribuere q̄ nos festinemus recipere. festinat ad retributionem vt nos festinemus ad sanctam operationem. festinat ad premium vt nos festinemus ad meritum sic beatus benedictus festinabat. qui non incertum. sz in certitudie spei q̄rebat. i. Chorintheor̄. ix. Sic curro non quasi incertum. Et nos ergo eius mercatores effecti post ipsum curramus vt cum ipso eterne felicitatis iocūditatem cōprehendere valeam⁹ ad Cor. ix. Sic currite vt p̄prehendatis. currite p meritū vt p̄prehendatis premium. Quod nobis prestare

¶ De annunciatione Marie Sermo. i.

Sol nube tegaz

Eze. xxviii. Sicut videm⁹ q̄ iste sol materialis in puritate sue claritatis humanis oculis est inuisibilis Sz q̄n nube tegitur visibilis nobis efficitur. sic verus sol iusticie christus deus noster in puritate sue diuinitatis lucē inaccessibilē habitauit q̄n oculis corporeis nullus hominū vidit sed nec videre poterit Sed q̄n nube tect⁹ fuit assūmendo humanitatē i vtero beate virginis factus ē nobis visibilis vnde in verbo p̄posito notatur duo. Primo ei notatur concipientis virginis humilitas imitāda cum dicitur tegā. nube. Secūdo notatur concepti filij diuinitatis reuerenda cum dicitur solem sic ergo humilitatis virginis notatur in tegumine nubis. diuinitas filij in lumine solis. Sciēdum ergo q̄ beatissima virgo appellat nubes in sacra scriptura quadrupliciter ratione. Primo qz fuit p humilitatem tenebrosa. Secundo qz p deuotionē humida. Tercio p mūditiā leuis quarto p cōpassionē dulcis beata q̄ virgo primo dicitur nubes: qz per humilitatē tenebrosa Exodi xiiij. Ecce nubes tenebrosa et illuminans noctē. sicut homines nobi

Universidad de Deusto
Biblioteca

les solent se vestimẽtis cultioribus ornare. sic humiles solent se vestiꝝ viliorꝝ decere. ⁊ sicut illi ex honestate clarescũt sic illi ex humilitate tenebrescũt qđ bene signatur in iudicij que post mortem marci se vestimẽtis iocunditatis exuit et ciliciũ qđ est humiliũ ⁊ penitentium super lumbos suos posuit. Judich. viij. ſz hoc virgo beatissima ratiõe sua magꝭ eligit ex hũilitate tenebrescere q̃ ex dignitate clarescere. vnde cum angelus ei nunciaret q̃ conciperet dei filium noluit se vocare reginam vel dominam angelorum qđ esset ex dignitate clarescere. ſz respondit ecce ancilla dñi fiat michi scdm verbum tuum Luc. i. Qđ fuit ex hũilitate tenebrescere. qđ mirabiliter placuit oculis maiestatis diuie ꝓpter qđ dicit. ecce nubes tenebrosa sequitur. et illuminans noctem. Sed q̃reres si erat nubes tenebrosa quõ noctem illuminabat. ſz ad hoc est respõsio q̃ beatissima virgo sic humilitatez interius seruabat in animo q̃ aspiciẽtes exterius ipformando illuminabat exemplo Luc. i. Respexit humilitatem ancille sue ꝛc. Glorioſam virginez beatã dicunt oẽs generationes beatorum q̃ sunt genꝰ electum regale sacerdotum. i. Petri. ij. Eius humilitatem cõmendate humilitati ꝓformando. et per hoc se ad eternam gloriam erigendo. sicut eñ superbi ex elatione deiciũtur. sic humiles ex humilitate exaltãtur Job. xxij. Qui humiliatꝰ fuerit erit in gloria. Scõdo dicitur beata virgo nubes quia per deuotionez humida. Ecclesiastici. xxv. speciosa misericordia dei i tempe tribulationis quasi nubes pluuie in tempore siccitatis. quia arescunt homines ardore terrene cupiditatis Hieremie. xviij. Qui bibent ex hac aqua adhuc sitiẽt istã sitim dominus extinxit quando misso de celo spiritusancto apostolos suos ad contemptum omnium temporalium prouocauit. hec ẽ aqua de qua dicitur. Qui bibet ex hac aqua quam ego dabo ei non sitiet in eternum ⁊ sicut Johãnis. vij. dicit hoc dicebat de spiritu sancto quez accepturi erant credentes in eum. Banc nubẽ pluuiosam desiderabant antiqui iusti. per quã exprimebatur icarnatio christi Ysa. xlv. Nubes pluant iustum aperiatur terra. ⁊ germinet saluatorem. Nubes fuerũt antiqui prophete qui incarnationẽ christi in multis locis nobis prophetarũt occulte Psalmista. Tenebrosa aqua in nubibus aeris iste nubes iustũ pluerũt quã do ipsum sicut per pluuiam in vellus descenſuruz, predicabant vt habetur in ps. Descendet sicut pluuia in vellus. pluuia descendens in vellus partes velleris nõ diuidit. ſz constrigit. sic filius dei descendens in vterꝰ virginis eiꝰ virginitatẽ nõ minuit. sed sacrauit. ⁊ ideo nõ solum virgo ſz virgo virginuz meruit appellari. ergo nubes id est ꝓphete pluant iustum id est christum eius aduentum prophetãdo aperiatur terra id est virgo maria consentiendo. ⁊ germinet saluatorem. filium dei fidei concipiẽdo Luce. Beata q̃ credidisti qm̃ perficiẽtur ea que dicta sũt tibi a domino ista. nubes per deuotionẽ hũida. fuit beata virgo maria. iij. reg. xv ij. Et ecce nubes ⁊ vẽtus ⁊ facta ẽ grãdis pluuia. nubes fuit. cõcaultas hũilitatis beate virginis. ventꝰ qui i hac nube flauit fuit ventus auster id est flatꝰ spiritussancti qui sic in mente beate ꝛginis flauit q̃ ipsum in pluuiam mundantis deuotionis resoluit Cant. iiij. Surge aqlo ⁊ veni auster ⁊ pflа ortũ meum ⁊ fluent aroma illius. vnde ⁊ sequitur. q̃ facta est pluuia grandis id est abundantia mundãs deuotionis tam in se q̃ in imitatorib⁹ suis. Tercio beatissima virgo dicit nubes qꝛ fuit per mundiciã leuis Ysa. xix. Ecce dominus ascendet super nubem leuem. ⁊ egredietur egiptum ⁊ mouebuntur simulachra egipti a facie eius. beatissima virgo potest dici nubes leuis. quia non fuit onerata pondere peccati. dignum ei fuit q̃ illa que debebat cõcipere dominũ sabbati nõ portare pondera in die sabbati. dicitur q̃ dñs ascendet super nubem leuẽ qꝛ dominus sic fuit intra beatam virginẽ per assũptionẽ humanitatis q̃ fuit supra ipsam per dignitatem diuinitatis. sic ergo dominus ascendet super nubem leuẽ sequitur. et ingredietur egiptum. hoc factũ fuit ad lram scõm qõ ab angelo fuit ioseph nunciatum Math. i. Surge et accipe puerum et matrẽ ei⁹ ⁊ fuge in egiptum et esto ibi vsq̃ dicã tibi futurũ est enim herodes querat puerum ad perdendum. sequitur ⁊ mouebũtur simulachra egipti a facie eius. dꝫ q̃ qm̃ dominus fugiendo herodem introiuit egiptũ in introitu eius omnia simulacra egypti corruerũt. Et q̃uis istud plane nõ cotineatur in corpore biblie. nõ tamen alienum videtur a veritate. Nam in presentia cõsulis cessat auctoritas ꝓcõsulis. ⁊ in presentia imperatoris cessat auctoritas ꝓ cõsulis. Nõ est ergo mirũ si qm̃ deꝰ deoꝝ introuit in egyptum falsoꝝ deoꝝ simulacra cotruerunt Quarto beata virgo dicta est nubes: qa ꝓ passionẽ dulcis. Ysa. xviij. Ego quiescam et cõsiderabo in loco meo sicut lux meridiana clara est. ⁊ sicut nubes roris i die messis. In ista auctoritate describit beatissima virgo a trib⁹. ſ. primo a puritate castitatis. Secũdo ab honestate conuersationis. Tertio a dulcedine cõpassionis. Primo ergo describit a puritate castitatis cũ dicitur: ego quiescam et considerabo in loco locus xpi fuit puritas mẽtis. puritas vẽtris gloriose virgis in quẽ locum mirabiliter sine feditate et corruptione introiuit. ꝑs. Introibo in locũ tabernaculi admirabilis. verus sol xps in beatã virginẽ tanq̃ in nubẽ introiuit. et beata virgo q̃ nubes dicta est: est in xpo tanq̃ in sole. iuxta illud in sole tabernaculũ suũ posuit: vt alternata vicissitudie et nubes illustraretur a sole: et sol requiesceret ⁊ q̃tarẽt in nube. Ecclesiasti. xxiiij. Qui creauit me requieuit i tabernaculo meo. In isto loco christꝰ requieuit: quia ibi conflictũ et collisionẽ peccatorũ quasi vndarum maris non inuenit: sed pacem et tranquillitatem mentis ⁊ corporis. dominus ꝓpter tumultum et collisionez peccatoꝝ refugit habitationẽ impioꝝ. Ysa. lvij. Cor ipũ quasi mare feruẽs qđ q̃escere non potest. Sed notabile est q̃ dicitur quiescã ⁊ considerabo in loco meo. Non eñ xps sicut ceteri holes cõceptus est scientia ⁊ virtutib⁹ ꝓficiendo: sed vtroq; perfectus. Sed hoc in nemine cõsiderans iohãnes dicit Johis. i. Vidimꝰ gloriã eius quasi vnigeniti a patre: plenum gratia et veritatis. Secũdo describitur beata virgo ab honestate conuersationis cum dicitur sicut lux meridiana' clara' est. hec est mulier de q̃ Apocalipsis. xij. Mulier amicta sole ⁊ luna sub pedibus eius ⁊ in capite eius corona duodecim stellaꝝ vbi cõmendatur a tribus ab honestatis ornatu cum dicitur mulier amicta sole. Non eñ pulchriorem quaz solis possit habere ornatum. Secũdo cõmẽdatur a contemptu omnis terrenitatis cum dicitur luna sub pedibus eius. Tercio cõmẽdatur ab apparatu regie dignitatis cum dicitur ⁊ in capite eius corona duodecim stellarum. Tercio i ꝓdicta auctoritate beata virgo describitur a dulcedine compassionis cũ

malleatorum ad extensionem et productionem sanctorum z apostolorum malleationem ductiles facti sūt vt habetur ad hebreos vndecimo capitulo. Sancti ludibria z verbera experti sūt. insuper z vincula z carceres lapidate sūt. in occisione gladij mortui sunt pro christo. Nō est mirū si apostoli domini tube ductiles effecti sunt qui tot ictus malleatorū sustinuerunt. sic isti ictꝰ malleatorum sic istos extenderunt q ipsos in longum z latum extenderunt. Ipsi ei per malleationes suas adeo cōualuerūt q regna terre fidei christi subiecerunt. se in operibꝰ caritatis delectauerant. se etiam vsq ad altitudinez regnoꝝ celestiū extenderūt. Hebreos vñcimo capitulo. Sancti per fidem vicerunt regna operati sunt iusticiam. adepti sunt repromissiones adeptō istarum repromissionum est adeptio corone regni celorum vt habetur. Jacobi primo capitulo. Beatꝰ vir qui suffert tentationem quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam quam repromisit deus diligentibus se. quaz corona nobis donare dignetur.

De sancta Cruce Sermo primus

Michi autem absit gloriari nisi in cruce dñi nostri Jhesu Christi. vt habetur ad Gallatas sexto capitulo. Ad honorem et commendationē sancte crucis. In verbo proposito notantur duo. primo enim notatur detestatio gloriationis vane. cū dicitur. Michi autem absit gloriari. Secundo notatur emulatio gloriationis vere cum dicitur nisi in cruce domini nostri ihesu christi. Quantum ad primum sciendum q quattuor sunt genera hominum vane gloriantium. primi enim gloriantur in corporali potentia. Secūdi gloriantur in seculari sapientia. Tercij gloriantur in abundantia temporali. Quarti gloriantur in fama z magnificentia populari. primi enim gloriantur potentia corporali. Unde Judich primo capitulo dicitur de arpharat rege medorum q gloriebatur quasi potēs in potētia exercitus sui. Duo sunt que reddunt hominem potentē gloriosum virum. primum est fortitudo innata. z quantum ad hoc dicit q gloriabatur quasi potēs. Secundum est multitudo subiecta. z hoc notatur cuz dicitur in potentia exercitus sui. Unde de oloferne dicitur Judich vndecimo capitulo. Tu solus bonus z potens es in omni regno. Nabuchodonosor et disciplina tua omnibus prouinciis predicatur.

Duo faciunt hominem militarem valētē ¶ Primum est fortitudo corporalis. Secundum est industria naturalis. Sed fortitudo corporalis istiꝰ o lofernis fuit per infirmitatem mulieris enervata. eius naturalis industria fuit per eiusdem mulieris sapientiam circumuenta. ipsa ei cum z verbis sapiētibus circūuenit z propio gladio interfecit. propter quod dicitur ꝓmo Machabeorū secundo. A verbis viri peccatoris ne timueritis qui gloria eius stercus z vermis est. nichil est vilius stercore. nichil est mollius verme. dominꝰ ergo virorum peccatorum subuertit gloriā quando ipsam conuertit in vtilitatem et infirmitatem vt habetur Jsaie primo capitulo. Erit fortitudo vestra vt fauilla stupe. z opus vestrum quasi scintilla. z succedetur vtrumq; simul. z non erit qui extinguat. In presēti vita culpa remittitur. sz in futura vita nunq; delebitur. z huius ratio ē. quia nec ibi erit vigor misericordie resistentis nec ibi erit humor gratie extinguētis. vt habetur Ecclesiastici tercio capitulo. Ignem ardentē extinguit aqua ecce gratie extinguētis humor et sequitur ibi. z elemosina resistit peccatis. Ecce misericordie resistentis vigor. propter ꝑdicta ergo non est gloriandū in potētia corporali vt habet Jeremie nono capitulo Non glorietur fortis in fortitudine sua. Secundo sunt alij qui vane gloriantur in scientia seculari vt habetur Jeremie nono capitulo. Non glorietur sapiens in sapientia sua sed in hoc glorietur qui gloriatur scire z nosse me. Sunt aliqui homines qui de sapia seculari gloriātur. quādo se iactant de fraudez conuentione prorum vt habetur Jacobi tercio capitulo. Non est ista sapientia de sursum descendens a patre luminuz sed terrena animalis diabolica. terrena dicitur quantū ad cupidos z auaros. animalis quātum ad voluptuosos. In ista sapientia nō est gloriandum quia deo cōtrariatur. et ideo q in ipsa gloriatur eius gloria in hoc consistit. q et dominus aduersatur. quod ē manifestum fatuum. Nullus enim nisi fatuus cōstituit in hoc suam gloriam q habet in infinitum potentiorem et meliorem se sibi aduersantē. Non ergo gloriantur in suis fraudibus homines dolosi. quia taleꝫ videtur apperē vulpibus assimilari. vulpes animalia sunt dolosa z solent in suis foueis latare. vt cautius et magis ex improuiso possint aues z animalia simplicia lacerare vt habetur Mathei octauo capitulo. Vulpes foueas habēt. homines dolosi quasi vulpes latitāt i suis foueis. qñ sub tegmento simulationis. procedūt ad nocumentū superne dilectionis. Iste sūt de quibꝰ dicitur Job triceſimo sexto. Simulatores z callidi prouocant iram dei. et sequitur. morietur i tempestate anima eorum. ista est pena ista. ipsi enim intendunt vocem sub quadā simulationis seruitute. z ideo deus ipsos punit in frigore z tempestate. ꝓpter hoc dictum est nō glorietur sapiens in sapientia sua. z sequitur sed in hoc glorietur qui gloriatur scire et nosse me. scire dicit i fidei enigmate nosse dicit in spei claritate vt habet. Sa. quindecimo capitulo. Nosse te consumata iusticia est. iusticia in sacramētis fidei inciatur. bonis operibꝰ roboratur. finali perseuerantia perficitur. sed etiaz in visione aperta consumatur. quia ibi a fidelibus nunq; auferur vt habetur. Sapiē ne primo capitulo. Justicia enim perpetua z imortalis estꝰ Tercio sunt aliqui homines qui gloriantur in abundantia temporali vt habetur in psalmo. In multitudine diuitiarum suarum gloriantur. Ille qui gloriatur in opulentia rerum similis est somniāti qui gloriatur in celsitudine honorum. z in dulcedine potuum z cibo rum. sed ista delectatio non est fructuosa qui satis cito post inuenitur penuriosa. vt habet Jsaie vicesimonono capitulo. Sicut somniat esuriens z cōmedit. cum aūt fuerit experge factus vacua ē anima eiꝰ. et sicut somniat sitiens et bibit. Et postq; fuerit experge factus lassus adhuc sitit. et ala eius vacua est. Sic est in istius seculi diuitibus. in abundantia rerum suarum gloriantibus. Quia a rebus suis vt in nullo vel in modico iuuantur vt habetur etiam in illo psalmo. Dormitauerunt somnum suum et nichil inuenerunt. vi in diuitiarum in manibus suis. propter hoc sunt stulti diuites huius mundi qui rebus temporalibus obsequuntur que ipsos in extrema necessitate nō sequūtur Nos ergo fratres in presenti vita bona opera exequimur vt ipsa in futura vita laudabiliter assequamur vt habetur ꝓverbioz vltimo capitulo. Date illi de fructu manuū suarz z laudetur euz in portis opera eius. Illa laus non est vana sed est bona et vera quam faciunt bona opera. Quarto sunt alij homines qui gloriātur in fama populari scōo ad Chorinteos ꝙto capitulo. Damus vobis occasionē gloriandi ꝓto nobis vt habeatis ad eos qui in facie gloriantur z non in corde. apostolus in illis gloriabatur de quorum fide z profectu letabatur. Nam gloria prelatorum z doctorum est profectus subiectoꝝ et discipulorum ꝓia ad Thessalonicēses secundo capitulo. Que ē enī nostra spes et gaudium aut corona glorie. Nōne vos ante dominum nostrum Jhesum christum estis in aduentu eius vos enim estis gloria nostra et gaudium. ꝓpter hoc dicit vobis damus occasionem gloriandi ꝓto nobis. z sequitur. Ut habeatis ad eos qui i facie gloriantur z non in corde. vt habeatis intelligendi firmitatē veritatis cōtra vanitatem simulationis. Contra eos qui gloriantur in facie exteriozis simulationis et nō in corde interiozis sanctificationis. debemus gloriam nostram constituere vbi dominus consueuit diligenter inspicere. i. Regum decimoseꝛto ¶pitulo. Homo videt que patent deus autem intuetur coz. Nos ergo in corde gloriemur vbi deꝰ familiariter intuet. i. ad. Thessalonicenses scōo. Sicut ꝓbati sumꝰ a deo vt crederetur nobis euangelium ita loquimur non quasi hominibus placentes sed deo qui ꝓbat corda nostra. Corda nostra a christo ꝓbantur z cum ab ipso proba ta fuerint si vera et iusta reperiantur ab ipso approbantur. approbata vero coronantur Jacobi primo capitulo. Cum probatus fuerit accipiet coronam vite scōa ad Chorinteos decimo capitulo. Nō enī qui seipsum commendat ille ꝓbatꝰ est sz quē deꝰ cōmēdat. illiꝰ ꝛmēdatio bene est probanda et tenenda que nec fallitur in iudicio nec fallit in verbo. contra cōmendationem adulatorum qui in iudicio frequenter falluntur z in verbo frequenter fallūt. sic ergo primo notatur detestatio gloriationis vane cum dicitur. Michi autem absit gloriari. Secūdo notatur emulatio gloriationis vere. cum dicitur. nisi ē cruce domini nostri ihesu christi. Et sciēdū est q in cruce domini nostri Jhesu xp̄i est veraciter gloriandum. z hoc quadruplici ratione primo qz ibi inuenitur potētia fructuosa. Secūdo quia ibi inuenitur sapientia preciosa. Tercio quia ibi inuenitur abundātia copiosa. Quarto qz ibi inuenitur fama et magnificentia gloriosa.

et potes reddere singula singulis vt qua drupler gloriatio ꝥa ex aduerso quadruplici gloriationi vane respondeat. Primo ergo in cruce domini nostri Jhesu christi inuenitur potentia fructuosa. que potentia in tribus nobis est euidenter demonstrata. Ipse enim per mortem crucis inimicitias destruxit amicitias adduxit. memoriale transgressionis exclusit. Primo ergo dominus per mortem crucis inimicitias destruxit vt habet ad Ephesios secundo capitulo. Per crucem interficiens inimicitias in semetipso. ꝓpter primi hominis peccatum exorte fuerūt inimicitie inter hominem ⁊ deum. Sed christus dominus per mortem quam in cruce. sustinuit i semetipso hoc est i carne sua inimicitias destruxit: quando de pena quam ꝓ peccato in cruce sua sustinuit peccatū dānauit vt habetur ad Romanos octauo capitulo. De peccato dmnauit peccatum in carne. nam per penam quam in carne ꝓ peccato sustinuit peccatum destruxit. Secundo fuit potentia fructuosa i cruce domini quia amicitias adduxit vt habetur ad Collosen⁹ primo capitulo. Omnia in ipso pacificans ꝑ sanguinem crucis ei⁹ siue que interris siue que in celis sunt. secundum glosam dominus noster Jhesus Christus per sanguinem proprium quez i morte crucis effudit celestia ⁊ terrestria pacificauit. Unde per ipsius sanguinē in cruce effusum solutū est redēptionis nr̄e preciū. ⁊ patet hominib⁹ introitus i celū. Tercio in cruce dñi inuenitur potētia fructuosa qz ꝓ morte quā xp̄s in cruce pro nobis sustinuit memoriale trāsgressiōis delenit ad Collo. 2. Delens qđ aduersus nos erat. delenit cirographū decreti qđ erat cōtrariū nobis. ⁊ ipm tulit de medio affigēs illud cruci cirographū decreti ꝟz glosa ꝟ memoriale trāsgressionis quod erat ex decreto id est ex lege. per legē enī erat peccati cognitio ꝟz nō deletio. istud cirographū erat aduersū nos ⁊ nobis cōtrariū ꝗa nobis nocens ⁊ nobis crucians. Nam memoriale transgressionis nos interius in ꝑscia cruciabat. et nos exterius dyabol⁹ accusabat. ꝟz deleto isto cirographo in baptismo nec ꝑscia timet nec dyabolus qđ obiciat hz. Istud cirographū ꝺ medio tulit hoc est de ꝛmuni. qz omnib⁹ erat ꝛmunis memoria transgressionis ex decreto vel dicamie legis. istud etiā cirographum christus cruci affixit qz ꝓ morte quā xp̄s in cruce sustinuit ⁊ trāsgressionis memoria ⁊ legalis obseruantia cessauit. Scđo inuenitur i cruce christi sapientia preciosa. i. Chorin. 2. Nō iudicaui me scire aliud inter vos nisi christum ihesum ⁊ hūc crucifixū. qđ est qđ dicit apostolus ꝙ solum ih̄m crucifixū inter chorinthios se scire iudicauit. nōne est ille qui vsq; ad tercīū celuz raptus fuit. ⁊ archana verba que nō licet homini loqui audiuit. sed ꝟm glosā istud soluitur ꝓ hoc qđ ꝺr inter nos nimis capaces sed dicit glosa. in quo tangit officiū bonoꝝ predicatoꝝ qui nō solū dñm i suis auditorib⁹ archana fidei ⁊ secretoꝝ celestium astruere ꝟz etiam debent eos in bonis moꝛib⁹ instruere et ēt informare. vt de parte xp̄i ꝑ correctionē moꝝ ⁊ mortificatōnez corpoꝝ appareant esse Sala. v. Qui xp̄i sunt carnē suam crucifixerunt. dicit glosa pugnātes cū vitiis ⁊ ꝓcupiscentijs. sic em̄ illi qui sunt de familia christi debent xp̄o militare. vt veterem hominē crucifigant. peccatum destruant. peccato etiā vltra non seruiāt ad Rom. Uetus hō noster crucifixus ēst destruatur corpus peccati. vt vlta nō seruiam⁹ peccato. ꝓpter hoc apostol⁹ qui secreta celestia ꝓgnouit ad informationē auditorum ⁊ confirmationez bonoꝝ se solū christum ih̄m ⁊ hunc crucifixū scire iudicauit. Sciēdū est etiā qz xp̄m ih̄m cognoscere ē omnis thesauros sapientie ⁊ scientie possidere. Colo. 2. In ipo sūt omnes thesauri sapientie ⁊ scientie abscōditi. Qui hz archā plenā diuitijs nō potest conqueri de inopia ꝟz potius potest gloriari de copia christi⁹ em̄ fuit archa testamēti i qua fuit abscondita sapientia ⁊ scientia noui ⁊ veteris testamenti. ꝟz ista archa ꝑ mortem crucis christi fuit nobis reserata. qm̄ enim in cruce de latere christi mortui sanguis ⁊ aqua fluxerunt vsq; ad nos ꝟm beatū Augustinum sacramenta ecclesiastica prefluxerunt in quoꝝ effectibus ⁊ virtute est tāta sapientie ꝓfunditas qz ad ih̄m non sufficit humana infirmitas. ꝓpter istam abundantem sapientiam ⁊ veritatez in christo latentem vocabat apostolus dei virtutez ⁊ sapientiam. i. ad Chorinteos. i. predicamus xp̄m crucifixum iudeis quidem scandalum gentibus aūt stulticiam. ꝟis aūt vocatis iudeis atq; grecis xp̄m dei virtutem ⁊ dei sapientiam. Tercio inuenitur i cruce christi abūdātia copiosa Eph. i. In quo habem⁹ redēptionē per sanguinem ei⁹ ⁊ remissionē peccatoꝝ ꝟz diuitias gre ei⁹ in xp̄o ihu. ꝟz glo. redēptionē habem⁹ vt possimus reuerti a captiuitate qua seruiebamus dyabolo venūdati sub peccato. ⁊ hoc fuit per sanguinem crucis eius. quia ꝟm glosam per sanguinem quem in cruce ꝓ nobis effudit suaz gratiam germinauit: quia etiam nos a seruitute redemit ⁊ peccata remisit. sicut dicit apostol⁹ ꝟm diuitias gratie sue effecit O'qđte diuitie gratie Christi ⁊ ꝓciosi sanguinis ꝑ nobis i cruce effusi. ꝑ quas diuitias gratie nos a seruitute redemit. Peccata remisit ius dyaboli qđ in nobis habebat destruxit preciosus sanguis christi per quē facta est nostra liberatio. de qua scriptuz est in psalmo. Quia apud dñm misericordia ⁊ copiosa apud euz redemptio. Quarto in cruce dñi inuenitur summa ⁊ magnificentia gloriosa: vt habetur ad Philipē ses secundo capitulo. Humiliauit semetipsum factus obediens vsq; ad mortem mortem autem crucis. propter qđ ⁊ deus exaltauit illū ⁊ donauit illi nomen qđ est sup oē nomē vt in noie Jesu omne genu flectatur celestiū terrestriū ⁊ infernoꝝ: et omis lingua ꝓfiteatur. qz dñs ille xp̄s i gloria est dei ꝓris ꝟm glosaz in ꝛbo ꝓpositis notat apostol⁹ de christo. Primo ei⁹ hūiliationē. Scđo ei⁹ exaltatiōez. Tercio ei⁹ glorificationē. Quātū ad primū dicit humiliauit semetipsuz fact⁹ obediēs. ⁊c. Qđ ita ꝛponit glosa nō solū sustinēdo cōuitia ⁊ obprobria: ꝟz etiā vsq; ad mortez. O magna humilitas hūilauit se xp̄s vsq; ad incarnationē. vsq; ad mortalitatis humane ꝑticipationē. vsq; ad diaboli tēptationē. vsq; ad sputa ⁊ vicula alapas ⁊ flagella ad mortē. ⁊ si parui est hoc de genere mortis addēdū est aliqđ mortē aūt nō filiber: sed crucis q̄ ignominiosior est ꝟm glosam habem⁹ hūilitat⁹ exēplū supbie medicamentū. Quid ꝙ intumescis hō. O pellis morticina qđ intrēdis. o sanies fetida qđ inflaris. ꝓnceps tu⁹ hūilis est. ⁊ tu supbis. caput hūile ⁊ mēbra supbū. ecce ꝙtūer hūilitate xp̄i nobis data ē doctrina et moꝝ disciplina sic ꝙ ꝟm ꝛba apostoli in verbis ꝓpositis primo notat ei⁹ humiliatio. Scđo notatur eius exaltatio qđ notatur cū dicit ꝓpter qđ ⁊ de⁹ exaltauit illū ⁊ ipsius cōpetēs est ordo: qz exaltatio nō ꝑcedere ꝺz humiliatio. ꝑmū tanq; meritū ꝟm tanq; premiū. vñ in glo ꝺr hūilitas claritatis est meritū. claritas humilitatis premiū. Tercio in ꝑdicta auctoritate notatur christi glorificatio. vñ ⁊ subditur. ⁊ omnis lingua cōfiteatur: quia dñs noster Jesus christus in gloria est dei patris. Nos ergo ad similitudinem ⁊ imitationē xp̄i primo humiliemur. Scđo ꝓfectu bonoꝝ operꝝ exaltemur vt tandē imitatores christi effecti cū xp̄o in eterna leticia glorietur ad quā nos ꝑducere dignetur.

¶ De sancta Cruce. Sermo secundus.

Benedictū lignū

per, quod fit iusticia Sapi. xiiij.

Ad honorez sanctissime crucis dñi in verbo ꝓpositio tria notāt̄r. Primo em̄ notatur instrumentū nostre redēptionis cum dicitur. Benedictum lignuz Secundo notatur fulcimētum fructuose operationis. cū dicitur per quod fit iusticia. Tercio notatur impensum obsequiū digne cōmendationis. cū ꝺr benedictum Quantū ad primū sciendū ꝙ in ligno sancte Crucis triplex virtus repitur. ꝓpter quam in nobis tripliciter operatur. Primo em̄ operatur dulcorationē. in affectu secūdo vnificationem in effectu. Tercio operatur redemptionē in euentu. Primo ergo lignū sancte crucis operat dulcorationē in affectu Exodi. xv. Clamauit moises ad dñm ꝙ oñdit ei lignū qđ cū mississet in aquas in dulcedinē verse sunt. ⁊ i operatione dei relucet ei⁹ potētia sapiētia clemētia: ꝟz potētia marie i rex. magnitudie sapiētia in pulchritudie. clemētia vel bonitas in rex ordine. in inuētione sancte crucis reducēt ista tria. clemētia in exaditiōe clamoris: qz clamauit moyses per quē pōt beata helena fidelissima signarē que ꝑ inuētione sctē crucis ad dñm oraꝺo clamauit. sapiētia designat in ostēsione sancte crucis quod notatur cū dicitur Qui ostendit ei lignum. potentia dei ostēditur in dulcoratiōe amaritudinis. quod notatur cum dicitur quod cuz mississet in aquis in dulcedine verse sunt. primuz cōmendat inueniendi meritum. secundum inueniendi modum. Tercium commendat inuentionis fructum. hec enim tria circa inuentionem sancte crucis concurrūt. scz deuotio orationis. quod notatur in clamore. reuelatio sancte crucis. quod notatur in ligni ostensione. operatio celestis quod notatur in aque amare dulcoratione. iste em̄ aque erāt aque Marach. q̄ erāt amare ad nostrā eruditionē. p istas aquas amaras aduersitates ⁊ tribulationes sanctoꝝ intelligi ꝓt. q̄ in tribulatiob⁹ positi ad dñm clamare ꝙsueuerūt. ꝟcut faciebat ꝓpheta dauid q̄ dicebat ad

dñz cū tribularer clamaui ⁊ exaudiuit me qñ cū homo in tribulatiōe posit⁹ ad dñm clamat orando fideliter dñs audit ipsum vel cōsolādo vel liberādo misericorditer. Ūñ hic subdit. q ostēdit ei lignū per istud lignū potest cōpetēter lignū sancte crucis intelligi. qđ ranz signū vel vexillū in bello militie pñs nobis dz oñdi vt in ei⁹ aspectu xp̄i in eo crucifixi possum⁹ vestigia imitari i. petri. ii. Christus passus est pro nobis vobis relinquens exemplum vt sequamini vestigia eius. christus in glo⁹. am patris intrauit per crucis passionez vnde fatuus est qui in gloriaz dei patris credit intrare per leticiam vanam et malam delectationem Luce vl. Oportuit christum pati et ita intrare in gloriam suaz. Nos ergo memoriam sancte crucis firmiter in animo teneamus et sic carnem nostraz cum vitijs et concupiscentijs pugnando crucifigam⁹ Luce.xi. Si quis vult venire post me abneget seipsum et tollat crucem suam et sequatur me. ad memoriam istius preciosi ligni crucis dñi dulcorāt̄ur in sctis amaritudines aduersitatis et tribulationis. vnde dicitur q cum misisset in aquas lignum in dulcedinem verse sunt. lignū in aquis mittitur et aque dulcorantur quando tribulationes quas pro peccatis nostris patimur memoris crucis christi vbi ipse innocens pro nobis passus est cōducuntur Deutro. xxiii. Inundationem maris quasi lac sugent. sancti inundationes maris quasi lac sugsunt quando passionem christi innocentissimi ad memoriam reducunt. et pro christo pati cum gaudio et leticia parati sunt. Actuum. v. Ibant apostoli gaudētes a cōspectu concilij quoniam digni habiti sunt pro nomine Jhesu contumeliam pati. Secundo signuz dominice crucis operatur in nobis iustificationem in effectu prouerbiorum. iij. Lignuz vite est his qui apprehēderunt eam et qui tenuerunt eam beati. Nos debemus crucem dominicam apprehendere firmiter credendo. tenere debemus ipsam finaliter perseuerando. vt possumus esse bene cū christo feliciter regnādo. hoc est lignum quod fuit ostensum beato Johanni euangeliste Apocalipsis. xxij. Ostendit michi fluuium aque viue splendidum tanz cristallum procedentez de sede dei et agni in medio platee eius. et ex vtraz parte fluminis lignuz vite afferens fructus duodecim per istū fluuiū qui beato iohāni ostēdit eterna beatitudo in qua semp sine morte viuit designat. q bū p fluuiū describit: qz p baptismi ablutionez ad eā quemlt. Joh. iij. Nisi qs renatus fuerit ex aqua ⁊ spūsctō nō pōt introire in regnū dei. vñ dñs Joh. iiij. loquēs de hac aq̄ hoc est vita beata dicit: si scires donum dei et quis est q dicit tibi da michi bibere. tu forsitan petiuisses ab eo et dedisset tibi aquā viuā. sic ḡ hoc noie fluuij aq̄ viue signatur stat⁹ imortalitatis q erit in beatis. sequitur splēdidū. in quo signat claritas sanctoz cū deo felicit viuentiū. ipsi em̄ etenaliter fulgebūt sicut soli regno pris eoz. sequitur. tāq̄ cristallū in quo signat paruitas ⁊ trāspentia aiaz: qr tūc cogitationes nre alijs apparebūt. i. ad Chor. iiij. Nolite añ tēpus iudicare quousq̄ veniat dñs q ⁊ illuminabit abscōdita tenebraz. ⁊ reuelabit cōsilia cordiū. sequtur. pcedentē de se dei et agni in medio platee ei⁹. vbi signatur liberalis cōmunicatio sanctoz. maiores em̄ qui sedes dei spūaliter docti sūt. minores q suis exēplis ⁊ documētis ad vitā beatā adduxerūt q minores plateas designati sunt: qr via latioꝛ q maiores ad vitā beatā peruenerūt Cāti. iij. Surgā et circuibo ciuitatē per vicos ⁊ plateas querens quem diligit ala mea. tunc ergo manifeste apparebit q per instructionez ⁊ exēpla maioz minores peruenerunt ad regna celoz. Ro. x. Fides aūt ex auditu. auditꝰ aūt p verbuz christi. Sequtur hic. ⁊ ex vtraq̄ pte fluminis lignū vite afferens fructus duodecim. lignuz vite christus dicit ligno crucis suspensus et mortuus. Due ptes fluminis sunt vita presens ante iudicium et sanctoz vita futura post iudicium. quaz vna est circa flumen alia vltra. istud lignū id est christus in cruce ligni positus ⁊ in ista vita ⁊ i beata nos reficit duodecim fructib⁹. fructus quibus nos in hac vita reficit sūt. xij. q sūt. xij. fructus spūs sicut Gala. v. dicit apostolus fructus aūt spūs est charitas. gaudiū. pax. patiētia. benignitas: bonitas: longanimitas māsuetudo: fides: modestia: cōtumelia. castitas. Fructus autē quibus christus sanctos in vita beata reficit sunt quasi. xij. fercula qui dñs sanctis suis in vita beata apponit. Primum ferculum est sanitas siue egrotatione pās. Qui sanat contritos corde: et alligat contritiones eoz. Jsaie. xxv. Precipitabit mortem in sempiternū. Secundum est plenitudo sine defectione Jsaie xlix. Non esurient neq̄ sitient ⁊ nō percutiet eos estus neq̄ sol. Tercium est refectio sine fatigatione vt habetur Ecclesiast. vicesimoquarto capitulo. Qui edūt me adhuc esurient et qui bibūt me adhuc sitiēt

Quarum erit agta visio sine dubitatiōe i. ad Chorinteos. xiij. Videmus nunc p speculum ⁊ in enigmate. tunc aūt a facie ad faciem. Quintū erit gaudium sine ꝓtristatione pās. Inebriantur ab vbertate domus tue. et torrente voluptatis tue potabis eos. Sextum erit pax sine perturbatione Jsaie. xxxvij. Utinam attendisses mādata mea facta fuisset sicut flumē pax tua. Septimum est securitas sine timore Psal. Non timebis a timore nocturno. Octauum est adimpletio omniuz desideriorum psal. Qui replet in bonis desiderium tuum. Nonum est gaudium de congregatione omnium sanctorum tunc enim verus Joseph id est christus faciet conuiuium fratribus suis. Genesis. xxxiij. Et ipsos in mensa pallatij celestis dulcedine sue glorie satiabit Luce. xxij. Vos estis qui permansistis mecum in tribulationibus meis et ego dispono vobis sicut disposuit michi pater regnuz vt edatis ⁊ bibatis supra mensam meam in regno meo Decimum erit de iusticia dei et condemnatione reprobozum. letabitur enim iustus cum viderit vindictam Jsaie. vltio Egredietur et videbunt cadauera virorum qui preuaricati sunt in me. Undecimum erit de memoria vel recordatione meritoꝛum siue operum bonorum. Proverbiorum. vlti. Date illi de fructu manuum suarum et laudent eam in portis opera eius. Duodecimum erit gaudium de affluentia premiorum Jsaie lx. Tunc videbis et afflues et mirabitur et dilatabitur cor tuum Tercio lignum sancte crucis operatur in in nobis liberationem in euentu Sapientie. xiij. Exiguo ligno credunt homines animas suas et transeuntes mare per ratem liberati sunt. lignum sancte crucis dicitur lignum exiguum nō ratōe breuitatis. sed ratione vtilitatis. Nam sicut modo patibulum est pena homicidarum et latronum. sic crux antiquitus erat pena maiorum hominum et mortis adiudicatorum. vnde iudei ipsum condemnentes pena crucis morte turpissima condemnauerunt eum secundum quod p̄ dictum fuerat. Sapien. ii. Contumelia et tormento interrogemus eum vt sciamus reuerentiam eius. et probemus patientiam illius. morte turpissima condemnemus eum. Ille contumelia et tormento interrogatur cui contumelie et tormenta irrogantur. bene ergo contumelias xp̄s interrogatus fuit quando ipsi populus iudaicus contumeliam irrogauit Johannis. viij. Nonne benedicimus nos quia samaritanus es tu et demonium habes. Tormento etiam ipsum interrogauerūt quando manus eius et pedes clauis in cruce perforauerunt. psal. Foderunt manus meas et pedes meos. sequitur hic vt scismus reuerentiā ei⁹. tūc hō reuerēdus esse cognoscatur qñ ꝓtumelias nō rependit qñ sibi ꝓtumelie dicuntur. vñ cuz sibi dicerēt iudei domoniū habes ꝓtumeliā p ꝓtumelia nō reddidit. iz se demoniū hre negauit. i. petri. ij. Qui cū maledicereꝛ nō maledicebat. q cū patereꝛ nō cōminabat. sed ꝛ. pbem⁹ patiētiā ei⁹ esse patientiā ei⁹ pbauerūt qñ ipz innocētissimū sicut ouē ad occisionē duxerūt. Jsa. liij. Sicut ouis ad occisionē ducet ⁊ quasi agn⁹ coram tōdēte se obmutescit. ⁊ nō aperiet os suū. sequtur hic morte turpissima condēnem⁹ ei⁹ mors eius fuit turpissima nō mō rōe grauis mortis sed rōe scelera tissime socciatis. Jsa. liij. cū sceleratis reputat⁹ ē. ⁊ ꝓpter magnitudinē ⁊ turpitudinē istoz dolorz dr Tre. i. O vos oēs q trāsitis p viā attēdite ⁊ videte si ē dolor sicut dolor me⁹. Isti ḡ exiguo ligno crucz dñice debem⁹ alias fideles ꝓmittē. sicut alaz suā isto ligno crucis apostol⁹ ꝓmitebat q i ipo totā suā gliaꝛ ꝓstituebat. Ga. vlti. mihi aūt absit gliari nisi i cruce dñi nr̄i iesu xp̄i. sed ḣ. ⁊ trāseūtes mare p rate liberati sūt. sicut et p ratē mare nauigātes pueniunt ad portū salutz. sic p lignū sācte crucis xp̄s peccata nr̄a expulit qñ ipse in cruce ptulit. ⁊ sic nos ab infirmitate culpe ⁊ miserie liberauit ⁊ ianuā celi ad portuz salutarē nos adducens nobis apposuit. i. petri. ij. Qui peccata nr̄a ptulit in corpe suo sup lignū vt pctis mortui iusticie viuam⁹ cui⁹ liuore sanati est⁹ eratz ei sicut oues errātes. iz puersi nūc est⁹ ad pastorē ⁊ epm animarū vr̄arum. Scdo in verbo ꝓpositio notatur fulcimētū fructuose operationis. cū dr p qđ fit iusticia. sciendum est ergo q triplex est iusticia. Est ei iusticia fidei recte. Scdo ē iusticia operationis bone. Tercio ē iusticia retributionis eterne. Primo est iusticia fidei recte. Romanos. iiij. credit abraham deo et reputatuz est ei ad iusticiaz. abraham deo credidit qñ ipsi nascituꝛ filiū de sara promisit Unde dr ad Romanos. iiij. q cōtra spem in spē credidit. ipse ei contra spem nature in spem pmissionis credidit ⁊ ye-

ritatis diuine ad Romanos. iiij. Nō infirmatus est in fide. nec consideravit corp⁹ suum emortuum cum iam fere esset centum annoꝝ ⁊ emortuam vulvam sare. sic ergo credidit abrahā deo eius, pmissa vera esse iudicando. sequitur ⁊ reputatū est ei ad iusticiam. veritas em̄ fidei operata est in ipso firmitatem spei ⁊ feruorem caritatis vel dilectionis eius em̄ fides spes nō cōfūdit nec refutavit. Ad Romanos. v. Spes aūt nō cōfundit. qz caritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. ꝓpter isti⁹ fidei iusticiam viri sancti sustinuerunt ꝓsecutionem ⁊ mortem. ⁊ per istam fidei iusticiaꝝ peruenerunt ad hereditatem eternam Mathei. v. Beati qui persecutionez patiūtur ꝓpter iusticiam qm̄ ipoꝝ est regnum celoꝝ homines militares solēt ad invicez pugnare ꝓ modico iusticie vel iurisdictionis tempalis. ⁊ ꝓ ipsa seipsos exponere periculis mortis ⁊ modicū lucruz reportant cum possessionem obtinuerūt illius iusticie vel iurisdictionis temporalis. Sancti viri precipue apostoli ⁊ martires xp̄i ꝓ fidei iusticiam regna vicerūt. et possessionem regni celestis acquisiuerūt. ad hebreos xi. Sancti ꝓ fidem vicerunt regna. operati sunt iusticiaz. adepti sunt repromissiones. Secūdo est iusticia operationis bone Ysa. 3. Fructus aūt iusticie in pace seminatur facientibus pacem. fructus iusticie hic potest appellari fructꝰ pietatis vel misericordie. Ex quadam em̄ innata iusticia ⁊ gratuita debēt diuites bona sua pauperibus cōmunicare. iste fructus iusticie id est opeꝝ misericordie in presenti vita seminatur ⁊ in futura metetur. sz istud erit ad pacē facientibus. id est a viris misericordib⁹. ꝓ opera em̄ misericordie parin vita presenti inchoatur ⁊ in futuro cōsumatur. In vita em̄ presenti inter diuites ⁊ pauperes par ichoatur quia ꝓ opera pietatis a diuitibus pauperuz inopia relevatur. ⁊ a pauperibus diuitum munificentia honoratur. ista par vt dirimus que in hac vita inchoatur in beata vita consumat Ysa. 32. Sedebit populus meꝰ in pulchritudine pacis in tabernaculis fiducie et in requie opulenta. Tria tangit que erūt in vita beata. Ibi em̄ erit tranquillitas sine perturbatione. ⁊ quantum ad hoc dicit sedebit populus in pulchritudine pacis. Scōo ibi erit securitas sine timore ⁊ hesitatione. ⁊ ītū ad hoc dicit in requie opulenta. Tercio est iusticia retributionis eterne. 2. ad Thimoteū. iiij. Bonum certamen certaui cursum consumaui. fidem seruaui. in reliquo reposita est michi corona iusticie. corona que sanctis a deo datur corona iusticie a deo appellatur quādo iustis ꝓ premio a deo retribuit. Ipse enim est de quo. i. ad Chorinth. i. dr̄. Qui factus est nobis sapiētia iusticia ⁊ sanctificatio et redemptio. christus factꝰ ē nobis sapiētia viam sapiētie nobis sapientia viam sapientibus monstrādo Prouerbioꝝ. iiij. Viam sapientie monstrabo tibi ⁊ ducam te ꝑ semitas eqtatis. Ipse etiam factus ē nobis iusticia nos iuste in sno sanguine innocenti a peccatoruz sordibus abluēdo ad Roma. iiij. Traditus est ꝓpter peccata nostra abluēda. sm glo. ⁊ surrexit ꝓpter iustificationē nostraꝝ non solum ostendendaz sed etiā faciendam. Ipse etiam factus est nobis sanctificatio nos virtutum splēdorib⁹ et gloriosis dotib⁹ decorando. Sapiētie. 7. dr̄ de sanctis. Fulgebūt iusti ⁊ tanq̄ scintille in arundine discurrēt. In verbo isto quattuor gloriose dotes describuntur q̄ in sanctis in beata vita a domino tribuūtur. Primo enim notatur dos immortalitatis cum dicitur iusti iusticia perpetua et immortalis. Secūdo notatur dos claritatis cum dicitur fulgebūt. Tercio notatur dos subtilitatis cum dicitur tanq̄ scintille. scintille em̄ subtiles sunt et parue. Quarto notatur dos agilitatis. cum dicitur discurrent. sic ergo christꝰ factus est nobis sanctificatio nos gloriosis dotib⁹ decorādo. factꝰ est etiā nobis redemptio nos a penis ⁊ infernoꝝ supplicijs liberā do Job. viij. Si filiꝰ vos liberauerit vere liberi eritis. Tercio notatur in verbo ꝓposito impēsum obsequium digne cōmēdationis cum dicitur benedictionē. Scē dū ē ergo q̄ res solet bñdici trib⁹ de causis. Prio qz est vtilis. Scōo qz durabilis. Tercio qz ē pulchra ⁊ delectabilis. Res ergo ꝓpter quā cōmēdatur qm̄ est vtilis debet eā vi. Terra sepe venientē sup se bibēs ymbrem ⁊ germinans herbā oportunam illis a quibus colitur. accipit bñdictionē a dño terra ergo rōne vtilitatis bñdicit qm̄ ab ipsa fructus multiplex ꝓcipitur. ⁊ de

iustis ⁊ electis dr̄ Jere. xvii. Bñdictꝰ vir qui confidit i dño ⁊ erit dñs fiducia eius ⁊ erit quasi lignū qd̄ trāsplantatur super aquas qd̄ ad humorē mittit radices suas ⁊ sequitur nec aliqn̄ desinet facere fructū fructus crucis a tempe passionis xp̄i in cepit ⁊ nunq̄ desinit nec desinet. sed imperetū durabit. Unde de ligno crucis pōt exponi illud quod dicitur Prouerbioꝝ. viij. Qui inuenerit me inuenier vitā ⁊ hauriet sibi salutē a dño. Merito ei passiōis christi quā in ligno crucis sustinuit inuenerunt vitam gratie ⁊ in futuro hauriēt sibi a dño salutez eterne glorie. Unde de virtute hui⁹ crucis sāctissime potest exponi illud qd̄ dicitur Job. 3. Effodiētes thesauꝝ gaudent vehementer cum invenerint sepulchrū. In verbis propositis q̄ sunt inventionis sancte crucis de qua est presens solennitas tria notātur que huius inventioni recte ascribuntur que ibi dem gesta fuisse reperiuntur. Primum ē effusio in querendo. Scōm est inventio effodiendo. Tercium est exaltatio inuenie do. ⁊ se habent ꝓ ordinez. quia thesaurꝰ est causa effodiendi. effossio est causa inueniendi. inuentio est causa exaltādi. quātum ad hoc tria notantur in verbo ꝓposito. Diligentia in querendo. cum dicit effodientes thesauꝝ. Efficatia in inuenie do. cum dicitur cum invenerit sepulchrū Vehementia in gaudēdo. cū dicitur gaudent vehementer. Utilitas inētiōis huiꝰ sacratissime crucis bene designata fuit i suscitatione mortui virtute sancte crucis super se posite resurgētis. Secūdo solet res bene dici quādo ē durabilis Eneꝝ. xxxviij. Bñdicat tibi dominꝰ benedictionib⁹ celi desuper. benedictionib⁹ abissi iacentis deorsum. benedictionib⁹ vberū ⁊ vulve. Tria dicit in quibus benedictō electoꝝ consistit. Primo eni consistit scōz ordinem tertius in adeptione premioruz ⁊ quantū ad hoc dicit benedicat tibi dominus benedictionib⁹ celi desuper. Secundo cōsistit in euassione peccatorum et infernalium tormentoruz. et quantum ad hoc dicit benedictionib⁹ abissi iacētis deorsum. Tercio consistit in ꝓcreatione spiritualium vel corporalium liberorum. et quantū ad hoc dicit vberum et vulve. qō in pś. bene exponitur vbi dicitur. Bñdicat tibi dominꝰ ex syon ⁊ videas bona ierusalem omnibus diebus vite. ⁊ videas filios filiorum. sic. ratōne duratiōis potest lignum crucis domini benedici. cuius benedictio redundat in benedictionē fidelis populi Ysaie. lxv. Scōz dies ligni erūt dies populi mei ēm. diu ei memoris crucis durabit cuius nūq̄ finis erit fideles benedicentur in nomine crucifixi. Ysaie. lxv. Seruos suos vocabit nomine alio in quo qui benedictus est super terram bñdicetur in deo amen. Tercio solet bñdici res que ē pulchra vl̄ delectabilis Jere. 31. Bñdicat tibi dominꝰ pulchritudo iusticie. pulchritudo iusticie i ligno crucis apparuit qz ibi dominus iuste dyabolum cōdemnauit. suum populū liberauit. ad iusticiam reparauit. iusticiā ordinauit ⁊ totum hoc in ligno crucis operatus fuit genesis scōo. Produrit domin⁹ de⁹ de humo omne lignum pulchrū visu. et ad vescendum suaue. lignum etiam vite in medio paradisi. produrit deus lignuz de humo in quo crescebat ⁊ hoc in ligni conditione. produrit etiam lignum de humo i quo iacebat. et hoc in ligni electōe. ⁊ hoc in sua gloriosissima passione. ꝑdurit etiā lignum de terra in qua iacebat ⁊ h̄ in ligni sancte crucis inventione. de qua ꝓsuevit sācta ecclesia presēs festum celebrare Primo istud festum ꝑdurit ante passionem. Scōo in passione. Tercio post passionem. sm hoc ergo ad laudem sancte crucis in auctoritate proposita duo notātur Primo em̄ notatur crucis inuentio in ꝓductione ligni. Scōo notatur inuētecrucis ꝓmendatio in cōmendatione ligni qō notatur cum subdit pulchrū visu Circa inventionem tria tria tangit. locū. modū ligni. locus vilis. qz de humo. modus mirabilis qz revelante deo. vñ dirit ꝑdurit dñs deus arbor vtilis qz omne lignum. i perfectum lignum dñice passionis crucis qō dñs sup omnia ligna exaltavit Eze. xvii. Ego dñs exaltaui lignū humile circa ꝓmendationem notare debemus q̄ illud lignū fuit pulchrū ītū ad aspectū ⁊ hoc mirabile. qz ibi erat detestanda deformitas. sz i hoc apparuit pulchra formositas q̄ crux christi fuit candidata ex membris virgineis. rubricata ex guttis sāguineis illustrata titulo passionis. Math. xxvij. posuerūt sup caput eius causā ipius scripta hic est ihesus nazarenus rex indeoꝝ Crux etiā christi fuit suavis quantuz ad gustum ⁊ hoc multum mirabile. qz vbi inventa est maxima amaritudo ibi a fidelibus xp̄i invenitur maxima dulcedo Can. 2. c. Fructus eiꝰ dulcis gutturi meo fuit etiā crux xp̄i vtilis quantū ad effectū, et

quātum ad hoc dr lignum vite. Ibi enim xps mortem nostram moriendo destruxit et vitā resurgēdo reparuit et nos ad beatitudinem ordinauit Romano. v. Si enim cum inimicis essemus reconsiliati sumus deo p mortem filij eius. multo magis reconsiliati salui erimus in vita ipsius. ipe em̄ p mortē suā electos suos a morte culpe t gehenne liberauit t ad vitam eterne glorie preparauit. ad quam nos perducat qui viuit et regnat. ꝛc.

De sancto Johāne euan. Sermo primꝰ.

Unpiguasti i oleo caput meū. ps. xxij. qm̄ sicut dicit beatꝰ Jacobus. Omne datuꝫ optimum et omne donum perfectum de sursum est descendens a patre luminum Jdeo ad cōmendationem beati iohānis euā. in verbo proposito tria notātur. primo enim notatur liberalitas tribuentis cum dr impinguasti. Scōo notatur nobilitas recipiētis. cum dr caput. Tercio notatur suauitas doni vel donationis. cū dr in oleo. Quantū ad primū sciendū q dns spiritualiter sanctos suos impinguat tripliciter. primo em̄ impinguat eos in simplicitate cordis. Scōo in strenuitate operis. Tercio in sedulitate doctrine vel eruditionis. primo em̄ ipinguat dns puritate vel sinceritate cordis Ecclesiast. xxv. Oblatio iusti impinguat altare. t odor suauitatis est in ꝓspectu altissimi. altare hic pōt appellari capacitas humani cordis t corporis q in animis sinceritatis vel puritatis debent impinguari Roma. xij. Obsecro vos per misericordiam dei vt exhibeatis membra vestra hostiam viuentem sanctā deo placentez. apostolꝰ nō loquitur ibi de corporib⁹ in alatis de corpib⁹ alatis alia rationalis que tam corpore q̄ anima debent deo quasi gratum sacrificium immolari. dicit ergo exhibeatis corpora vestra hostiā viuentem vitali scz motu caritatis. sanctā dicit sinceritate scz castitatis. deo placentem dicit honestate cōuersatiōis. Jdeo dr Ecclesiastici. xxxviij. Da suauitatē t memoriā similaginis t impinguа oblationem. Per memoriam similaginis signatur cōtinua observantia castitatis. sed quoniam homines casti q̄nq̄ solēt superbire t alios despicere. ideo voluit memorie similaginis donum suauitatis vel benignitatis preponere. cum dicit da suauitatem. ista suauitas habetur per caritatis bonum que est virtutū omnium dimētū. q̄ (sicut. i. Chorin. xiij. dr) patiens est. benigna est. patiens vt mala est. nimiter toleret. benigna est vt etiaz illos a quib⁹ patitur amet. Jsta duo scz patientia t benignitas sunt arma caritatis preciua. Nam caritas patientie vtitur pisculo. vnde dr in glo. caritas patiens ē benigna est q̄ nō ad bella armatus pdit. q̄ aut clipeum sumēt gladiꝰ nō vtitur. aut gladiꝰ vrēs clipeo nō minuit. Nos ergo cū mēoria similaginis debemus hr̄e suauitatem caritatis vel dilectionis t p ista duo solet oblatio impinguari. hoc est qđ petebat dauid in ps. Sicut adipe t pinguedine repleatur aia mea. Scōo impinguat dns sanctos suos strenuitate boni opis. Prouer. xiij. Vult t nō vult piger. aia aūt operātiū ipiguabit. hō piger vult bonū volūtate exili sz nō vult illō volūtate efficaci sic̄ piger monachꝰ vult surgere ad matutinas ꝑpter statutū ordinis. t non vult surgere ꝑpter amorē imoderatū proprij corpis. tali hoi iterūtak sapiēs ve dānatiōis eterne Eccle. ij. Ue duplici corde et pctōri terrā ingrediēdi duabꝰ vijs. dns duabꝰ vijs terrā ingredit q̄ ꝑpter statutū ordinis ad surgendū ad matutinas exitatur. t ex immoderato amore ꝑprij corporis in suo lecto reclinatur. sic ergo vult et nō vult piger. sequitur aūt opantiū impinguabitur. homines pigri t acēdosi solent esse indenoti t ad opa bona inualidi sz ecōtrario homines opiosi impinguаtur deuotiōe. fortificātur t stabiliūt i bona opatione Jsa. xxv. Faciet dns in monte h coutiuum pinguium. conuiuium vindemie. conuiuum medullatorum per mōtem h potest accipi difficultas et eminentia bone operationis q̄ ꝓsistit in cōdimento deuotionis qđ notatur cum dr ꝓuiuū pinguū. ꝓsistit etiā in stabilimēto sancte operatiōis. Impinguat dns sanctos sua uitate doctrine vel eruditiōis. Prouer. x. Alia que bñdicit impinguabitur et q̄ inebriat ipe quoq̄ inebriabitur. Alia q̄ bñdicit bene docendo impinguabit caritatis vngento. Ipsa em̄ ē illa vnctio de qua. i. Joh. et dr. Unctio docet vos de oib⁹. vñ de talib⁹ doctoribꝰ bonis dr. Gene. xlvi. Aser pinguis panis ei⁹ t delitias ꝓbebit regib⁹ Aser iterūtak diuitie p quē figūtur doctor ecclesie q̄ diuitias sacre scripture dz i seipso hr̄e Jsaie. xxxiij. Diuitie salutis sapia t scia ꝓstas diuitias doctor eccle dz auditoribꝰ cōicare vt possit sic̄ stellei firmamēto i celo iperpetuū fulgere Daniel xij. Qui aūt docti fuerit fulgebūt q̄si splēdor firmamenti t qui ad iusticiam eruditurit multos q̄si stelle ipperuas eternitates. has diuitias sapie dānt auditores diligēter recipe vt sibi possēt illā nobilē et sponsam speciosā sapiaz scz in matrimoniū copulare. Sap. viij. Hāc amaui t exquisiui ā iuuentute mea. t quesiui michi sponsam eā assumere. t amator factus sum illiꝰ istiꝰ. i. doctor⁹ ecclesie panes pānis dicti auctoritates sacre scripture deutro. viij. Nō i solo pane viuit hō sz in oi verbo qđ ꝓcedit ab ore dei. Jste panis dz eē pinguis quia doctor ecclesie pinguedie caritatis t deuotionis dz ipinguari Jere. xl. Inebriabo aias sacerdotū pinguedine hui⁹ pinguedis. i. boni auditores efficiūt principes. q̄n libēter audiūt sacre scripture auctoritates t diuios ꝑmones Romani. Socius radicis t pinguedis olive factus es. sic ergo aia que bñdicit impinguabit. boni doctores inebriāt auditores vino sacre scripture Cāticoꝝ. v. Bibi vinū meū cū lacte meo ꝓmedite amici mei t bibite t inebriamini carissimi hic p vinū significāt sacre scripture documenta fortiora t subtiliora arcā planiora. Prima ꝓpetūt maioribus. scōa minoribꝰ. t ita dānt eis a doctoribꝰ ecclesie sancte dispēsari q̄ libet ꝑm modū suum spūaliter inebrietur. doctor sc̄ inebriat auditores vino iocūditatis eterne ps. Inebriabūtur abvberta te domꝰ tue t torrente voluptatis tue potabis eos Scōo in verbo ꝓpositio notat nobilitas recipiētis cū dicitur caput meum. Sciendum est ergo q̄ beatus iohannes euāgelista fuit sicut caput sup sācta ecclesiam constitutus Et sciendū ē q̄ caput primo hz certitudinē in cognitione. scōo habet celsitudinē in positione. Tercio hz pulchritudinē i dispositōnē. primo ergo caput hz certitudinē in cognitione Ecclesiastes ij. Oculi sapiētis i capite ei⁹ Oculi beati iohis [t loquor de interioribus cordis] fuerūt duo. scz cognitio discreta t affectio recta. Isti oculi fuerūt in eius capite. id est i mente. Qr sicut caput eminet ceteris mēbris ita mens eminet in regno aie. Istud caput osculatum fuit q̄dns beatū iohānem euan. sicut philō sapia repleuit. Ipse em̄. fuit euāgelista in euangelio. apostolꝰ in epistolis ꝓphetꝰ in apocalipsi Ecclesiasticꝰ. xxxix. Si dominus magnꝰ voluerit spiritu itelligētie replebit illum. et ipse tanq̄ imbres mittet eloquia sapientie sue. Dominꝰ replenit

beatum iohānez spū intelligētie sibi plenitudinem sapie tribuendo. t ipse tanq̄ imbres misit eloquia sapie sue vbi erudiēdo. Scōo caput habet celsitudinem in positione quod bene cōuenit beato iohāni euā. de ipo em̄ potest exponi illud Eccle. xi. Sapia humiliari exaltabit caput illiꝰ beatus iohānes euā. habuit sapientiā i plenitudine. humilitatem in affectiōe. et ideo caput ipsius exaltatuꝫ fuit in populoꝝ regimine t assecutione eterne glorie Nos ergo imitatores ipius effecti ad dominū capita eleuemus vt cum ipso parti cipes eterne glorie efficiamur Luce. xx. c Respicite t leuate capita vestra quoniaz appropiquabit redemptio vestra. In ista auctoritate ponūt tria que nobis ponuntur considerāda. Primum est inspectio scripturaꝝ. quod notak cū dicitur respicite. Scōm est diligēs auscultatio doctorum et prelatoꝝ. quod notatur cum dicitur t leuate capita vestra. Tercium est redemptio captiuoꝝ quod notatur cum dicitur qm̄ appropinquabit redemptio vra Inspectio scripturaꝝ est dulcis. auscultatio magistroꝝ est vtilis. redemptio captiuorum est inestimabilis. Primo ergo ꝓponitur nobis inspectio exercenda scripturaꝝ cum dr respicite. que inspectio mādatoꝝ t sacraꝝ scripturaꝝ dulcis est hoi nibus studiosis. sed amara est hominibꝰ occidiosis t fastidiosis. quibꝰ ꝓpheta imprecatur verbis Jsaie. v. Ue qui ponitis dulce in amarum t amaꝝ in dulce. Scōo hortatur nos ad diligentez auscultatiōez mandatoꝝ cuz. dicitur. leuate capita vra ps. Leuaui oculos meos in mōtes vnde veniet auxilium michi. montes sunt doctores in vita t scientia eminentes. ad ipsos debemꝰ oculos leuare quia ab ipsis debemꝰ auxilium expectare. ab ipsis habemus auxilium scientie contra ignoraz tiā. ab ipsis etiam habemus auxiliū gratie contra culpā. habemus etiam auxiliū glorie contra miseriam. homines solent liberer ad illos capita t oculos leuare a quibus se credunt auxilium reportare. t illos solent diligenter audire Jsaie. xxxij. Nō caligabūt oculi videntiū et aures audientium diligenter auscultabūt. Tercio hortatur nos euangelista ad cōsiderandā redemptionem captiuoraz que est inestimabilis. cum dicit quoniam appropiquabit redemptio vestra. i. Petri. i Nō corruptibilibꝰ auro vel argēto redēpti estz de vana vestra cōuersatiōe pater

ne traditōis. sed pcioso sanguine quasi agni incontaminati et imaculati christi thesu. positione Isaie. ix. Lōgeuus t honorabilis ipse est caput. beatus em iohānes euangelista fuit longeu⁹. quia adhuc longo tempore vixit. fuit etiaz honorabilis quia deus ipsuz honore multiplici decorauit. ipe em a domino fuit elect⁹ fuit etiā ceteris apostolis predilectus. fuit t virgo gloriose virginis Christo in cruce pendentis custos effectus. cū dixit mulier ecce filius tuus. Deide dicit discipulo ecce mater tua. t ex illa hora accepit eam discipulus in suam Johannis. xix. Hic ē em apostolus de quo dicit beatus hieronimus in plogo super iohānē hic est ille euangelista vn⁹ ex discipulis domini. qz virgo a deo elect⁹ est. quē de nuptiis volentē nubere vocauit, de⁹. cui virginitatz in hoc duplex testimoniū datur in euāgelio q etiā p ceteris dilectus a deo dicit et matrē suam pendens in cruce cōmendauit deus vt virginē virgo seruaret. bene ergo beat⁹ iohānes nomen capitis designatur. qz habuit pulchritudinē dispositōnis in hac vita. sed lōge pulchriorē habet modo in vita beata. ipm ei dns gloria t honore coronauit t posuit in capite eius coronā de lapide pcioso qō bene dr Sacharie. z. vbi dr. Indui te mutatorijs. t sequitur. t posuerūt cydariz super caput eius mundam t induerunt eum vestimentis albis Cydaris sicut dicit papi. est ornamētū capitis pontificis qō a pluribus mitra ꝓsueuit appellari. sic ergo beatus ioh. nomine capitis designatur cuz dicitur. caput meū id est caput de quo in ps. loquitur. Obumbrasti sup caput meū i die belli. dies belli fuit dies illi⁹ aduersitatis in qua ꝓiectus fuit in doleuz feruentis olei. de quo ꝓsens festū fieri cōsuevit. Tūc em dominus super caput ei⁹ ita obumbrauit q feruorem olei mitigauit deus t diuina se protegente gratia illes exiuit. sic ergo primo notatur liberalitas tribuentis cum dr impiguasti. scōo etiam notatur nobilitas recipientis eum cum dr caput meum. sequitur i oleo. vbi notatur suauitas doni vel donatiōis. Sciendum ergo q triplex ē proprietas olei. primo em oleum est curatiuum. Scōo ē nitidum. Tercio est materia ignis. t ideo est illuminatiuum t ideo p oleum signatur diuina gratia cuius triplex est ꝓprietas. Ipsa em prio sanat a culpa. Scōo nitet a ꝓscientia. Tercio resplēdet in ꝓfessione honesta. Primo em per oleum significat diuina gratia qz saluat a culpa. Luc. x. dr de illo qui incidit i latrones qui spoliauerūt eum t plagis impositis abierūt semiuiuo relicto dr q samaritan⁹ iter faciens t appropians alligauit vulnera infundens oleū t vinū. In oleo designatur diuina gratia que peccatorem sanat. i vino signatur spiritualis leticia qñ sētit penitens qñ credit sibi culpam remissam. et sic infirmitatem conscientie sanatā qō bene signatum est in illo claudo quem ad verbū beati petri apostoli sanauit dominus. Actuum. 3. Ibi et legitur q dixit beatus petrus In nomine ihesu christi nazareni surge t ambula. t sequitur q ptor fus solidate sunt bases eius t plante t intrauit cū illis in templum. ambulās t exiliens et laudans deum. Isto oleo curationis omnis infirmitatis t vno spiritualis iocunditatis beatus iohannes plen⁹ fuit. ipse em cum alijs apostolis in die pē thecostes descendente spiritu sancto sup apostolos in linguis igneis fuit ab omni firmitate humani timoris sanatus et letcia spūali repletus. Secūdo oleū est nitidum. vñ Prouer. v. dr de muliere fatua. Nitidus olei guttur illius. beat⁹ iobes bñ habuit nitorē olei in conscientia id ē gratie dei pñs. Unxit te deus tu⁹ oleo letcie pre consortibus tuis. vnde sibi canit illō qō dr Prouer. xxi. Thesau⁹ desiderabilis t oleuz i habitaculo viri iusti. habitaculū viri iusti fuit in ꝓscia dei Johis illi em fuit thesaurus desiderabilis ppt copiā virtutū. illi etiaz fuit oleū gre siue diuine caritatis que est ꝓscie ornamētuz Ecclesiastici. ix. Omni tempore vestimēta tua sint candida t oleum ō capite tuo nō deficiat. Uestimenta beati iohis fuerunt omni tempore candida per munditiā castitatis. t oleum de capite suo nō deficit. ꝓpter abundantiā pietatis. Tercio oleū est materia ignis. t sic est illuminatiuum Exo. xxv. dic filijs israhelyt afferāt oleū ad luminaria concinanda. oleum enim ē ignis materia t sic splendet et illuminat. Exodi. xxvii. ꝓcipe filijs israhelyt afferāt oleum de arboribus olinaz purissimū pilozꝫ contusum vt ardeat lucerna semper in tabernaculo testimonij. Uult dominꝰ oleum esse purissimū p quod signatur vt iam diximus diuina gratia que pura ēt ītū sanat a culpa. puriozē ītū nitet i ꝓscia resplend. t in ꝓfessione honesta t tunc ardet lucerna in tabernaculo testi

monij quando edificat per ostensionē bonī exempli Mathei. v. Sic luceat lux vestra coram hominibus vt videāt opa vra bona et glorificent patrē vestrū qui in celis est. Dns per opera luminosa sanctoz glorificatur id est gloriosus esse predicatoz a quo etiā beatus iohānes pqst multa gloriosa opera est glorificatus. cuius glorie nos participes fieri dignetur.

¶ De scō Johāne euāgelista Sermo. ij.

tus datus est apostolus triplici de causa Primo em̃ datus est ad emendationem peccatorum. Scõo datus est ad cognitionem occultor. Tercio dat⁹ est ad dulcorationem animor. Primo ergo datus est spiritus ad emendatõnẽ peccator. Titũ .3. Per lauacrũ regenerationis et renouationis spiritussancti quẽ effudit in nos abũdãter p ihesum xp̃m saluatorẽ nostrũ ut iustificati gratia eius heredes simus secundum spem vite eterne. Et ad Ephesios .v. Nemo vana verba det vobis propter hec enim venit ira dei in filios diffidentie. Nolite ergo effici participes eorum. Fuistis enim aliquando tenebre nunc autem lux in domino. Ut filii lucis ambulate. Fructus enim lucis est in omni bonitate et iusticia et veritate. Et ad Colossenses .ii. Sicut accepistis christum ihesum dominum in ipso ambulate radicati et edificati in eo et confirmati sicut didicistis abundantes in gratiarum actione. Et ad Thessalonicenses .v. Spiritum nolite extinguere prophetias nolite spernere. Omnia autem probate quod bonum est tenete. Ab omni specie mala abstinete vos ipse deus pacis sanctificet vos per omnia. Et spiritus vester et anima et corpus sine querela in aduentu domini nostri ihesu christi conseruetur. Fidelis est qui vocat vos qui et faciet. Fratres orate pro nobis. Salutate fratres omnes in osculo sancto. Adiuro vos per dominum ut legatur epistola hec omnibus fratribus. Gratia domini nostri ihesu christi sit cum omnibus vobis. Amen. Secundo datus est ad cognitionem occultorum sapientie. ix. Sessum aũt tuum quis sciet nisi tu dederis sapientiam et miseris spiritum sanctum tuum de altissimis. Sicut dives homo quando vult habere pecuniam solet ad thesaurum suum vbi reposita ẽ pecunia recurrere. sic ad deum per sensum vel sapientiam debemus recurrere si veli mus sapientiã impetrare Jacobi primo Si quis vestrum indiget sapientia postulet a deo qui dat omnib⁹ affluenter et non improperat et dabitur ei. Ex receptione ḡ diuine sapientie possum⁹ sensuz vel scientiã domini cognoscere quod precise fit ex spiritussancti grato munere. Unde hic sequitur Et miseris spiritũ sanctum tuũ de alto. Spiritus em̃ sanct⁹ quasi acumẽ penetrans. et nos vsq; ad p̃fundum dei introducens. i. ad Chorinte. 2. Nobis aut̃ reuelauit deus per spiritũ sanctũ. Spiritus em̃ omnia scrutatur etiã p̃funda dei istum spiritum sanctuz apostoli hodie receperant. Actuum. i. Recipietis virtutem supuenientis spiritussancti in vos. et eritis mihi testes in iherusalẽ et in omni iudea et samaria. et vsq; ad vltimũ terre. Isti testes fuerũt omni exceptione maiores. Cũ enim in ipsis loqueretur spirit⁹ veritatis oportuit ipos esse veraces. 2. Petri. i. spiritusancto inspirati locuti sunt sancti dei hoies. sicut em̃ ex flato humano repleta resonet tuba. sic spiritussancto repleta resonabãt ora apostolorũ. Tercio hodie fuit datus spiritussanctus apostolis ad delectationem animor. Sapien. xii. ḡ bonus et ḡ suauis est domine spus tu⁹ in nobis Spiritussanctus est bonus in effectu sz suauis in affectu Bon⁹ est in effectu vnde in p̃s. Spiritus bonus tu⁹ deducet me in terram rectã. Nam sine directiõe spiritus sancti non p̃t via recta que ducit ad vitam eternã teneri. hanc effusionem spiritussancti que hodie facta est super apostolos dñi. dñs p zachariã ppheta lõge ante p̃misit. zacha. xii. Effundã sup domũ dauid et sup habitatores hierusalez spiritũ gratie et precum et aspicient ad me quem confixerunt. Bene contingit ista duo, spiritus gratie et spiritũ precum. Spus enim gratie ptinet ad iustificatõnes peccator. spus vero precũ ptinet ad desiderate rei ipetratiões. et hoc ordine congruo. nisi el precedat peccatoris iustificatio nõ de facili ipetratur desiderate rei possessio. vñ p̃s. lxv. Iniquitates si aspexi i corde meo nõ exaudiet dñs. Et sciendum est q̃ sine auctoritatis hortatur nos ad memoriam dñice passionis cũ dicit et aspicient ad me quem p̃fixerũt. Nos em̃ oculo diligentis ꝑsideratiõis debem⁹ inspicere plagas et fixuras dñice passionis per quas redẽpti sumus a peccatis et vanitate praue conuersatõis. i. Petri. i. Non corruptibilib⁹ auro vel argento redẽpti estis de vestra vana conuersatione paterne traditionis. sz precioso sanguine quasi agni incõtaminati et imaculati christi ihesu. sic ergo secundo notatur replentis doni dignitas cũ dr sancto spiritu. Tercio notatur effect⁹ cõ nientis vtilitas. cum dr et ceperunt loq̃ varijs linguis. Sciẽdũ est ergo q̃ apostoli spũsancto repleti tripliciter sũt locuti. Primo em̃ locuti sunt magnalia ad dei cõmendationẽ. Scõo locuti sunt spũalia ad populi dñici informationẽ. Tercio locuti sunt verba vitalia ad vite eterne assecutionez. Primo ergo locuti sũt apostoli magnalia ad dei p̃mẽdationẽ. Actuuz. ij. Audiu⁹ eos loquẽtes nostris linguis magnalia dei quid apostoli de christo ni si magnalia loq̃bantur qui ipis cernentibus fuerat sup celos magnifice eleuatus Eleuata est em̃ magnificentia tua sup celos deus. propter hoc. Ecclesiastici. xliij. Glorificantes dñm quãtumcunq; potueritis supualebit adhuc radmirabilis magnificẽtia ei⁹. Immensitas em̃ diuine bonitatis nõ potest sufficienter magnificari ab illo qui ad mensuram spmsanctũ accepit ãntũcũq; fuerit sanctitatis Exodi. xv. Quis similis tui in fortibus dñe. quis similis tui magnificus in sanctitate terribilis atq; laudabilis et faciens mirabilia. Scõo locuti sunt apostoli spiritualia ad populi dñici informationẽ. i. ad Chorinteos. 2. Loquimur non indoctis humane sapiẽtie verbis sed in doctrina spũs ꝑpãrates spiritualia spiritualibus. humana sapiẽtia a dño reputatur indocta. sed potius inspiẽtia et recte illaz sapientiam in sipientiam iudicam⁹ que a sũmo sapiẽte inspientia iudicatur. ii. Ad Chorinteos. iij. Sapientes huius mundi cõsueuerũt spirituales viros vocare simplices vel potius ispiẽtes. qõ est magna derisione dignum. sicut esset si rane ꝑpter paruuz saltum quo se eleuant in altum deriderent aues volantes ad celum. istam sapientiã mundanã p inspientiam predicator. simpliciu voluit dominus pdere et reprobare. i. ad Corinptheos. i. Perdam sapientiã sapientiũ et prudentiã prudentium reprobabo. In istis indoctis hũane sapie verbis nõ loq̃batur apostolus sed in doctrina spiritussancti ad informationez populi dominici. Unde dicit spiritualibus spiritualia ꝑparates. Nã sermo doctor. debet formari scõm capacitatem auditorũ. contra multos predicatores qui abducto supercilio grandia verba trucidantes inter mulierculas de sacris litteris fantur

Est etiam contra illos qui viros spũales de fugiẽdis vitijs carnalib⁹ exhortãtur. vnde apostolus in predicationibus suis verba formabat fm quod audiẽs popul⁹ capiebat. vñ ipe qui lacte simpliciorũ doctrine alebat pnulos pane solidioris doctrine cõfirmabat pfectos. i. ad. Chorinteos. 2. Sapientiaz loq̃mur inter. Tercio loquebantur apostoli verba vitalia advite eterne executionez. Deutro. v. Vocem eius audiu⁹ in medio ignis. et pbauimus hodie q̃ colloquente cum hoie vixerit hõ. Certe bene hodie apostoli audierũt vocem domini interi⁹ in cordib⁹ suis per ispirationẽ loquẽtis. et hoc de medio ignis q̃n dñs spiritũsanctũ sup apostolos in liguis igneis misit. Actuũ. 2. Apparuerũt apostolis diuidite ligne tãq; ignis Spiritussanctus apparuit apostolis hodierna die in liguis igneis. in linguis vt faceret ad vtilitatem loquentes in igne apparuit vt ipsos redderet p charitatez feruentes. hodie loquentes deo cũ hoie virit. quia verba eius sunt verba vite celestis Johãnis. vi. Spiritus est qui viuificat. caro nõ ꝑdest quicq; verba que ego locutus sum vobis spũs et vita sunt. id ẽ spũaliter viuificãtis vel vitam gratie inducentia. p̃s. Gram et gloriã dabit dñs. Ad quã gloriã nos perducere dignetur. In die penthecostes. Sermo secundus.

De excelso misit ignẽ in ossib⁹ meis et eruditvit Trenoz. i.

Istud verbum est hieremie de eroꝛdio nascẽtis ecclesie cõgratulantis. et de missione spũssãcti ꝑphetãtis. Et notãtur duo in ꝑposito verbo. Prio em̃ notatur missio pacliti siue spiritus ꝑsolationis. cum dixit. de excelso misit ignẽ in ossibus meis. Secundo notat vtilitas missionis cũ dicitur. et eruditvit me. Quantũ ad primũ notãdum est q̃ spiritussanctus missus est quadruplici ratione. Primo ad directionem viator. Scõo ad inflãmationem frigidoruz. Tercio ad purgationem mundanor. purgandorum Quarto ad solidationẽ infirmor. Primo missus est spiritussanctus ad directionez viatorum Exodi. xiij. Domin⁹ precedebat filios israel ad ostendendum viam p diẽ in columna nubis p noctem in columna ignis. sicut per diem in sacra scriptura signat ꝑsperitas. ita p noctez designatur aduersitas. Unde colũna nubis in die est temperantis in prosperitate. Columna

ignis i nocte est patiētia in aduersitate. Hec est duplex via regia p quaz deꝰ vult electos suos ducere vt possint ad regnū celestis puenire Numeri. xx. Uis publica gradiemur neq; ad dexteram neq; ad sinistrā declinātes. sicut p istam viam publicam incedunt electi domino ducente. sic ab ea exorbitāt reprobi dño pmittēte Facit eñ frequenter dominus sicut sapiens pater familias qui permittit in pascuis liberꝫ vitulū quē itendit occidere vt macrare. illū affligit et domat quē itēdit ad triturā reseruare. facit etiam sicut medicus sapiens q̄ sub arta dieta restringit infirmū de cuius conualescētia sperat. illi autem exponit omnia de cuius conualescentia desperat. Unde reprobi frequēter quasi per prata amenissima currūt ad infernale supplicium. Electi vero quasi p loca scopulosa t magnis difficultatibus plena tēdunt ad gaudia celoꝝ. Sic ergo dominus ostendit viam celoꝝ suis fidelibꝰ Sed sciendum est q̄ qr iudei erant sensibiles atq; rudes ideo dedit eis dñs i via sua sensibile directiuum columnaz scz ignis vel nubis. Sz qr apostoli futuri erāt spūales t intelligētes dedit illis deꝰ ad ostendam viam suam signum rei intellectualis instructiuū. Unde sup apostolos apparuit igneis Actuz. 2. In linguis vt eos redderet eloquētes. in linguis ignis vt eos redderet feruātes. Scdo missꝰ est spiritussanctus ad inflāmationem fridoꝝ. Sach. 12. ponā ducem iuda sicut caminū ignis in lignis. t sicut facē ignis in feno t deū orabūt ad dexterā t sinistrā in circuitu oīs populi. Isti principes fuerūt apostoli sup omez terrā. principes isti erūt boni duces non sectātes anaritiā sz solū querentes animaꝝ salutem Isaie. 13 Suscitabo sup eos medos qui aurū non querent nec argentum velint. sz sagittę p nulos interficient. Iste sagitte sūt auctoritates sacre scripture pz. Sagitte potētis acute cū carbonibus desolatoriis iste sagitte potētis sāt acute p soliditatē veritatis. sed cū carbonibus desolatoriis p inflāmatōes charitatꝭ. tales duces nō sūt prelati nostri tempis. qui et si in tractatibus suis incipiant a reformatione morū. finaliter cōcludunt euacuationem bursarū. t qui in alijs iuste vsurariam prauitatez reprobāt in seipsis iniuste rapinā violentiā approbant t demōstrant Isaie. i. principes tui infideles socij furū oēs diligunt munera. sequitur retributōes. t eēt tolerabile si ipi sibi oblata reciperēt sed ipsi violenter ablata recipiūt. t sicut auef predales subiectos suos morsu suo amarissimo lacerāt t deuorant. sz dñs principes suos id ē apostolos posuit sicut caminū ignis i lignis vt quodāmodo ipos quantū ad statū ifidelitatis deuorarēt t in naturaz corpis mistici qd ē ecclesia xpi charitate fernuēti trāsformarēt. Ecce do verba mea in ore tuo in ignē et populum istum in ligna t deuorabit eos. sequit et sicut facem ignis in feno. ad idē pertinēt ligna et fenum scz ad statum peccatorum sed in hoc differunt q̄ per ligna signant maiores. p fenum vero minores. ad Corinteos. 3. Supedificant sup fundamētū fidei lignum fenum stipulam Glo. Lignū id est maiora peccata fenum id est minora stipulaz id est minima. sic ergo dñs posuit apostolos tanq̄ facē ignis. Unde de ipsis cantatur. Portantes pacē et illuminantes patriā. sed hanc facem ignitā posuit in feno id est peccatoribus oppressis corruptionibus carnalibꝰ Isaie xl. Omnis caro fenū. sic ergo dñs apostolos suos sicut caminū ignis in ligno et sicut facem ignis in feno posuit. qñ apostolos suos igne spiritus sancti inflāmatos fidei suā peccatoribus maioribus t minoribus p̄dicari voluit t ipsos ad fidē suam et dilectionem inflāmauit vt posset dici. re illud Roma. v. Charitas dei diffusa ē in cordibus nostris p spiritū sanctum qui datus est nobis. Et sic apostoli dñi igne spiritus sancti inflāmati ad amorē dei populos in fidelium succenderunt. t in corpus christi qd est ecclesia cōuerterūt. Trenoꝝ. 2. Succendit in iacob quasi ignez flāme deuorantis in giro. Tercio missus est spūs sanctus ad mundatōnem purgandorum Malach. 3. Ipse quasi ignis cōflans t q̄si herba fullonū. t sedebit conflans t emūdabit argentuz t purgabit filios leui. do minus dr quasi ignis cōflās. qr sicut iste sol corporalis radios igneos sēsibiliter emittit. sic verus sol iusticie xps deꝰ noster radios igneos ad inflāmatōē cordiū apostoloꝝ spūaliter imisit. Ecclesiastici xliii. triplicit sol exurēs mōtes radios igneos exsufflans t splendens radijs suis obcecat oculos Dñs fuit triplicit exurēs montes id est apostolos vita t scientia eminētes z subdit modum cū dicit primo radios igneos exsufflans ipsos inflāmādo caritate incalescentis affectionis incēdio. Scdo dicit refulgēs ipsos illustrādo ydeo

tate altioris intellectꝰ fastigio. Tercio radijs suos oculos excecanit. honestādo eos indiciaria potestate iudicis libra siue distributo iudicio. Tūc eñ dñs occulto suo iudicio oculos iudeoꝝ superborum obcecauit quando doctores legis non cognoscentes lumē exhibite veritatis ex aduētu saluatoris i sua cecitate dimisit t i similibus t indoctis piscatoribꝰ secreta celestia reuelauit Mathei xi. Cōfiteor tibi dñe pater celi t terre qr abscōdit hec a sapientibus t prudentibus t reuelasti ea parvulis. sic ergo dñs est quasi ignis conflans. sequitur. Et quasi herba fullonum in se habet asperitatem t reddit pannum planiorem t leniorem et dicitur cardo id est tribulus. sic ergo dñs asperitate tribulationum apostolos affligi voluit t p hoc eos planiores t leniores reddidit Actuū. xi. de paulo. Uas electiōis michi est iste vt portet nomen meū coram gentibꝰ et regibꝰ et filijs israel. Ecce vas electum. vas plenum. vas politum. et hoc p herbam fullonum id est asperitatem tribulationū. Unde de ipso ego ostendaz quanta oporteat eum pati pro nomine meo. sequit. Sedebit conflans et mundans argētum. Argētum fuerunt corda apostoloꝝ. ps. Argentum igne examinatum purgatum terre p batum septuplum. Apostoli enim fuerūt argentū igne examinatū tribulationū in missione. purgatū terre. id est oim peccatoꝝ terrenitate remissione. pbatū septuplū septiformi spiritu sancti missiōe. Tūc ergo dñs hoc argentum conflauit t emundauit qñ eis spūsanctū insufflauit t i eis omnē rubiginē peccatoꝝ cōsumpsit. cum dixit. Accipite spiritū sanctū quoꝝ remiseritis peccata remittūtur eis Johis. xx. bñ sedetur q̄ pugnabit filios leui. id est apostolos qui successerūt sacerdotibꝰ legis q̄ erāt leuitici generis. i. pe. ij. Uos estis genus electū. regale sacerdotiū. gēs sancta. populus acquisitiōis. Quarto missus est spiritussanctus ad consolidationem infirmoꝝ Sacharie. ij. Ego ero hierusalē murus ignis in circuitu. Ignis est ecclesia. hec est hierusalem que edificatur vt ciuitas: cuius participatio eius in idipsuz id est in ipsa vita beata. dum hierusalem id est ecclesiaz posuit tanq̄ murum ignis. in muro firmitas. in igne claritas designatur. Tunc ergo dominus hierusalem tāq̄ murum ignis posuit quando ipsaz virtute spiritussancti solidauit t veritate illustrauit. Hic est murus de quo Isaie xxvj. Urbs fortitudinis nostre saluator ponetur in ea murus t antemurale. Dñs fuit antemurale in veteri testamēto p prophetarū pnūciationē: sed fuit murꝰ in nouo testamēto p veritatis exhibitionē Cāticoꝝ. viij. Si murꝰ est edificemꝰ sup propugnacula argētea. id est vincibiles sentēcias diuino eloquio lucidas. si hostiū t cōpingamꝰ tabulis cedrinis. Glo. id est viris p fectis. planis et politis. id est apostolis t apostolicis viris. Cedrꝰ hz virtutem fugādi serpētes. sic apostoli habebāt virtutē tollēdi serpētes spirituales id est demones. Parci vlti. In nole meo demonia eiūciēt. linguis loquent nouis. serpentes tollēt. Tūc ergo dñs ecclesiā suā tabulis cedrinis. spirit quādo apostolos planos et politos misso spiritussctō ornauit. Joh. xxvj. Spiritꝰ eius ornauit celos. quos celos. Nisi illos de quibꝰ scriptum est. Celi enarrāt gloriā dei. qñ eñ totaz domū vbi erāt sedētes apostoli replenit t oēs spiritusancto sunt repleti. tūc sicut dicit beatꝰ Gregorius in moralibus Apostoli acceperūt ornamēta virtutis qd diu ante possiderat imensa feditas timoris. Certe ille apostoloꝝ id est celoꝝ primus quotiens mori timuit totiens vitam negauit et qui ante receptionem spiritussancti christum negauit vni ancille hostiarie perscrutatus. accepta spiritussancti virtute minas tirannoꝝ t principū nō timuit spiritusancto robouratus. t qui primo facili leuitate christū negauit accepta spūssancti virtute loquitur linguis. chorusc at miraculis. increpat tentationes. sacerdotū. ad predicādū Jhesum seipsum pbet ceteris auctoritatibus exemplū. Et qd tūc fecit dñs apostolis quotidie exhibet fidelibꝰ suis. dum occulta quadā dispensatione diuersa dona diuersis distribuit. i. ad Chorin. xij. Alij p spiritū sanctū datur sermo sapientie. alij aūt sermo scientie fm eundē spiritum. alij fides. alij gratia sanitatum. alij operatio virtutū. alij pphetia alij discretio spirituum. Alij genera linguaruz. Alij interpretatio sermonū. que mox sub quadam generali diuisione concludit: dicēs. hec omnia operatur vnus atq; idem spiritus diuidens singulis prout vult. sic ergo primo notatur missio spiritus consolationis. cū dicit de excelso misit ignem Scdo notatur vtilitas missionis cū dr erudiuit me. Sciendū est ergo q̄ dñs missione spiritussancti nos ad quattuor erudiuit. Primo ad declinationem iniquitatis. Scdo

ad cognitionē veritatis. Tercio ad vistributionē doctrine. Quarto ad acquisitionē vite eterne. Prio ergo eruditur ad declinationem iniquitatis ad Titū.2. Apparuit gratia dei ⁊ saluatoꝛ nostri omnib⁹ hominibus erudiens nos vt abnegātes impietatez ⁊ secularia desideria sobrie ⁊ iuste ⁊ pie viuamus in hoc seculo. per pietatem intelligit apostolus omnia que adueꝛsātur cultui vere fidei ꝓ secularia desideria intelligit malas ꝓsciētias que adueꝛsantur motibus bonis. ⁊ hoc debem⁹ abnegare vel etiam declinare. Uñ homo sapiens debet se abstinere a concupiscentijs malis quantumcunq; ex coꝛruptione nature ad eas inardescat. Ecclesia.xviij. Post concupiscentias tuas nō eas. Propter qđ dr Isa. viij Jn manu forti eruditus me dñs ne irem in via huj⁹ populi. sicut i veteri testamento spiritussanctus signat in digito Exo. viij. digit⁹ dei ē h ⁊ h. qz spūs sanctus antiquis, dabatur ad sufficiētiaz sic in nouo testamento dat⁹ apostolis ad abundantiam et redundātiam. Unde de beato petro legim⁹ qđ nūq; de saluatore legitur. Et ei Actuū. v. q⁹ in plateis ponebant in lectulis ⁊ grabatis vt veniēte petro vmbra illius obūbraret quenq; illoꝝ ⁊ sanarētur ab infirmitatib⁹ suis. Nō q discipulus esset supra magistrū qui nihil poterat nisi ꝓ magistrū sz ꝓ magnitudinē miraculoꝝ ad fidē christi ꝓuertende erāt multitudines populoꝝ Jo. xiij. Qui credit i me opera que ego facio ipse faciet ⁊ maiora horuz faciet. Scđo eruditur nos spiritussāct⁹ ad cognitōez veritatis Job. xxxv. Ubi est de⁹ q fecit me. qui dedit carmina in nocte qui docet nos sup iumenta terre. sicut dicit beatus Gregoꝛius moralibus. Carmen in nocte est leticia i tribulatione. Carmē, in nocte predicebat apostolus cum dicebat. Spe gaudentes i tribulatione patientes. in oꝛōne istātes ad Ro. xij. Carmina in se sentiebat ꝓphēta dauid cū dicebat ps. xl. Tu es refugium meum a tribulatione que circundedit me exultatio mea erue me a circundātibus me. Ecce q tribulatōnem noctē vocat ⁊ liberatoꝛē suū a tribulatiōe exultatōez appellat. ⁊ si exterius noꝛ erat ex tribulatione. interius tñ carina resonabāt de leticie ꝓsolatione Uñ ⁊ ezechias dicit Eze. ij. se librum accepisse in quo scriptum erat lamentatōnes carnē et ve. Lamentationes ex ꝓsideratiōe peccatoꝝ. carnē ex consideratione, supnoꝝ gaudioꝝ ve ex cōsideratione infernaliū tormētoꝝ. Carmina in nocte apostoli cantabant qñ contumelijs sibi ꝓ christo illatis gaudebant Actuū v. Jbant apostoli gaudentes a cōspectu concilij qñ digni habiti sūt ꝓ nomine Jhesu pati contumeliam. sequitur qui docet sup iumenta terre ⁊ supervolitantes celi eruditi nos. Jn his duob⁹ nos tantur duo genera hoiz peccatoꝝ. scz voluptuosi et curiosi. Primi deū cunt se ad ima vitto concupiscentie carnalis. Secūdi erigunt se ad sublimia studio supbie ⁊ curiositatis. isti deijciūt se infra id qđ sūt illi erigere se volunt vltra id qđ possūt illis dici dr. nolite fieri sicut equus ⁊ mulus quibus non est intellect⁹ istis dr dici. Altiora te ne quesieris. ⁊ fortiora te ne scrutat⁹ fueris Ecclesiasticj. 3. Illis debet dici. Mortificate membra vestra que sūt sup terrā. fornicationē. Jmunditiā libidinē. concupiscentiā malam Colloss. 2. istis dr dici. Nemo vos seducat ꝓ philosophiā ⁊ inanē fallatiā. dñs ergo apostolos sup iumēta ⁊ sup volucres celi eruditi. cū ad fugā concupiscentie carnalis ⁊ supbe curiositatis instruit Luce. 12. Sint lūbi vestri ꝑcincti. Ergo lūbos nostros ꝑcingim⁹ cū carnis luxuriā ꝓ continentiam coartemus. Ecce coaꝛtatio cōcupiscentie carnalis in ipsis etiā restrixit studiuz supbe curiositatis Actuū i. Nō est vīm⁹ iosse tpa vel momenta que pater posuit in sua potestate. sed accipietis virtutē supueniēte spiritussācti in vos. Tercio eruditur dñs apostolos suos ad distributionem doctrine Ysaie. l. Liguā eruditā dedit mihi dominus vt sciā sustentantē eū qui lassus ē verbo. Dñs primo coꝛ erudit ⁊ ex eruditione cordis ad eruditōnē lingue procedit Nam spūssancti gratia facit eruditos coꝛdis in sapia ꝓuer. 13. Eruditis interfū cogitatōnib⁹. eruditis id ē extra ruditatem positis. quidam cū a deo sūt rudes ⁊ grossi q nō studeūt in spūalibus vonased solum in carnalibus ⁊ temporalibus istis sz ꝓbendis diuitijs delitijs ⁊ carnalibus amicis que caro ⁊ sanguis reuelauit eis non pater noster qui est in celis ⁊ qz tales holes animales sūt ea que spiritus dei sunt nō ꝓcipiunt. i. ad Chorinte 2. Animalis hō non ꝓcipit ea que sūt spiritus dei. stultitia el i illo est ⁊ hū tres vnū sunt difficile ē de sancta ⁊ indiuidua trinitate texere sermonē. nā ipsa excedit humanā industriā et intelligentiā Sap. 9. Difficile estimamus q in terra sunt. ⁊

sum. ⁊ qz isti sciales holes semꝑ studēt in tempalib⁹ cuz igitur in die iudicij examinabit eos tanq; sūmus cācellarius de bonis spūalibus omnino nescietē rndere. Et ideo cū sūma ꝓfusione repellet eos dicēs Āmē dico vobis nescio vos. Sic dñs ꝓmo coꝛ erudit. Et ex eruditiōe cordis ad eruditionez lingue ꝓcedit. ꝑpt qđ dicit. Liguā eruditā dedit mihi dñs. Spūssā ct⁹ linguas apostoloꝝ erudiuit cū corda sua eruditt. cū corda sua sapia ipleuit et linguas suas gra sua gubernauit Mat. ⁊ Nolite solliciti eē qualiter aut quō respōdeatis aut quid loquamini spiritus enim sanctus dabit vobis in ipsa hora quid oporteat vos dicere. Ex eruditiōe lingue sit hō sapiēs verbo doctrine illū q lapsus est sustētare Gallath. viij. Filioli mei qs ttez parturio donec formetur christ⁹ in nobis. sicut mulier parturiens in partu ritione cruciatur. sic apostolus ꝓ lapsu subditoꝝ anxiebatur. Quis ergo non cōuerteretur ⁊ sustentaretur ad ꝓdicatōnē tāti doctoris q ad modū mulieris ꝑturientis de lapsu subditoꝝ cruciabatur inviscerib⁹ coꝛdis. Quarto eruditur dñs apostolos ad acquisitionem vite eterne. Prouer. xvi. Fons vite eruditio possidētis. apostoli possidētes fontē vite fuerūt qui spiritumsanctum quasi hereditaria possessiōe habuerūt Joh. xiij. Ego rogabo ꝓfem ⁊ aliuz paraclitū dabit vobis vt vobiscū maneat in eternū. istoꝝ possidentiū eruditio fuit fons vite. de quo in ps. Qm apud te est fons vite ⁊ in lumine tuo videbimus lumen. Jn lumine ergo sācti spiritus interius illustrantis videbimus lumen glorie indeficientis. Ad quod nos perducat.

De sancta trinitate. Sermo Primus.

Tres sunt qui testimonium dant in celo pater verbum ⁊ spiritussanctus. et hū tres vnuz sunt. i. Jo. v. Jn verbo ꝓpositio notātur duo ad ꝓmēdationē sācte et indiuidue trinitatis. Primo em notatur distinctio indiuidua substantia vnitatis cum dr. tres sunt qui testimoniuz dant in celo pater verbū ⁊ spūssanctus. Scđo notatur vnitas substantie ꝓsonaꝝ in natura diuina distinctaꝝ cū subditur ⁊ hū tres vnū sunt difficile ē de sancta ⁊ indiuidua trinitate texere sermonē. nā ipsa excedit humanā industriā et intelligentiā Sap. 9. Difficile estimamus q in terra sunt. ⁊ que i ꝓspectu sūt inuenim⁹ cū laboꝛe. que in celis sunt qs aūt inuestigabit. fm sapiētē difficultas est in ꝓgnitione rerum que patēt sensib⁹ coꝛporeis. sz lōge maioꝛ difficultas est in ꝓgnoscēdo res q latent intelligētia mētis. inter q illd qđ magis latet est vna essentia ꝓsonaꝝ q essentia in tribus repitur. ⁊ trinitas eaꝝ a quibus esse tia a qlibet sigillatim et a tribus communiter et eqliter ꝓticipatur. Uñ qđ non valem⁹ rōne disserere studeam⁹ qlitercūq; et si nō sufficiēter exēplis mōstrare. Ego video q est vna aie rōnalis substātia in q triplex est potētia. scz itelligētia. mēoria et volūtas. Itelligētia, cognoscit vera memoria ꝓseruat ꝓgnita volūtas ad eligēdū vel detestādum ea q in memoria ꝓtinent est libera. ⁊ iste tres potētie nō sūt idē q⁹ vna sit aie substātia. multa em velle⁹ mus intelligere q nō intelligim⁹ memini mus q tñ nō volum⁹. sic in sācta trinitate pater filj⁹ ⁊ spūssanct⁹ vn⁹ sunt de⁹. nō tñ pater ē filius vel filj⁹ est spūssanct⁹. Alid exēplū potes accipe. Nā i sole materiali tria possum⁹ ꝓsiderare. splendoꝛē scz illuminātē. calorē accendētē. virtutē occultā ad ꝓductionē istoꝝ inferioꝝ opantē. ⁊ tñ cum sit vnus sol. splēdoꝛ non est calor nec splēdoꝛ ē virt⁹ opatius inferioꝝ. sic i sancta trinitate. ⁊ si pr filj⁹ et spūssanct⁹ sint vnus de⁹ nō tñ pater ē filj⁹ vel filius spiritussanctus. Accipe ad hoc terciū exēpluz Jn eodē verbo qđ a me audis et est sonꝑstrepās. ⁊ est voꝛ significans. ⁊ est virtus ꝓ aures coꝛpis trāsiens et vsq; ad aures coꝛdis ꝓtingēs. nō tñ sonus ē significatio nec sigtio est Ytus aures afficiēs et coꝛ interi⁹ imutās. sic in illa trinitate et si pater ⁊ filj⁹ ⁊ spūssactus sūt vnus de⁹ nō tñ pr est filj⁹ vel filius spūssanct⁹. His alijs qđtulū exemplariter ꝓlibatis sciendū est q sicut ex culpa ade habemus testimoniū nre dānationis. oēs em filij ire nascimur ⁊ ideo nobis cū testimoniū nre dānationis deferimus sic a sūma trinitate accipimus testimoniū liberatiōis nre. Primo em pater dat nobis testimoniū liberationis cui attribuitur potētia. pś. Jn manu potētis ⁊ brachio excelsi. Scđo filius dat nobis testimonium liberatiōis nre cui attribuit sapia Jo. viij. Si vos filj⁹ liberauerit vere liberi eritis. Tercio spūssanct⁹ dat nobis testimoniū liberatiōis cui attribuit bonitas Ro. viij. Nō accepistis spm seruitutis i timore. sz accepistis spiritū adoptionis filioꝝ. ⁊ sequitur. Jpe spiritus

testimoniū redd et spūi nr̄o q̄ sumus filij dei Dat ergo p̄ testimoniū nr̄e liberatio nis ꝛ h̄ tripliciter. primo nos fortiter di ligēdo. scō potēter ꝓseruādo. tercio nos misericorditer ꝓsolādo. Prio ergo pater dat nobis testimoniū nr̄e liberatiōis nos fortiter diligendo Joh. xvi. Ipe p̄ amat vos. Credēdus est amor dei p̄is magne efficacie ꝛ virtutis. q̄n dilectio nostra tā te fortitudinis repitur vt mortis fortitu dini ꝓparet Cāticoꝝ. viij. Fortis vt mors dilectio Magna est fortitudo mortis que oīs piter inuenē ꝛ virginem lactātes cū hoie sene deuincit. sꝫ adhuc fortitudo di lectionis fortitudinē mortis superat mors em̄ non sepat nisi aiam a carne. Dilectio aūt sepat aiam ab omni carnalitate. Si er go vt dictum est tam fortis est amor hu manus. longe fortior est amor diuinus. Piere. xxxi Charitate ꝑpetua dilexi te iō attraxi te miserās sicut em̄ adamas ferrū attrahit sic diuin⁹ amor attrahit cor hu manū. ꝛ recte adamante durius cor dicit q̄ ex paterno amore nobis impēso non attrahē. Scō dat de⁹ p̄ nobis testimo nium nr̄e liberatiōis nos potēter ꝓseruā do Johis. xvij. Pater sancte serua eos in nomie tuo quos dedisti mihi. Fortis et po tenti custodie dñs ihs xp̄s nos ꝓmisit q̄n nos dei p̄is custodie ꝓmēdauit Daniel. vij. Potestas ei⁹ ptās eterna q̄ nō aufere tur ꝛ regnū eius q̄ non corrūpetur. Chri st⁹ dixit patri suo vt nos seruaret in nōie suo q̄ est rogare vt nos seruaret in san ctitate. nomen em̄ ei⁹ scīm est ꝛ terribile. ps. Scīm ꝛ terribile nomē ei⁹. a cui⁹ cu stodia si destituimur rapine ꝛ depdatiōi exponimur. Nec em̄ q̄n ab aliquo castro vel munitiōe recedit non recedit solus. sꝫ cū militib⁹ ꝛ bellatoribus suis. Deus p̄ noster ꝓmisit nos custodie angelo⁹ Isa. lxij. Sup muros tuos hierusalē ꝓstitui cu stodes Glo. Custodes sunt angeli. si ergo de⁹ p̄ offensus recedat a nobis multum timēdū est ne recedat cū custodib⁹ ꝛ defē sorib⁹ nr̄is. Quid q̄ nos miseri facturi su mus si angelo⁹ custodiam non habem⁹. debile est castrū nostrū. nō est sufficiēter necessarius munitū circūquaq; est aduer sarijs vallatū. non sūt arma ad munimen tū. nec ad debellationē aduersario⁹. ni chil ergo restat nobis nisi q̄ ad deū cla mem⁹ vt nō sine ei⁹ custodia relinq̄mur. Piere. xiij. Tu in nobis es dñe ꝛ nomen sanctū tuū inuocatū est sup nos ne dere linquas nos domine de⁹ noster. Tercio dat nobis deus pater testimoniū nostre liberationis nos misericorditer ꝓsolādo ꝛ ad Chorin. i. Pater miarū ꝛ de⁹ totius consolationis qui consolatur nos in oīi tribulatione nostra. Ipse est pater misericordiaꝝ a nobis miseriā auferēs ꝛ de⁹ totius ꝓsolationis nos in tribulationib⁹ confortans cuius immensa misericordia est eius summe potestatis ostēsio. Sapie xi. Misereris oīm quia oīa potēs. Si rex capiat aliquem latronem vel ho micidam plus contra illum vrtitur iudicio q̄ misericordia. Qz timet ne forte de rego eius euadat et fugiat. sed diuina po testas est tante immēsitatis q̄ nullus eā valet effugere. ꝛ ideo ipse peccatoribus relinquit locum miserationis. sed sciēdū est q̄ dominus frequēter tribulationes immittit. vt ad eius miam recurrant ho mines tempore aduersitatis qui negligē bant in tp̄e ꝓsperitatis. Dicitur q̄ galli ne solent esse surde in autumno qz tunc grana inter paleas inueniunt ex quibus saciate mulierē vocantem contemnunt. si militer aucupes aues predales nō cōsue uerunt saciatas ad predaz mittere. quia vocem eoꝝ dedignarentur audire ꝛ ad reclamatorium redire. sic multi tempore ꝓsperitatis ad dominum ꝓuerti contē nunt q̄ ad ip̄m tp̄e aduersitatis recurrūt ps. Multiplicate sūt infirmitates eorum postea acceleraverūt Luce xv. Exemplū de filio ꝓdigo qui tempe ꝓsperitatis por tionē bonoꝝ suoꝝ accepit p̄em reliquit viuendo luxuriose bona sua dissipauit. sꝫ in tp̄e aduersitatis fame afflict⁹ ad pfez propriuz est reuersus ꝛ ab ipso misericor diter est receptus. Secundo dat testimo niū nostre liberationis filius cui attribui tur sapientia quod notat ur cū dr. verbuz Et sciendum est q̄ verbuz dei q̄ est filius nobis tripliciter dat testimoniū nostre li berationis. Primo eruciendo sapiēter. Scō renouādo salubriter Tercio saluā do feliciter. Prio ergo dat nobis testimo niū nostre liberatiōis eruciēdo sapiēter Eccle. i. Fons sapie verbū dei in excelsis Uerbū dei q̄ est filius fons sapie dr̄: sic rivuli a fōte sic ab ipso ois sapia derivat iuxta istū fontē beata maria magdalena sedit ꝛ de ipso tantū potauit q̄ rivulus la chrimaruꝝ p ei⁹ oculos exiuit quo pedes dñi rigauit. de hoc etiā fonte beatata vir go maria potauerat q̄ verba iesu xp̄i ad huc paruuli tanq̄ benedicta i sui cordis vasculo cōseruabat Luce. ꝛ Maria ꝓserua

bat oia hec verba in corde suo. Istā etiā aquā fontis scaturiētis sibi hauriebant apostoli p̄bis dñicis attēti adeo q̄ in nu bes creverūt. ꝛ per totū mundū dispersi mūdū doctrinis salubribus irrigauerūt. Ysaie. lx. Qui sunt isti q̄ vt nubes volāt. Nubes resoluuntur in pluuiā vento flā te: sic isti resoluti sunt in salubrem doctri nā sancto spū inspirāte. ꝛ mundū bonoꝝ opeꝝ fructib⁹ fecūdāte. Scō dat nobis verbū dei q̄ est filius testimoniū nostre li berationis nos renouādo salubriter. i. pe i. Renati nō ex semine corruptibili: sed in corruptibili p verbū dei viui. nos oēs ex semie corruptibili nascimur ꝛ corpoꝝ cor ruptiōe ḡuamur. Sap. xix. Corp⁹ q̄ cor rūpit aggravat aiaz ꝛ terrena inhabita tio deꝑmit sensū multa cogitātē: sed cum simus ex vetusta corruptiōe grauati xp̄o subueniēte sum⁹ p lauacrū regeneratio nis renouati ad Titū. iij. Per lauachruz regnatiōis ꝛ renouatiōis spūssancti quē effudit in nos abūde. aia q̄ rex vetustate tristatur in earū nouitate letatur. Uñ ho mines in hyeme flatu vētoꝝ. in cursu im bruū. algore frigoꝝ molestātur. sed reuer tēte vernali tp̄e viriditate herbaꝝ. suaui cantu auiuꝝ. venustate floꝝ delectantur. Cāticoꝝ. ij. Fulcite me floribus stipate me malis: quia amore lāgueo. Mals punica sunt xp̄i formēta: sicut eius vexationes il lusiones flagella/ claui/ lāces ꝛ mors cru cis q̄ fuit mors acerba ꝛ cōfusione plena. Ista mala punica carpit sponsa christi de arbore vite id est de ligno crucis. Ex istis malis punicis ex sanguine xp̄i sibi spōsa mendicat sapoꝛē. sic em̄ afficimur et com pūgimur ex passiōis xp̄i acerbitate q̄ re creamur ex eius dēvilitate Istis ergo ma lis punicis stipamur quādo ex christi pas sione in ei⁹ dilectiōe firmamur. Petit aūt spōsa nō solū malis stipari: sed etiā flori bus fulciri q̄n passioni christi vult gloriā resurrectiōis socisari psalmista. Requiuit caro mea ꝛ in no. m. cō. illi. Istis floribus fulcimur quando in spem future resurre ctionis solidamur ad Philippen⁸. iij. sal uatorē expectamus dñm nostrū Ihesum christum qui reformabit corpus humili tatis nostre configuratum corpori clari tatis sue. Tercio dat nobis verbū q̄ est filius testimoniū liberationis nostre nos saluando feliciter Jacobi. i. In mansue tudine suscipite insitum verbū quod sal uare potest animas vestras. istud verbū insitum fuit quando verbum caro factuz est et habitauit in nobis: vt habetur Jo hannis primo capitulo. Quādo surculus truncho inseritur ad se trahit naturā trun ci. Sic christus humane nature insertus et in ipsa in cruce leuat⁹ omnia ad se tra xit: vt habetur Johānis xij. capitulo. Si exaltatus fuero a terra omnia trahaz ad meipsum. omnia vocat numerum electo rum. Reprobi enim quasi verbum inane vt habetur Prouerbiorum decimo capi tulo. Cor impiorum pro nichilo. Sic ergo in mansuetudine debemus recipere insi tum verbum id est Christum incarnatuz Similiter verbum nostre eruditionis de bemus recipere cum omni diligentia et mansuetudine in cordibus nostris. Res enim que inseritur nō de facili perditur. Sic nos nostre eruditionis verbum de bemus mansuete et diligenter audire vt memoriter teneatur: vt habetur Luce vn decimo capitulo. Beati qui audiunt ver bum dei et custodiunt illud. Tercio dat nobis sanctusspiritus testimoniū cui spi rituisancto attribuitur bonitas. ꝛ notat cum dicitur spiritussanctus. Sciendum ergo q̄ spiritus dat nobis tripliciter te stimonium nostre liberationis. Primo li beraliter retribuendo. Secūdo suauiter dulcorādo. Tercio regulariter diligēdo. Primo ergo spiritussanctus dat nobis te stimoniū liberaliter tribuendo Roma. v. Charitas dei diffusa est i cordib⁹ nr̄is p spiritūsanctū qui dat⁹ est nobis In nomi ne diffusionis notatur liberalitas spiri tussancti qui gratias suas abundāter di stribuit. Unde in die pēthecostes aposto los spiritusancto scientie et eloquētie sic replevit q̄ pre abundātia spiritus nō po tati: sed ebrij dicerent Actuū. ij. Dicebāt q̄ mosto pleni sunt. isti em̄ de spūssancto ad tantam copiā receperunt q̄ super om nem terram cōstituti omnem terrā imbri bus sue predicationis repleverūt. etem̄ in omnē terrā exiuit sonus eoꝝ. Dñs em̄ apostolos suos in altū sup terram consti tuit. sicut campane solent sup altum cam panile poni vt de longe circunquaq; pos sunt audiri. in istis ciuitatib⁹ solent esse in magna ecclesia cāpane grosse cū quib⁹ ignitegium pulsatur post cui⁹ pulsationē holes in suis domib⁹ se recludūt. ꝛ sicut p̄i⁹ faciebāt p ciuitates libere nō discur rūt. Dñs tunc vult pulsare ad ignitegiuz quando nobis vult predicari futuꝝ iudi ciū quo audito nō debem⁹ per vanas co gitatiōes discurrere: sed i secreto cordis

nostri cubiculo quieti ꝓsistere. & ibi ꝑm nostrū q̄ i celis est orare. audi pulsationē ignitegij. ij. ad Chorinteos. v. Omnes nos manifestari oportet ãte tribunal xp̄i vt referat vnusquisq; ꝓpria cordis prout gessit siue bonū siue malum. Ad pulsatio nẽ huius ignitegū fuit beatus paulus matricularius cōstitutus. cui fuit beatꝰ barnabas submatricularius sociatꝰ Actuum xiij. Segregate michi saulū & barnabā ad opꝰ ad qđ assumpsi eos. Scđo dat nobis sanctꝰ spūs testimoniū nostre liberationis nos suauiter dulcorādo. Sapiẽtie xj. q̄ bonus & q̄ suauis est dñe spiritus tuus in nobis. Sapiens sanctiſpūs dulcedinẽ senserat. & ideo si nō clamore vocē desiderio tñ cordis dicebat. q̄ bonꝰ et q̄ suauis &c. Dulcedinẽ suaz nobis exp̃mit spiritussanctꝰ ꝑ similitudinez rei q̄ inter res dulces dulcior reperit Ecclesia. xxiiij Spiritus meꝰ sup̃ mel dulcis. Spūsctūs sup̃ mel dulcis dr triplici rone. Primo qr dulcedo mellis cito ptrāsit. dulcedo aũt spiritussancti semper persistit. nisi excludatur adulterie dulcedinis ad mixtionē id est perverse delectatiōis Ecclesiastes x. Musce morientis perdunt suauitatem odoris. Musce id est peruerse cogitationes et praue delectationes perdunt suauitatem et dulcedinez spiritussancti. Secundo dicit spūssanctus super mel dulcis quia dulcedo mellis quãdoq; obest. Prouer. xxv. Qui comedit mel multū non est ei bonū. sed dulcedo spūssancti qnãto est nobis abundantior tanto est ad vtilitatē nostrã validior. Tercio dicit spūssanctus sup̃ mel dulcis: quia dulcedo mellis quãdoq; vertitur in fastidiū: sed dulcedo spiritussancti semp accẽdit desideriū. Un in hoc est differentia in corporali refectione et spirituali: quia auiditas famis habet afflictionẽ. satietas aũt desiderij sine diminutione. vnde de beatis cantatur. fruuntur nec fastidiunt quo frui magis sitiunt. Tercio dat nobis spiritussanctus testimoniū nostre liberationis nos regulariter dirigendo ꝑs. Spiritus bonus tuꝰ deducet me in viam rectã spiritussanctꝰ dicit bonꝰ in affectione. Rectoꝝ noster est in cognitiõe. ipso em̃ ducẽte nos per stratam publicam mandatoꝝ & semitã censliotuz debemus incedere. Hec est em̃ via recta via mandatoꝝ dei. & cõsliotũ ipsiꝰ per quam debemus velociter procedere Sed sciendũ est q̄ sicut in via recta quandoq; homines nõ recte ambulãt: sed magis claudicãt: sic ergo aliqui inter rectos obseruatores mandatoꝝ dei & consliotꝝ qui cũ recte ambulantibus nolunt recte ambulare: sed magis eligunt claudicare. quibꝰ Heb. xij. Resſus rectos facite pedibus vestris vt non quis claudicans erret magis autem sanetur. si quis aliquez recte ambulantem moneret vt ad similitudinez ipsius claudicaret in nullo ei crederet. sed ipsum potius derideret. Certe periculosior est claudicatio in via motuz q̄ in via pedum. & cum tamen frequenter admonitionem claudoꝝ a sua rectitudine incurruantur et per colloquia mala ad consimilem claudicationē in moribus inducũtur. i. Chorin. xv. Nolite seduci. corrumpunt bonos mores colloq̄a mala: sed talia non sunt spiritussancti colloq̄a. ipsa em̃ rectos faciunt. in via dirigunt. Ad vitam eternam perducunt. Ad quam nos perducat.

De sancta Trinitate. Sermo scđs.

GRatia dñi Jesu christi & charitas dei et cõmunicatio spiritussãcti sit semper cũ omnibꝰ nobis. ij. Chorinteos vltimo. In verbo ꝓpositi sancta & indiuidua trinitas describitur patris filij & spũssancti persona filij dñi nostri Jesu christi tangitur ad iustificationē impioꝝ. & hoc notatur cuz dicitur. Statia dñi nostri Jhesu christi. persona patris tangitur per gratificationem filioꝝ. & hoc notatur cum dicitur charitas dei. ꝑsona spũssancti tãgitur ad distributionem donoꝝ. et hoc notatur cũ dicitur. & cõmunicatio sanctiſpiritꝰ vt sit semper cum omnibus nobis. Et q̄uis in dimissa sint opa trinitatis tñ scđm appropriationem gratia attribuitur filio charitas patri cõmunicatio donoꝝ spũssancto. Et sciendum est q̄ ꝑm huiusmodi appropriationem filius dei per suaz gratiã operatur in nobis quandã sanctã & putilem trinitatẽ. Nam ꝑm tria que in nobis operatur dr una gratia. Primũ quasi prima personaest vocatio peccatorum. Secundũ quasi scđa persona est confirmatio infirmoꝝ. Terciuz quasi tercia ꝑsona est introductio omniũ bonoꝝ. Primuz ergo qđ facit divina gratia est vocatio peccatoꝝ. Galla. i. Cum autẽ placuit ei qui me vocauit per gratiã suã ꝓtinuo nõ acquieui carni & sanguini. dñs facit pctõribus qđ boni holes solẽt facere pegrinãtibus et extraneis visitatib⁹. Cuz em̃ vident q̄ vias suas dirigunt ad locuz vbi sibi eminent mortale precipitium alta voce clamant vt reuertantur qr male et in periculum animarum suarum incedunt sic dñs clamat peccatoribus vtas vijs suis pessimis reuertantur. Cañ. vi. Reuertere reuertere sunamitis. Sed in hac parte peccatores bruris animalibus sunt insipientiores. Bruta em̃ alia quantuz ꝑñt mortem deuitant vel rebellando vel saltẽ fugiendo ſz peccatores se in mortẽ inducũt ipsum pedibus ac manibꝰ accersiendo p uerse voluntatis arbitrio ꝑs. hõ cũ in honore esset nõ intellexit ꝓpatus est iumentis insipientibꝰ et similis factus est illis. Sic q̄ dixit apostolus q̄ dñs vocauit ipsũ p gratz suã & subdit. q̄ ꝓtinuo nõ acquieuit carni et sangui. Caro em̃ & sanguis ꝓnersi sunt ꝓsiliarij qr allicẽdo delectationem ꝓmittunt & tñ non nisi amaritudinẽ vel talem penitentie vel eternam gehẽne reddunt. & ideo ꝓditiosis ꝓsiliarijs nõ est acquiescenduz. Secundũ qđ facit gratia filij dei est ꝑfirmatio infirmoꝝ Hebre. vi. Optimuz ẽ gra stabiltre cor. cor humanum dina gra destitutũ tãte inconstantie et leuitatis est q̄ a statu suo mouetur ad quelibet tentationis ipulsum. sicut arundo agitatur ad quelibet ventoꝝ flatũ. vñ dñs ꝓmẽdens beati Johis ꝓstatiã voluit ipm vocari arũdinẽ vẽto agitatã. q̄si dicret nõ ſz holez p gratz dei fũdatũ & solidatũ supra firmã petrã. pctoꝝ destitutꝰ soliditate gre de facili ruit de peccato in peccatũ sicut equꝰ cespitãs de facili trãsit de offẽdiculo ad offẽdiculũ & de ꝑcipitio i ꝑcipiciũ. Gregoriꝰ pctm̃ qđ p pñtia nõ diluit mor suo põdere ad aliũ trahit. Sz sicut cor huũanũ dina gra destitutũ i casuz de facili ipellitur. ita cor hũanũ dina gra visitatũ in firmo & bono ꝓposito stabilit. sicut cemẽtũ fortiter nectit lapides ne abinnicẽ sepentur ꝑs. A dextris ẽ michi ne ꝓmouear. dñs mihi ẽ a dextrꝭ. pietatꝭ sue potrigẽdo dextrã suã & stabiliẽdo p suaz gratz ne ꝓmouear ꝺ culpa i culpã. Tertiũ qđ facit i nobis dina gra ẽ introductio omniũ bonoꝝ. i. Chor. xv. Gra dei sũ id qđ sũ et gra ei⁹ i me vacua nõ fuit ſz abũdantiꝰ olꝺ his laboraui. dñs dat nobis suã gratz ipa tã q̄ accepto talẽto negotiemꝰ ꝑ bonoꝝ opa multiplicatõez. vñ sicut a dño ihu xpo illi q̄ talẽta accepta multiplicauerũt recte sũt a dño ꝓmẽdati ille ꝺo redargut⁹ a dño q̄ abscondit talentũ bonũ & inutile est in tenebras exteriores mitti.

Matħ. xxv. Sic offẽditur dñs holiꝰ occasionis qui accepta gra nõ negotiantur exercẽdo se in opibꝰ bonis. Dñs facit nobis sicut hõ diues pauperi mercatori q̄ facit ei capitali mutuo ꝓferendo pecuniãvt in de possit panem suũ lucrari. & ipse partez hãc lucri mediã. sic dñs facit capitali nobis ꝓferẽdo suã gratz volẽs vt ex ea negociemur ꝑ bonoꝝ opa multiplicatõez volẽs totũ retorqri nõ ad suã qr nullo indiget. sed totaliter ad nrãz vtilitatẽ ꝑs. Dixi domino deus meꝰ es tu. qui bonis meis non egeo. sic ergo notatur persona filij gratiam infundentis ad iustificationem impiorum. cum dicit gratia dñi nri ihesu xp̄i. Scđo notatur. persona patris perpetua charitate diligentis ad gratificationem filioꝝ. cuz dicitur. et charitas dei. Sciendum est ergo q̄ persona patris per suam charitatem operatur in nobis quãdam sanctam et putilem trinitatem scđm tria q̄ facit in nobis charitas. Primũ q̄si prima persona est reconciliatio reoꝝ. Secundum quasi scđa ꝑsona quietatio inde toꝝ. Terciũ quasi tercia ꝑsona est attractio & elevatio oneratoruz. Primuz ergo qđ facit charitas est recõciliatio reoꝝ ad Romanos. v. Cõmendat deus pater charitatem suã in nobis qm̃ cum adhuc peccatores essemus ꝑm tempus christus pro nobis mortuus est. Argumentum est mane mansuetudinis q̄ homo qui se potest vindicare parcit suis mortalibꝰ inimicis Unde cũ saul dauid ꝑsequeretur od mortem & incidisset in manus eius in spelunca quã intrauerat vt purgaret ventrẽ nõ solum manum non misit: sed eo q̄ preciderat oram clamidis cor suum pcussit. vt istud sciens gratum & acceptum in oculis dñi dño q̄si ad memoriã reducebat mansuetudinẽ que in ipso iueta fuerat dicẽs. Memẽto dñe dauid & ois mãsuetudinis eius. sed longe maior mãsuetudo repta ẽ in dño ihu christo. q̄ nõ solũ inimicis suis pepcit imo ipos patiẽter expectauit. clementer vocauit. efficaciter ꝑ mortẽ suam recõciliauit & iustificauit Roms. iiij. Traditus est ꝓpter peccata nostra. et resurrexit ꝓpter iustificatõem nostrã. Scđm bonum qđ facit charitas est quietatio inquietoꝝ. i. Joh. iiij. Deꝰ charitas est & q̄ manet in charitate in deo manet et deꝰ i eo. In deo qui charitas est mansionẽ ꝑstitere debemus. in ipso em̃ solum pacem & q̄etem inueniemus Joh. xvi. In mũdo pressurã habebitis in me aũt pacez. Tumul

tuosa est pressura huius mundi. quidam eñ gaudēt et exultant in rebus pessimis alij cantant concitati delitijs. alij clamāt afflicti pressuris. alij vlulāt oppressi supplitijs. et sic tātus est tumult⁹ mūdi huj⁹ q deus tonans vix potest audiri. ꝓpter hoc dñs aiam religiosā desiderat venire ad solitudinē claustri vbi nō ita turbatur qz spiritualis dormitatorij: sed magꝭ verba dñi ibi possunt in secreta tranqllitate audiri. Osee. ij. Ducā eam in solitudinez et loquar ad cor eius. Sic ergo per charitatem in deo mānsionem habemus. quod notatur cū dr. qui manet in charitate in deo manet. per eandē eñ charitatem manet in nobis dñs. t hoc notatur cum dicitur. t deus in eo. dñs stat ad hostium nostrū t pulsat vt si quis ei hostiū velit aperire t hospitiū ꝑparare. Apo. iij. Ecce sto ad hostiū t pulsovt si q̄s apit mihi ianuā intrabo ad eū. pulsanti ergo dño apiem⁹ vt in hospitium recipiemus. t sicut decet tantum hospitē ipsi locuꝫ dignum et congruū preparemus. Homo bon⁹ in aio suo habet fortitudinē virtutū. sicut hō diues et potēs hz in hospitio suo multitudinez ministrorū. t quelibet virtus hz suū officium ad dñm honorifice hospitandum. Fides eñ pulsanti dño hospitium aperit que est ꝑma omniū virtutum. Nec habet gratum nec placidum introituꝫ nisi fides occurreret ad hostiū aperiēdum. Hebre. vndecimo. Sine fide est impossibile placere deo. Unde dñs nullo modo intraret vbi fidem ad hostiū non inueniret: sed cū fides hostiū aperuerit caritas eñ blāde ac benigne occurrit t eum cum dei dulcedinem hospitiū recipit. benignitas enim et dulcedo act⁹ sunt charitatis prima ad Chorintheos. iij. Charitas benigna est. Postmodum spes occurrit dño venienti/ et locum preparat ei in loco eminenti ꝛc. spes eñ est de celestibus t eternis confusio esset dño in loco humili t inferiori collocari. hoc autē spes nullo modo sustineret que confusionem dñi sustinere nō noluit ad Romanos. v. Spes aūt nō confundit. Tunc occurrit dño deuotio que sibi aquam ad manuum ablutionē infundit. He sunt aque deuotionis de quibus prophet a dicit super flumina babilonis. ꝛc. Post modū occurrit pietas q̄ mensam ponit t refectionē apponit. hoc facit aia se exercēs circa opa pietat⁹ ꝓpatiēdo t subueniēdo pauperib⁹ christi. Mat. xxv. Quādiu non fecistis vni ex minimis meis nec michi fecistis. Postmodū curialitas dñm inuitat et vt iocūde reficiat letanti vultu rogat. Nā supra oia vult⁹ accessere dom sicut dicit poeta. vñ vulgariter dr. Bñ hospitati fuim⁹: qz habuim⁹ bonoꝫ olz abūdantiā t bonā faciem. Tunc venit hylarins t quasi legendo ad prādium verbis dulcib⁹ t iocūdis dñm letificat. ij. Chor. ix. hylarē datorē diligit dñs. cōtra illos qui illud qđ dant cum sinopio tristicie tribuūt. ij. ad Chorin. ix. Nō ex tristicia aut ex necessitate. post istam nō recitat nisi vt veniat dolor de peccatis vel penitētia q̄ dñi pedes lauet. t sic lectū itret: qđ bene fecit illa penitēs peccatrix maria magdalena Luce. vij. Stans retro secus pedes dñi lachrymis cepit rigare pedes ei⁹. ꝓ stremovent castitas siue mūdicia que domīnū cubat et inter duo lintheamina cūdida t redolentia collocat vt ꝺescat. Ista duo lintheamina sunt munditia interior cordis/ t exterior corpis. Si habes munditiam corporalē habes vnū lintheamen candidū. si aūt habes penitātā t dissolutionem cordis habes alterū lintheamen sordidum. Duplex ergo mūdicia requirtur mēris et corporis. ꝓpter qđ bis Cañ. iij. dicit sponsus ei. Veni de libano sponsa veni de libano. Libanus eñ candidatio interpretatur. In tali eñ hospitio qđ sic preparatur. qđ sic ornatur libenter quiescit dens Canticoꝫ. i. Dicit sponsa. indica michi quez diligit anima mea. vbi cubes in meridie. Revera dñs libēter cubat in meridie id est in aia illustrata cognitione veritatis t inflāmata feruore charitatis. Tercū bonū qđ facit nobis charitas est attractio siue eleuatio oratoꝫ. Piere. xxxi. Charitate ꝑpetua dilexi te. ideo attraxi te miserans vulgariter dr qz amor dñi non est hereditas. instantia est in dño dominoꝫ. ipse eñ primus amicus est in accedendo t vltimus in recedēdo. nec vnq̄ recedit a nobis nisi prius recedamus ab ipso. ꝓpter qđ dicit cōpetēter. Charitate perpetua dilexi te. verum est quātum est in me. t ideo sequitur. Attraxi te miserās hūc tractum petebat sponsa. Canticorum primo. Trahe me post te. Ille qui trahit non videtur duci voluntate approbāte: sz coacta impellitur: sed si trahi est cogi nullus petit suaz coactionē. Quomodo ergo sponsa petit suam tractionem: sed ad hoc sciendū est q̄ aliter trahitur latro ad iudicium t suspendiuꝫ. aliter trahitur infirmus t languidus ad lectum vel prandiū

pessima sūt. Duo sunt vasa hois fraudulenti vnū interi⁹ cor scz nequitiaz principes et aliud exterius os scz nequitiā effūdēs vñ cuz dixisset ysaias fraudulēti, vasa pessima sūt. subdit. ipe em̄ cogitatōes pcina bat ad pdendos mites. Ecce fraudulētia cordis in cogitatōe. t sequitur. in sermone mendatij ecce fraudulentia otis in locutione. Scdo dz princeps hfe honestatez in uersatione. i. Wach. t. Princeps t clarissimus t magn⁹ es in hac ciuitate. t ornatus filijs t fratrib⁹. Qlibet istoz duoz apostoloz pōt dici princeps celsitudie dignitatis Señ. iz. Princeps dei apō nos es tu. pōt ēt dici qlibet istoz clarissimus honestate uersationis. Señ. i. Fecit de⁹ duo lumiaria magna t posuit ea i firmamēto celi. Ista duo lumiaria magna pñt dici duo apostoli. lucentia t illuminātia claritate pdicatōnis. q̄ posita sūt i firmamento celi. i. infūdamēto ecclesie nascentis. quilibz ēt istoz duoz apostoloz pōt dici magn⁹ vtute bone opatōis Eccle. xxxiiij. Holes magni vtute t prudentia sua pditi. isti fuerūt ornati fratrib⁹ t filijs fratrū⁹ q̄ntū ad certū alioz apostoloz. fuerū ēt ornati filijs q̄ntū ad numerositatē populoz ad fidē p ipos uersoz. pfect⁹ ei discipuloz t subditoz ē ornat⁹ magistroz t prelatoz. De istis principib⁹ i ps. dr preuenerūt principes psalentibus i medio iuuēculaz tympanistarū. Isti duo principes fuenerūt qi in ecclesia dei spāliter pfuerūt. vñ t principes apostoloz vocati sūt t sequtur. Cōiuncti psalentibus ꝛc. t tāgit duo q̄ spāliter pmē dātur in pmittiua ecclesia. Primū ē gloria t securitas pscie. qđ notatur cū dr principi psallētib⁹ 2. Cho. i. Gloria nra hec ē testimoniū pscie nre. Scdm ē austeritas pñie qđ notatur cum dr in medio iuuēculaz t tympanistaz. p huiusmodi iuuēculas tympanistas pñt ille ale designāri q̄ i pmitiua ecclesia p austeritatē pñie vacabāt macerationi carnis. tympanum ei fit de pelle mortui sicut Salla. v. Qui aūt sūt xpi carnē crucifixerūt cū vitijs t concupiscētijs Tercio dz hfe bonus princeps potestatez in defēsione Josue. v. legitur q̄ cū vidisset iosue in agro vbi iericho vix euaginā tenēte gladiū dixit noster es an aduersarioz. rndit princeps suz exercit⁹ dñi p exercitū dñi pōt multitudo virōz t mulierum in primitiua ecclesia ad fidem pcurrentiū designari. quia in cōtinua militia quasi in exercitu erant cōstituti Job. vii. Militia est vita hois super terram. Nos etiaz non habem⁹ tranquillā pacem sed oz nos colluctari non soluz aduersus carnē et sanguinem. sed etiaz aduersus tirānidem t crudelitatem Epheseos. vi. Nō est nobis colluctatio aduersus carnem et sanguinem. tm̄ supple. sed aduersus principes t potestates. aduers⁹ rectores tenebrarum harū. pra spiritalia nequitia i celestibus. t subdit. pptera accipite armaturam dei. Armatura dei est exercit⁹ virtutum pra exercitū vitioz. Debemus ei accipere sobrietatem tanq̄ armaturam pra gulā humilitatem contra superbiaz mansuetudinem pra iram t sic de aliis. hec sunt arma de quibus dicit boet⁹ talia arma tibi cōtuleramus que nisi prioz abiecisses iminuncta fortitudine intrarēt principes debēt habere exercitū armos ad defēsionē bonoz t expugnatio malorum. Romanorum tredecimo capitulo. Principes nō sunt timori boni operis sz mali. vis non timere potestatez bonū fac t habebis laudem ex illa. dei ei minister est tibi in bonum. si autem malum feceris time. nō enim sine causa gladium portat. dei enim minister est vindex in irā ei qui malum fecit. Et sciendum q̄ sicut principes seculares habent gladium corporalē ad defensionem bonorum et impugnationem malorum. sic nostri principes spirituales episcopi vel pontifices habent gladium spiritualem. id est excommunicationem ad condemnationem reorum et liberationem iustoz. hoc gladio paulus apostolus vsus est quando fornicatiōnē contum excōmunicauit vt habetur primo ad Chorinteos quito capitulo. Judicauit vt presens eum qui sic opatus est credere sathane in interitum carnis vt spiritus salnus fiat in die domini nostri ihesu christi Quarto dz hfe bonus princeps liberalitatē in distributione Eccle. xxxvi. Dilect⁹ a dño deo suo samuel pphta dñi renouauit impiū t vnxit pncipes in gente sua samuel interpratur postolat⁹ a dño. Recte ḡ p samuelē xps pōt designari. qui a dño deo a pfiarchis t ppheris postulat⁹ fuit Unde Jsaias pphta illis instātior a dño deo petebat. qui ipz dirūpe celos vt veniret desiderabat isaie. lxviii. vtinā dirūperes celos t descenderes. Iste samuel id ē xps a deo pfe postulatus impiū renouauit qñ excussa palea vetustatz lfe vsq ad nona. t intima spūalis intelligentie penetrauit. Jpe etiāvt hic dr vnxit principes

gēte sua. Ad lfam. Beatus petrus t paulus de gente iudeorū ex quib⁹ christ⁹ fm carnē natus est fuerūt i apostolatu vocati et in apostolos fuerūt vncti t cōsecrati. Unde de ipsis potest dici illud. i. Joh. ij. unctionem habetis a spiritusancto. illi q̄ vnctione spūssancti inunguntur in hmōi vnctione si recte sapiant, delectant. Proxvij. Unguēto t varijs odorib⁹ delectat cor. Unguento dicit quantum ad diuinaz gratiam sanctificantem et dulcorantem. Varijs odoribus dicit quantū ad varietatē virtutū aliaz bono odore respgētē. Nā sicut olfact⁹ delectat odorib⁹. sic affatus delectat virtutib⁹. quelibet em̄ virt⁹ hfe proprijū odorez repitur. vñ caritas videt hfe odorē rose. castitas odorē lilij. hūilitas odorē viole. Dño ḡ istos pncipes i gēte sua vnxit qñ ipos vt dictū est oleo letic pre cōsortib⁹ suis delinivit. Pōtifices nri tēporis solēt in sua psecratiōe oleo inungi. t hic rit⁹ ex veti lege exordiū sumpsit Exodi. xxix. Fūdes oleū vnctiōis supra caput ei⁹ t hoc ritu psecrabit. oleū est lucrifice nature in quo designatur q̄ principes tā spūales q̄ tpales liberales debēt esse: sed p Jsaiam 2queritur dño de istis principib⁹ Jsa. j. Principes tui infideles. socij fur. oēs diligūt munera. sequuntur retributiones. Principes nri tpis infideles pñtici t ss nō p primationē fidei tm̄ p puationē vitatis. Vix em̄ in ore ipoz sz veritas pōt repiri. ppt qđ dicit pncipes tui infideles. t sequitur socij fur. isti dicūtur socij furuz qui rem alienā inuito dño contractant: sed revera nō sunt fures: sed potiꝰ raptores quia nō in occulto: sed in aperto rē alienā sibi vēdicāt. Michee. vij. Princeps postulat t iudex in reddēdo est princeps postulat a fidei subditis. et ēdo mutuum: sed iudex in reddendo est. iudicat em̄ non esse reddendū: sed dicit q̄ possessio rusticoz est pecunia dñoz suorum. Sic ergo primo cōmēdantur isti apostoli ab honorabili dignitate. cuz dicitur. principes populoꝝ. sequitur cōgregati sunt cum deo abraham. vbi cōmendatur principes a delectabili societate. Sciēdum est ergo q̄ isti apostoli sancti. t similiter omnes fideles christi cū deo t ad deum abraham debent congregari. t hoc quadrupliciter. Primo sicut ad radium veritatis. Scdo sicut ad vinculū charitatis. Tertio propter tolerantiā aduersoz. Quarto propter assecutionē eternoz bonoz. Primo ergo debent congregati cum deo abrahā sicut ad radium veritatis Ecclesiastici. li. Appropriate ad me indocti. t cōgregate vos in domuz discipline. Sicut homines frigore afflicti libenter appropinquāt ad ignē. t sicut homines famelici libēter appropinquant ad mēsam. t sicut homines diu in tenebris constituti libenter appropinquant ad lucem. sic homines indocti libēter debēt appropinquare ad christuz tanq̄ ad nitorē in quo est lux vera que illuminat omnem hominem venientem in hunc mūdum Johis. j sequitur. t congregate vos in domū discipline. Domus discipline est ecclesia sancta. ad quā seipsos fideles debent cōgregare vt audiant ecclesiastica statuta t saluatoris precepta t verba diuina ibi ppposita t etiā pdicata. sicut em̄ ego video q̄ mercatores congregantur in nūdinis ad lucrandum et sicut milites cōgregantur in tirocinijs ppter exercitū armoz: t sicut clerici cōgregant in scolis ppter discutionem t dissolutionem questionum. sic fideles christi debēt congregari in ecclesia que est domus discipline ad audiendum verbum diuinuz nec sine magno lucro in dono discipline fit fidelium congregatio. disciplinam em̄ sectur vite eterne assecutio Hebreoz. xij. Omnis disciplina in presenti quid ē videtur nō esse gaudij: sed meroris: postea autē fructū pacatissimū exercitatis per eam reddet iusticie. in redditione fructus pacatissimi designat retributio vite beate. sed ppetuitas vel imortalitas ipsi⁹ notat in nomine iusticie Sapiētie. j. Justicia perpetua est t imortalis. isti⁹ vite beate fruct⁹ isti⁹ gloriosis apostolis reddit. Quia vita beata t imortali cū deo abrahā iam fruūtur. Scdo debent cōgregari fideles christi cū deo abrahā tanq̄ ad vinculum charitatis Isaie. viij. Congregamini populi t vincemini. In pmitiua ecclesia fideles populi ibi cōgregabāt iter⁹ in vnitate cordis Actuū. iij. Multitudinis credentiū erat anima vna t cor vnuz in deo sed vinculabantur siue ligabātur exterius: in vinculis t opibus charitatis Colloseñ iij. Sup omnia aūt hec charitatem habete quod est vinculū pfectionis. hoc autez vinculo existente in egro vnitas virtutū et bonoꝝ moz cōseruatur: sed rupto isto vinculo charitatis vnitas bonoz moruz frāgitur. Unde bene sentiebat se apostolus t suos coapostolos christo colligatos Romanoz. viij. Quid nos sepabit a charitate xpi ꝛc. t sectur. Certus sum q̄ neq

mors. neq; vita: neq; angeli: neq; pncipatus: neq; virtutes: neq; istāria: neq; futura: neq; creatura aliqua poterit nos separe a charitate q̄ est in christo ihesu dño nostro. Tertio cōgregati sunt isti apostoli ⁊ fideles christi ad tollerātiā aduersoꝝ ps. Congregās sicut in vtre aquas maris. p aquas signant fideles Apocalipsis. xxij. Aque quas vidisti populi sunt ⁊ gentes. iste aque sicut aque maris in vtre congregabantur quando fideles in vnitatem fidei ad tollerantiam aduersoꝝ vocabantur. Nam tollerantia aduersorum est via perueniendi ad regnum celoꝝ. Actuum. xiij. per multas tribulatiōes oportet intrare regnū celorum. ꝓpter quod isti gloriosi apostoli ⁊ alij gaudebant quando ꝓ christo contumeliam et aduersitatem sustinebant: qz tunc se esse in via regni celestis sentiebāt: Actuum. v. Ibant apostoli gaudentes a conspectu concilij quoniam digni habiti sunt ꝓ nomine Jhesu contumeliam pati. Quarto cōgregati sunt isti gloriosi apostoli ad affectionē eternoꝝ bonoꝝ Wichee. iiij. Cōgregabo claudicātem ⁊ eam quā afflixeram cōsolabor. ⁊ ponam claudicantem in reliquias. Anima misera qñ in hac vita duab⁹ tibijs claudicat tūc claudicat quasi tibia dextra qñ nō habet temperantiam in ꝓsperis. quasi tibia sinistra claudicat quando non habet patientiam in aduersis Hebreoꝝ. xij. Rectos facite gressus pedibus vestris vt nō quis claudicans erret magis aūt sanetur istam miseram animā ⁊ claudicantez dñs sanat liberat ad se cōgregat ⁊ mificordia et miſatiōib⁹ coronat ps. Qui sanat omnes infirmitates tuas qui redemit de interitu vitam tuam: qui coronat te in misericordia ⁊ miserationibus. Sic ergo dicit congregabo claudicantē. sequitur. Et eā quā afflixerā cōsolabor. Deus qñq; afflixit animā ꝓ missionem flagelloꝝ: sed consolator eā ꝓ collationem gaudiorum. ſm multitudinem doloꝝ meoꝝ in corde meo cōsolationes tue letificauerūt animā meam ps. Seq̄tur. Et ponam claudicantem in reliq̄as. Claudicans in reliquias ponitur qñ ala ptius infirmata postea a christo sanata in triumphāte ecclesia ponitur. Uñ istoꝝ apostolorū anime tanq̄s ꝑciose reliquie i glorioso reliquiario vite beate tā sunt reposite. ij. Thimo. iiij. Bonū certamē certaui. cursuz cōsummaui. fidē seruaui. ſeq̄t. ⁊ reliqo michi reposita ē corona iusticie. Quā coronā nobꝭ tribuere dignet.

De apostolis petro et paulo. Sermo secundus.

Uenite ad me omnes qui laboratis et onerati estis: et ego reficiā vos. Matt. xi. In hoc verbo tria notantur a quibus isti gloriosi apostoli commendantur. Primo enim notatur vocatio electorum. cum dicitur. Uenite ad me. Secundo notatur conditio vocatorum. cum subditur: Omnes qui laboratis ⁊ onerati estis. Tertio notat retributio ꝓmioꝝ cū dr. et ego reficiā vos. Quantū ad ꝓmū sciendū q̄ dñs vocat tripliciter electos⁹ suos. Primo em̄ vocat eos ad auditionem diuini eloquij. Scōo ad imitationē sui. Tertio ad retributionē ꝓmij. Primo em̄ vocat dñs electos suos ad auditionē diuini eloquij ps Uenite filij audite me timorem dñi docebo vos. Dñs vocat nos ad domum discipline sue. vt in scola sua⁹ lectionem nobis vtilē possimus audire. Dominus legit nobis vtilē lectionem que diuiditur in tres partes. In euitationem cōfusionis. in declinationem iniquitatis. in assecutionem eterne hereditat̄z Ecclesia. xxiiij. Qui audit me nō cōfundetur ⁊ qui operantur in me non peccabunt. qui elucidāt me vitaz eternam habebunt. In primo sicut dictū est potest notari euitatio cōfusionis. in secūdo declinatio iniquitatis. in tertio adeptio eterne hereditatis. istam vtilem lectionē beatus petr⁹ bene audierat Joh. vj. Dñe ad quem ibimus verba vite eterne habes. verba christi nō sunt palleata. nō sunt simulata: nō sunt fraudulēta: sed sūt ꝑba vite eterne: qz sūt vitā eternā in petrantia. in ista etiā scola dñi ihesu christi Paulus apostolus edoct⁹ erat qui nō ſm hominem: sed ſm reuelationem domini Jhesu christi euangelium predicabat. ad Galathas. j. Notuz facio fratres euāgelium quod euangelizatū est a me: quia non est ſm hoīem. neq; em̄ ab homine accepi illud. neq; didici: sed p reuelationez Jhesu christi. Recte q̄ dicitur istis gloriosis apostolis. venite filij audite me. Et sequitur. timorē dñi docebo vos. bona est lectio timoris dñi: et magne et indiuidue adhesionis. scolares nostri in scolis multas lectiones audiunt que satis de facili ab eorum memoria recedunt per oblivionem: sed lectio timoris dñi tante est adhesionis q̄. non amittitur obstaculo alicuius

oblionis. ps. Timor dñi sanctus permanet in seculum seculi. Scōo vocat dñs electos suos ad imitationē sui Matthei. 16. Si qs vult venire post me abneget semet ipsum ⁊ tolat crucē suā et sequatur me. Li cet istud verbū possit cōmuniter exponi de oibus fidelibus christi. tñ specialiter de religiosis. Et notatur ibi triplex votū quod emittunt religiosi in tpe sue professionis. Primo notatur votū obiectiue vel volūtarie subiectionis. cū dicitur abneget semet ipsum. Scōo notatur mmaceratio carnis⁹ voto cōtinētie siue castitatis: cū dicit. Et tollat crucē suam Tertio notatur imitatio christi. per votū voluntarie pauptatis. cū dicitur et sequat̄ me. Paup em̄ xps elegit. Et ideo qui ditari volunt ab electione xpi recedunt: et ideo in via moꝝ cū christo nō procedunt sed retrocedūt Jacob: Paupres elegit deus in hoc mundo diuites in fide heredes regni qō reptomisit deus diligentibus se ꝓpter hoc beatus petrus verus christi imitator effectus dicebat ꝓ se et ceteris apostolis. Ecce nos reliquimus oia et secuti sumus tc. Matthei. 19: sed recte petre et nō ad insipientiā paup pauperē christū sequeris vt diues cū diuite glorieris. Tertio vocat christus electos suos ad ꝓceptionem ꝓmioꝝ. Matthei. 25. Uenite benedicti patris mei ꝓcipite regnum quod vobis paratū ē ab origine mūdi. Regnum celoꝝ paratum est fidelib⁹. Christi sed ꝓcipue ꝑparatis. i. Regum. 7. Prepārate corda vestra dño et seruite ei soli ⁊ eruet vos de manu philistiim de potestate inimici: sic pauerat cor suum qui dicebat paratum cor meum de⁹: dicit primo quia purgatum est sordibus. ꝑatum cor meum scōo dicit: quia paratum est virtutibus ale qui sic inuenīuntur parati digni sunt ad celestes nuptias dñs Matth. 25. Que parate erant intrauerunt cum eo ad nuptias sic fuerunt parati isti gloriosi apostoli. istis enim specialiter ⁊ ñs dixit Etvos estote parati. quia qua hora nō putatis filius hominis venit: sic primo notatur vocatio electoꝝ: cum dr. venīet ad me. Scōo notatur ꝓditio vocatoꝝ cū dr: qui laboratis et onerati estis. et possumus ista distinguere vt labor dicatur in opando: vnus xo dicatur in sustinēdo Quantū ad laborē q̄ scien dum est q̄ hō bonus dz tripliciter laborare. Primo em̄ debet laborare in libro ꝓpie ꝑsideratiōis. scōo debet laborare in foro ꝓtalis negotiationis tertio debet laborare in agro bone et sctē occupationis

primo ergo bonus homo debet laborare in libro ꝓpie ꝑsiderationis ps. Estimabā vt cognoscerē hoc labor est ante me. Fructuosior est labor illius studū qō impedit homo ad considerationēz sui. ꝓpter qō docebat beat⁹ Augustin⁹ breui oratiōne. Dñe nouerim te nouerim me. Homo em̄ qz ꝓpria cognitiōe euagatur vel potius in tui cognitiōe cecatur brutis animalib⁹ cōparat Canticorum. i. Si ignoras te o pulcerrima mulierū egredere et abi post vestigia gregum tuoꝝ hō em̄ qui non vocat ꝓprie cōsiderationi gregib⁹ et brutis animalib⁹ potest cōpari ps. Hō cum in honore esset non intellexit cōparatus est iumentis insipientibus et similis factus est illis sic ergo debemus in libro ꝓprie cōscientie laboriose studere et ipsum diligenter corrigere et peccata et offendicula quasi falsitates in ipso scriptas ꝓ penitentiam delere. sic faciebat paulus apostolus qui dicebat Actuū 24. In hoc ego studeo sine offendiculo habere ꝑnaz ad deū ⁊ ad homines sēp. Ad deū dicit qui videt singula. Ad hoies dicit qui videt ea que patent diligēter ergo i libro ꝓprie ꝑns studebat qui ab ipsa offendicula ram ab oculis christi q̄s ab oculis hominum ammouebat. Scōo debet bonus homo laborare in foro penitentialis negotiatiōnis ps. Laboraui in gemitu meo lauabo ꝓ singulas noctes lectū meū lachrimis meis. Homo laborat in gemitu suo qui defleт ⁊ penitet de peccato ꝑmisso fructuosa est negotiatio penitentie ꝓ ipsam em̄ trāsfertur de statu culpe ad statum gratie. De statu ignominie ad statum glorie. Unde penitentibus dr. Ro. 6. Nunc aūt liberati peccato serui aūt facti deo habetis fructum vestrum in sanctificationez verovitā eternam. In hac auctoritate tria tangit q̄ penitentia facit. Primū est remissio culpe. qō notatur cū dr nūc autē liberati a peccato. Scōm est collatio gre qō notat cuz dr habetis fructū vestz in sanctificationem. tertium est oblatio glorie que notat cū dr finem ꝙo vitaz eternā. isti negotiatores ꝓ terras et maria laborāt vt acquirant temporalia. Unde nos ꝙplius debem⁹ laborare in foro penitentie vt acquiram⁹ eterna hec est negotiatio de qua dr Luce. 19. Negociamini dū venio. Tertio dz bonus homo laborare in agro bone et fācte occupatiōis: i. ad Corinthēos: xv. Gratia dei sum id quod sum et gratia eius in me vacua non fuit sed abundantius his omnibus laborauī. Isti duo gloriosi apostoli in ecclesia

dei tanq̃ in agro domini videlicet laborauerunt et ideo fructus vberes fructus dulplices collegerunt. Prim⁹ fructus fuit securitas cõsciẽtie que est refectio magna anime sancte. Prouerbiorũ decimo quinto. Secura mens quasi iuge conuiuium. Secundus fructus est eternitas vite eterne que colligitur ex fructu operationis bone. Sapientie tercio capitulo. Bonorum laborum gloriosus est fructus. Isti sancti apostoli fructuose in agro domini laborauerunt et ideo gloriosos fructus iam receperunt in quibus refectionẽ, fructus gloriosi ꝓceperunt anima eñ sancta que gloriose fruitur ex fructibus operum bonoꝝ reficitur. Prouerbiorum vltimo. Date ei de fructibus manuum suarum et laudent eam in portis opera eius sicut labor sanctorum notatur in operando cum dictum est qui laboratis sic onus eorum notatur in sustinendo cum dicitur et onerati estis Sciẽdũ ẽ q̃ triplex ẽ on⁹. Est eñ on⁹ culpe. est on⁹ assũpte obediẽtie. Tercio ẽ on⁹ charitatis fraterne. Primo ergo est onus culpe. De quo in ps̃ dicitur. Iniquitates mee super gresse sunt caput meum et sicut onus graue grauate sunt super me. Iniq tates caput peccatorum supergrediun ur quando mentes eorum peccatis et sceleribus oppriminuntur tunc autem sicut onus graue grauantur miseri peccatores peccatorum pondere in interitum demerguntur Onus graue superbie fuit quod peccatuz angelum de celo proiecit et in puteũ abisi deiecit. Luc. p. Videbam sathanã tanq̃ fulgur cadẽtẽ de celo On⁹gue fuit i obedientia i datã et obieõ quos viros vivos terra absorbuit et in ifernũ deglutiuit Numeri 16. Ista petr̃ onera nõ sũt portãda sz abhumeris nr̃is excutienda vñ ꝛ Iere. 17 vt null⁹ p diez sabbati infert on⁹. I die sabbati designatur trãquillitas mẽtis i q̃ etiã et per quam non debet inferri onus peccati sed potius exuti et deponi. Secũdo est onus assumpte obedientie Math. 23. Alligant onera grauia et importabilia et ponunt in humerus hoim disito autem suo nolunt ea mouere. Loquitur ibi dominus de scribis et pariseis onera grauia hominibus imponentibus ipsis liberis et otiosis remanentibus p quos signantur prelati nostri temporis qui onera grauia subditis imponunt ipsi autem ad observationẽ digitum non apponunt Math. 23. Dicunt eñ et non faciunt prelatus in precepto qõ mandauit debet assurgere ꝑm illũ ps̃. Exurge in preceptο qõ mãdasti. vel saltẽ on⁹ religionis qõ videtur subditis graue debet vel p affectum cõpassionis alleuiare. Job. 33. Flebã quondã super eo qui afflictus erat et anima mea cõpatiebat pauperi nam scõm veritatẽ cõpassio platoꝝ est alleuatio oneris subditoꝝ. Tercio est onus charitatis fraterne Gallates. 6. Alter alterius onera portate. et sic adimplebitis legẽ christi. Frater debet fratris onera portare et ipsũ in suis ifirmitatib⁹ et necessitatibus supportare. Sicut eñ ocꝭ nõ videt sibi soli sed sibi et pedi. et sicut pes nõ sustẽtat sed totũ sed seipsũ et totũ corpus. sic bonus frater debet portare seipsũ et fratrẽ suũ scõm charitatis debitũ et ipensum obsequiũ. Ephe. 4. Supportantes inuicẽ in charitate affectũ charitatis vel dilectiõis procedere debet effectus supportationis. et in hoc adimpletur lex christi que in plenitudine dilectionis consistit. Romano. xiii. Plenitudo legis in dilectione consistentis isti glorioſi apostoli bene impleuerunt qui in charitate dei et primi finaliter ꝓstiterunt Sacharie. 4. Isti sunt duo filij olei splendoris qui assistunt dñatori vniuerse terre. isti glorioſi apostoli dicũtur duo ꝓpter affectum gemme charitatis. dicuntur etiaz filij olei id est christi ꝓpter imitatiõẽ saluatoris. nomen eñ saluatoris ẽ oleum potest designari Cantico. i. Oleum effusum nomen tuum. Dicuntur et filij splendoris ꝓpter honestatem conuersationis. Mathei. 5. Si luceat lux vestra coram hominibus vt vident opera vestra bona et glorificent patrem vestrum qui in celis est Ex honestate eñ istorum gloriosorum apostorum in ipsis et per ipsos glorificabatur. et ideo modo cum ipso imperpetuum gloriãtur. et hoc est quod subditur. qui assistunt dominatori vniuerse terre tanq̃ strenui milites. tanq̃ electi principes. sed in die iudicij assistent dñatori vniuerse terre tanq̃ excelsi iudices. Unde isti spẽaliter competit qõ dicitur Sapientie. 3. Iudicabunt nationes et dominabuntur populis et regnabit rex illoꝝ imperpetuum. Sic ergo secundo notatur conditio vocatoꝝ cum ẽ qui laboratis et onerati istis. Tercio notatur retributio premiorum cum dicitur. Ego reficiam vos Deutrono. 11. Reficiet corã dño deo tuo. Modo est refectio anime beate in visiõe essentie diuine sed postea diem iudicij in responsione corpm gloriosoꝝ ista refectio duplicabitur. quia homo interior in diuinitate creatoris. homo exterior in humanitate saluatoris reficietur in hac vita q̃diu viuimus est fames valida sz i via beata inuenietur societas plena. ps̃. Saciabor cum apparuerit gloria tua. Ad quam perducere nos dignetur.

¶ In commemoratione sancti Pauli. Sermo primus.

Tale gloriosã mor tem magis eligens q̃ odibilem vitã pplectẽs. 2. Machabeoꝝ. 6.

Ad litteraz verbũ illud exponitur de eleazaro sene sancto qui maluit gloriosaz mortem suscipere q̃ leges patrias ꝓphanare et carnibus quibus fas legem vesci non licebat vt eis vesceretur et sic mortem eligeret. Specialiter verba ista beato paulo apostolo doctori egregio competenter conueniunt. tria trib⁹ in verbo proposito commendatur. Primo enim commendatur ab audaci aggressione aduersorum cum dicit iste gloriosam mortẽ magis eligens. Scõo commendatur a sagaci declinatione impedimentoꝝ. cum dr. magis q̃ odibilem vitam cõplectens. Tercio ꝛmendatur a libẽti susceptione tormentorum cum dicitur. voluntarie pteibat ad supplicium. Primo commendatur ab audaci aduersorum aggressione. cum dicitur. ille gloriosam mortem magis eligens. Sciendum est ergo q̃ mors sanctorum. primo est virtuosa certãtibus secundo est preciosa descedentibus tercio est gloriosa triumphãtibus. Primo ergo mors sanctoꝝ virtuosa est certantibus. Ecclesiastici. 4. Pro iusticia agoniza re ꝓ anima tua. et vsq̃ ad mortem certa ꝓ iusticia. Homines vsq̃ ad mortem solent certare pro conseruatione sue possessionis et pro conseruatione proprij corporis. multo magis certare debent vsq̃ ad mortem pro defensione anime que vsq̃ facta ẽ ad imaginem et similitudinẽ cõditoris Mat. 10. Nolite timere eos qui occidunt corpus animam autem non possunt occidere. sed timete eum q̃ potest animaz et corpus perdere in gehẽnaz. Propter quod apostolus vitam corporis exposuit pro vita mentis dicebat. Actuum. 21. Non facio animam meam pretiosiorem q̃ me. Distinguit apostolus inter se et animam suam quasi aliud ab anima sua possit dici. et hoc competẽt. Nam ibi animam motum vitalem siue vitam animalem voluit appellare. seipsum autem mentem appellauit que facta est ad imaginem et similitudinem creatoris. Primum ꝓtinet ad illum qui de foris est hominem qui secundum desideria carnis corrũpitur. Secundum pertinet ad illum interiorem hominem qui de die in diem in cognitionem dei renouatur donec de die fidei ad diem spei perueniatur. Sic ergo agonizandum est vsq̃ ad mortem ꝓ anima sua. p illa scilicet portione que dei capax erit in patria Certandum est etiaz vsq̃ ad mortem pro iusticia. Hec est iusticia fidei. de qua. Abacuth. 2. Justus ex fide sua viuit et est intelligendum de fide per dilectõnem operantem que non solum veritate lucet sed charitate feruet. et operatione polet alioquin non multum domino placet sz sicut mane iacet. Jacobi. 2. Videtis quoniam ex operibus iustificatur homo et nõ ex fide tantum. Similiter et. raab meretrix nonne ex operibus iustificata est suscipiẽs nuncios et alia via eiciens. Sicut corpus sine spiritu mortuum est ita fides sine operibus mortua est. Et ideirco sacrificiuz Cayn domino nõ placuit quoniam illud i fide non formata obtulit. Quia fidẽ anima sua que est charitas per fraternũ odium ꝓuauit. Et ideo prius fidei cum q̃ homicidium commisit Sic beat⁹ paulus vsq̃ ad mortem pro fide laborauit. Actuum vicesimo. Ego non solum alligari sed et mori paratus sum pro nomine Jhesu christi. Scõo mors sanctorum est ꝑciosa decedentibus ps̃. Preciosa est in conceptu domini mors sanctorũ eius. In conspectu tirannorum et persecutorum mors sanctorum christi non fuit visa preciosa se fructuosa despicabilis et abiecta ita q̃ corpora sanctorum indigna abipsis iudicata sunt sepultura. ps̃. Effuderunt sanguinem ipsorum tanq̃ in circuitu hierusalem et non erat qui sepeliret sz reuera illud preciosum dicitur quod a iusto et sapientie estimatore preciosum iudicatur. Et quia christus mortem sanctorum preciosam iudicauit ideo beatus paulus mori pro christo lucrum maximum reputauit ad philipenses. i. Mihi enim viuere christus est et mori lucrum. Christus fuit motum exemplum viuendo fuit captiuorum pretium redimendo fuit electorum ꝓmium resurgendo et ideo in omni statu lucrandi materia fuit ipse. Et ideo beatus paulus benevolebat esse participes ignominiose passionis vt esset ꝓticipes glorioſe resurrectionis vt habet ad Roma. sexto si complãtati facti sumus similitudini mortis eius simul et resurrectionis erim⁹ hoc

scientes q̄ vetus homo noster simul crucifixus est. Bene diximus complantati. ecclesia enim ortus est voluptatis. ortus conclusus preceptis et consilijs ecclesiasticis in sanctis. In hoc ortu viri sancti plantantur sicut arbores fructuose vt fructum reddāt in tempore suo an non. Plātatus tanq̄ arbor fructifera videtur ille de quo in psalmo dicitur. Et erit tanq̄ lignum quod plātatum est secus decursus aquarum quod fructum suum dabit in tempore suo. Sancti dei tanq̄ arbores fructuose in ortu ec̄ plantate fronduerūt doctrinis. floruerūt exemplis fructum fecerunt bonis operib⁹ excusse sunt iste arbores a persecutionib⁹ in autumno passionis sed reservatur eis fructus eorum in tempore retributionis. Prouerbiorum vltimo. Date ei de fructu manuum suarum. et laudent eam in portis opera eius. Tercio mors sanctorū est gloriosa triumphantibus et ad vitam eternā peruenientibus. Prouerbiorum decimo quarto. Sperat in morte sua. Nec mirum si iustus in morte sua sperat. quia per ipsā ad diuitias eternas et gloriam que in christo est et a deo eis qui cum xp̄o sunt peruenturū sperat. Prouerbiorum octauo. Vbi cū sunt diuitie et gloria opes superbe et iusticia. sed omnia in xp̄o reperiunt qui pro fide ipsius libenter mortem suscipiunt. Job tercio. Qui expectant mortē et non venit quasi effodientes thesaurum gaudent qui vehementer cum inuenerit sepulchrū mortem expectant qui carnem suam cum vicijs et concupiscentijs pugnando crucifigēdo macerant: sed mors ab istis expectata non venit. Quia ex petitione ipsorum desiderium extendit dominus. Sequitur. quasi effodientes thesaurum. Effodientes thesaurum quanto profundius tanto effossioni ardentius insistunt. sic et nos quāto amplius scām decursum magis procedimus secundum hoc et in bonis operibus feruēt⁹ ardere debemus. contra multos qui incipiunt cum magno feruore et finiunt in torpore. De quibus dicitur. q̄ aceres in principio in fine frangūtur. Sunt multi qui in principio sue conuersionis in meliorē feruentes in progressu torpentes in finali cō summatione carnales. Hallathas tercio. Sic stulti estis vt cum spiritu ceperitis. nunc carne consummamini. Sed hoc facit ventus aquilo id est suggestio diaboli que feruorē caritatis reprimit. Ecclesiasti. quasi grando mense tercio. Ventus aquilo flauit et congelauit cristallus ex aqua. Canticorum quarto. Surge aquilo et veni auster perfla ortum meum et fluant aromata illius. Aquilo ventus est pernicios⁹ et infestus terre nascentibus per quem vt dixim⁹ tēptatio designatur que fructibus bonorum operum aduersatur. Auster est vētus mulcebris et delectabilis. per quem signatur spiritussancti inspiratio. que est causa et principium totius consolationis ipso iſlāte et inspirante in anima fluent illius aromata. Sed quid est quod dicitur. q̄ fluent aromata cum sicca videantur esse non liquida. Respondeo aromata abundātie beneficiorum dei re posita in mortariolo cordis trita pistillo frequentis discussionis et recordationis. per fusa oleo interne deuotionis tacta radio charitatis feruentis liquescunt et defluunt in odorem suauitatis. Istorum aromatū species non modo crescunt in ortis nostris sed ipsas habem⁹ ex dono dei qui nobis ex ipsis vnctiones conficit sanitatis. Ecclesiasti. 38. Unguentarius faciet pigmenta suauitatis et vnctiones conficiet sanitatis istarum speciarum odore beatus paulus sic repletus fuit q̄ ipso odore totam ecclesiam respersit. 2. Chorinteo. secundo. Christi bon⁹ odor sumus deo in omni loco. sic ergo qui thesauram effodiunt quanto inferius descendunt tanto effossionem ardentius insistūt sic et nos facere debemus quia quanto ap̄lius in tempore nostro procedimus tāto feruentiores esse debemus. sic ergo debet esse de effodientibus thesaurum. sequitur.

¶ Gaudent que vehementer. cum inuenium̄t sepulchrum in quo signatur eternū gaudiū refrigerij secretum sicut est electorum corpora occultanturi sepulchro ab humane stratibus sic illorum anime absconduntur in facie visionis divine a malignis perturbationibus pñs. Absondes eos in abscondito faciei tue a conturbatione hominum. Secundo commendatur beatus paulus a sagaci declinatione impedimentorum cum dicitur. magis q̄ odibilem vitam amplectens. Sciendū est ergo q̄ presens vita triplici ratione dicitur odibilis in sacra scriptura. primo quia debet esse tediosa peccantibus. Secundo quia debet esse luctuosa penitentibus. Tercio q̄ periculosa decedentibus. primo ergo presens vita est tediosa peccantibus vt habetur. Sapientie secundo capitulo. Exiguū et cum tedio est tempus vite nostre et non est refrigerium in fine hominis. Tria dicit que presentem vitam solent comitari.

p̄. primum est brevitas temporis. quod notatur cum dicitur. Exiguum est tempus vite nostre. Secundum est afflictio cordis quod notatur cum dicitur cum tedio. Tertium est carentia consolationis. quod notatur cum dicitur. et non est refrigerium in fine hominis. Quantum ergo ad primum dicit q̄ exiguum est tempus vite nostre. Jacobi quarto. Que est vita vestra vapor ad modicum parens et deinceps extermabitur. Competenter vapori vita nostra comparatur. quia sicut vapor ex sua elevatione arenatur et ex attenuatione soluitur. sic tota vita nostra nihil aliud est q̄ continuatio cuiusdam resolutionis particularis donec perueniatur ad vltimum defectum qui est mors in qua est resolutio generalis. Sapientie quinto. Et nos nati continuo desinimus esse. ¶ Secundo presentem vitam concomitatur afflictio cordis quod notatur cum dicitur. cum tedio qui continuo in vita presenti recipitur sensus esens cura pungens. culpa mordens conscientia remordens semper enim sensus presumit perturbata conscientia. Sapiencie decimo septimo. Ista sunt fercula peccatorum que sibi apponuntur. in mensis ipsorum. psalmista. Fiat mensa eorum in laqueum et in retributiones et in scandalum. Ista fercula nimis sunt falsa. scitq̄ quando homo ferculis nimis falsis cibatur multum affligitur si non portatur istis falsis ferculis cibatus erat ille dives epulo qui epulabatur quotidie splendide Luce decimo sexto. Et ideo vt sibi daretur ad bibendum voluit impetrare nec potuit vnum nec pigmentum. sed aque modicuz scilicet guttam aque. attamen illam non potuit obtinere et hoc est quod dicit q̄ nō est refrigerium in fine hominis. Certe timenda et tremenda sunt ista verba ei ipsa frequenter lectitamus frequenter predicam⁹ attamen in multis modicam correctionez videmus. Nam si quandoq̄ ad tempus compunguntur tamen nimis cito post consueta facinora reuertuntur. Et quia beatus paulus in presenti vita portatus fuit aqua sapientie saluatoris ideo in beatitudine ad modum diuitis epulonis in inferno non sitit sed haurit aquaz in gaudio de fōtibus saluatoris. Secundo vita presens debet esse luctuosa penitentibus. Job decimo capitulo. Tedet animaz meā vite mee dimittam aduersum me eloquium meum loquar i amaritudine anime mee. ¶ Tria dicit que vitam penitentis debent concomitari. Primum est declaratio peccatorū quod notatur cum dicitur. Tedet animam meam vite mee. Secundum est confessio ip̄orum: quod notatur cum dicitur: dimittam aduersum me eloquium meum. Tercium est lachrimosa oratio pro euasiōe tormentorum: quod notatur cum dicitur: loquar in amaritudine anime mee. Unde et subditur: dicam deo noli me condemnare. Primo ergo debet esse in penitente detestatio peccatorum: propter quod dicit. tedet animam meam vite mee. Certe alam peccatoris nō solum debet tedere vite sue sed etiam pudere. imo debet facie eius cō fusione operire debet esi cōsiderare pentens q̄ animam suam factam ad imaginē et similitudinem creatoris multis turpitudinibus deturpauit qō diuinā pulchritudinem in immunditiam porcinam commutauit quod ipsa de celo que est in seno non timuit voluptari. q̄ ipa que mittebatur in croceis stercora non erubuit amplexari. multum deberet erubescere nobilitas animi ex consideratione limi sui. Nam corpus humanum de limo factum lineamenta sue rectitudinis seruauit anima autem ad peccata se miserabiliter curauit psalmista. Miser factus sum et curuatus sum vsq̄ in finem. vnde indigne humanum corpus brutus et bestialis spiritus possidet. Secundo debet esse in penitente confessio peccatorum. quod notatur cum dicitur: dimittā aduersum me eloquium meum. ille aduersum se eloquium suum dimittit. qui peccata sua se accusando se per veram confessionem ostendit et confessa penitus derelinquit vt habeat. Prouerbio. vicesimo octauo. Qui abscondit scelera sua non dirigetur. Qui autem confessus fuerit et reliquerit ea misericordiam cōsequetur. Bene et non ad insipientiam suam homo eloquium per confessionem aduersū se dimittit: peccantem qui occultant. contra peccatorem clamat et confessum et dimissum silet: in hoc enim peccatum assimilatur cani qui latrat inclusus silet exclusus. O quot et quanti in cordibus suis audiunt clamorem peccatorum suorum ad modum latratus canum et est in ipsis iste latratus canum sue damnationis vox significatiua naturaliter et non ad placitum. Tercio debet esse in penitente lachrimosa oratio p̄ euasione tormentorum quod notatur cum dicitur. loquar in amaritudine anime mee propter quod in

psalmo dicit. Venite adoremus et procidamus ante deum ploremus coram dño qui fecit nos. Debemus plorare coram domino qui fecit nos: nec cum impijs perdat nos. huius exemplum beata peccatrix maria magdalena nobis tradidit que stans retro secus pedes domini lachrimis suis rigauit. r ideo peccatorum suorum veniaz impetrauit. vt habetur Luce septimo capitulo. Ibi ethiopissa pellem suam mutauit et instragulatam vestem bissinã et purpureã cõmutauit o vere beata o vere beatus vir cui dñs peccatũ suũ nõ imputauit: non dixit qui nõ habuit sed cui non iputauit. nemo enim est qui nõ habuit. oẽs em peccauerunt et egent gloria dei. sed si de⁹ peccatoꝝ peccatũ suum nõ imputare decreuit idẽ est acsi nõ habuerit. r si electi peccasse videãtur in pe peccata tamen eoꝝ nõ apparent in eternitate. Nã charitas patris ipsoꝝ operit multitudinẽ peccatoꝝ: ũde ipius beatus paul⁹ peccatoꝝ exiterit peccata tamen eius sibi dominus minime imputauit sed nunc condonauit primo ad Thimoteum primo. qui prius blasphem⁹ fui et pſecutor r contumeliosus: sed m. misericordiam consecutus sum quia ignorans feci in incredulitate. Tertio vita presens est periculosa decedentibus Sapiẽtie tercio. Ab iniquo thoro semen exterminabitur et siquidem longe vite erunt in nichilũ computabuntur. Thorus iniquus est anima carnalis. Iste thorus est delicatus et mollis. In isto consumatur matrimonium inique copulationis ex fuꝛgestione diabolꝰ et concupiscentia carnis quasi ex commixtione viri et mulieris ex ista copula cõcipit carnalis concupiscentia malum consensum: perit opus peruersum et isti proli dat pro hereditate eternum supplitiũ. Jacobi. i. Unusquisq; tentatur a concupiscentia sua abstractus et illectus: deinde concupiscentia cum conceperit. Ecce consensus. parit peccatum ecce peruersum opus Peccatum vero cum consummatum fuerit generat mortem: ecce mors eterna que tali proli debetur pro hereditate. Ad istũ thoro iniquo sicut dicit sapiens semen exterminabitur id est extra terminos electorum ponetur. Necmirum si extra terminum electorum erunt qui a recto itinere in exterminum abierũt. sic ergo ab iniquo thoro semen exterminabitur. sequitur q̃ si longe vite fuerint in nichilum computabuntur. Nam quantũcunq; longa vita peccatoris nichil est respectu durationis eterne damnationis vt dicit: q̃ in nichilũ computabuntur. quia quantumcunq; in hac vita peccatores floruerint prosperitate tanq̃ in nichilum et in aure reputabuntur. quia tanq̃ viles et abiecti erunt in damnatione Malachie quarto capitulo. Calcabitis impios cum fuerint cinis sub plãta pedum vestrorum. Propter quod videntes impij q̃ mors peccatorum pessima r mors sanctorum dei preciosa desiderant mortem sanctorum dei obtinere quoꝝ vitam dedignantur tenere vt habetur Numeri vicesimo tercio. Dixit balaam ad balac ille man⁹ prophete. moriatur anima mea morte iustorum et fiant nouissima mea horum similia. illorum finem desiderabat assequi sed non sic impij non sic. quia non nisi per discrimina viarum peruenitur ad finẽ optatum. et ideo quia beatus paulus patienter pro christo sustinuit inundationes tribulationum ideo meruit coronam permonentium gaudiorum. r. ad Thimotheum. quarto capitulo. Bonum certamen certaui cursum consummaui fidem seruaui. et seꝛtur in reliquo reposita est michi corona iusticie. Tercio commendatur a libenti susceptione tormentorum. cum dicitur libenter preibat ad supplicium Et notantur ibi tria secundum tria vocabula que ibi ponũtur a quibus cõmendantur. primo em̃ commendatur in ipso. affectio grata. Cum dicitur voluntarie. Secundo acceleratio fcõnata. cum dicitur. preibat. tercio afflictio acerba. cum dicitur ad supplitium. primo em̃ in ipso ꝛmendatur affectio grata cũ dr voluntarie sacrificabo tibi. Beatus paulus obtulit deo corpus suum in hostiam. animam in holocaustum. laudem in sacrificium. Obtulit corpus in hostiam. Roma. 12. Obsecro vos per misericordiam dei vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem sanctam deo placentem. sed sunt qui dam qui corpora sua offerunt deo hostiam mortuam non viuentem. quia in sua senectute cũ sibi r aliis sunt volunt deo seruire et religionẽ intrare. de puro vino dolij sui seruierunt mundo r diabolo. r defectibus voluerunt seruire christo. Sed dominus qui plebem suã nõ repellit omni tempore peccatores ad misericordiã recipit. vt nulli relinquat locus desperatione. Alij sunt qui offerunt deo corpora sua hostiam propphanam r nõ sanctã sicut clerici qui ad sacros ordines promoti sunt. et de bonis crucifixi ditati sunt attamen in domo dei

mini scelerate viuunt. Hieremie. xi. Quid est q̃ dilect⁹ meus in domo mea facit sceleꝛa multa ille qui deberet dignitate esse dilectus ordinis in domo dei facit scelera multa operis peruersitate alij autem offerunt domino corpora sua hostiam displicentem non placentem: et hoc per puersaz operationem. sed beatus paulus corpus suum hostiam deo placentem obtulit qñ sm placitum eius vitam suam deduxit et p fide finiuit. Sapientie. 4. placens deo dilectus factus et viuens inter peccatores translatus est. Secundo abtulit animam in holocaustum psalmista. Holocausta medullata offeram tibi. Holocaustum dicitur totum incensum. Unde paulus animam suam in holocaustuz offerebat qui in feruore charitatis in corde intẽs perardebat psalmista. Concaluit cor meum intra me. et in meditatione mea exardescet ignis Isto modo holocaustum fuit medullatum quod sicut fuit ex adipe et pinguedine omnium virtutum et gratiarũ repletũ Ecclesiastici. xxxv. Oblatio iusti ipinguat altare et tercio obtulit laudem in sacrificium pſ Sacrificium laudis honorificabit me. qõ bene paulus in vita sua fecit. qui laudem diuini nominis in plenitudine gentium p dicauit. De ipso etiam legitur q̃ posẽ⁹ caput ei⁹ a corpore pſisum fuit nomen domini nostri Jhesu christi hebraice personauit. Secundo fuit in ipso accelerato festinata⁹ quod notatur cum dicitur. preibat Ecclesiastici. xxxij. Ante grandinem preibit chorusco et ante verecundiam preibit gratia et p reuerentia accedet tibi bona gratia in beato paulo ante grandinem tormentorum preiuit chorusco miraculorum. Signa enim apostolatus fuerunt in signis et prodigijs et miraculis multis et vt ex multis vnum dicamus Actuum vicesimo legitur q̃ cum quidam iuuenis disputante paulo sonno oppꝛimeretur de fenestra cadens expirauit quem paulus inuocato nomine dominici a mortuis suscitauit. sic ergo in ipso ante grandinem tormentoꝝ preiuit chorusco miraculorum. et ante verecundiam preiuit gratia. quia ante verecundiam sue condemnationis et decollationis preiuit gratia perfecte sanctificationis. i. Chorinteoꝝ. 15. Gratia dei sum id quod sum et gratia eius in me vacua non fuit. sequitur. Et pro reuerentia accedet tibi bona gratia. Nam pro reuerentia perfecte obedientie accessit ei bona gratia retꝛibutionis eterne. Eterna gloria in scriptura sacra bona gratia appellatur. vt totũ gratie dei detur et quod meremur et quo meretur. vt sic nõ nobis dñe non nobis sed nomini tuo gloriam tribuamus. Tercio cõmendatur in beato paulo afflictio acerba. quod notatur cum dicitur ad supplicium Job. 33. Consumpta est caro eius a supplicijs reuertatur ad dies adolescentie sue. deprecabitur deum r placabilis erit ei et videbit faciem eius in iubilo. Caro beati pauli bene fuit a supplicijs consumpta quia fuit crebris persecutionibus exposita. mortis supplicijs afflicta. ꝓsumptioni vel resolutioni exposita. sz sequitur. q̃ placabilis erit ei deus. Deus sanctis suis videtur offensus quando ipsos exponit pſecutionibus. sed tunc videtur eis placabilis et blandus quando coronat eos i misericordia et miseratiõb⁹ Unde sequitur hic. videbit faciem eius in iubilo. sicut dicit beat⁹. Gregorius. Jubilum dicimus. cum tantam exultationẽ mente concipimus quantam sermone explicare non valemus. r qõ lingua sermone non explicat vox in cantu personat. iste iubil⁹ est in iocunditate illius superne ciuitatis. De qua Jsaie. 51. Gaudium et leticia inuenietur in ea gratiarum actio et vox laudis Ad quam nos perducere dignetur.

¶ In cõmemoꝛatione sancti pauli. sermo. ii.

CUrsum cõsummauit fidez seruaui. in reliquo michi reposita ẽ corona iusticie. r. Thi. iiij. In verbo proposito commẽdatur beat⁹ paul⁹ a tribus. Primo ab operatione r pfectione virili. cum dicitur. cursum consummaui. Secõo a seruitute fidei cui dicitur fidem seruaui. Tercio a retꝛibutione felici. cum dicitur. in reliquo michi reposita est corona iusticie. Quantum ad primum sciendus est q̃ sunt tria gña hominũ currentium in via morum. Quidam em̃ currunt et deficiunt. Alij currũt et pficiunt. Alij currũt et perueniunt. Primi currũt r deficiũt ad Gallath. 5. Quid vos impedivit veritati non obedire. Illi bene currunt in via moꝝ qui de virtute in virtutez gradiendo proficiũt. r isti seruitio summi regis accepti sunt ipse enim non vult seruientes ad modum cancri cũ debeãt procedere retrocedant. nec vult ministros somnolentos et ad modum porcoꝝ dormitantes sed

cum velocitate gradientes et alacritate ministrantes. Prouerbior. 22. Vidisti virum velocem in opere suo coram regibus stabit nec erit ante ignobiles. sequitur. quid vos impediuit non obedire veritati. Triplici retinaculo tenetur homo ne obediat veritati. Errore hereticorum. Amore temporalium bonorum. Timore tribulationū siue tormentorum: sed amor sapientie salutaris ista tria cum turbis viciorum se concomitantium efficaciter expellit. Est enim amor sapientie salutaris quasi seruiens gradiens ante faciem principis qui baculo suo turbas hinc et inde diuidit et principi viam liberam facit. Prouerbior. iiij. Viam sapientie monstrabo tibi. ducam te per semitas equitatis quas cum ingressus fueris non arctabuntur gressus tui et currens nō habebis offendiculum. Scōi currūt et proficiunt Iudicium. 5. Stelle manētes in ordine et cursu suo pugnauerunt aduersus eysaram. Stelle sunt fideles christi. ad modum stellarum per castitatem mundi p cōtemplationem eleuati in firmamento ecclesie dei positi ad modum stellarum pulchra varietate existincti. sicut enim stellaꝝ pulcra varietas firmamentum ornat ita diuersitas gratiaꝝ et donorum in ecclesiis dei ecclesiam decorat. i. Chorinteorum. 12. Diuisiones gratiarum vero sunt idem autem spiritus. et diuisiones ministrationum sūt idem autem deus dans singulis put vult iste stelle debent in ordine et cursu manere. Et primo in ordine. nam sicut in ordine et dispositiōe membroꝝ consistit hois pulchritudo corporalis. i ta in ordine bone voluntatis ad meritum meriti ad premium cōsistit pulchritudo spiritualis. i. Chorin teor. 4. Omnia honeste et secundum ordinem fiant in vobis. honeste dicit quantuz ad aliox edificationem. scōm ordinem dicit secundum debitam voluntatis ad meritum. meriti ad premium ordinationem. Tantum enim placet deo ordinatio motū et meritorum q̄ si fuerit aliqua deinordinatio ex sua puidentia nō vult relinquere inordinatum. Unde animam sese deordinatam a debito ordine premiorum ex sua iustitia ordinat in afflictione tormentorū. Iste stelle nō solum debent in suo ordine sed etiā in suo cursu manere. Sciendum ergo q̄ sicut homo oneratus pōdere corporali non potest currere ita oneratus peccatis nō potest in via motum velociter ambulare. et ideo istud onus graue peccatorum ab humeris per penitentiam et confessionem veram debemus excutere. et sic poterimus ire in via motum. Psalmista. Sine iniquitate cucurri. et direxi. Iste stelle sic manentes in ordine et cursu suo aduersus eysaram pugnauerunt. per eysaram intelligitur dyabolus contra quem castitate ordinati. peccatorum onere liberati armis iustitie munniti pugnare debemus. sic pugnabat paulus armis iustitie munit⁹ vt atleta gradiata vt cursor leuis in spirituali prelio expeditus. 2. Chor. x. Arma militie nostre nō sunt carnalia sed potētia deo ad destructionē munitionum p̄stilis destruētes t omnem altitudinem extollentem se aduersus sciam dei. Tercij currunt et perueniunt. i. Chorin. 9. Sic curro nō quasi in incertū. sic pugno non quasi aerē verberans sed castigo corpus meuz et in seruitutē redigo ne forte cuz aliis p̄dicarim ipse reprobus efficiar. Iste in incertum currit qui opera de genere bonoꝝ in debitum finem non dirigit. Cursus enim celerrimus extra viam ēt multiplicatio operꝝ de genere bonoꝝ extra intentionem rectam. Nam sicut intentio operibus imponit finem. ita in oculis dei apponit placentiam et decorem. vñ sicut pulchritudo corporis iudicatur ex facie. sic pulchritudo boni operis iudicatur ex intentiōe cōsi. i. Pulchre sunt gene tue sicut turturis. sicut gene decorant facie sic duo sunt que decorāt intentionē rectā scz fm et causa hoc est qđ agitur. Uerbi gratia si hō studium suum impēdit cogitationi veritatis propter amorem veritatis quasi duabus genis decorat faciem intentionis. Est enim pulchra res forma egregia veritatis. est pulcer finis q̄ impenditur ꝓpter amorem veritatis. Un si aliqs studeat cognitiōi veritatis ꝓpter vanā gloriā vel ꝓpter comodum temporale. et si vnam genam pulchram habeat aliā pulchram non potest habere que obfuscatur ex intentionis obliquitate. et si sit aliquis qui studiū suū totaliter impendat delitiis et immunditijs exhille sit. finis sue occupationis vtramq; genam deformē hz qz tam res ō cuna est deformis nec tali ꝑt dici pulchre sunt gene tue sicut turturis. Istas genas beatus paulus in facie sue intentionis pulchras habebat. qui intentionē suā studio veritatis ꝓpter amorem impendebat. vnde nō quasi in incertū sed recto tramite ad brauium supne vocationis ꝓperabat. sequitur. sic pugno non quasi aerē verberans. Duo sunt gña hoīm qui perdunt operā suam. qui litus arant. q̄ qui aerem verberāt. illa opa de gñe bono

